B *specialia*: 1 *conveniunt populi, duces, milites sim.* (*maxime de bello finiendo sim.; huc spectant l. 13 sqq. 25 sqq.; dedimus pauca selecta*): CIC. inv. 2, 73 omnes perituri milites essent, nisi ad hanc -em venissent. Att. 9, 10, 5 res ad -em venit. CAES. civ. 3, 19, 1 neque ullum ... telum per -es loquentium *militum Caesaris et Pompei* traiciebatur. SALL. Iug. 29, 3 *Iugurtha* in maxumam spem adductus recuperandae pacis statuit cum eis de omnibus -bus praesens agere (*de singulis argumentis conventionis?*). 38, 2 spe -is. NEP. Ages. 2, 4 in qua -e summa fide mansit (*antea*: iuravit ... se ... indutias conservaturum). LIV. 6, 3, 3 per -em urbe hostibus tradita (9, 11, 4 arma, quae per -em tradiderunt). 23, 19, 15 qui nullam antea -em auribus admiserat, tum demum agi secum est passus de redemptione liberorum capitum. *et saepius.* *per zeugma quoddam iuxta statum consentientium etiam status dissentientium significatur*: IVLIAN. in Os. 4, 15–16 l. 309 (si fornicaris tu, Israhel, non delinquat saltem Iuda) o tu Israhel, ... si non generis, vel criminis tui -em tuere et, qui noluisti ... servare concordiam, ... discissionem teneto (*sic fere explicandum: si non ea servare vis, quae ex genere per consensum poscuntur, serva ea saltem, quae ex crimine per dissensum poscuntur, nolique Iudam corrumpere*).

2 *conventio fit de vectigalibus* (*fere in provincia statuendis; adiecimus vicesimam libertatis*): CIC. Verr. II 3, 37 vim adhibebat -i, non voluntatem (*cf.* II 3, 38 quae res cum ad -es iniquissimas magnam vim habuit. II 3, 143 iniquas -es vi et metu expressas). II 3, 102. 107 privatis aratorum -bus ac litteris. II 3, 131 cum decumani aratoribus ad -es faciendas non suam vim, sed tuum scelus ac nomen opponerent. prov. 10 -es sine ulla iniuria factas. Att. 5, 13, 1 in nostra provincia confectae sunt -es. 5, 14, 1 publicanorum. 6, 1, 16. *al. apud eundem.* *ad vicesimam libertatis referuntur* (*si recte suppl., v. Mommsen ad l. c. et Hirschfeld, Die kaiserl. Verwaltungsbeamten, 1905, 107, 1*): CIL VI 8452, 2 $\overline{\text{XX}}$ libert(atis) veterum pact(ionum). 33785, 8 Aelius Aug. lib. Salvius a pact(ionibus).

3 *spectat ad nuptias* (*concubinatum* PS. AVR. VICT.; *cf.* IVLIAN. *sub 4b*): LIV. 4, 4, 8 -em nuptialem. PAVL. dig. 23, 4, 20 pr. (*spectat ad dotem ut*: COD. Iust. 5, 3, 7 [*a. 282–284*] si ... huiusmodi conscripta -o est, ut *eqs.*). IVST. 38, 1, 4 Laodice per -em se Nicomedi in matrimonium tradiderat. PS. AVR. VICT. epit. 33, 1 concubinae, quam per -em ... a patre ... matrimonii specie susceperat. CLAVD. DON. Aen. 4, 335 p. 403, 23 quale ... matrimonium est, ubi nullus testis interfuit, ... nulla -o, ... nulla ipsius foederis consecratio? AMBR. inst. virg. 6, 41 non ... defloratio virginitatis facit coniugium, sed -o coniugalis. AVG. serm. 278, 9, 9 convincunt te tabulae, quae scribuntur in matrimonio; pactus es, quemadmodum duceres *uxorem*; sonat tibi scriptura -is 'liberorum procreandorum causa'.

4 *conventio facta a deis (deo) vel cum deis* (*deo*): a *usu pagano*: CIC. Q. Rosc. 46 (*agit de periuro*) non ... ex -e verborum, quibus ius iurandum comprehenditur, sed ex perfidia *di irascuntur* (*cf.* LACT. inst. 1, 14, 9 contra -em iusque iurandum [*sec. Enn. frg. var. 69* pactus est cum Saturno *Titan*]). ARNOB. nat. 5, 29 p. 287, 7 M. quas Liber induxerit suis cum amatoribus. 7, 21 p. 367, 18 transactionis alicuius -e convenit, ut *eqs.* (*sc. inter deos*). 7, 31 p. 382, 19 o deorum sublimitas ..., cui legem venerator imponit, quam cum -bus adorat et formulis. b *usu christiano*: TERT. pudic. 9 p. 238, 5 anulum ..., quo fidei -em interrogatus obsignat *baptizatus.* PS. CYPR. laud. mart. 10 velut quadam te *martyrem* foederis -e constrictum. IVLIAN. in Os. 3, 1–5 l. 33 quae *Synagoga* eam ... -em nec copiis invitata servaverit (*de conventione, quae fit inter deum et Israhel; alludit ad foedus matrimonii*). QVODV. prom. 1, 16, 23 l. 10 per quandam -em ... *Abraham deum de Sodoma et Gomorra* irascentem mitigavit (*cf.* grat. 1, 13, 6 hac -e ... ab indignatione revocans deum *Moses*). VAL. CEM. hom. 4, 4 p. 704^A obligatus legitima debiti est ... -e, qui convincitur domino aliquid promisisse.

5 *conventio fit inter res* (*metaphorice*): LACT. ira 10, 31 quo ... consilio, qua -e de confuso acervo se atomi congregaverunt, ut ... terra conglobaretur ...?

III *iuncturae et structurae notabiliores*: A *iuncturae verbales*: 1 *per casus solos*: a *acc.* (*nom. in pass.*): α -em facere: CIC. Q. Rosc. 26 mecum (*seq.* ne). 34 de sua parte *eqs.* 40 de tota lite. Verr. II 3, 131. *al.* SALL. Iug. 40, 1 de pace aut bello cum hostibus. LIV. 4, 4, 8 ASCON. Corn. p. 51, 8. SVET. Iul. 30, 1 de re publica. *et saepius.* β *alia* (*selecta*): CIC. Verr. II 3, 143 vi ... expressas. dom. 23 mutasti. prov. 9 nihil aliud ... actum est nisi -es (GRILL. rhet. p. 6, 12 M.). har. resp. 42 conflavit. Att. 5, 13, 1 confectae (5, 14, 1 fam. 13, 65, 1). BELL. Alex. 71, 1 interponere (VAL. MAX. 4, 8, 1 FRONTIN. [?] strat. 4, 7, 25 MACER dig. 48, 16, 15 pr. *al.*). SEN. contr. 2, 2, 6 solvi. suas. 7, 3 ferret. ASCON. Corn. p. 51, 24 ⟨servata⟩ est (VLP. dig. 2, 14, 7, 15 IVLIAN. in Os. 3, 1–5 l. 33). POMPON. dig. 13, 7, 8, 4 concipienda. *al.* b *abl.* (*vix de condicione vel etiam de modo* SEN. suas., SCAEV., *sed v.* PLIN.): CIC. Verr. II 3, 107 te ... publicis tenebo ... -bus (*cf.* Pis.). p. red. ad Quir. 13 consules empti -e provinciarum. Balb. 29 *civitas* nobiscum ... -e, foedere est coniuncta (*cf.* Att. 4, 15, 7 iunxerunt). Pis. 30 obstricti -e tenebamini (*cf.* PAVL. dig. 47, 2, 67 pr. obligaverat [VAL. CEM. hom. 4, 4 p. 704^A]. sent. 4, 5, 8 -bus adstringi. PS. CYPR. laud. mart. 10 constrictum [QVODV. prom. 2, 16, 30 l. 23 ACT. Achat. 3, 1]). SALL. hist. frg. inc. 5 -e amisso (*i. dimisso*) ... legato. LIV. 5, 48, 7 dedi vel redimi se, quacumque -e possent (SCAEV. dig. 48, 5, 15 pr. pecunia aliave -e). SEN. suas. 7, 14 quae ... dixero, nulla -e delebo (PAVL. dig. 2, 14, 27, 3 n. -e effici). PLIN. epist. 6, 14, 1 veniam ea condicione, ne ...; qua -e ... mihi caveo. POMPON. dig. 18, 1, 6, 2 immutari (*cf.* VLP. dig. 2, 14, 7, 6 mutari). GAIVS dig. 7, 1, 3 pr. -bus et stipulationibus id efficere (inst. 2, 31 CLAVD. DON. Aen. 10, 625 p. 373, 17. *v. etiam l. 80*). *al.* c *nom.* (*sc.* -o rata est, valet

[Fröhlke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sim.): Liv. 5, 49, 2 eam -em ratam esse (Gaivs dig. 2, 14, 28, 2 *bis.* Pavl. dig. 13, 6, 17 pr. *cf.* Pompon. dig. 24, 1, 31, 4 irrita). Pompon. dig. 18, 5, 1 non valere -em (Gaivs dig. 2, 14, 30 pr. Vlp. dig. 2, 14, 7, 6 [*ex Iuliano*]. 2, 14, 7, 14. 15. *al.*). Gaivs dig. 2, 14, 30 pr. nocitura (Vlp. dig. 2, 14, 10 pr. *cf.* 2, 14, 7, 19 obest). Vlp. dig. 2, 14, 7, 6 locum habet (2, 14, 50). 13, 7, 11, 5 proficiat. 19, 5, 15 intercessit. *al.*

2 *per praepos.*: ad: Plavt. Aul. 202 adire. Cic. inv. 2, 73 venissent (2, 76. *sed aliter* Att. 9, 10, 5 res ad -em venit). Verr. II 3, 69 ad eius condiciones -esque accedere. Cael. Cic. fam. 8, 11, 1 descendimus. Sen. suas. 7, 2 vocaris. Val. Max. 7, 4, 3 compulerunt. *al.* ex: Cic. Att. 6, 1, 16 (*verbo suppl.*). Pompon. dig. 13, 7, 8, 5 pignus ex -e venire potest. 18, 5, 1 agatur. Gaivs dig. 12, 2, 1 vel ex -e litigatorum vel ex auctoritate iudicis. inst. 1, 84 ex -e libera manere *poterat.* per (*vi instr.; ? temp.* Caes.): Caes. civ. 3, 19, 1 neque ullum interim telum per -es loquentium traiciebatur. Liv. 6, 3, 3 per -em urbe hostibus tradita (9, 11, 4 arma, quae per -em tradiderunt). 9, 11, 9 petisti. Tryph. dig. 2, 14, 46 remissa ... satisdatio. Ivst. 38, 1, 4 Ps. Avr. Vict. epit. 33, 1. *al.* sine (*v. etiam* Liv. *sub B3*): Sall. Iug. 62, 3 s. ulla -e sese ... tradere. Liv. 10, 36, 19 quod captivos s. -e sub iugum misisset. Sen. suas. 7, 1 ut viveres s. ulla -e (actione *var. l.*). Svet. Aug. 10, 2. Gloss.[L] V Aa A 135. sub: Sen. suas. 7, 4 quid ... tibi sub ista -e promittitur? Symm. epist. 3, 81, 1 sub hac -e ..., ut *eqs.* Prosp. vocat. gent. 1, 17 p. 670[B] sub -e denarii (*ad Matth. 20, 2* conventione). Lex Visig. 8, 5, 1 sub -e decimarum. Lex Burg. Rom. 9, 2 nec ... liceat de hoc crimine cum raptore sub qualibet -e componere. Pallad. hist. mon. I 1 p. 253[D] pecuniam ei sub hac -e promittens, ut *eqs.* (*gr. p. 18, 20B.* ὑποθέμενος *tantum*). contra (adversus): Pompon. dig. 13, 7, 5 c. -em (Gaivs inst. 4, 119 Pavl. dig. 17, 2, 17 pr. Lact. inst. 1, 14, 9). Gaivs inst. 3, 94 adversus -em (Interpr. cod. Theod. 2, 9, 3).

B *pendent structurae, sc. indicatur, de qua re conventio fiat*: **1** *per gen. obi.* (*gen. alii p. 25, 22. 26, 7. 37. 45*): Cic. Verr. II 5, 120 sepulturae. p. red. ad Quir. 13 provinciarum (*ibid. iterum.* Sest. 69 Pis. 28 Sall. Catil. 26, 4). prov. 9 pecuniarum (*cf.* Val. Max. 4, 8, 1 nummorum). har. resp. 42 scelerum (*gen. pro adi. potius* Pis. 57). Phil. 12, 14 servitutis. 13, 2 pacis. parad. 46 mercedum (Svet. Aug. 10, 2). Liv. 4, 15, 3 recipiendorum ... regum (*item cum gerund.*: Val. Max. 7, 4, 3 omittendae obsidionis). Fest. p. 230 condicionum. Ivlian. dig. 41, 4, 9 libertatis (Gaivs dig. 16, 1, 13 pr. Pavl. dig. 41, 4, 2, 14). Tryph. dig. 38, 2, 50, 2 hereditatis. Pavl. dig. 4, 4, 48, 2 dotis. *al.* **2** *per praepos.*: Cic. inv. 1, 43 ecqua de ea re aut eius rei sit lex, consuetudo, -o *eqs.* (*cf.* -em facere de *aliqua re p. 26, 59sqq.*). Vlp. dig. 4, 3, 7, 8 -is pro libertate reum. **3** *per enunt. cum* ut (ne): Cic. Q. Rosc. 26 -em fecisse, ut *eqs.* (*cf. etiam p. 26, 59*). Pis. 57 cum ... haec -o exstiterit, ut *eqs.* Liv. 3, 30, 5 non sine -e ..., ut *eqs.* Pavl. dig. 13, 6, 17 pr. haec -o, ne *eqs.* Cod. Iust. 4, 32, 14 (*a. 234*) ea -e ..., ut *eqs.* 5, 3, 7 *sub IIB3.* Symm. epist. 3, 81, 1 sub hac -e ..., ut *eqs.* (*item* Pallad. hist. mon. I 1 p. 253[D]). Act. Achat. 3, 1 hac.

deriv.: pactiuncula.

pactiuncula, (-ae) *f.* Not. Tir. 43, 32. *a* pactio *demin.*

συντίθημι ... ἤτοι συμφωνῶ: **pacto,** paciscor *eqs.* Gloss. II 448, 22 (*addas fortasse* II 443, 28 συμφωνῶ: consono pacto *eqs.*, *nisi* pacto *dat., ut intellexisse vid. Stephanus* Gloss. III 458, 72 p.: συμφώνῳ, *unde tamen Loiselius* III 486, 67 -o: συμφονῶ). *a* pangere (pactum).

pactor, -ōris *m.* *a* pangere. *i. q. qui pangit* (*sc. pactione condenda*): Cic. Verr. II 5, 55 foederum interpretes, societatis -es (pactiones *var. l.*, pactionis *Nohl*), religionis auctores.

pāctōrium: planta[to]rium Gloss.[L] III Abstr. PA 6 (*huc referunt*: I Ansil. PA 13 pacat-. V Abba PA 137. Gloss. IV 547, 51 pacturio. V 509, 9. 608, 21 pactario: plantario. *v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 516*). *a* pangere.

pactum, -ī *n. v. sub* pango.

pactuor, -ātus sum, -ārī. *a* pactum (*ad* pactu- *cf.* 2. pactus, -ū). *i. q.* (*paciscendo*) *promittere*: Anon. Vales. 11, 49 *Zenoni* Theodericus -tus est, ut ... loco eius ... praeregnaret. Gloss.[L] V Abba PE 84 pepigit: -tus est (*sim.* Aa P 330).

pactūrium *v.* pactorium.

1. pactus, -a, -um (*pass.*) *v.* pango (*dep. v. sub* paciscor).

2. pactus, *abl.* -ū (-ō) *m.* *a* pangere (pactum). *i. q. pactum*: **1** nullo -u (*pro* nullo pacto): Vita Melaniae (BHL 5885) 38 p. 22, 16 cum n. -u ... recipere ... voluisset. **2** *de conventione* (*non nisi in tit. libr.*): Lex Sal. Merov. prol. tit. p. 2 E. (*ed. 1962*) incipit -us legis Salicae (*cf.* cod. C5 p. 4). tit. capp. p. 4 capitula in -o legis Salicae (*huc potius per abl. heterocliticum quam ad neutr.* pactum). tit. *ante* 79 p. 250 -us pro tenore pacis. *Fröhlke.*

? **pacule:** eloquentiae Gloss.[L] I Ansil. PA 55; fac- *suspicatur Lindsay; fortasse sic supplendum*: faculae ⟨: lucernae. facundiae⟩: eloquentiae.

paculum (-us) *v.* pasceolus.

[**pācus** *adi. quidam nimis acute postulant ex superl.* pacissimus, *q. v.*]

pada, -ae *f.* *conferendum esse port.* pada (*i. frustum panis*) *parum probabiliter suspicatur Huemer, Die Epitomae des Gramm. Virg., 1882, 47 coll. Diez, Etym. Wörterbuch IIb, sub voce* pada (*de qua v. nunc Machado*[2] *III 1729*). *i. q. pars*: Virg. gramm. epit. 1 p. 3, 14 in hac ... -a. 8 p. 67, 17 edicto de principalibus partibus ... tractatu, nunc per reliquas orationis -as ... epitomam sumus expostturi.

padon pro super Virg. gramm. epist. 7 p. 173, 16.

padul- *v.* palud-.

padus, -ī. *neque de prosodia neque de genere constat; fortasse est vox gallica* (*v. infra et cf. Holder, Alt-celt. Sprachschatz s. v.* padi); *alii conferunt gr.* πάδος, πηδός. *i. q. picea*: Plin. nat. 3, 122 (*in explicanda voce q. e.* Padus *secundum Metrodorum Scepsium*) quoniam circa fontem *Padi* arbor multa sit picea, quales Gallice vocentur -i. *cf. Onom.*

˟paeān, -ānis *et* **˟paeōn,** -ōnis *m.*, παιάν, παιών (*forma dorica* paean [*v.* Serv. Aen. 7, 769] *occurrit ubique sub I; sub II apud* Cic. *et* Qvint. *tantum; apud gramm. non invenimus nisi* Rvfin. gramm. VI 565, 15. 22. 567, 17. 577, 3sq. [*e Cic.*] *et l. 27sqq.*). *inter nomina graeca masc. in* -an: Char. gramm. p. 25, 16B. Phoc. gramm. V 425, 5 Gramm. suppl. 112, 26. *de origine vocis graecae agit* Macr. Sat. 1, 17, 16sq. *scribitur*: pe- *saepius in codd. recc.*; pena Gloss. V 382, 41; pane Gloss.[L] III Abol. PA 13. Not. Tir. 106, 22 (*nisi nomen dei*). *formae notabiliores*: *acc. sing.*: -em *testatur* Char. gramm. p. 25, 27B., *exstat* Cic. de orat. 1, 251 Mar. Victorin. gramm. VI 93, 12 Mart. Cap. 5, 519 Rvfin. gramm. VI 565, 22 Gramm. VI 642, 20 *et saepius ibid.*; -a *passim inde a* Cic. orat. 191. 192. 193. 218 Verg. Aen. 6, 657. 10, 738 (*cf.* Phoc. *infra*). *plur.*: Plin. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 183, 28B. nec -as accusativo... recte dicimus (*cf.* Char. gramm. p. 25, 18B. -as ... dixerunt plerique, qui errant. p. 26, 4 ergo hos -es. *contra* Phoc. gramm. V 425, 7 accusativum ... secundum Graecos proferemus, ut hunc ... -a, hos ... -as). *scriptores non nisi* -as *praebent* (*inde a* Qvint.). *abl. plur.* -is Itala II Macc. 15, 25 (rec. P). Gloss. IV 457, 29. *nom.* -ēs *metro prob.* Stat. Theb. 8, 224. *legitur inde a* Cic., Verg.

I *fere i. q. hymnus compositus in honorem Apollinis* (*sc. Paeanis, v. Onom.*) *vel aliorum deorum heroum* (*e. g. l. 66; ad rem cf. v. Blumenthal, RE XVIII 2, 2340, 25 sqq.*). *pro mera exclamatione exsultantium, triumphantium sim. adhibitus videtur*: Ov. ars 2, 1 dicite 'io -n!' et 'io' bis dicite '-n!' met. 14, 720 molire triumphos et -a voca. Colvm. 10, 224 Bacchea voce frementem *vatem*, Delie te -n, et te Euhie Euhie -n. Clavd. 2, 11 *Pythone victo* omnis 'io -n!' regio sonat (*cf. Callim. hymn. 2, 103* ἰὴ ἰὴ παιῆον). ἰὴ παιάν *ut exemplum brevis coli post stropham collocati affert* Mar. Victorin. gramm. VI 59, 26; *invocationem* ἰὴ *vel* ἴε παιάν *explicat* Macr. Sat. 1, 17, 17. *ceterum cf.* Gloss. IV 457, 29 -is: exclamationibus (*an spectat ad Verg. Aen. 7, 769?*).

A *testimonia gramm. de notione sim.*: Fronto p. 139, 16 v. d. H. Apollo -um auctor. Porph. Hor. epist. 2, 1, 134 carmina quibus dii placantur, hoc est: -as, dithyrambos, hymnos, prosodia (*in serie simili*: Schol. Hor. sat. 2, 1, 1 *eclogae* si ad Apollinem aut Dianam aut Latonam -es). Serv. Aen. 6, 657 '-a': proprie Apollinis laudes ..., abusive omnium deorum (*sim.* 10, 738, *ubi sequitur*: unde Pindarus opus suum, quod et hominum et deorum continet laudes, -as vocavit. *cf.* Schol. Stat. Theb. 4, 157. 8, 224 [*iungitur cum* ἐπαινεῖν]. Gloss. laus vel carmen. carmen vel laus P⟨ae⟩anis vel Apollinis. Gloss.[L] III Abol. PA 13 pane: laus vel claritas). Serv. auct. Aen. 10, 738 -a carmen esse victoriae Aeschylus docet, quod ideo Apollini dicatum est, quia malorum avertendorum potens est. Schol. Hor. carm. 4, 2, 13 'deos ... canit': deos dixit propter -as Pindari. Gramm. suppl. 112, 26 -n, hoc est canticum.

B *exempla auctorum*: **1** *canitur variis in condicionibus*: Cic. de orat. 1, 251 *si Graecorum more vocem exerceamus*, ante condemnentur *rei* ..., quam totiens, quotiens praescribitur, -em .. citarimus. Verg. Aen. 6, 657 *in Elysio* conspicit ... alios ... vescentis laetumque choro -a canentis ([*cf. Homer. A 473* καλὸν ἀείδοντες παιήονα]. Sil. 12, 341 *supplicationibus factis* -a c. Stat. Theb. 4, 157 Herculeum -a *Tirynthii exeuntes.* 10, 306 *noctem* traxerat insomnis... Sidonium -a.). Homer. 880 resonant castae -a puellae dantque choros ([*Homer. Σ 593* ὠρχεῦντ' *tantum*]. Stat. Theb. 8, 224 *in conviviis victorum* superos atque omne ... numen ubique sacri resonant -es). **2** *in bellis, pugnis sim.* (*certiora, cetera v. sub 1*): Verg. Aen. 10, 738 super abiectum posito pede nixus *Mezentius* et hasta '... viri, iacet altus Orodes'; conclamant socii laetum -a secuti (*cf. Homer. X 391*). Arbon. carm. frg. 1 ite agite, ⟨o⟩ Danai, magnum a- canentes, ite triumphantes; belli mora concidit Hector ([*cf. Homer. X 391 et* Verg. *supra et sub 1*]. Prop. 3, 15, 42 victor ... c. -a Amphion). Val. Fl. 6, 512 victores patrium ... -a Geloni congeminant. Itala II Macc. 15, 25 (rec. P) qui erant cum Nichanore cum -is et tubis promovebant (*gr.* [*rec. Luc.*] μετὰ παιάνων καὶ σαλπίγγων. *cett. ordine inverso, cf. recc. LX et Vulg.* cum tubis et canticis, *recc. BM* cum tubis et timpanis Apollonis).

II *t. t. metricus* (*ad rem cf. v. Blumenthal, loc. cit. 2361 sq.; de nomine* Sacerd. gramm. VI 499, 21 a Paeone poeta nomen inditum. Isid. orig. 1, 17, 18 ab inventore): **A** *de quadam forma speciali pedis* (numeri *p. 29, 29*) *cretici, qui ex una longa et tribus brevibus*

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

constat (de variis generibus v. sub 2; fusius tractat Aristot. rhet. III 8, 1409 a 2sqq.). cretici similis est Cic. de orat. 3, 183. 193 orat. 215 (*iuxtapos.* creticus *e. g.* Cic. de orat. 3, 191 Mar. Victorin. gramm. VI 97, 31 Diom. gramm. I 506, 10. *ex cretico nascens* Mar. Victorin. gramm. VI 96, 10). *opp. vel iuxtapos.*: epitritus (*v. vol. V 2, 694, 2. 7. 36sqq.; de confusione ibid. 41 sqq.*), hippius (*v. vol. VI 3, 2814, 55; de confusione ibid. 82sqq.*).

1 *loci generales de usu, forma, natura sim.* (*maxime in prosa oratione, in versibus l. 33. 37; de usu singulorum generum v. sub 2*): Cic. de orat. 3, 191 neque vos -n aut herous ille conturbet; ipsi occurrent orationi. orat. 188 aequalis dactylus, duplex iambus, sesqui⟨plex⟩ -n (*agitur de partibus pedum earumque proportionibus, cf.* Mar. Victorin. gramm. VI 41, 9 ratione sescupli et -es continebuntur. Diom. gramm. I 480, 12. Cledon. gramm. V 31, 12 -es quina *tempora faciunt* ideoque ... divisio ... sescupla esse potest). 191 Ephorus ... orator ... -a sequitur aut dactylum (*sim.* Qvint. inst. 9, 4, 87, *qui addit* inventum a Thrasymacho, probatum ab Aristotele). *ibid.* quod ... -n habeat tres breves, ... labi putat verba. 192 qui -a praetereunt, non vident mollissimum a sese numerum eundemque amplissimum praeteriri. 193 -a probat *Aristoteles* eoque ait uti omnes, sed ipsos non sentire cum utantur (194 quae sunt apud A., eadem a Theophrasto Theodecteque de -e dicuntur. *al.* [*v. etiam sub 2a*]. Qvint. inst. 9, 4, 87 *supra.* 9, 4, 89 -e suo, quem, quia versum raro facit, maxime laudant *A., Theophrastus Theodectesque*). 194 minime est aptus ad versum, quo libentius eum recepit *oratio* (*cf. l. 23*). 196 sit ... -e maxime ... temperata *oratio.* 197 iambus ... frequentissimus est in iis, quae demisso ... sermone dicuntur, -n ... in amplioribus (*cf.* Qvint. inst. 9, 4, 136 *argumenta sublimia* amant amplitudinem ... -is). 218 numerus a quibusdam, non pes habetur. Qvint. inst. 9, 4, 48. 9, 4, 79 quamquam ille *Cicero* -e dochmioque, quorum prior in quattuor *syllabas* ... excurrit, utatur. 9, 4, 106. Mar. Victorin. gramm. VI 97, 31 hexametrum ... Aristophanes composuit tale, ut sint -es primi tres et insequantur totidem cretici (*sim.* 124, 13). Mart. Cap. 9, 975 compositi *pedes* ..., ut sunt -es vel eorum pares epitriti. Sidon. epist. 4, 3, 8 (*ad Claud. Mam. de hymno eius*) *potes* minutis trochaeis ... non solum molossicas ... ternarias, sed epitritorum etiam -umque quaternates supervenire iuncturas.

2 *de generibus*: **a** *apud rhetores, distinguuntur duo genera* (*sec. Aristot. loc. cit. 1409 a 11 sqq.*): Cic. de orat. 3, 183 probatur ... ab eodem illo maxime -n qui est duplex (orat. 215); nam aut a longa oritur, quam tres breves consequuntur aut a brevibus ... tribus, extrema producta ...; atque illi philosopho ordiri placet a superiore -e, posteriore finire; est autem -n hic posterior non syllabarum numero, sed aurium mensura ... par fere cretico. 3, 191 ut ... verborum iunctio nascatur a proceris numeris ac liberis, maxime heroo aut -e priore aut cretico. 3, 193 in ... posteriore, quem Aristoteles probat. orat. 218 *orationi cadenti* -a ... aptiorem, in quo esset longa postrema (*i. posterior; sim.* Qvint. inst. 9, 4, 107). Qvint. inst. 9, 4, 96 -n, qui est ex choreo et pyrrichio, quem aptum initiis putant, vel contra, qui est e tribus brevibus et longa, cui clausulam adsignant: de quibus fere duobus scriptores huius artis locuntur; alii omnes, ut quo[cum]que sint ⌊loco longae⌋ (*Radermacher*, quoque *trad.*), temporum quod ad rationem pertineat, -as appellant. 101. 110.

b *apud gramm., distinguuntur quattuor genera* (*cf.* Qvint. *l. 52*): α *nomina -um*: Mar. Victorin. gramm. VI 208, 1 (*inter pedes duplices sive tetrasyllabos ut* Avdax gramm. VII 335, 17) -n primus, -n secundus, -n tertius, -n quartus (*haec nomina saepe leguntur, graece* Fortvn. gramm. VI 280, 22sqq. πρῶτος ... δεύτερος κτλ.). Diom. gramm. I 472, 2 primus et novissimus. 506, 10 priore -e (*i. primo, opp.* quartum). Rvfin. gramm. VI 566, 1 supremus. Gramm. VI 646, 18 sequens (*i. secundus*). β *descriptiones sim.*: Bass. gramm. VI 264, 19 ex eo -e, qui constat longa syllaba et tribus brevibus (*sim. al., e. g.* Don. gramm. IV 370, 16sqq. -n primus ex prima longa et tribus [duabus *per errorem* Mar. Victorin. gramm. VI 208, 14] brevibus ...; -n secundus ex secunda longa et tribus brevibus ...; -n tertius *eqs.*). Ps. Bass. gramm. VI 308, 19sqq. -n primus, qui fit ex trochaeo et pyrrichio ...; -n secundus, qui fit ex iambo et p. ...; -n tertius, qui fit ex p. et trochaeo ...; -n quartus, qui fit ex p. et iambo (*sim.* Fortvn. gramm. VI 280, 22sqq. Mar. Victorin. gramm. 48, 5sqq. *al.*). γ *exempla varia*: Sacerd. gramm. VI 494, 21sqq. (*inter* structuras ... delectabiles) anapaestus et -n tertius 'fieri potuisset' ...; chorius et -n tertius facient illam structuram Tullio peculiarem 'esse videatur' (*sim. in clausulis iunguntur cum aliis pedibus*: 495, 3sqq. 17sqq. Diom. gramm. I 471, 33sqq. si paenultimus fuerit pyrrichius, optime succedit -n primus *eqs.* Prob. cath. gramm. IV 42, 4sqq. Frg. Bob. gramm. VI 627,6sqq. *al.*). Diom. gramm. I 520, 34 (*dividitur Hor. carm. 1, 9, 4*) choriambus, -n tertius, ⟨spondeus⟩. Serv. georg. 1, 18 'Tegeaee' -n tertius. Mart. Cap. 5, 519 modo -em primum probat *Cicero* incipientibus, modo finientibus quartum (*sim.* Rvfin. gramm. VI 577, 3). Gramm. VI 645, 18sqq. (*de divisione singulorum -um*). *al.*

B *de forma communi pedis cretici, qui ex longa, brevi, longa constat*: Ps. Cens. frg. 14, 10 -n duodenarius: (*affert Trag. inc. 97*) ... circuitus magis quam versus est; huic suberunt denarius *eqs.* Mart. Cap. 9, 989 in ... genere *paeonico* ..., incompositi duo rhythmi esse dicentur; quorum alius -n διάγυιος (*Meibom, v. app. crit.*) appellatur ex longa positione ⟨ac brevi,⟩ et longa elatione; alter vero ἐπιβατός. 9, 990 ut sit dochmiacum metrum ex iambo et -e, qui διάγυιος vocatur, hunc διάγυιον posteriores creticum cognominarunt; secunda est species, quae ex iambo, dactylo et -e constare monstratur.

C *singulariter de fine choliambi*: Ter. Mavr. 2405 quia iugatos scandimus pedes istos, -a fieri perspicis pedem in fine.

cf. paeonicus. *v. Onom.*

paeānītis, *nom. pl.* -ides *f. et* paeānītēs, *acc. sg.* -em *vel* -ēn *m.*(?), παιανῖτις, παιανίτης (*quae apud auctores graecos non exstant*). *codd. praebent etiam* pe(e)anit-, poeanit-, panit-, penit-, paenianit-, p(h)eanti- *al.* *nomen gemmae* (*ad rem v. Hopfner, RE XIII 756, 3sqq.*): Plin. nat. 37, 180 (*cf.* 1, 37, 66) -ides, quas quidam gaeanidas vocant, praegnantes fieri et parere dicuntur mederique parturientibus; natalis iis in Macedonia ..., species aquae glaciatae (*pendent*: Sol. 9, 22 quem *lapidem* -em vocant [Isid. orig. 14, 4, 13]. Prisc. perieg. 440 concipit et parit hic [*sc. in Thessalia*] ... gemma, quam -en perhibent).

paeda, -ae *f.* *vox peregrina, v. infra.* *genus vestimenti, fere i. q.* χιτών: Mart. 1, 92, 8 dimidias ... nates Gallica -a tegit (peda β, praeda α, palla γ; -a *sec. got.* paida *restituit Lindsay, Arch. Lat. Lex. 13, 1904, 279; coniecturam Heinsii q. e.* braca *praetulerunt edd. vett., v. vol. II 2154, 49*).

paedagōga *v. sub* paedagogus *p. 34, 42.*

paedagōgātus, -ūs *m.* *a* paedagogus (*cf.* discipulatus). *i. q. munus paedagogi, officium instruendi*: Tert. adv. Val. 13 continet hic ... ordo ... Sophiae ... casum, Hori ... auxilium, Enthymeseos ... expiatum, Christi et Spiritus Sancti -um, Aeonum ... reformatum *eqs.* (*cf. Iren. 1, 1, 4* τὸν μὲν γὰρ Χριστὸν διδάξαι ..., τὸ δὲ ἓν Πνεῦμα τὸ ἅγιον ... ἐδίδαξε).

paedagōgiānus, -a, -um. *a* paedagogium (*cf.* consistorianus, praetorianus *sim.*). *scribitur* ped- *cod. T (saec. V/VI)* Cod. Theod. 8, 7, 5, 1. *i. q. ad paedagogium pertinens*: **1** *adi.*: Amm. 26, 6, 15 *Procopius* indutus ... in -i pueri speciem, purpureis opertus tegminibus pedum *eqs.* **2** *m. pro subst. de pueris in paedagogio imperatoris institutis* (*ad rem v. Enßlin, RE XVIII 2, 2204, 6 sqq.; Mohler, Transact. Amer. Phil. Assoc. 71, 1940, 268 sq.; cf. vocem q. e.* compaedagogita): Amm. 29, 3, 3 adultus ... ex his, quos -os appellant, ad observandam venaticiam praedam ... canem retinere dispositus. Cod. Theod. 8, 7, 5, 1 omnes ... perseverent ⟨i⟩n militia, ii dumtaxat qui ministeriales et -i et silentiarii et decuriones existunt, ita ut post quindecim annos minime ab aliquo inquietentur.

paedagōgiārium Not. Tir. 6, 35 (ped- *trad.*). *fort. i. q. paedagogium; quam vocem graeco-lat., in laterculo notarum antecedentem, suffixo latino ornatam esse suspicatur Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 70.*

paedagōgium (-ī-?), -ī *n.*, παιδαγωγεῖον. *scribitur* ped- Inscr. Väänänen Graff. Palat. I 13. 52. 61. 66. 70. 78. (*contra* paed- I 34 CIL VI 4353 *al.*) *et hic illic in codd. medii aevi.* -cog- Inscr. Väänänen Graff. Palat. I 9. 13. 52 (-cocio). Not. Tir. 6, 34. *de formis*: -iu Inscr. Väänänen Graff. Palat. I 78 *post praepos.* de. *gen. sg.* -gi, *dat. abl. pl.* -gis *hic illic in codd. medii aevi.* Gloss. *v. sub 2.* *legitur in titulis inde ab aetate Claudii, fort. iam Tiberii, ceterum inde a* Sen. *phil.,* Plin. nat., Svet.

i. q. παιδαγωγεῖον (*respicitur fere schola servorum puerilium in familia nobilium vel imperatorum instituta; laxius l. 75 et sub 3. ad rem v. Enßlin et Mohler sub voce* paedagogianus *laudatos, ceterum e. g. Riemann, RE XVIII 2, 2205sqq. 4, 2483*): **1** *de universa institutione vel de hominibus ad eam pertinentibus* (*potius de eorum collegio sub a, potius de singulis paedagogianis sub b*):

a *sing.*: α *in titulis* (*ubique pendet e praepos., ut hic illic notio loci subluceat, maxime l. 66 sqq.*): de: CIL VI 4353, 3 Philonicus Ti. Caesaris Germ. de -o vixit ann. xiix (8967. 33104). Inscr. Väänänen Graff. Palat. I 9 Eutyches exi⟨t de pae⟩dacogio (*muro aedificii q. d. -um Palatini graphio inscriptum ut*: I 13 Corinthus [52. 70]. 30[?]. 34 Narbonen(sis). 61 verna. 66. 78 Marinus Afer. *subaud. vel supplendum fort. I 37. 41. 43. ad rem v. Solin in: Väänänen Graff. Palat. I p. 72 sqq.; Riemann l. l. 2210, 3 sqq.*). ex: CIL VI 8965, 2 Halotus ex -o Caesaris (*ibid.* l. 4). 8966, 4 Aug. vernae ex -o. β *apud scriptores*: Sen. dial. 7, 17, 2 (*inter exempla luxuriae*) -um pretiosa veste succingitur. 9, 1, 8 praestringit animum apparatus alicuius -i, diligentius ... vestita ... mancipia et agmen servorum nitentium. *laxius transferri videtur ad quamlibet scholam*: Tert. adv. Val. 8 p. 186, 18 in tricenario *numero* fecunditas *Aeonum* tota deficit, ... quasi non et numerorum tanta adhuc coagula superessent et nulla alia de -o nomina.

b *plur.*: Sen. epist. 123, 7 omnium -a oblita facie vehuntur, ne sol ... teneram cutem laedat. Plin. nat. 33, 40 honestius viri -is id (*sc. periscelides aureas*) damus. 33, 152 *cum* -a in transitu virilitatis custodiantur argento (*i. fibula argentea*). Vlp. dig. 33, 7, 12, 32 si instructum fundum legasset, ea -a, quae ibi habebat, ut ... praesto essent in triclinio, legato continentur. Tert. apol. 13, 9 cum de -is

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aulicis nescio quem (*sc. Antinoum*) synodi deum facitis. NOT. dign. or. 17, 3 sub dispositione viri spectabilis castrensis: -a, ministeriales dominici, curae palatiorum (*sim.* occ. 15, 4).

2 *de loco, aedificio ubi paedagogiani instituuntur* (*cf.* GLOSS. -um: eruditorium puerorum. ubi pueri erudiuntur. *ambigua v. sub 1a*): PLIN. epist. 7, 27, 13 puer in -o mixtus pluribus dormiebat.

3 *de actione erudiendi, instituendi*: a *cum acumine dictum de corruptione puerorum* (*fortasse sec. veriloquium vocis graecae; sed cf. etiam Hyper. Ath. 2* παιδαγωγηθῆναι *i. q. ludificari*): SVET. Nero 28, 1 super ingenuorum -a et nuptarum concubinatus Vestali virgini ... vim intulit. b *apud Christianos* (*an huc etiam p. 34, 45?*): AVG. c. Faust. 15, 6 p. 428, 19 *ecclesia* iam non sub -o legis, sed sub magisterio gratiae ... vivit ex fide. HIL. AREL. vita Honorat. 5 l. 8 ut prorsus divino quodam -o (praesagio *var. l.*) educatum putes, eruditur sine aliqua suorum instantia. EPIST. Migne suppl. 1, 1704 respiciamus ad actus animae nostrae, quae in hac vita -um servandae honestatis accipit: ipsa sibi testis sit, ipsa se iudicet.

deriv.: paedagogianus, paedagogiarium.

paedagōgo, -āre. *a* paedagogus, *cf. gr.* παιδαγωγεῖν. *i. q. educare, nutrire*: PACVV. trag. 191 *Polydorum* depulsum mammā -andum accipit ⌊repotialis Liber⌋ (*'lac novercae' intellegit Ribbeck*). *part. praes. f. pro subst. fere i. q. paedagoga, nutrix*: FVLG. Virg. cont. p. 104, 3 (*allegorice ad Verg. Aen. 7, 2*) -antis (pida- *vel* pede- *var. ll.*) suspectione sepulta ad desideratam ... pervenitur Ausoniam (*cf. p. 103, 14 sq.* Caieta nutrice sepulta, id est magistriani timoris proiecta gravidine).

***paedagōgus**, -ī *m.* (*de vi adi. vide p. 34, 32*), παιδαγωγός (*cf. infra l. 73 et* GLOSS.L I Ansil. PE 82 -us Graecum est). *ad compositionem vocis gr. alludunt*: AMBR. epist. 74, 2 -us ..., sicut etiam interpretatio latina habet, doctor est pueri (ductor *nonnulli codd., fort. recte*). HIER. in Gal. 3, 24 p. 368B nomen -i ... est compositum ab eo quod pueros agat, id est, ductet (*inde* ISID. orig. 10, 206). AVG. gest. Pelag. 1, 3 -us *est* ad puerum ducendum. *al., v. etiam* GLOSS. *infra*. *scribitur*: pe- *in titulis* CIL II 1482, 2 III 2111, 6 VI 6630(?). 8982,5. 9742(?). 9746 *et saepius in codd. recc., cf. l. 39.* *cum apice* -dág- CIL VI 9753, 3. -góg- CIL VI 2210, 5. *notatur*: paed CIL VI 4459, 2. 9748, 2. 37812, 1. *al.*, paedag CIL VI 8969, 2. 9749, 2. 9753, 3. *al.* paedago CIL VI 9746. INSCR. Notiz. Scavi 1894 p. 179 (*e Paelignis*). NOT. Tir. 6, 33. *corripitur prima syllaba* pĕd- *in dactylis* MAXIM. eleg. 3, 17. GLOSS. -us: παιδαγωγός. qui publicos mores docet infantem. eruditor puerorum. GLOSS.L I Ansil. PE 83 pedisequus pueros agens, id est ductans. II Abav. PE 11 -us, qui sequitur studentes, id est papas (*sim. al., cf.* GLOSS. IV 456, 48 [*ordine inverso, ad Iuv. 6, 633*] papas -us, qui sequitur studenter. *fort. pendent ex* GLOSS. V 472, 45 -us, qui sequitur studenter domino suo, idest pedisequus. *cf. Goetz apud Friedländer, Iuv. p. 112*). *legitur in versibus apud* PLAVT., TER., MART., MAXIM. (*v. supra; addas fem. apud* PAVL. NOL.), *in prosa oratione inde a* RHET. Her., CIC., VARRONE.

[*e coni. dub. pro* medagogus INSCR. Année Epigr. 1913 n. 148, *v. vol. VIII 517, 27 sqq.*]

i. q. παιδαγωγός (*quod graece resp. nisi aliud adnotatur*):

I *proprie*: A *usu sollemni de educatore puerorum*: 1 *in universum de custode, monitore, praeceptore sim. quorumlibet puerorum* (*puellarum e. g. p. 32, 52. 71; ad rem cf. Schuppe, RE XVIII 2, 2375, 17 sqq.; Bonner, Education in Ancient Rome, 1977, 34 sqq. et passim*): a *generalia quaedam, illustrantia*: α *rationem intercedentem inter -um et voces magis minusve affines* (*ad rem fusius Boulogne, De Plaats van de Paedagogus in de Romeinse Cultuur, Diss. Groningen 1951*), *quae indicant*: (I) *munus simile*: magister (*cf. p. 32, 63. 34, 53 et sub II passim; var. l.* magister SVET. Nero 22, 1): PLAVT. Bacch. 423 nego tibi hoc annis viginti fuisse primis copiae, digitum longe a -o pedem ut efferres aedibus (*de eodem 427 et 432* m.). 441 extemplo puer -o tabula disrumpit caput (*439* m.). 444 provocatur -us: 'eho senex minimi preti, ne attigas puerum ...'; it magister *eqs.* VARRO frg. Non. p. 448, 1 educat nutrix, instituit -us, docet (hoc e(s)t *trad.*) m. (*distingui videtur ut*: SEN. epist. 94, 9 haec [*sc. quomodo incedat, cenet sim.*] -us puero ... praecipit et irascendum non esse m. ... disputat. HIER. in Gal. 3, 24 p. 368A non ... -us m. et pater est. RVFIN. Orig. in exod. 12, 2 p. 263, 25 *filio erudiendo praebes* -os, m., libros *eqs.* [*sim. iuxta pos.* AVG. civ. 22, 22 p. 604, 29 D.]. *cf. et p. 33, 3. 34, 21. 40*). MART. 10, 62, 10 ferulae ... tristes, sceptra -orum, cessent (*10, 62, 1* ludi m.). DON. Ter. Andr. 54 'm.': -us. Phorm. 72 'm.': sic Latini, quem Graeci -um. *alia*: PLAVT. Merc. 91 servom una mittit, qui ... -us fuerat, quasi ut mihi foret custos (QVINT. inst. 1, 3, 15 neglegentia -orum [*postea 17* custodum et praeceptorum moribus]. SCHOL. Iuv. 7, 218 'discipuli c(ustos)': eunuchus -us. *v. etiam p. 33, 58. 34, 1. 23 nec non vol. IV 1575, 17 sqq.*). SEN. dial. 4, 21, 9 pertinebit ad rem praeceptores -osque pueris placidos dari (QVINT. inst. 1, 2, 10 *p.* minores ... officio fungi ... -orum non indignantur. PLIN. epist. 5, 16, 3 ut nutrices, ut -os, ut p. pro suo quemque officio diligebat. *v. etiam l. 76*). SEN. epist. 94, 9 monitorem ..., qui dicat: sic incede ...; haec -us puero ... praecipit (*cf. vol. VIII 1420, 74 sqq., adde* SCHOL. Hor. ars 163 ('monitoribus asper *iuvenis*'): contemptor -orum). SVET. Nero 35, 2 Anicetum -um suum (*de eodem Tac. ann. 14, 3, 3* pueritiae Neronis educator. *iuxta pos. v. l. 4*). 36, 2 *damnatorum liberos* cum -is et capsaris ... pariter necatos (VLP. dig. 40, 2, 13 si collactaneus, si educator, si -us ipsius, si nutrix ... vel c. ... manumittatur [*sim.* INST. Iust. 1, 6, 5]). VLP. dig. 47, 10, 15, 16 inter comites utique et -i erunt. (II) *alios homines pueros curantes*: CIC. Brut. 210 magni interest ..., quemadmodum patres, -i, matres ... loquantur (SEN. dial. 4, 21, 6 cuius lacrimas ... m. abstersit, cui de -o satisfactum est. epist. 60, 1 nutrix tua aut -us aut m. GAIVS inst. 1, 39 si quis patrem aut m. aut -um aut conlactaneum manumittat [*sim.* epit. 1, 1, 7]. *cf.* QVINT. inst. 1, 2, 25 exhortationem docentium, -orum custodiam, vota parentium. *addas p. 31, 69. 33, 53*). Lael. 74 nutrices et -i iure vetustatis plurimum benivolentiae postulabunt (SEN. dial. 4, 21, 9 TERT. nat. 1, 16, 16. *cf.* SEN. contr. exc. 4, 6, 3 a nutrice, a -o [*sim. iuxta pos.* QVINT. inst. 1, 1, 11 n., pueros, -os. PLIN. epist. 5, 16, 3 *v. p. 31, 81. al., addas p. 31, 66*]. SEN. epist. 60, 1 *supra*).

β *-i mores, habitus, munera sim.* (*potiora selecta; cf. p. 34, 20*): VARRO frg. Non. p. 448, 1 *v. p. 31, 65.* QVINT. inst. 1, 1, 8 *-i* aut sint eruditi plane ... aut se non esse eruditos sciant *eqs.* AMBR. epist. 74, 2 -us cuius est, maturioris an adolescentis? utique aut adolescentis aut pueri, hoc est, aetatis infirmae. *ibid.* qui utique imperfectae aetati non potest perfecta adhibere praecepta, quae sustinere non queat. HIER. in Gal. 3, 24 p. 368A -us parvulis assignatur, ut lasciviens refrenetur áetas et prona in vitia corda teneantur, dum tenera studiis eruditur infantia, et ad maiores philosophiae ac regendae reipublicae disciplinas, metu poenae coercita praeparatur *eqs.* (*inde* ISID. orig. 10, 206). adv. Iovin. 2, 10 nisi vitia adulescentis et pueri prudentia -i (-a *var. l.*) rexerit, omnis conatus eius ... ad lasciviam properant. RVFIN. Orig. in num. 20, 3 p. 194, 20 cum -o traditur puer, si forte minus dignis ... imbutus appareat disciplinis, continuo culpa ad -um refertur nec ita puer a patre ut -us arguitur, nisi si ... -i monita spreverit. AVG. gest. Pelag. 1, 3 sine -is posse pueros pergere in scholam, quamvis ad hoc non sint inutilia -orum adiumenta. THEOD. MOPS. in Gal. 3, 24 p. 55, 6 -i utiles quidem sunt puerulis ...; non sunt autem necessarii, quando puer ... ad perfectam profecerit doctrinam. GLOSS. III 225, 4–10 processi de cubiculo cum -o et cum nutrice salutare patrem et matrem (*loq. puer Romanus ut* 380, 47–54 processi ... sequente me -o recte per porticum, quae ducebat ad scholam).

b *exempla*: α *apud auctores* (*varia selecta*): PLAVT. Bacch. 138 non -um iam me, sed Lydum vocat. 142 non par videtur ..., praesentibus illis *convivis* -us una ut siet. RHET. Her. 4, 10, 14 cui *adulescenti* etiam nunc -i lites ad oriculas versarentur. CIC. Att. 12, 33, 2 (*de Atticae -o*) -i probitas. VAL. MAX. 1, 8, 12 auxilium ... -i sui ... invocavit *Acilius Aviola*. 3, 1, 2 -um suum (*sc. Catonis*) nomine Sarpedonem (*sim. iuxta nom. propr.*: PLIN. nat. 12, 62 -us Leonides [*de eodem* QVINT. inst. 1, 1, 9 Leonides Alexandri -us]. SVET. Nero 35, 2 Anicetum -um suum. AVSON. 128 tit. p. 344P. ad Eunum ligurritorem -um [*cf. 126, 3 p. 343* Eune magister; *fort. ludit cum usu sub IIA1a descripto*]. *al.*). *ibid.* -us ... ad Sullam ... adduxit *Catonem puerum*. 6, 1, 3 filiae suae virginitatem a -o proditam Fannio Saturnino. SEN. epist. 27, 5 quos tam bene noverat quam -os nostros novimus. MART. 8, 44, 2 sub -o coeperis licet *vivere*, serum est (SVET. Claud. 2, 2 diu ... s. -o fuit, quem barbarum et olim superiumentarium ... sibi appositum *eqs.* Nero 6, 3 nutritus est s. duobus -is saltatore atque tonsore. *cf. p. 34, 17. opp.* MART. 9, 27, 11 iam -o liberatus *draucus*). QVINT. inst. 1, 9, 5 cum indoctum puerum vidisset, -um eius percussit. 6, 1, 41 a -o se vellicari respondit *puer* (*cf.* TERT. adv. Marc. 1, 8 a vetere -o ... vapulabunt *pueri inflati*). SVET. Nero 37, 1 *obiectum est* Paeto Thraseae tristior et -i vultus. VOPISC. quatt. tyr. 14, 1 *Bonosus*, ut ipse dicebat, rhetoris filius, ut ab aliis comperi, -i litterarii (*cf. Vopisc. Tac. 6, 5* magistri litterarii). SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 81 ut luxurientur scolastici, donis solent suos corrumpere -os. AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 34, 2 considera aliquem excedentem ex ephebis ... -o suo honorificentiam reservantem. *al.*

β *in titulis* (*inde a saec. I ineunte*): (I) *urbis Romae: accedit gen. discipuli* (*vel pron.* suus): CIL VI 2210, 5 Claudia Ti. f. Quinta C. Iulio Hymeto aedituo Dianae Plancianae, -o suo καὶ καθηγητῇ, item tutori a pupillatu ob redditam sibi ab eo fidelissime tutelam. 3998, 2 Hymnus -us ⟨I⟩uliae Germanici filiae. 3999 Malchio Drusi -us. 6327, 2 Gemellus Messallinae Tauri f. -us. 6330, 3 T. Statilius Zabda -(us) Statiliae. 8012, 3 C. Gargilius Haemon, Proculi, Philagri divi Aug. l. Agrippiani f(ili), -us idem l(ibertus), pius et sanctus (9755 -us eius p.). 9742, 3 Aemilio Diadumeno -o Fausti sui. 9754, 5 C. Sulpicius C. l. Venustus Sulpicia C. l. Ammia Sulpiciae C. f. Galbillae -is suis (*'videntur -o et -ae sorores duae Sulpiciae Galbillae monumentum posuisse' Mommsen ad l.; sim. explices p. 33, 31*). 32098 d (*distribuuntur loca in amphitheatro Flavio*) ⟨-is p⟩uero⟨um⟩ (*si recte suppletur secundum* SVET. Aug. 44, 2 *assignavit* praetextatis cuneum suum, et proximum -is). *al.* *alia*: TEST. Dasum. (CIL VI 10229) 51 Eros vestiarius ... ⟨paeda⟩gogus ratione reddita, Pho⟨ebus ... liberi sunto⟩. CIL VI 4718, 3 Fulvinius M. l. Alexander -us. 6329, 2 Philocalus -us. 8613, 7 fecit Artemisius -us et lib(ertus)

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

puero rarissimo. *et saepius.* (ii) *alibi inventis* (*accedit gen. discipuli l. 6 et 9*): EDICT. imp. Diocl. 7, 65 L. -o in singulis pueris menstruos *denarios L* (*antea*: ceromatitae; *postea* magistro institutor(i) litterarum, calculatori, notario, librario, ⟨g⟩rammatico). CIL II 1482 (H)istoricus l(ibertus) -us. 1981 III 2111, 6 C. Agrius Plocamus C. Agrio Claro -o. 14731 V 3157. 5144 P. Rubrius Theophilus -us Rubriae. VIII 3322, 3 Ael. Agnito Canopo -o pientissimo (*cf.* 12649, 3 Fortunatus Caes. n. ser. -us pius. 12650, 2 Optatus Aug. lib. -us pius). X 1943 Calpurnius Phaedon Calpurnior(um) -us. 1944, 1. 6561, 4 XI 5440. *al.*

2 *fere technice de praeceptore qui servos nobilium vel principis in paedagogio educat, docet* (*occurrit in similibus tit.* praeceptor *e. g.* CIL VI 8977. 8978; *cf.* suppaedagogus. *rem tractant fusius Enßlin, RE XVIII 2, 2204, 29 sqq.; Mohler, Transact. Am. Phil. Ass. 71, 1940, 262 sqq. Forbes ibid. 86, 1955, 321 sqq.*): a *in titulis* (*inde a saec. I ineunte; exempla certiora, cetera v. sub 1bβ*): α -us puerorum (*cf. l. 37. p. 32, 79.* glabrorum *l. 27*): CIL VI 1052, 7 (*a. 198*) -i p. a capite Africae (*sequuntur 24 nomina libertorum* [*sexies addita voce* ver(na)]. *al. ad idem paedagogium in vico quodam urbano situm spectantia v. vol. I 1263, 36sqq.; sine gen.* puerorum *ibid. l. 38sqq.*). 7290, 5 Primigenius L. Volusi Saturnini ser(vus) ab hospitis et -(us) p. Charidi cont(ubernali). 7767, 6 Philetaerus Aug. lib. -us p. C(aesaris) n(ostri) (8970, 2. 8974, 1. *cf.* 8971, 3 imp(eratoris) Titi Caesaris. 8972, 2 Aug. lib. Narcissus ... natione Parthus -us ⟨puero⟩rum imp(eratoris) et papas Galeriae). 8973a, 3 Onesati Caes. n. ser(vo) -o p. 8968, 3 T. Aelio Aug. lib. Peregrino -o p. 8969, 2. 9740, 6. *al. cf.* 33426, 2 Apollonius Antoni -us glabrorum. β *cetera exempla* (*adde l. 20*): CIL VI 8980, 5 C. Iulius Epaphra divi Augusti l. vixit ann. LX carus alumno suo regis -us. 8989, 2 Philarguro -o suo Euenus Ti. Caesaris Augusti ... servos (*cf.* XII 3832, 6 *Porciae et Optato* Epafra conlibert(us), Syntyche, Anatole ser(vae) -is piissimis). 9753, 3 P. Statio P. l. Bioni decanus -(orum) domini. *fort. huc spectat* INSCR. Année Epigr. 1946 n. 99 (*Romae*) Philius scrib(a) cubiclariorum item decurio Neronis Aug(usti) procurator a -is.

b *apud auctores*: MART. 3, 58, 30 -o non iubente (*cf. Friedländer ad l.*). 12, 49, 1 crinitae Line -e turbae (*cf. eundem ad 2, 57, 5*). SPART. Hadr. 2, 7 -os puerorum, quos Traianus impensius diligebat. COD. Iust. 12, 59, 10, 5 *probatoriae* memorialium omniumque -orum, cellariorum, mensorum *eqs.*

B *peculiariter de custode, ductore fatuae*: SEN. epist. 50, 2 *Harpaste fatua nesciens se subito caecam factam* -um suum rogat ut migret (*i. secum exeat*); ait domum tenebricosam esse (*fortasse nana fuit itaque a -o custodiebatur, v. Préchac-Noblot ad l.*).

II *per comparationem vel imaginem transfertur ad*: A *quemlibet hominem*: 1 *alios docentem, instruentem*: a *in malam partem vel sane cum despectu quodam* (*cf.* PETRON. *sub 2 et* TERT. *sub B; accedit* ad HESYCH.): PLAVT. Pseud. 447 meus est hic quidem servos Pseudolus; hic mihi corrumpit filium, scelerum caput; hic dux, hic illist -us. SEN. epist. 123, 11 (*luxuriosi contra severos*) istos tristes et superciliosos alienae vitae censores, suae *vitae* hostes, publicos -os assis ne feceris. ITALA I Cor. 4, 15 (cod. d *al.* = VVLG.) non ut confundam vos, haec scribo, sed ut filios meos carissimos moneo; si enim decem milia -orum habeatis in Christo, sed non multos patres. HESYCH. in lev. 19, 29 p. 1037^{B} eos *patres turpiter viventes*, qui eruditores esse debuerunt, ad malum pueri -os habent.

b *in bonam vel neutram partem*: α *de philosophis sim.* (*notiones separandas censet Ariston l. 62*): SEN. epist. 11, 9 custodem nobis et -um dedit *Epicurus* (*antea*: aliquis vir bonus nobis diligendus est ac semper ante oculos habendus). 25, 6 cum iam profeceris ..., licebit dimittas -um (*cf. 25, 5* sic fac ... omnia, tamquam spectet Epicurus). 89, 13 eum locum *philosophiae*, qui monitiones continet, sustulit *Ariston Chius* et -i esse dixit, non philosophi, tamquam quidquam aliud sit sapiens quam generis humani -us. β *de variis hominibus* (*accedit* quasi COLVM., velut AMBROSIAST.; *gen. rei, quam docet -us* COLVM., VIGIL. TRID.): COLVM. 1, 1, 13 nec postremo quasi -i eius *agricolationis* meminisse dedignemur Iuli Hygini (*postea*: Magonem rusticationis parentem). VOPISC. Aurelian. 37, 3 senatus mortem eius graviter tulit, gravius tamen p. R., qui vulgo dicebat Aurelianum -um esse senatorum. VIGIL. TRID. ad Simplic. 2 p. 551^{B} *lector Martyrius* attentus operibus iugiter spiritalibus ..., lectionis suae -us, *eqs.* (*antea*: divinae laudis canticum auribus primus surdae regionis intonuit). AMBROSIAST. in Rom. 13, 4 rectores ordinavit *deus*, ut ... hominibus velut -i sint, erudientes illos *eqs.* HIER. epist. 117, 10, 1 egone *te corripiens* malivolus ... an tu neglegens ... ? optimum re vera -um, qui te moneat, qui asperitate frontis exterreat. RVFIN. Orig. in num. 1, 3 p. 7, 28 -o utentes Moyse ... tendamus ad perfectionem Christi (ORIG. in Matth. ser. 51 p. 114, 31 post M. -um et procuratorem. *cf. exempla sub C1 allata*).

2 *alios assidue sectantem, comitantem* (*cf. daemonium Socratis sub B; fere per ironiam vel cum despectu quodam, cf. 1a*): TER. Phorm. 144 quid -us ille, qui citharistriam? (*explicat* DON. *ad l.* 2 quia dixit [*v. 86*] 'sectari, in ludum ducere et reducere' et quia 'puellulam' [*v. 81*] dixit ab aetate, '-us ille' ait [*sim.* EVGRAPH.]. *ibid.* 3 quia neque abscedit a custodia puellae neque illam ipse contingit). PETRON. 94, 2 ego -us et custos etiam quo non iusseris sequar (*Eumolpus ad Gitona; antea*: amatorem invenisti). SVET. Galba 14, 2 regebatur trium arbitrio, quos una et intra Palatium habitantis nec umquam non adhaerentis -os vulgo vocabant (*inde de iisdem Galbae amicis* PS. AVR. VICT. epit. 6, 2 vulgo -i dicerentur).

B *deum, potestatem divinam sim.*: SEN. epist. 110, 1 *quidam dicunt* unicuique nostrum -um dari deum, non quidem ordinarium, sed *inferiorem*. TERT. anim. 1, 4 daemonium illi *Socrati* a puero adhaesisse, pessimum revera -um. HIER. epist. 70, 4, 3 Clemens, Alexandrinae ecclesiae presbyter, ... scripsit ... '-i' ... tria volumina (*sim.* RVFIN. hist. 6, 13, 3 alius liber *Clementis*, qui dicitur '-us').

C *rem*: 1 *sec. Gal. 3, 24 de lege Hebraeorum sim.* (*accedit* quasi *vel* tamquam *l. 21 sqq.; apponitur substantivo l. 27; res docenda indicatur per gen.* AVG. serm., PETR. CHRYS.; *praepos.* ad MAR. VICTORIN., HESYCH. [*cf. p. 33, 55*]): ITALA Gal. 3, 24 sq. (cod. e *al.; sim.* VVLG.) lex -us noster fuit in Christum Iesum, ut ex fide iustificemur; veniente autem fide, iam non sub -o sumus. *alludunt saepe ecclesiastici, e.g.*: IREN. 4, 2, 7 (4, 4, 2 H.) legem -um nostrum ... dixit. MAR. VICTORIN. *ad l.* p. 1172^{C} quomodo ... qui pueros docent, monent, viam ... vivendi ostendunt, non tamen ipsi magistri sunt pleni vitae, sic et lex quasi -us fuit, sed non sibi profuturus neque plenus -us ad vitam docendam (AMBROSIAST. in Rom. 13, 1. AVG. serm. 161, 8, 8 est ... quidam custos timor q. -us legis. *al.; cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 34, 2 legi tamquam -o utili gratiam reservabat [AVG. c. Adim. 17 p. 166, 27. in Gal. 17, 1 *ubi var. l.* -am. 30, 1. in psalm. 118 serm. 25, 7 timor legis. *al.*]. HIER. in Gal. 3, 24 p. 368^{B} ad instar -i severioris. THEOD. MOPS. in Gal. 3, 24 p. 54, 24 -i locum implens *lex*). TYCON. reg. 3 p. 17, 30 legem -um passi sumus. AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 34, 1 lex ... -us est parvulorum (AVG. doctr. christ. 3, 6, 10). RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 111, 15 laetificatae institutione ... -i *animae* (*postea l. 24* legis ... institutionibus). 2 p. 157, 7 cum -o lege (*ibid.* sub ... -o lege). AVG. perf. iust. 5, 11 p. 11, 7 lex terrendo ad Christum ... -i perducat officio. util. cred. 3, 9 p. 13, 1 ille ... -um dedit hominibus, quem timerent, qui magistrum (*i. Christum*) postea, quem diligerent. PETR. CHRYS. serm. 92 p. 459^{B} *lex* -us religionis infantiae. HESYCH. in lev. 16, 2 p. 983^{D} -us noster ad Christum lex esse ... dicitur. *al.* 2 *de variis rebus*: HIER. adv. Iovin. 2, 10 alia ... comparatio animae et corporis a philosophis ponitur: corpus puerum, animam -um (-am *var. l.*) esse. CASSIOD. var. 11, 37, 3 labores, ..., violenti magistri, solliciti -i, per quos cautior quis efficitur.

f. **paedagōga**, -ae (*subst., vergit in vim adi. l. 61 sqq.; cf. supra l. 32*). [*loco vix sano* HESYCH. in lev. 27, 11/13 p. 1166^{A} sic (*sc. mente, sapientia sensibus addita*) ... semetipsum gubernare et non necesse habere alterius -a poterit (paedagogia *Bulhart in schedis nostris*).]

i. q. educatrix, custos, magistra: 1 *proprie de mulieribus officio educandi fungentibus*: *in titulis*: CIL VI 6331, 2 (*saec. I?*) ⟨St⟩atilia T(iti) l(iberta) Tyranis -a Statiliaes. 9758, 2 Vrbana -a. VIII 1506, 3 Cornelia Fortunata -a p(ia) v(ixit) a(nnos) *tot. dat. plur. simul de viro et muliere*: CIL VI 9754 *et* XII 3832, *v. p. 32, 77. 33, 31. dub.*: CIL VI 4459. 9756. IX 6325. *in libris*: HIER. epist. 128, 4, 4 sit ei *puellae* magistra comes, -a custos non multo vino dedita, non ... otiosa atque verbosa, sed sobria, gravis *eqs.*

2 *in imagine vel translate de rebus* (*accedit* velut *sub b; cf. var. ll. supra l. 25. 39 et p. 32, 29*): a *de lege Hebraeorum sim.* (*cum gen. rei, quam -a docet l. 61*): ITALA Gal. 3, 24 (Hil. in psalm. 91, 1) lex -a nostra facta est in Christo (*postea*: sub paedagogo; *alias vers. et* VVLG *v. l. 16*). *alludunt*: HIL. in psalm. 118 lamed 11 legem esse -am. *ibid.* quia legis iustificatio euangelicae iustificationis fideique -a sit. mem 10. HIER. in Gal. 3, 24 p. 368^{C} -a lex appetitur (*item apponitur*: 4, 1 p. 370^{C} -a Moysi lex ... disserta est. in Is. 41, 8/16 l. 53 servitutem -ae legis. 64, 6 l. 48 -ae legis ... caeremonias. *ordine inverso*: PAVL. NOL. carm. 24, 682 *puerum* lex -a nutriat). b *de scriptis didascalicis*: ENNOD. opusc. 6, 26 p. 410, 8 ecce habetis gratiae meae obsidem paginam, quam velut -am sectamini (*respondet 6, 1 p. 401, 17* pagina ... concinnationis didascalicae).

deriv.: paedagogatus, paedagogo.
compos.: suppaedagogus.

?**p(a)edatum** (-ā-?) carcerem GLOSS.^{L} III Abstr. PE 10 (*inde* I Ansil. PE 86 II Abav. PE 12 V Aa P 253. Corp. P 347 -um carcer(em) [*item* GLOSS. V 320, 27. 385, 2]). *adi. a* p(a)edor *derivatum notionis q. e. paedore plenus intellegit Loewe, Gloss. nom. 1876, 155sq., qui glossam interpretamento carere suspicatur* (*ad iuncturam cf. p. 36, 29. 34*).

paedātūra *v.* pedatura. *Baer.*

paederastēs, *nom. pl.* -ī, παιδεραστής. *i. q. amator puerorum*: PS. TIT. epist. l. 409 (*ex apoc. Heliae*) *in gehenna* paciuntur aliqui pendentes natura[e], alii autem linguis ...; per ... supplicia ostenditur ... actus: naturalium dolor (*sc. qui naturalibus dolent*) utique adulteri sunt et pederasti (*man. pr. ut vid.*, perditi *man. sec.*).

paederōs, -ōtis *m.*, παιδέρως. *in codd. scribitur saepe* pe-, *ceterum hic illic* -dor-. NOT. Tir. 98, 49. *formae notabiliores: nom. sing.* -us ISID. orig. 16, 10, 2 (*var. l.*). NOT. Tir.; -ota ISID. orig.

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

14, 3, 15 (*nisi subest acc. gr. ut* Diosc. 3, 17 p. 383, 15 [*v. infra sub 1b*]); -otus Gloss. III 573, 11. *acc. sing.* -ota Plin. nat. 22, 76. 37, 84. *al.*; -otem Sol. 33, 22; -otam Diosc. 4, 69 p. 39, 16 (*var. l.*); -o(n) Ps. Apvl. herb. interpol. Ps. Diosc. herb. fem. Gloss. III 573, 37 (*vix nom. neutr.*); petereton Ps. Apvl. rem. sal. *acc. plur.* -otas Plin. nat. 37, 123 (pederos *var. l.*).

1 *nomen herbae* (*v. André, Lex. des termes de botan. sub v.*): **a** *i. q. caerefolium*: Plin. nat. 19, 170 (*inde* Ps. Apvl. rem. sal. p. 282, 10) caerefolium, quod -a Graeci vocant, *aequinoctio autumni seritur.* Ps. Apvl. herb. interpol. 105 adn. Gloss. III 573, 11. **b** *genus acanthi*: Plin. nat. 22, 76 *acanthi genus* alterum leve, quod aliqui -a vocant, alii melamphyllum (Diosc. 3, 17 p. 383, 15 acanto aut m. aut -a nascitur in paradissis [*gr. 3, 17, 1 παιδέρωτα καλοῦσιν. φύεται κτλ.*]. Ps. Diosc. herb. fem. 3 l. 1). Diosc. 4, 69 p. 39, 16 (*loco in versione decurtato*). Gloss. III 573, 37.

2 *nomen lapidis, gemmae*: **a** *genus opali* (*ad rem v. Blümner, Technologie III 246*): Plin. nat. 37, 84 hanc gemmam propter eximiam gratiam plerique appellavere -a; . . . nasci dicitur in Aegypto et in Arabia *eqs.* (*cf.* Sol. 33, 22 -em . . . inde sumimus [*sc. ex Arabia ut* Isid. orig. 14, 3, 15 -a ibi invenitur]). 37, 129 *gemmarum* candidarum dux est -os (*inde* 1, 37, 46 -os sive sangenon sive syenites). Isid. orig. 16, 10, 2 secunda post margaritum candidarum gemmarum. **b** *genus amethysti*: Plin. nat. 37, 123 (*de quinto genere amethysti; cf.* 1, 37, 40) tales aliqui malunt -as vocare, alii anterotas, multi Veneris genam. Epiphan. Avell. p. 755, 16 Beryllium lapis . . . -is habens speciem.

paederōtinus, -a, -um, *παιδερώτινος*. *i. q. ad paederota pertinens*: Not. Tir. 98, 50 (*antea*: pederus) pederotinum (*fortasse de vestimento* [*sc. colorem gemmae praebente? cf.* oxypaederotinus]).

paedeuta (-tēs ?), (-ae) *m.*, *παιδευτής*. *nom. pl.* -e, *dat. pl.* -aes (*sec. gr.*). *i. q. praeceptor*: CIL III 14195[9], 3 *et* 12 (*a. 104*) Dianae Ephesiae et pueriis Ephesiorum . . . et paedonomis et -aes (*gr. l. 15 παιδονόμοις καὶ παιδευταῖς*) C. Vibius . . . imaginem . . . Minervae Pammusae . . . fecit et constituit pecuniam ut ex usuris paedonomi et -e omnib(us) ann(is) convintic(ium) accipiant.

paedīa, *acc.* -ān *f.*, *παιδεία*. paed- *in codd. B* Qvint., *ceterum trad.* ped-. *i. q. eruditio, institutio*: Qvint. inst. 1, 10, 1 orbis ille doctrinae, quem Graeci encyclion -an vocant. Gloss.[L] I Ansil. pe 112 -an: Gr(a)ece, quod Latine disciplina dicitur. *per prosopopoeiam* (*v. Aly, RE XVIII 2, 2385, 16*): Mart. Cap. 6, 578 illa *Philosophiae germana* . . . -a vocitatur. 7, 728.

paedīcātor *et* **1. 2. paedico** *v.* ped-.

paedicus, (-a, -um; *non nisi neutr. gr.* -on), *παιδικός*. *scribitur* ped-. *i. q. ad pueros pertinens, pueris conveniens*: Cass. Fel. 29 p. 55, 9 *ad trachomata* collyrio . . . uteris, quod appellant -on, id est puerile, siquidem et infantibus conveniat. Alex. Trall. 1, 62 (*de epilepsia*) contingit . . . haec passio infantibus . . ., propter quod -on eam aliqui vocant (*gr. I 537 P. παιδικόν sc. πάθος. cf. Cael. Aur. chron. 1, 4, 60* puerilis passio). *Kruse.*

paedidus, -a, -um. *iuxta* paedor; *cf.* foetor: foetidus. *scribitur in codd. etiam* ped-. Pavl. Fest. p. 222 -os sordidos significat atque obsoletos; tractum vocabulum a Graeco, quia *παῖδες* . . . talis sint aetatis, ut a sordibus nesciant abstinere. Gloss. II 252, 12 *αὐχμηρός*: squalis (squalidus *var. l.*), -us. 428, 65 *ῥυπαρός*: sordidus, -us. [*de coni. variis v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 596, qui ipse restituit* Apvl. met. 5, 10, 2 *pro* sordidus.]

paedium, (-ī) *n.*, *παιδίον*. *scripturas v. infra; litteris et formis graecis l. 65. 67. 69.* [*sic.* baggiu, *abrut.* bagge; *vix it.* paggio, *francog.* page. *cf. M.-L. 6150 (et Faré, Postille). Wartburg VII 474sq. Corominas III 614. St.*]

i. q. παιδίον: **1** *in titulis fabularum Turpilii Noviique (sec. tit. graecos comoediarum Menandri al.) et Menippearum Varronis*: Non. p. 85, 19 Turpilius Pedio. p. 455, 12 Novius Pedio (*addas fort.* p. 552, 15, *ubi* pacevo *trad.*). p. 344, 3 Varro *τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας* (*locut. proverb. testatur* Tert. nat. 2, 13, 15 ut huic *Iovi* pri(mum illud dic)tum putem: *τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον* [*restit. Gothofredus,* topodion *A*]). **2** *in alio exemplo*: Avg. quaest. hept. 1, 108 p. 54, 22 cum . . . *Iacob* infantes filios suos esse significet, quae graece dicuntur *παιδία* (*παῖδες ed. princ.*, pedia *pars codd.*; *cf. LXX gen. 33, 5 τὰ παιδία*).

paedonomus, -ī *m.*, *παιδονόμος*. *nomen officialis cuiusdam, qui educationem puerorum procurat, administrat* (*de re cf. Schultheß, RE XVIII 2, 2387, 33sqq.*): CIL III 14195[9], 3 *et* 12 (*v. supra sub* paedeuta).

p(a)edor, -ōris *m.* (*n. v. l. 82*). [*quoniam neque scriptura plane constat neque linguae cognatae vocem utrivis formae congruentem praebent, veriloquium quaerentes omnino haerent. Sch.*] *scribitur in codd. antiq. tam* pae- (Avg. civ. 14, 24 p. 51, 11 D. *V saec. VI*) *quam* pe- (Sedvl. carm. pasch. 1, 42 *T saec. VII*), *item variant recc.; invenitur etiam* phed-, fed-, foed- (*v. e. g. Vulg. Ezech. ed. comm. pontif., Orthogr. p. 294*) *nec non* perd- *vel* pr(a)ed- (Gloss.). *de genere*: Gloss.[L] IV Plac. p 6 (*sim.* Gloss. V 91, 14. 130, 33) -r genere masculino dicitur hic -r et hi -es, non -a, ut Lucanus (*affert 2, 73, sc. ut exemplum generis masc.?*). *exstat n. plur.* -a *nonnisi in* Gloss. (*v. infra sub IB et cf. Loewe, Gloss. nom. 1876, 156*). *inde fortasse retrograde n. sing.* -um Gloss. V 381, 5 pedo(r) vel pedorum: fetor (paturum *trad., restituit Loewe l. l.; an latet anglosax.* feotor *i. pedica?*). *e formis sing. deest dat., frequentatur abl.; plur. non nisi nom. acc.* -es *vel* -a Cic. Tusc. 3, 62 Gild. Brit. 72 chron. III p. 67, 8 Gloss. *v. supra, abl.* -bus Vita Amator. (bhl 356) p. 59[D].

de notione: Gloss. -r: *ῥύπος. ῥυπαρία. ὀσμὴ σαπρά.* sordes. squalor. -e: foetore. sordium inundatione. sordium infestatione. sordium infectione. Gloss.[L] I Ansil. pe 150 -r: squalor, pallor. II Abav. sq 2 squalor: sordor (*i.* sordes), inquinatio, pe[r]dor. V Abba pe 53 -r: odor gravis, unde et p(a)edere (*'?' Lindsay*) vel sordes aut squalores. *al. v. infra.* *legitur in poesi inde ab* Acc., Trag. inc., Lvcr., Sen. *trag., in prosa oratione singulis locis apud* Cic. *et* Tac., *paulo saepius inde a* Tert. [*confunditur in codd. cum* foetor, pudor (-r *restituere vult Souter* Arnob. nat. 2, 12 p. 79, 16 M.), putor; *v. infra ad singulos locos.*]

I *i. q. squalor, sordes, illuvies* (*syn. vel iuxta pos.* squalor *saepius, e. g. l. 32. 36. 42,* sordes Tert. patient. 13, illuvies Trag. inc. 191 Lvcr. 6, 1269 Tac. ann. 6, 44, 1. *al.*): **A** *generatim de qualibet spurcitia, quae afficit*: **1** *corpora animantium* (*inquinantur vel rebus sordidis vel neglegentia quadam cultus corporis*): **a** *captivorum, in carcere morantium* (*fere hominum; bestiarum* Amm.; *accedit gen.* carceris *l. 35,* custodiae Const. Sirmond.; *cf.* Cassiod. *sub IIA*): Acc. trag. 111 (*de Andromeda exposita*) misera obvalla saxo, senio, -e alguque et fame. Sen. Ag. 991 (*loq. Aegisthus*) abstrusa caeco carcere et saxo exigat aevum *Electra*, . . ., inops egens inclusa, -e obruta, *eqs.* Herc. O. 392 *Iolae servae* cessere cultus penitus et -r sedet (*opp.* decus; decor). Lvcan. 2, 73 mox vincula ferri exedere senem *Marium* longusque in carcere -r (fetor *codd. dett. et Schol. Stat. Theb. 2, 677. cf.* Comment.: inluvies. Adnot.: odor corporum -r dicitur. Schol.: -r est proprie foetor pedum). Tert. resurr. 8 p. 37, 13 cum in carceribus maceratur *caro* . . . squalore, -e, contumelia victus. Amm. 19, 6, 4 dentatae in caveis bestiae taetro -e acerbius efferatae. Hier. epist. 1, 3, 3 sordidas -e (fetore *var. l.*) carceris manus (Rvfin. hist. 5, 1, 34 [squalore *P² in margine*; pondere *var. l.; gr. aliter. cf.* Gloss.[L] Corp. p 269 -e: scualore]. Gild. Brit. 72 chron. III p. 67, 8 squalores -esque carcerum [fetoresque *A; huc spectat* Gloss.[L] Corp. p 275 -r reorum]. Ennod. dict. 21, 4 p. 484, 10. Vita Amator. [bhl 356] p. 59[D] c. -bus ac vinculis. *aliter* Zeno *sub 2*). Rvfin. hist. 5, 1, 28 qui -is (foetoris *var. l.*) horrore et conclusionis tenebris necabantur (*27* adflictatione carceris et poenali squalore; *gr. aliter*). Const. Sirmond. 8 inpexos tenebrosae -e custodiae crines. **b** *lugentium, maerentium sim.*: Trag. inc. 191 (*loq. Aeetes*) barba -e horrida atque intonsa infuscat pectus inluvie scabrum (*affert Cic. Tusc. 3, 26, adiungens*: sed maeres . . . regni desiderio, non filiae). Cic. Tusc. 3, 62 illa varia et detestabilia genera lugendi: -es, muliebres lacerationes genarum, pectoris feminum capitis percussiones. Sen. Herc. f. 628 (*Hercules ad Amphitryonem*) unde iste . . . squalor et lugubribus amicta coniunx? unde tam foedo obsiti -e nati? Tert. patient. 13 p. 20, 16 (*ad Dan. 4, 30 sqq.*) *Nabuchodonosor* offenso domino . . . squalore et -e septenni ab humana forma *exulavit* (*antea*: sordes; cineri et sacco). **c** *aegrotorum vel morientium sim.* (*accedit gen. explic. l. 58*): Lvcr. 6, 1269 (*in descriptione pestilentiae*) membra videres horrida -e et pannis cooperta perire corporis inluvie. Stat. Theb. 4, 616 *Oedipus* iacet . . . in funere longo . . ., obsitus . . . -e et sanguine vultus. Hier. epist. 77, 6, 2 morbo regio et -e (fetore *var. l.*) confectos (hom. Orig. in Ezech. 9, 4 p. 413, 2 Lazarum vulnerum tabe et vermium -e [put- *var. l.*] confectum). in Is. 14, 18/19 p. 223[B] *Nabuchodonosor* proiectus est . . . quasi sanies, quae Hebraice dicitur neser, quam Aquila *ἰχῶρα* interpretatus est, tabem videlicet et -em (put- *var. l.*). in Zach. 14, 12 l. 481 *persecutorum ecclesiae* lingua in -em (fetorem *var. l.*) et saniem dissoluta. Vvlg. Ezech. 32, 6 implebo colles tuos sanie tua (*sc. Pharaonis*) et inrigabo terram -e (*var. l.* fetore, *cf. Hier. ad l.* 'foetore sanguinis tui' *sive* 'stercoribus tuis' [*sc. sec. gr. προχωρημάτων σου*]). **d** *aliorum*: Tac. ann. 6, 44, 1 neque exuerat -em *Artabanus misericordiam captans* (*cf. 43, 2* inluvie obsitus). Tert. cult. fem. 2, 5 l. 3 nec de bono ⌊squaloris et -is⌋ (*A*, corporis squalorem sed de pudoris *cett.*) suademus, sed de . . . iustitia corporis excolendi. Hier. epist. 45, 4, 1 in sacco et cinere formonsae *Paula et Melanium* volunt videri et in gehennae ignis cum ieiuniis et -e descendere (pudore, foetore *var. ll.; contextum sanum non esse putat Labourt ad l.*).

2 *mentem vel animam* (*in imagine captivitatis* Zeno, Ivlian.): Zeno 2, 39 (2, 10, 1 L.) beatus esse non potest . . ., qui -em sui secum carceris portat (*spectat ad statum animae ante baptismum*). Hier. epist. 96, 12, 5 (*ex epist. Theophili*) contra deum mente pugnans unguento caelestium doctrinarum saniem quandam et -em sui fetoris inmiscuit (*nisi pleonastice dictum et ad IIB trahendum*). Ivlian. in Os. 14, 5–8 omni -e (pud- *P²*) deposito innovationis ornamenta percipias (*sc. Israhel captivitate liberatus*).

? **B** *speciatim i. q. aurium sordes*: Gloss.[L] III Abstr. pe 16 -a: aurium sordes ([*item* Gloss. V 130, 30. 319, 57]. *inde* Gloss.[L] I Ansil. pe 125. V Aa p 257 *nec non* II Abav. pe 16 -r: aurium sordor. *adde* Gloss. V 385, 7 -r: aurium sordes).

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *i. q. odor malus, foetor* (*subestne confusio cum hac voce?* [*v. sub IA passim*]. GLOSS.[L] I Ansil. PE 122 -r: t⟨a⟩eter odor, malus o. id est putor, fetor. Corp. P 352 -r: odor gravis. *addas p. 36, 7. 14, 31. syn. vel iuxtapos.* foetor CAEL. AVR., VEN. FORT., SEDVL.): **A** *proprie*: AVG. civ. 14, 24 p. 51, 11D. nonnulli ab imo sine -e (pud-, put- *var. ll.*) ullo ita numerosos ... sonitus edunt, ut ex illa etiam parte cantare videantur. CAEL. AVR. chron. 3, 3, 46 oris -r, ... gingivarum putredo (*cf. 52* oris foetor ... cum gingivarum putrefactione). CASSIOD. var. 11, 40, 4 primum -r ille collega catenarum ... discruciat (*sc. odoratum, nisi fallimur; seq.* auditum; gustum; tactum; lumina). VEN. FORT. Mart. 2, 349 cellam -e cruminans ... sua per vestigia sordens et foetore sibi comitante satellite fugit *diabolus* (*cf. Sulp. Sev. Mart. 24, 8* foetore conplevit). **B** *in imagine de falsa quadam doctrina* (*cf.* HIER. *sub IA2*): SEDVL. carm. pasch. 1, 42 sectantes ... vitam spirantis odorem legis Athenaei -em linquite pagi (f⟨o⟩et-, pud- *sim. var. ll.; sed cf.* op. pasch. 1, 1 p. 178, 1 ut cum ... divinae legis spiramenta flagrantis odorem gratiae ... hauriatis Athenaei -is ingluviem [illuviem *? v. vol. VII 1, 1557, 14*] sensu deinceps puriore linquatis).

cf. paedatum, paedidus.

p(a)egniārius, -ī *m.* *a* παίγνιον (paegnium?); *ad formationem cf.* pammacharius, petauristarius *sim.* *scribitur* paeg- CIL VI 631, 5 (*a. 177*), peg- CIL VI 10168, 2. 10182. *notatur* paegniar CIL VI 631, 5 (*a. 177*). *i. q. genus gladiatorum, qui non letaliter pugnant, sed potius ludi causa pugnas simulant* (*ad rem cf. Schneider, RE Suppl. III 777, 36; Drexel apud Friedländer, Sittengesch.*[9] *IV 267*): SVET. Cal. 26, 5 remoto ... ordinario apparatu *gladiatorii muneris* tabidas feras, vilissimos ... gladiatores, proque -īs (quoque *trad., emend. Bücheler.* -iis S^2, peg- *aliquot codd.*, pegmares, praemares *alii*) patres familiarum notos ..., sed insignis debilitate aliqua corporis subiciebat. CIL VI 631, 5 (*a. 177; inter alios gladiatores*) Aprilis paegniar(ius). 10168, 2 d. m. Secundo -o ⌊in culice⌋ ludi magn⟨i⟩ bene merenti *eqs.* (⌊⌋ *postea insertum; dub. an significentur ludi, in quibus S. prodiit*). 10182 -o.

paegnium (-ius), -ī *n.* (*m.*), παίγνιον (-ος). GLOSS. V 320, 24 pegnium g(raece): locus luxoriosus (*i.* lusorius? *cf.* 385, 27 pegnius: locus lusorius. GLOSS.[L] Corp. P 332 pegnius: lucus lusorius ['iocus?' *Lindsay coll. Gloss.*[L] *II Philox.* IO *6* iocus: παίγνιον. *sed v. etiam supra vol. VII 2, 1868, 75sqq.*]).

cf. paegniarius. *v. etiam Onom.* *Baer.*

***paelex**, -icis *f.* (*?m. v. IIC*). [*coniungitur nimirum cum gr.* παλλακή, -ίς *fere eiusdem sensus, sed quomodo forma explicanda sit non liquet. Sch.*] *de origine*: GELL. 4, 3, 3 -x ... quasi πάλλαξ, id est quasi παλλακίς. ... hoc quoque vocabulum de Graeco flexum est (*sim.* NON. p. 6, 18). *iungitur cum* pellicere COMMENT. Lucan. 3, 23 *p. 39, 64.* EVGRAPH. Ter. Phorm. 68 (*pars codd.*). GLOSS.[L] III Abstr. PE 19 -x: sollicitatrix anima (*lege* thalami?) maritalium; a pelicando dicta. *cf. scripturam* pell- *infra.* *scribitur* pael- PRVD. perist. 10, 184 (*B saec. VI, sed* c. Symm. 1, 71 pel- *ibid.*) *et saepius in recc.*; pel- PRVD. *v. supra.* OROS. hist. 6, 5, 5 (*L saec. VI*) *et saepe in recc.*; pell- CE 1546, 2. PAVL. dig. 50, 16, 144 *F.* NOT. Tir. 35, 70. *al.*; pall- NON. p. 6, 19 (*secundum gr.* παλλακίς). GLOSS.[L] I Ansil. PA 166. GLOSS. *insuper praebent* peles, pelix, pelica, pelops. *genus fem. testatur* PRISC. gramm. II 164, 20. *gen. plur. in* -um *exire docet* PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 159, 4B. (*exstat* HOR. epod. 5, 70. *al.*). *de notione*: PAVL. FEST. p. 222 -es nunc quidem appellantur alienis succumbentes non solum feminae, sed etiam mares; antiqui proprie eam -em nominabant, quae uxorem habenti nubebat (*affert* LEGEM reg. *ut* GELL. 4, 3, 3 -em ... appellatam probrosamque habitam, quae iuncta consuetaque esset cum eo, in cuius manu mancipioque alia matrimonii causa foret, hac antiquissima lege ostenditur). PAVL. dig. 50, 16, 144 Masurius scribit -em apud antiquos eam habitam, quae, cum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat, quam nunc vero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellari; Granius Flaccus ... scribit -em nunc volgo vocari, quae cum eo, cui uxor sit, corpus misceat, quosdam (quondam?) eam, quae uxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam παλλακήν Graeci vocant. ISID. orig. 10, 228 *v. sub* paelicator. 10, 229 -x apud Graecos proprie dicitur, a Latinis concuba. GLOSS. ζήλη (-άς), ζηλότυπος, παλλακή (-ίς), ἀντεράστρια, ἀντίπαλος, ἑταίρα, πόρνη. concubina, rivalis, succuba. pellex *vel* peleps: sine filiis (*an latet* caelebs?). GLOSS.[L] I Ansil. PE 204 adultera uxori legitim⟨a⟩e in consortium superducta. III Abstr. PE 19 *v. supra.* V Abba PE 10 succuba, quae in locum alterius nubet (-it). Aa P 280 -es: duae mulieres unum habentes virum. *legitur in prosa oratione in* LEGE reg. *et paucis locis apud* CIC., SALL.(?) in Tull., LIV., SEN. *rhet.*, SEN. *phil.*, *al.*, *saepius apud* CVRT. (*15 locis, maxime p. 38, 63 sqq.*; concubina *deest*) *et* TAC. ann. (*novies*; concubina *bis in* hist.), *bis tantum apud iuris consultos* (*affert* PAVL., *v. supra*), *omnino deest* VVLG. *neque ex inscr. ullum exemplum nobis praesto est praeter p. 38, 2. 39, 83* (*contra vox technica* concubina *frequentatur in sermone iuris, in titulis, apud Christianos* [VVLG. *33 locis*]). *in poesi invenitur inde a* NAEV., PLAVT. (*ter*), CAECIL., PACVV., PVBLIL., HOR. (*quinquies*), PROP., *adamant* OV. (*44 locis*) *et* SEN. *trag.* (*24; contra* concubina *non nisi* PLAVT. [*17*] *et* MART. [*semel*]). [*titulo lectionis incertae*: CIL IV 6825 (= Engström, carm. epigr. 280) quo bibet pelexs, ossa ⟨c⟩inisque tegunt.]

I *proprie de muliere, quae extra coniugium legitimum cum viro consuetudinem habet* (*opp.* coniunx, nupta, uxor *passim; vergit in notionem aemulae, rivalis, maxime ubi indicatur uxor legitima per gen. vel pron. poss., v. A1aβ et sub B passim; sim. sub II p. 39, 62. 71. 83. 40, 6. 9; eodem modo indicatur vir l. 58. 74. 76. p. 39, 4 sq.*): **A** *inter homines; -x consuetudinem habet*: **1** *cum viro, cui altera mulier stabili coniugio vel foedere amoris iuncta est*: **a** *apud Romanos et Graecos*: *α exempla varia*: LEX reg. Paul. Fest. p. 222 (*cf.* Gell. 4, 3, 3) -x aram Iunonis ne tangito! (*huc inseruimus cum* GELL. *et* PAVL. FEST. *ad l.*). NAEV. com. tit. fab. -x (*nisi ad 2*). PLAVT. Rud. 1047 *uxor mea* me -es adduxe dicet ante oculos suos. CAECIL. com. 156 (*loq. uxor*) ego anus modo effeci, -e ut meum privarem virum (*affert* GELL. 2, 23, 10, *qui explicat* 2, 23, 8 ancillam ... suspectam uxori quasi -em). PVBLIL. O 10 obsequium (-io *edd.*) nuptae cito fit odium -is. HOR. epod. 5, 70 (*Canidia venefica de amatore*) indormit unctis omnium cubilibus oblivione -um (*perperam* PORPH.: -es ... Canidia pro se sola dixit, *ut spectet ad 2*). carm. 3, 10, 15 vir Pieria -e saucius. OV. am. 1, 14, 39 non te cantatae laeserunt -is herbae. ars 1, 365 -e laesa dolebit *domina*. 3, 677 dolor de -e fictus (*cf.* IVV. 6, 272 *nupta* ficta -e plorat). 3, 684 nec sis audita -e mentis inops! SEN. contr. 7, 6, 17 *mariti subiecti et obsequentis uxor* non petulantiam timebit ..., non -em. SEN. Ag. 258 ultimum est *nuptae malum* palam mariti possidens -x domum (Herc. O. 447 leve esse credis -em [*Gronov*, -is *trad.*] n. m.). Herc. O. 234 o quam cruentus feminas stimulat furor, cum patuit una -i et nuptae domus! epist. 94, 26 scis ut illi *uxori* nil cum adultero, sic tibi nil esse debere cum -e. 95, 37 in uxore gravissimum esse genus iniuriae -em. OCTAVIA 125 adice his *malis meis* superbam -em! 186 respiciet ipse coniugem *princeps*.: -x vetat. PLIN. nat. 29, 73 *feminae* insidiantes -um formae. PS. QVINT. decl. 10, 9 *mulier infelix* nec -is quidem dolore compellitur *ad iudicem*. IVV. 2, 57 horrida ... residens in codice -x *a domina punita*. TAC. ann. 4, 3, 5 pellit domo Seianus uxorem ..., ne -i suspectaretur. 11, 29, 3 duas -es, quarum is *Claudius* corpori maxime insueverat (*de eisdem* AVR. VICT. Caes. 4, 11). 11, 30, 1. 13, 46, 2 Neronem -e ancilla et adsuetudine Actes devinctum. 14, 60, 2 *Poppaea* diu -x et adulteri Neronis, mox mariti potens. SVET. Aug. 69, 1 dimissam Scriboniam, quia liberius doluisset nimiam potentiam -is. DON. Ter. Phorm. 1016 ('mulierculam eam compressit') a diminutione contemptuque -is. CLAVD. DON. Aen. 12, 145 p. 569, 5. HIER. epist. 22, 2, 1 (*inter molestias nuptiarum*) quomodo ... cruciet -x. CLAVD. 19, 24 iuvenis nutante fide veterique reducta -e defletam linquit amica domum. *β accedit gen. vel pron. poss. indicans uxorem, cuius aemula est -x* (*eius lecti* OV., *cf. p. 39, 20. 40, 4*): PLAVT. Cist. 37 (*loq. meretrix*) *matronae* nos ... suas -es esse aiunt. CIC. Cluent. 199 (*inde* orat. 107) *Cluentii mater est* uxor generi, noverca filii, *filiae* -x (SEN. contr. exc. 6, 6, 1 DON. Ter. Hec. 720). SALL.(?) in Tull. 2 filia *matris* -x, tibi iucundior atque obsequentior quam parenti par est (IVST. 38, 8, 11 cum uxore, m. -e ... proficiscitur *Ptolemaeus*. *cf. p. 39, 43*). OV. ars 2, 377 *nihil tam saevum est* femina quam socii deprensa -e lecti.

b *apud principes populorum orientis, Macedonum*: HOR. carm. 3, 27, 66 (*Europa ad se ipsam*) *morere*, nisi erile mavis carpere pensum, regius sanguis, dominaeque tradi barbarae -x. LIV. 39, 53, 3 hunc *Demetrium* iusta matre familiae, illum *Perseum* -e ortum esse (*de eodem* 40, 9, 2 subditum et -e genitum. *ceterum cf.* CVRT. 9, 8, 22 -e eius *Philippi* ortum *Ptolemaeum*. TAC. ann. 12, 44, 2 Vologaeses ... materna origine ex -e Graeca. IVST. 36, 4, 6 non iusto matrimonio, sed ex -e ... genitus. 39, 5, 2 ex -e susceptus. *cf. et p. 39, 35. 37 sq*). SEN. Ag. 253 (*Agamemnon rediens tamquam tyrannus orientis describitur*) effusa circa -um quanto venit turba apparatu! CVRT. 3, 3, 24 *in agmine Persarum* regiae -es trecentae et sexaginta ⟨quinque⟩ vehebantur (TAC. ann. 12, 46, 2. IVST. 1, 10, 15 inter r. -es. 12, 3, 10 -um r. greges. *ad rem cf.* CVRT. 6, 6, 8 -es CCC et LXV ... regiam implebant). 4, 7, 21 coniuges eorum *tyrannorum oraculi Hammonis* cum liberis et -bus. 5, 1, 6 (*verba Darei*) supellectilem -esque et spadonum agmina nihil aliud fuisse quam onera. 8, 6, 3 -es introducebantur *ad Alexandrum*. 8, 9, 28 maximus labor est ... animalia inter vota cantusque -um figere (*apud regem Indorum ut* 8, 9, 29 -um longus ordo. 8, 9, 30). TAC. ann. 6, 43, 1 castellum, in quod ... -es Artabanus contulerat. IVST. 10, 1, 1 Artaxerxi ... ex -bus centum quindecim filii fuere (*opp.* iusto matrimonio suscepti). 10, 2, 2 Aspasian, -em eius *Cyri*, rex Artaxerxes in matrimonium receperat. AMM. 23, 6, 76 *Persae* aegre ... contenti multitudine -um. OROS. hist. 6, 5, 5 *Mithridates* descendens ad uxores, -es ac filias suas.

2 *cum quolibet viro* (*non interest utrum maritus sit necne; notionem q. e. concubina temporibus antiquis tribuunt iuris consulti p. 37, 62 sqq.; hic illic vergit in notionem meretricis*): CVRT. 5, 7, 2 *Persepoli facta* convivia, quibus feminae intererant, non quidem quas violari nefas esset, quippe -es licentius, quam decebat, cum armato vivere adsuetae (*de eisdem* 5, 7, 5. *cf.* 5, 7, 4 scorto). 6, 2, 2 insana dulcedo ludique et greges -um *vicerunt Alexandrum*. 8, 3, 5 *Spitamenes* noctes agere *inter* -es coepit (MARCELL. chron. II p. 99, 514, 3

[Baumgartner]

magistrum militum Cyrillum ... i. duas -es Vitalianus repperit dormientem). 10, 1, 5 *Cleander* nobilem virginem constupratam servo suo -em dederat. 10, 2, 27 (*loq. Alexander*) bonis ... militibus cariturus sum, -um suarum concubinis. TAC. ann. 15, 59, 2 Tigellino cum -bus suis comitante *Neronem*. PORPH. Hor. epod. 5, 69 sq. *v. p. 38, 19.* AMM. 29, 2, 7 ad largiendum -bus. EPIST. pontif. 314 Migne 20, 604^C si non concubam, non -em noverint *laici*. ARNOB. ad Greg. 1 p. 385, 5 *christianissimus vir*, apud quem nulla -um macula ... poterat praevalere. APON. 12 p. 224 nec si dederit omnem censum domus suae -i, sentit. *ibid.* turpissimus amor -is. PASS. Petr. 5 Agrippa -um amore ... inflammatus (*de eisdem 2 et Act. Petr. 33* concubinae, *gr.* παλλακίδες).

B *in fabulis de heroidibus dearum vel aliarum heroidum aemulis* (*cf. IIA, IIB1b nec non* PRVD. *et* MACR. *sub IIC1; per comparationem iocosam de hominibus* PLAVT.): PLAVT. Merc. 690 (*anus ad dominam*) ut videas ... tuam Alcumenam -em, Iuno mea (*de eadem*: SEN. Herc. O. 1676 -is gaudet *Iuno* suae spectare lacrimas. 1794 [*loq. A.*] -x supersum). PACVV. trag. 216 -i superstitiosae cum vecordi coniuge (*de Cassandra ut*: SEN. Ag. 1002 [*loq. Clytaemestra*] captiva coniunx, regii -x tori. QVINT. inst. 3, 11, 6 captivam -em). HOR. epod. 3, 13 *Medea* ulta donis -em ... fugit (*item de Creusa*: 5, 63 superbam fugit ulta -em [PORPH.: de -e sua Glauce ulta est]. OV. epist. 12, 175 [*loq. Medea ut* SEN. Med. 920]. PLIN. nat. 2, 235. VAL. FL. 5, 446 turbata ... -e coniunx. *al.*). PROP. 3, 22, 35 *in terra Romana* cornua nec valuit curvare in -e Iuno (*de Io ut*: OV. epist. 14, 95 Iovis magni -x metuenda sorori. met. 1, 726 -is Argolicae. *al.* VAL. FL. 4, 357 Inachiae -x subit ora iuvencae. AVIEN. orb. terr. 205 *Iunonis* pectus canduit ira -is. MACR. Sat. 1, 19, 12 deae -em). OV. epist. 5, 60 pro dira -e blanda fui (*Oenone de Helena, cf.* rem. 458 Oebalia -e laesa). 6, 81 nocuit mihi barbara -x (*Hypsipyle de Medea ut* 6, 149). 9, 121 ante meos oculos adducitur advena -x (*Deianira de Iole ut*: 9, 132 forsitan ... nomine deposito -is uxor erit. met. 9, 144. 151. SEN. Herc. O. 237 -is captae decus [*cf.* 334 captiva]. 290 invisa -x [528. *cf. l. 75*]. 293 -i felix fui. 436 -is ... meae. *al.*). met. 2, 469 Arcas ... fuerat de -e natus (*de Callisto ut*: 2, 508. *al.* HYG. astr. 2, 1 cui *Iunoni* C. succubuerit ut -x). met. 3, 258 *Iunonis odium* a Tyria conlectum -e (*sc. Europa*). 4, 422 de -e natus *Bacchus* (*item de Semele*: 4, 547. fast. 6, 487 *Bacchum* -e natum. STAT. Theb. 4, 676. 7, 160 nec -is arte rogatus *Iuppiter*. 10, 67 Cadmeae -is). 6, 537 -x ego *Philomela* facta sororis (6, 606 -x sibi visa s. Ib. 537 -x invita s. trist. 2, 389 fecit amor subitas volucres cum -e regem). 7, 524 dictas a -e (*sc. Aegina*) terras. 10, 347 (*de Myrrha*) tune eris et matris -x et adultera patris? trist. 2, 292 -bus multis ... doluisse *Iunonem* (*item de -bus Iunonis*: SEN. Herc. f. 4 sq. locum ... caelo pulsa *Iuno* -bus dedi; ... -es caelum tenent. ARNOB. nat. 4, 34 *Iuppiter* nescius, quas amiculas coniugi, quas uxori anteposuerit -es. *al.*). *al.* SEN. Ag. 185 neve desertus foret a -e umquam barbara caelebs torus *Agamemnonis*. Phaedr. 243 (*loq. Phaedra*) -is careo metu. VAL. FL. 2, 153. MART. 6, 21, 7 nulla me *Venerem* -e laesit *Mars* (*cf.* TERT. coron. 12 l. 11 *de Ilia, Veneris -e, ut videtur* [*vix recte ad Venerem ipsam refert Fontaine, 1966 ad l.*]). LACT. inst. 1, 17, 7 *Cybele* adulescentem ... cum -e deprehensum ... semivirum reddidit. CLAVD. rapt. Pros. 3, 327 (*de Cerere*) exstincta satietur -e Iuno. *al.*

II *transfertur*: **A** *ad animalia*: *de vaccis Pasiphaes aemulis*: OV. ars 1, 320 sq. *Pasiphae* tenuit laeta -is exta manu; -bus ... placavit numina caesis. *in circumscriptione lusciniae* (*subest fabula Philomelae*): SEN. Herc. f. 149 pennas ... novo tradere soli gestit ... Thracia -x. MART. 10, 51, 4 Ismarium -x Attica plorat Ityn.

B *ad quaslibet mulieres*: **1** *cum contemptu quodam de ipsa uxore*: **a** *quam praecedit vel sequitur altera uxor*: SEN. contr. 7, 6, 8 soror mea *servo manu misso uxor data* ancillulae -x est. LVCAN. 3, 23 (*Iulia mortua ad Pompeium*) innupsit tepido -x Cornelia busto (ADNOT.: non uxor. COMMENT.: -x proprie est, quae in locum dimissae nubit, non defunctae, eo quod in se alterius mariti animos perliciat). 8, 104 (*Cornelia ad Iuliam*) placata ... -e caesa Magno parce tuo (ADNOT.: ad satisfactionem Iuliae hoc posuit, quod se negat uxorem fuisse, sed -em. COMMENT.: vindica te de pelicatu). IVV. 6, 627 oderunt natos de -e *uxores* (*si recte huc trahit* SCHOL.: de priore uxore aut certe de amica). **b** *cui praefertur aemula*: SEN. Herc. O. 1499 vivit Alcides tibi *Alcumenae*: virtute nostra -em feci tuam credi novercam (*item Iuno est -x Alcumenae*: CLAVD. carm. min. app. 2, 47 superbae -is insidias. *Semeles*: NEMES. cyn. 17. *sed ratione inversa l. 16. 37*). Med. 462 cruentis -em poenis premat regalis ira *Creontis* (*Medea de semetipsa ut* 495 -em invisam amoves). **c** *quae cum concubina una voce comprehenditur* (*cf. p. 37, 74*): PS. AVR. VICT. epit. 33, 1 Gallienus ... amori diverso -um deditus Saloninae coniugis et concubinae *Pipae* (*Aur. Vict. Caes. 33, 6* expositus S. coniugi atque amori flagitioso *Pipae*).

2 *usu singulari sine contemptu in titulo sepulcr. de filia, quacum mater favorem patris divisit*: CE 1546, 2 hoc pat(er) infelix posuit pie nate merent(i) et mater similem lachrimis titulum sue pellici iunxit (*vox fortasse in sermone familiari ut blandimentum iocosum adhibita est; Bücheler: 'luditur in pelliciendi et paelicis vocabulis'*).

C *ad mares*: **1** *exempla auctorum* (*respiciuntur pueri delicati, cinaedi; cautius addit* quasi MART., *contumeliose dictum* PS. CIC., SVET.): PS. CIC. in Sall. 21 tu, *Sallusti*, ... omnium cubiculorum in aetate -x et idem postea adulter. MART. 12, 96, 3 (*ad matronam, cuius maritus pueros amat*) quid quasi -bus torqueris inepta ministris? SVET. Iul. 49, 1 *Caesarem* Dolabella '-em reginae' *dicit*. PRVD. c. Symm. 1, 71 *Iuppiter* adficiens catamitum -e iam puero magis indignante sorore (*item de Ganymede*: MACR. Sat. 5, 16, 10 *Homerus* Ganymedem non ut Iunonis -em a Iove raptum ... refert). CLAVD. 18, 62 *Ptolemaeus Eutropium eunuchum* longo lassatus -is usu donat Arinthaeo. **2** *testimonia glossarum*: GLOSS. -x: qui p(raet)er uxorem fruitur amicas. peles: concubina vel bigamus. pelops: qui habet uxorem et amicam. GLOSS.^L I Ansil. PA 166 -x: adulter (*cf.* PE 203).

D *ad res*: **1** *ad manum masturbantem*: MART. 9, 41, 1 numquam futuis, sed -e laeva uteris et Veneri servit amica manus. **2** *ad culcitam matellae vice fungentem*: MART. 14, 119, 2 (*loq. matella*) dum poscor ... et verna moratur, o quotiens -x culcita facta mea est!

deriv.: paelicatio, 1. paelicatus, paelico; *cf.* paelicator, 2. paelicatus.

paelicātio, -ōnis *f.* *a* paelex (*cf.* **1.** paelicatus). *traditur* pel-. GLOSS. II 322, 14 ζῆλος: pelicatus, haec -o, haec emulatio, zelus (322, 16 ζηλοτυπία: p., -o). 495, 22 -o: ζῆλος (519, 62. 589, 30 zelus, inquinatio). *de confusione cum* pellicatio *v. sub illa voce.*

paelicātor, -ōris *m.* *cum* paelex, paelico *coniung., sed fort. veriloquii causa fictum pro* pellicator (*cf. p. 37, 45*). *traditur* pel-. ISID. orig. 10, 228 peccator a pelice, id est meretrice, vocatus, quasi -r. GLOSS. II 322, 15 ζηλότυπος: -r, pelix. GLOSS.^L V Aa P 279 -r: zelotypus.

1. paelicātus, -ūs *m.* *a* paelex (*cf.* concubinatus). *scribitur* pael- *in cod. A* CIC. Scaur. 9 *et in codd. recc., ubi saepius* pel- *vel* pell- *invenitur.* *de notione*: CHAR. gramm. p. 452, 18 B. -us ζηλοτυπία. GLOSS. ζῆλος, ζηλοτυπία, zelotypus. GLOSS.^L II Abav. PE 20 -um: concubium. V Aa P 278 -um: concubinatum. *v. etiam sub* paelicatio. *legitur inde a* CIC. *non nisi in prosa oratione; plur.* TERT.

significatur consuetudo, quam habet mulier (*puer* MACR.) *cum viro, cui uxor legitima est* (*cum contemptu quodam de ipso coniugio p. 39, 68*): **1** *cum gen.* (*pron. poss.* APVL.) *indicante*: **a** *mulierem, quae est paelex*: CIC. Cluent. 13 filia, quae ... nefarium matris -um ferre non posset (*de eadem 199* filiae paelex. *de Eurydice regina nuptias generi pacta* IVST. 7, 4, 7 ni filia -um m. ... prodidisset). DICT. 6, 12 neque -um captivae *Andromachae* patiens *Hermiona*. PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 2, 5 -u eius *Callistonis* accensa *Iuno* ... in ursam eam transfiguravit. MACR. Sat. 5, 16, 11 *Iunonem* propter Catamiti -um totam gentem eius vexasse commemorat (*antea*: Iunonis paelicem). **b** *ipsam uxorem paelice laesam*: APVL. met. 5, 30, 2 (*Venus increpat Amorem*) *Marti* in angorem mei -us puellas propinare consuesti (*timet Venus puellas tamquam paelices suas; contra de consuetudine Veneris et Martis intellegit Vallette, 1940 ad l., qui confert* CHAR. *l. 33; sunt qui* mei *tantum cum* angorem *iungant et* -us puellas *pro 'meretrices' accipiant*). VVLG. lev. 18, 18 sororem uxoris tuae in -um illius non accipies (*huc spectant* GLOSS. in -um: in domo [*vel* domum] concubinarum).

2 *nude ponitur*: CIC. Scaur. 9 Arinis uxorem -us dolore concitatam (APVL. met. 8, 22, 3 d. -us uxor eius instricta. CHALC. comm. 183 *Medeae* immoderatus d. -us. *cf.* VAL. MAX. 9, 13 ext. 3 Alexandrum *Pheraeum* ... Thebe -us ira mota interemit. APVL. met. 10, 24, 5 -us indignatione). off. 2, 25 *Alexander Pheraeus* ab ea *uxore* est ... propter -us suspicionem interfectus (AMBR. Abr. 1, 4, 24 ut discant mulieres diligere viros nec agitari vana s. -us). TERT. pudic. 5 p. 227, 13 (*loq. homicidium*) sciunt hodie venenarii, sciunt magi, quot -us ulciscar. DON. Ter. Hec. 710 *uxores* non facile ferunt -um. 757 (*respicitur coniunctio Bacchidis cum Pamphilo marito ut* 793 conscientia communis viri et -us).

2. paelicātus, -a, -um. *a* paelex, *cf.* sceleratus *sim.; sed fortasse subest forma vocis antecedentis male intellecta.* GLOSS.^L I Ansil. PE 218 -um: luxoriosum; a concubinis.

paelico, -āre. *a* paelex (*cf.* **1.** paelicatus; *vix huc* **2.** paelicatus; *distinximus* pellico, *q. v.*). GLOSS. II 322, 12 ζηλεύω: -o, emulor. 322, 17 ζηλοτυπῶ: pelico, aemulo. *cf.* paelicator.

paeminōsus *v.* peminosus. *Baumgartner.*

paen- *v. etiam* pen- *et* poen-.

paene *adv.* [*orig. inc.; cf. sub* paenitet. *Sch.*] *derivantur* paenitet GELL. 17, 1, 9 (*v. sub hac voce*) *et* penitus CLEDON. gramm. V 63, 20. *inter adverbia referunt* PROB. app. gramm. IV 199, 31 PRISC. gramm. II 99, 16 ISID. diff. 1, 477, *inter coniunctiones* ISID. orig. 1, 27, 19. *scribitur* pae- *e. g.* CE 55, 9 (*saec. I a. Chr.*). LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 2, 43 *et semper in cod. A* PLAVTI *et cod. P* CIC. rep. pe- *non in tit. nisi* CIL VIII 11185 (*iuxta* seculi), *sed saepe in codd.* (*vetusti sunt* LIV. 45, 43, 1 *cod. V saec. V/VI.* ITALA psalm. 72, 2 *cod. Veron. saec. VI*); *poscit* pe- ISID. orig. 1, 27, 19. poe- *non nisi in codd. medii aevi.* NOT. Tir. 20, 103. 22, 26. 22, 27b non

[*Thome*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-e. e *terminationis correptam testantur* MAX. VICTORIN. gramm. VI 224, 22 PRISC. gramm. II 67, 7. GLOSS. μικροῦ δεῖν, ὀλίγου δεῖν, παρ' ὀλίγον, σχεδόν. prope, iuxta, secus. prope, circa vel iuxta. GLOSS. II 450, 1 σχεδόν: fere, ferme, -e, propemodum. *legitur inde a* PLAVTO, ENN., TER., LVCIL., QVADRIG. *per totam latinitatem; adamat* CIC. (*ca. 300 loci, hoc est fere sexta pars totius materiae*); *deest e. g. apud* TIB., PERS., VAL. FL. [*confunditur in codd. cum* bene LIV. 2, 14, 4 SEN. contr. 1, 5, 2 (b. *ex* pene *olim Ribbeck* AFRAN. com. 264, *restituitur* -e MVTIAN. Chrysost. hom. 3, 3 p. 255/6 *v. p. 44, 56*), *cum* plane *e. g.* CIC. rep. 3, 40 (*coni.* pl., *fere frustra*, *e. g.* CIC. Brut. 131 Att. 7, 23, 1 BELL. Afr. 22, 3. VELL. 2, 39, 1 pl. *vel* plene. CELS. 3, 5, 8 PETRON. 100, 4); *trad.* poena ITALA II Macc. 8, 20 cod. P (*cf. trad.* paena SEN. dial. 10, 8, 1; poena *ex* paenae *ed. Kießling* SEN. contr. 9, 6, 1; poenam *ex* poene *temptat Magie* VOPISC. quatt. tyr. 11, 1); *var. l.* saepe LIV. 36, 25, 4 OP. imperf. in Matth. 3 p. 655.]

I *vi restrictiva i. q.* ὀλίγου δεῖν, παρ' ὀλίγον, σχεδόν, *fere, prope* (*pro subst.* illud '-e' CIC. Phil. 2, 101, hoc '-e' OV. epist. 17[18], 180; *cf. versionem* in eo quod -e *sec. gr.* ἐν τῷ [*vel* διὰ τὸ] παρὰ μικρόν BOETH. anal. pr. Arist. lat. 47b 38 elench. soph. Arist. lat. 169b 11. 15); *rem tractaverunt e. g. Hand, Tursellinus IV 416 sqq.; Janssen, L'expressivité chez Salv., 1937, 134 sqq.*

A *pertinet potius ad totum enuntiatum* (*vel ad partem orationis, quae enuntiati vice fungitur*; -e *verbo fere anteponitur*): **1** *agitur de re non facta, non eveniente sim.* (*sc. in forma praedicandi q. d. irreali; inde saepius ante vel post enunt. cum* ni, nisi *e. g.* PLAVT. Persa 594 CIC. Att. 15, 26, 4 CAEL. Cic. fam. 8, 4, 1 SALL. Iug. 53, 7 LIV. 2, 10, 2; *per ellipsin verbi* TER. Ad. 275 tam ob parvolam rem -e e patria [DON.: deest 'fugere']): **a** *cum temporibus praeteriti* (*praes. pro praeterito v. p. 42, 28*): α *per indicativum*: Ⓘ *perf.*: Ⓐ *vario usu* (*pauca selecta*): PLAVT. Amph. 521 nequiter -e expedivit ... parasitatio. Cas. 853 -e exposivit cubito. Persa 594 (*proverb.*) -e in foveam decidi, ni hic adesses (*cf.* TER. Andr. 782 incidi). TER. Phorm. 870 -e hercle exclamavi. QVADRIG. hist. 58 -e factum est, quin *eqs.* (*sed seq.* ut HYG. astr. 2, 34 *sub* γ). CIC. Flacc. 102 quae *nox* -e aeternas huic urbi tenebras attulisti. Cael. 14 -e ... decepit (PLANC. Cic. fam. 10, 23, 1 [*perperam Georges:* '*gänzlich*']). Att. 1, 16, 10 quid ago? -e orationem in epistolam inclusi. 15, 26, 4 quod -e fecit, nisi tua malitia affuisset. ad Q. fr. 2, 4, 6 -e damnatus est. fam. 15, 2, 8 quae -e acciderunt. HOR. carm. 2, 13, 21 quam -e ... regna Proserpinae ... vidimus (SEN. Phoen. 535. MART. 6, 58, 3 [*imitatur* HOR.] o quam -e ... Elysiae vidi nubila fusca plagae. *cf.* SEN. Phoen. 531 aspexi). PRIAP. 63, 15 -e nomen adieci (*in parenthesi ut*: OV. Pont. 3, 6, 1 posuit nomen quam -e. *cf.* trist. 4, 5, 10 excidit, heu, nomen quam mihi -e tuum). OV. met. 2, 439 -e est oblita (4, 677. *cf. schema l. 76 sqq.*). fast. 4, 252 est ... -e secuta (STAT. Theb. 3, 465). Pont. 2, 1, 44 -e ... quot satis ... fuit (*cf.* VAL. MAX. 9, 2, 2 -e tanti ... non fuerunt [*gen. pretii ut*: MART. epigr. 33, 2]). LIV. 2, 10, 2 pons ... iter -e hostibus dedit, ni unus vir fuisset. SEN. contr. 2, 2, 4 (*ter*). *et saepe.* *usurpatur oratio irrealis de re facta, ut mitigetur dictio spurcior*: PLAVT. Pseud. 1279 dum enitor, prox, iam -e inquinavi pallium (*Ussing ad l.*: '*litotes*'; *rem factam esse docet v. 1281* commuto ... pallium). *addendus locus interpretatione et explicatione insignis*: ITALA psalm. 72, 2 (Veron. *al.*, *cf.* VVLG.) mei ... -e commoti sunt pedes, -e effusi sunt gressus mei (*gr.* παρὰ μικρὸν ... παρ' ὀλίγον, Sangerm. *al.* paulo minus ... -e, Ambr. Iob 3, 3, 5 *al.* -e ... paulo minus; *explicat* AVG. *ad l.* quod dixit '-e', hoc dixit: 'paulo minus' [*ibid. opp.* omnino]. *sim.* serm. 48, 3, 3. *cf.* CASSIOD. *ad l.* cum dicit '-e', cito se ... rediisse commemorat). Ⓑ *ante verba delendi, pereundi* (*sequitur l. 64. 68. 69. 74; attulimus selecta*): PLAVT. Amph. 1026 -e effregisti ... cardines (Bacch. 586. *cf.* Most. 453 confregi. PETRON. 29, 1 dum ... stupeo, -e resupinatus crura mea fregi). Bacch. 950 *Vlixes* -e inventus interiit (NEP. Dat. 2, 3). Epid. 200 -e in cursu concidi (CIC. Planc. 65 c. -e. OV. am. 3, 2, 15. *cf.* CIC. ad Q. fr. 2, 9, 2 corrui [VITAE patr. Iurens. 34 M.]. AVG. civ. 10, 25 p. 440, 23D. conlapsus est). Mil. 408 ne tu edepol ... nos -e perdidisti (TER. Haut. 814 quam -e. AFRAN. com. 264 [peristi *trad.*]. HYG. astr. 2, 14 p. 50, 6. *cf. p. 50, 24*). 409 absumptu's -e. Stich. 216 -e sum fame emortuos. Trin. 165 pessum dedit. Truc. 518 me interfecisti -e vita. TER. Andr. 822 -e inlusi vitam filiae. Hec. 818 periit (OV. fast. 3, 871 -e simul p. IVV. 6, 563 TERT. pudic. 10 p. 239, 17). LVCIL. 607 imperium regis -e imminuimus. CIC. Sull. 82 quibus *periculis* -e oppressa est res publica (VELL. 2, 79, 4 PORPH. Hor. carm. 2, 13, 1. *cf.* OV. fast. 6, 194 -e est ... obruta [6, 438 est ... o. -e]). p. red. in sen. 4 delerunt (HOR. carm. 3, 6, 13 AMM. 25, 8, 5). Mil. 37 confecit (CELS. 2, 10, 8). *al.* Ⓒ *per schema quoddam, quo argumenta sim. in sermonem, orationem sim. inseruntur* (*cf.* QVINT. inst. 4, 5, 4 *gratiora sunt, quae* inter dicendum ex re ipsa nata videantur, unde illa non iniucunda schemata '-e excidit mihi' et 'fugerat me' et 'recte admones'. *v. etiam p. 42, 21*): PLAVT. Poen. 40 hoc quoque ..., quod -e oblitus fui (Pseud. 171 est, quod ... dicere -e fui o. HIER. epist. 24, 3, 2 -e o. sum, quod in principio debui dicere. *aliter* OV. *l. 11*). CIC. Verr. II 2, 87 etiam, quod -e praeterii (Cluent. 138 est ... reliqua ... auctoritas, quam ego turpiter -e p. *al.* PLIN. epist. 1, 7, 6 -e p., quod minime praetereundum fuit. APVL. met. 3, 23, 5 AVSON. Symm. epist. 1, 32, 5. *ad vocem solam spectat p. 49, 24, vix huc pertinet p. 47, 50*). Att. 5, 20, 6 dixi (SEN. contr. 9, 6, 1 [*dub.; v. Kießling in app. crit.*]. *dub. an huc pertineat*: EPIST. Sapph. 204 d. quam modo -e *eqs.*; *aliam formulam v. p. 43, 71*). VAL. MAX. 8, 14 ext. 1 -e adieci (SEN. epist. 82, 12). PLIN. epist. 3, 9, 36 -e omisi (VITA Marcell. Ebred. [BHL 5227]6[in.] quem superius pro quadam oblivione mentis -e omisimus [*contaminavit duas sententias: 'supra omisi' et '-e non commemoravi'*]).

Ⓘ *plusquamperf.* (*cave addas* PETRON. 88, 5, *ubi* -e *non ad verbum, sed ad subst.* animas *pertinet*): OV. met. 14, 85 quas ... rates Iris ... -e cremarat. VAL. MAX. 2, 7, 4 -e castra erant capta. PORPH. Hor. epod. 16, 6 -e legati ... illis consenserant (CAPITOL. Maximin. 22, 1 Gord. 30, 7). SYMM. epist. 1, 15, 1 -e evenerat, ut *eqs.* AMM. 29, 1, 4 perierat (30, 7, 7). 30, 7, 8 redierant. HEGES. 5, 11, 1 -e admissum erat facinus ..., nisi *eqs.* PELAG. in Rom. 7, 8 -e ... in oblivionem ierat. AVG. civ. 2, 22 p. 84, 26D. -e in superstitionem ... deciderat. SIDON. epist. 3, 12, 1 FAVST. REI. epist. 6 p. 196, 13 BOETH. cons. 1 carm. 1, 18. CASSIOD. hist. 5, 28, 2 peremerat (*Sozom. 4, 10, 10* μικροῦ. *item* 7, 2, 29, *ubi Socrat. 3, 23* μικροῦ). 6, 1, 3 -e ... sustinuerant, nisi *eqs.* (*Socrat. 3, 1* μικροῦ δεῖν). *per schema quoddam* (*simile ac p. 41, 76*): APVL. met. 2, 22, 6 quod -e praeterieram (AMBR. off. 2, 11, 59. *cf.* SIDON. epist. 6, 9, 3 omiseram. 7, 9, 21 transieram). HIER. tract. p. 384, 2 quod -e obliti fueramus dicere.

Ⓘ *imperf.*: CVRT. 4, 8, 3 *Memnonis* regia cognoscendae vetustatis avidum trahebat -e extra terminos solis; sed *eqs.* DON. Ter. Andr. 752, 3 -e ... Mysis universa narrabat.

Ⓘ *praes. pro praeterito* (*in periodo irreali*): APVL. met. 1, 19, 10 corpus ... in flumen -e cernuat, nisi ... adtraxi.

β *per coniunctivum*: Ⓘ *in enunt. secund.*: CIC. Verr. II 1, 85 ut ... -e incenderere (*in enunt. consecut. ut*: ASCON. Mil. p. 41, 12 confecerit. PLIN. epist. 3, 14, 7 concideret. IREN. 2, 19, 4 [2, 30 H.] uti -e suffocaretur et paulo minus corrumperetur, nisi *eqs.* SPART. Sept. Sev. 11, 2 diligeretur [*pro* del-]. SVLP. SEV. Mart. 13, 8 prostraverit). Catil. 2, 12 cum ... -e interfectus essem. 4, 19 quanta deorum benignitate auctas ... fortunas una nox -e delerit (*item in enunt. interrog.*: OV. am. 2, 11, 50 -e sit ut ... obruta navis. VELL. 2, 99, 3 quam -e ... iniecerit. QVINT. decl. 302 p. 190, 26 qua de causa -e gladiator factus sit). LIV. 6, 17, 4 noctis illius, quae -e ultima ... fuerit. PLIN. nat. 7, 74 quia ... -e sit interemptus. Ⓘ *in enunt. prim.* (*sc. coni. plusquamperf.*): *in periodo condicionali* (*fortasse protasi suppl.* AMM. 17, 4, 4, *v. de Jonge ad l.*): CAEL. Cic. fam. 8, 4, 1 nisi nostri equites acutius vidissent, -e ... superasset. AMM. 16, 2, 10 hostes ... legiones ... -e delessent, ni *eqs.* (29, 6, 14). AVG. epist. 105, 2, 3 illum ... -e occidissent, nisi *eqs.* *in periodo temporali*: PS. HIER. indic. de haer. 19 quod cum ingressum esset, -e periisset *saeculum tricesimum* (*in doctrina Valentinianorum*).

γ *per formas infinitas*: Ⓘ *inf. perf.*: TER. Ad. 272 -e in eum locum redisse. CIC. Att. 1, 17, 8 equites -e a senatu esse disiunctos. HOR. carm. 3, 7, 17 narrat -e datum Pelea Tartaro (*suppl.* esse *ut*: VELL. 2, 68, 4 -e ... expertos. HYG. astr. 2, 20 p. 60, 15 vim sibi -e allatam. TERT. apol. 14, 3 Martem ... -e consumptum). HYG. astr. 2, 34 p. 73, 13 Oriona ... esse dilectum et -e factum, ut *eqs.* PS. TERT. haer. 4 p. 220, 11 *tricesimum aeona* -e dissolutum esse, nisi *eqs.* LACT. inst. 1, 5, 28 veritatem ... -e tenuisse, nisi *eqs.* 1, 21, 21 *Isidem* mortalem mulierem fuisse ac -e orbam, nisi *eqs.* AVG. civ. 10, 25 p. 439, 26D. (*ad* psalm. 72, 2, *v. p. 41, 54*) pedes ... -e fuisse commotos (*sim.* serm. 15A, 2 l. 30L.). *addas inf. praes. hist.* (*per periphrasin*): SALL. Iug. 59, 3 ita ... hostis -e victos dare (*pro* 'vicerunt'). Ⓘ *part. perf.* (*sunt, quae fortasse ad p. 43, 18 pertineant; pro verbo finito* VERG.; *cf. supra l. 50*): CIC. har. resp. 6 *urbem* obsessam, oppugnatam, ... -e captam. VERG. ecl. 9, 18 heu, tua nobis -e simul tecum solacia rapta, Menalca? (*cave ad* simul *referas*). LVCAN. 8, 753 fluctu -e relatus. MART. 7, 47, 4 gustata Lethes -e ... aqua. SVET. Iul. 17, 2 in contione -e discerptum (Cal. 2). TERT. nat. 1, 10, 39 eadem Iovem -e perpessum (*ad* eadem *referre dissuadet apol. 14, 3*). apol. 14, 2 Aeneam -e interfectum. IREN. 1, 3, 1 (1, 1, 5H.) Aeonis ... -e perditi (*gr.* μετὰ μικρόν). PORPH. Hor. carm. 3, 8, 1 arbore infracta -e elisus. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 203, 19 -e ... periclitatam (*Rustic.* paulo minus, *gr. I 1, 4 p. 30, 20* μικροῦ).

b *cum tempore praesentis* (*praes. pro praeterito v. sub a, cf. etiam inf. praes. hist. l. 58*): *formae infinitae*: CIC. Mil. 37 vidi hunc ... -e interfici. STAT. Theb. 4, 324 te ... vidi ... -e ruentem (*item part.*: AVG. c. acad. 1, 1, 1 p. 4, 10 -e mergentem. civ. 22, 8 p. 569, 24 D. gemitibus ... -e intercludentibus spiritum). *formae finitae* (*indicat.*): TERT. adv. Prax. 8 p. 238, 5 -e devoratur. CYPR. eleem. 22 p. 390, 15 nisi editio *munerum* honesta successerit, ... -e lapidantur *munerarii* (patient. 10 p. 404, 13 Moyses ... -e lapidatur). epist. 59, 16 p. 686, 19 -e ipse delinquo (*vix ad B*). FIRM. math. 1, 4, 13 in primis vestigiis -e deficimus.

2 *agitur de re eveniente* (*sc. in forma praedicandi q. d. reali*): **a** *de actione propemodum finita vel eventu iamiam instante* (*exempla selecta*; -e *verbo fere anteponitur*): α *cum formis verbi finitis*:

[*Thome*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TRAG. inc. 166 postquam pater adpropinquat iamque -e, ut comprehendatur *puer*, parat (*per abundantiam quandam, quod* parat *per se finem instantem indicat*). CIC. Verr. II 3, 77 aratores funditus evertebantur et eo magis, quod iam superioribus annis afflicti erant et -e perditi. II 4, 87 cum iam -e obriguisset, vix vivus aufertur. Sest. 60 ut . . . -e iam . . . paeniteret. Brut. 323 cum iam -e evanuisset. ac. 2, 10 etsi . . . id, quod quaerebatur, -e explicatum est, ut tota fere quaestio tractata videatur. Tusc. 5, 15 -e ad exitum adducta quaestio est. Att. 4, 3, 2 reficiebatur et ad tectum -e pervenerat *porticus* (*cf.* 4, 16, 8 basilicam iam -e texerat [texit *vel* texerit *codd.*]). fam. 15, 21, 2 risus omnis -e consumitur ([*nisi ad* omnis]. IVST. 28, 3, 7 bellis -e consumpti sunt. VVLG. Ios. 9, 13 calciamenta . . . trita sunt et -e consumpta. AVG. civ. 5, 22 p. 234, 16D. bellum . . . vires extenuavit et -e consumpsit). CAES. civ. 1, 41, 1 pons . . . -e erat refectus. VELL. 2, 64, 3 proscriptio . . . -e finita *est*. COLVM. 12, 49, 6 iam -e amphoram impleverunt (*cf.* CYPR. Fort. praef. 2 p. 317, 22 complentur [FILASTR. 107, 3. 8]). 12, 52, 2 -e duplicat. *et saepius.*

2 *scelera, maleficia sim.* (*ad hunc usum cf.* Tert. paenit. 1, 5 -ae malorum levius incubant *pagani*): Liv. 40, 54, 2 anxius . . . -a crudelitatis suae. Sen. suas. 6, 11 *dixit* Aegyptum . . . agere perfidiae -am. Val. Max. 5, 3, 2a hunc ingrate lapsae mentis errorem (*sc. caedem Romuli*) consentanea civitatis nostrae -a sequitur; . . . *Camillus* in exilium missus est (*interpretes intellegunt 'facinus paenitendum'; sed vide ne per breviloquium affectus, sc. de exilio Camilli, significetur*). 5, 9, 4 (*filius ad patrem, cui insidias paraverat; antea*: recta cogitatio pectus iuvenis occupavit) ne meus erga te amor eo sit tibi vilior, quod a -a oritur. Phaedr. 4, 13, 9 *leo pristinam iniquitatem deposuit*; postquam labare coepit -a (*aliter* Romvl. fab. 70, 4 rec. gall. [*cf.* rec. W] postea, ut habere coepit de hac re [*sc. aequitate*] -am). Sen. clem. 1, 11, 2 clementia vera . . ., quae non saevitiae -a coepit. dial. 5, 26, 2 *nemo* gravius adficitur, quam qui ad supplicium -ae traditur. *al.* Cvrt. 5, 10, 8 -am secessionis simulare decreverant. 8, 2, 3 *Clito occiso* vigiles attoniti . . . procul stabant liberioremque *Alexandri* -am solitudo eliciebat. *al.* Petron. 91, 2 (*Giton ad Encolpium quem deseruit*) qualibet saevitia -am iudicis tui puni (sententiam *codd. praeter L; iudicem paenitentem intellegas*). 91, 7 (*Encolpius ad Gitonem*) nihil iam memini, si bona fide -am emendas (*i. firmiorem facis? cf. Gronovium in ed. Burmanni, 1743 ad* 91, 2; *vix pro culpa, sc. cuius paenitet; varie emend. varii*). 107, 4 si quando -a fugitivos *servos* reduxit. Plin. nat. 34, 140 Aristonidas artifex, cum exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio praecipitato residentem -a, aes ferrumque miscuit, ut robigine eius . . . exprimeretur verecundiae rubor (*cf. de caede per insaniam facta*: 35, 141 Herculem tristem insaniae -a). Qvint. inst. 12, 1, 7 sollicitudine, -a, poenarum omnium expectatione torquetur *mala mens*. decl. 255 p. 45, 26 facilius est in istis *transfugis* scelus deprehendere quam -am. *al.* Frontin. strat. 1, 9, 4. 2, 7, 9 pudor transfugis attulit -am et consilium suum . . . mutaverunt. Tac. Agr. 16, 3 missus . . . Turpilianus, tamquam . . . delictis hostium novus eoque -ae mitior. hist. 3, 51, 2 acrior apud maiores, sicut virtutibus gloria, ita flagitiis -a fuit. 5, 25, 3 (*verba Batavorum seditiosorum*) ventum ad extrema, ni resipiscere incipiant et noxii capitis poena -am fateantur. *et saepe, etiam apud auctores christianos.*

B *respicitur quod potius sine culpa nostra, nobis invitis fit* (*cf.* paenitet *sub IIA*): **1** *quod displicet, incommodat sim.* (*cf. in explanatione gramm.* Prisc. gramm. III 233, 2 paenitet me tui: -a me habet tui): Sen. dial. 6, 20, 4 *Pompeius victus*, etiam si incolumis fuisset, -am salutis acturus. epist. 56, 9 (*de se ipso*) saepe videmur taedio rerum civilium et infelicis atque ingratae stationis -a secessisse. 71, 29 illic *malum verum est* . . ., si ista (*i. affectūs*) animum detrahunt, si ad confessionem servitutis adducunt, si illi -am sui faciunt (Paneg. 2, 14. 4; *dub. an ad A ut*: Ps. Sen. epist. Paul. 6). Cvrt. 5, 5, 24 (*milites ex captivitate mutilati redeunt*) *Alexander* non fortunae solum eorum, sed etiam -ae miseretur (*cf. 10* supplicia . . ., quorum nos pudeat magis an paeniteat, incertum est). Plin. nat. 5, 73 *gentem Essenorum* frequentantibus, quos vitā fessos ad mores eorum fortuna . . . agit . . .; tam fecunda illis aliorum vitae -a est.
2 *quod amissum est, desideratur* (*dub. an huc etiam trahas* Iren. 1, 30, 12 [1, 28, 6 H.] *Prunicum* contristatam invocasse . . . matrem; mater autem eius . . . miserata est super -a filiae; *vix ad p. 55, 17*): Pavl. Nol. epist. 13, 5 p. 88, 25 meritorum illius *uxoris defunctae* reputatio . . . acerbum imperat maerorem superstiti *marito*, quia iustus defunctus relinquet -am (*cf. l. 16* desiderium).

II *in sermone Christianorum* (*in tit. librorum* Tert. paenit., Ps. Cypr. exhort. paen., Pacian. paraen., Ambr. paenit., Ps. Ambr. paenit., Hier. epist. 147, Avg. serm. 351. 352, Ps. Avg. serm. ed. Mai 97, Gild. paen., Verec. satisfact., Lavrent. paen., Caes. Arel. serm. 67. 143. *cf.* Decret. Gelas. 5, 6 l. 297D. liber qui appellatur -a Adae [*sim.* l. 301 -a Origenis. l. 302 -a sancti Cypriani. l. 303 -a Iamne et Mambre]. Dionys. Exig. paenit. Thaisis praef. [Corp. Christ. 85] p. 75, 2 Thaisiae . . . -am. *psalmos -ae v. infra l. 72, libellum -ae p. 54, 11*): **A** *de -a hominum*: **1** *in universum respiciuntur peccata* (*sc. contra deum, legem ecclesiasticam, disciplinam monasticam sim. facta; in hypothesi agitur -a apud deos paganos* Avg. civ. *sub a*): **a** *generaliter* (*exempla selecta; paucissima notabiliora post* Hier.): Tert. ieiun. 7 p. 282, 18 satis . . . -a scelerum commendaverat *Niniven* ieiunium triduo functa (-am *vel* functam *edd.; sed cf. Thörnell, Studia Tert. I, 1918, 37*). adv. Marc. 3, 23 p. 417, 17 cum . . . tempus medium a Tiberio usque ad Vespasianum non -am intellexissent *Iudaei* (⟨in⟩ -am [*sc. esse*] *Kroymann, sed fortasse conferas exempla p. 56, 28 allata*). paenit. 2, 4 *gratiae* praeire intinctionem -ae iussit *deus*, ut quos per gratiam vocaret ad promissionem . . . per -ae subsignationem ante componeret. 12, 7 diu . . . -am domino immolarat *rex Babylonius* septenni squalore exomologesin operatus (*cf.* 12, 8 -am . . . et ministerium eius exomologesin. *cf. etiam* Pacian. *infra et e. g. p. 53, 16*). pudic. 10 p. 239, 7 contendunt *aliqui* . . . illic . . . -ae constare rationem, ubi conscientia et voluntate delinquitur. Itala sap. 5, 3 (Cypr. Demetr. 24 p. 369, 4) *oppressores iustorum* -am habentes et . . . gementes: . . . erravimus a via veritatis *eqs.* (*gr.* μετανοοῦντες, Vvlg. -am agentes [habentes *var. l.*]). Rom. 2, 5 (cod. d, *sim.* cod. 89) secundum . . . duritiam tuam et sine -am cor (*gr.* ἀμετανόητον, impaenitens *cod. e al. et Vulg.*). Herm. Pal. vis. 2, 2, 5 (*cf.* vulg.) -a . . . iustorum habet finem; completi sunt dies -ae omnibus sanctis; nam et gentibus -a est usque ad novissimum diem. Iren. 1, 31, 3 (1, 29 H.) si qui forte ex iis *Valentinianis* -am agentes et convertentes ad unum solum . . . deum *eqs.* (*sim.* 4, 40, 1 [4, 65 H.]). Cypr. laps. 29 p. 258, 20 -am criminis veris doloribus exprimentes. Lact. inst. 6, 13, 2 agere . . . -am nihil aliut est quam profiteri et adfirmare se ulterius non peccaturum. Hil. in Matth. 21, 6 dato . . . -ae spatium, eo videlicet tempore quod inter passionem et reditum claritatis est medium. Zeno 2, 17 (1, 34, 9 L.) remedium salutare deposcunt *Ninivitae* . . . sicque legitime celebrata -a deum sibi propitium reddiderunt. Pacian. epist. 3, 17 p. 80 -a malum non est, cum David dicat (*psalm. 91, 2*): bonum est exomologesin facere. Ambr. apol. David I 4, 15 peccavit David . . ., sed -am gessit, flevit, ingemuit *eqs.* Hier. epist. 36, 9, 1 quinquagesimum psalmum -ae (*cf.* Possid. vita Aug. 31 psalmos Davidicos, qui sunt paucissimi de -a. *v. etiam p. 65, 45. 68, 34*). 61, 4, 3 age -am et in sacco versare et cinere (*cf.* 65, 1, 2 sacci -am. Avg. serm. 326, 1 saccus -ae). Avg. civ. 1, 19 p. 32, 27D. (*de morte voluntaria Lucretiae*) ne sic quidem se occidere debuit, si fructuosam posset apud deos falsos agere -am. Vitae patr. 7, 10, 2 ex profundo cordis tui, cum dolore age -am apud eum *fratrem quem contristaveris* (*an significatur prostratio?*). Greg. M. epist. 8, 36 iactavit se *Maximus* tensus intra civitatem in media silice clamans et dicens: peccavi deo et beatissimo papae Gregorio; et acta -a per tribus horis *eqs.* (*ibid.* coepit ampliorem -am coram eis agere). Assvmpt. Moys. 1, 18 ut invocetur nomen illius *dei* usque in diem -ae (*cf. ibid.* in consummatione exitus dierum). *et saepe.*

[Korteweg]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *rite in ecclesia, sc. -a peccatoribus imponitur antequam reconciliantur* (*de conversione Iudaeorum* GREG. M. *infra l. 54. ad rem cf. e.g. Poschmann, RAC II 805sqq.; Jungmann, Lex. für Theol. u. Kirche II 823sqq.*): α *varia notabiliora selecta: in sacra scriptura* (*sc. loci ad originem usus ecclesiastici pertinentes*): ITALA II Cor. 12, 21 (codd. d, e *al.* = VVLG.) ne ... lugeam multos ex his, qui ante peccaverunt et non egerunt -am (*gr.* μὴ μετανοησάντων. *cf. e.g. quae commentatus est* TERT. *l. 26*). Hebr. 6, 6 (cod. d; *sim.* e *et* VVLG.) difficile est ... lapsos eos *fideles* iterum renovare in -am (*gr.* ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν. *cf. ad locum e.g.* TERT. pudic. 20 p. 267, 5 hoc qui ab apostolis didicit ..., numquam moecho et fornicatori secundam -am promissam ab apostolis norat). *apud ecclesiasticos*: TERT. paenit. 7, 10 deus clausam licet ignoscentiae ianuam et intinctionis sera obstructam aliquid adhuc permisit patere: conlocavit in vestibulo -am secundam *eqs.* (9, 1 *-a s.* aliquo etiam actu administretur; is actus ... exomologesis est. *al. apud eundem. aliter* REGVLA mag. 14, 68). praescr. 30 l. 10 *Marcion ex ecclesia amotus est*; postmodum ... -am confessus, cum condicioni datae sibi occurrit, ... morte praeventus est (HIER. epist. 77, 4, 1 [*cf. ibid.* ut ... errorem publice fateretur]. *cf.* LEO M. epist. 167, 10 professi [*al.; v. etiam* CONC. Paris. *sub* β]. ALC. AVIT. epist. 17 p. 49, 15 publica -ae professione). pudic. 1 p. 220, 5 (*edictum pontificis maximi*) ego et moechiae et fornicationis ⌊delicta -a functis⌋ dimitto (*sic deficientibus codd. ed. Gelenii,* funes *ed. princ., quod probat Kroymann, Quaest. Tert., 1894, 78sq.; cf.* 9 p. 238, 21 ut moechiam et fornicationem -a donent). 15 p. 252, 4sq. (*praecedit* II Cor. 12, 21) non utique recipiendos *peccatores* constituit *apostolus,* si -am inissent ..., sed lugendos et ... eiciendos, ut -am perderent. CYPR. epist. 4, 4 p. 476, 6 si ... de eis *virginibus* aliqua corrupta fuerit, agat -am plenam ... et ... aestimato iusto tempore postea exomologesi facta ad ecclesiam redeat (55, 18 p. 636, 14 p. et iustam. 57, 1 p. 650, 19 diu. laps. 16 p. 249, 14 longa et p. *al. apud eundem*). 15, 1 p. 514, 9sqq. ante actam -am, ante exomologesim ... factam, ante manum ab episcopo et clero in -am inpositam (-a *vel* -ae *var. ll.; item* in -am: 18, 1 p. 524, 6. 19, 2 p. 525, 19. *al.*; in -a: 20, 3 p. 528, 20. 71, 2 p. 772, 23 [-am *var. l.*]. *cf.* sent. episc. 8 p. 441, 14 per manus inpositionem in -a [-am *var. l. apud* AVG. bapt. 6, 15, 24 p. 314, 5]). 55, 6 p. 627, 22 *statuimus* ut ... traheretur diu -a *lapsorum* (57, 2 p. 651, 21 tempore longiore. *cf.* CONC. Arel. a. 442—506 [Corp. Christ. 148] l. 202 cuius -ae communio multo tempore differatur). 55, 15 p. 634, 9 quorum *lapsorum* si -am respuamus *eqs.* (PS. CYPR. ad Novat. 1, 1. *cf. de -a deneganda*: CYPR. epist. 55, 19 p. 637, 20 pertinaces ad eorum -am retundendam. EPIST. pontif. 369 Migne 50, 431^B morientibus denegari [ARNOB. ad Greg. 8 p. 398, 6. ALC. AVIT. epist. 4 p. 30, 21 negetur. CONC. Arel. a. 442—506 (Corp. Christ. 148) l. 201]. *al.*). 55, 20 p. 638, 8 quod lapsis laxata sit -a (*ibid.* p. 638, 16. *cf. de -a concedenda*: 55, 22 p. 639, 9 dandam [AMBR. paenit. 1, 3, 10 CONC. Valent. a. 374 (Corp. Christ. 148) l. 33 LEO M. epist. 108, 2 actionem -ae. 167, 2 per manus impositionem. *al.*]. ARNOB. ad Greg. 8 p. 398, 5 tradidit [GREG. TVR. vit. patr. 8, 11 p. 701, 17]. *al.*). OPTAT. 2, 24 p. 61, 16 de -a sauciastis *pueros,* ne aliqui ordinari patuissent. 2, 26 p. 65, 23 indixistis -am plebibus (AMBR. paenit. 1, 1, 4 GREG. M. dial. 2, 8 p. 93, 8 M. epist. 2, 45. 8, 1 aliquantorum dierum. 8, 23 *Iudaeis se convertentibus* quadraginta diebus. *cf.* CONC. Epaon. a. 517 p. 25, 12 quibus ... -am biennii ... imponimus [CAES. AREL. epist. ad virg. 3, 4 p. 50, 28 M.]). *ibid.* p. 66, 4 alter anno toto, alter mense, alter vix tota die ... -am gessit (*sim. cum indicatione temporis*: CONC. Valent. a. 374 [Corp. Christ. 148] l. 41 usque in diem mortis. FERRAND. canon. 151 septem annis. GREG. M. epist. 11, 27 in triennium. *al.*). EPIST. pontif. 255 Migne 13, 1145^A sicut -am agere cuiquam non conceditur clericorum, ita et post paenitudinem ... nulli umquam laico liceat honorem clericatus adipisci (*sim. iudicant* EPIST. pontif. Thiel Gelas. 14, 2 CONC. Epaon. a. 517 p. 20, 1. *al., cf. supra l. 51; aliter* CONC. Araus. a. 441 [Corp. Christ. 148] l. 18). AMBR. epist. 20, 26 erat ... dies, quo sese dominus pro nobis tradidit, quo in ecclesia -a relaxatur (paenit. 1, 1, 4. 1, 9, 40. 2, 6, 45). in Luc. 7, 221 scio quosdam dicere, quod ad mortem sibi lavacri gratiam vel -am servent (*cf.* paenit. 2, 11, 99 qui -am differunt. CAES. AREL. serm. 60, 3 si aliquis ... in exitu vitae se reservet ad -am. *cf. etiam p. 54, 8*). obit. Theod. 34 quod privati erubescunt, non erubuit imperator *Theodosius,* publicam (-ce *var. l.*) agere -am (CASSIAN. inst. 2, 15, 2. 4, 16, 1. 4, 20 LEO M. epist. 167, 9 EPIST. pontif. Thiel Gelas. 14, 2. *al.; cf.* AMBR. paenit. 2, 10, 95 publice agitur). paenit. 2, 9, 86 plerique ... -am petunt et, cum acceperint, publicae supplicationis revocantur pudore (LEO M. epist. 167, 2 publicam [*cf.* CAES. AREL. serm. 67, 1 p. 272, 8 publice. *item ibid.* p. 272, 10. 273, 3]. CONC. Agath. a. 506 [Corp. Christ. 148] l. 170 SACR. Gelas. 1657. *al.; cf.* AMBR. paenit. 2, 9, 87 poscunt [ALC. AVIT. epist. 4 p. 30, 21]. LEO M. epist. 168, 2 postulatur [LIB. pontif. p. 117, 2 sub satisfactione libelli. *al.*]. *sim. al.*). CONC. Don. Bagai. (Aug. c. Cresc. 4, 4, 5 p. 505, 2) manebit ... post praestitutum diem redeuntibus fixa -a. AVG. c. Cresc. 3, 60, 66 p. 472, 77 nulla -ae gravioris humiliatione vel expiati vel degradati (*cf.* 4, 37, 44 p. 543, 14 per -am degradati). CASSIAN. inst. 2, 16 nullus cum eo *fratre* ... orandi habet licentiam antequam summissa in terram -a reconciliatio eius ... publice fuerit ab abbate concessa (3, 7, 1). LEO M. epist. 167, 7 de his qui in aegritudine -am accipiunt (167, 8. EPIST. pontif. Thiel Gelas. frg. 37 ab excommunicatore. CAES. AREL. serm. 60, 3 p. 253, 31. *al., adde* AMBR. *p. 53, 74*). FAVST. REI. epist. 5 p. 184, 4 utrum incumbentibus extremae necessitatis angustiis momentanea -a capitales consumere possit offensas (ALC. AVIT. epist. 4 p. 30, 5 CAES. AREL. serm. 64, 1. *cf.* 60, 1 subitaneam [60, 2 ut ad illam s. -am se reservet. *al.*]). STAT. eccl. ant. (Corp. Christ. 148, 169) l. 50sq. ut sacerdos -am imploranti absque personae acceptione -ae leges iniungat (l. 66. *cf.* l. 61 statutis). CASSIOD. hist. 4, 33, 4 libellum -ae Iulio *papae* offerentes (LIB. pontif. p. 114, 21. *cf. p. 53, 80*). LIB. pontif. p. 99, 10 ministerium ad baptismum vel -ae ex argento. EPIST. pontif. Arel. 35 p. 53, 7 qui *clericus* invitus ad -am agendam in monasterio mittitur (*cf.* GREG. M. epist. 1, 18 p. 24, 3 Marcellum ... in monasterio sancti Hadriani in -am deputatum. 1, 42 p. 67, 10 in eisdem monasteriis ad -am lapsos trade. *al.; sim. sine indicatione loci*: 1, 42 p. 67, 13 qui in -am dati fuerint [*ibid.* p. 67, 15. 6, 24 p. 259, 13]. *al.*).

β *exempla in quibus -a initium esse videtur vitae fere religiosae* (*inde de ipsa vita l. 41 sqq.; dedimus certiora*): LEO M. epist. 167, 12 contrarium est omnino ecclesiasticis regulis, post -ae actionem redire ad militiam saecularem (*cf. l. 33*). CONC. Arel. a. 442—506 (Corp. Christ. 148) l. 78 -am coniugatis nonnisi ex consensu dandam (-a ... danda *var. l.*). Andeg. a. 453 (Corp. Christ. 148) l. 29 quod *constitutum* etiam de his *diaconis,* qui accepta -a resilierint, ... servabitur (GREG. TVR. Franc. 9, 33 p. 388, 16. 19 erat ... in veste religiosa, adserens se accepisse -am. vit. patr. 10, 2 p. 707, 6 heremum petiit *Friardus* ...; ipse quoque et abba Sabaudus ... -am accipientes Vindonitensim ... sunt adgressi). Aurel. a. 511 p. 5, 14 de his, qui suscepta -a religionem suae professionis obliti ad saecularia relabuntur (*sim.* Epaon. a. 517 p. 24, 11. Aurel. a. 538 p. 81, 16 si quis -ae benedictione suscepta ad saeculare habitum miliciamque reverti praesumserit). Epaon. a. 517 p. 24, 7 veduarum consecrationem, quas diaconas vocitant, ... abrogamus, sola eis -ae benedictione, si converti ambiunt, inponenda (Aurel. a. 538 p. 81, 14 de paenetentum conversione; ut ne quis b. -ae iuvenibus personis credere praesumat. *cf. l. 32*). Paris. a. 556—573 p. 144, 10 quae *feminae* vestium commutatione, tam viduae quam puellae, religionem, -am aut virginitatem publica fuerint declaratione professae. INSCR. christ. Diehl 1693 (*a. 481*) ⟨vixit in s⟩ecolo ⟨anno⟩s ... LXV et -am eg(i)t ani XXII (*sim.* CIL XIII 2377, 3 [*a. 520*] Carusa reliciosa qui egit -am annus vigenti et duos). INSCR. christ. Leblant II 708, 3 septem supra beata complevit in secula per -a vita (*sc. uxor post mortem coniugis; ibid.* 9 quos *liberos* ... sulo -ae castetates munere notret. *cf. comm. Leblant ad l.*). LEX Visig. 3, 5, 2 nullus sub religionis abitum consistentem, sive viduitatis continentiam profitentem seu agentem -am, ... accipiat coniugem.

2 *usu deflexo, sc. respectu peccati evanescente vel evanido, indicantur variae actiones*: a *prostratio ex reverentia facta* (*sec. gr.* μετάνοιαν βάλλειν *sim.; cf. prostrationes paenitentium p. 52, 78. 82. v. et l. 1*): VITAE patr. 3, 94 (*sim.* 7, 10, 1) coepit ... -am apud eum agere. 6, 2, 13 tulit *pater* eum *filium mortuum* ad illum senem et procidit cum filio suo tanquam -am faciens, ut benediceretur ab eodem sene (*cf. locum geminum 3, 120* ut est moris postulantium benedictionem). *ibid.* senex putans, quia -am ageret ante pedes ipsius puer ille (*cf. 3, 120* quem cum ... orandi causa iacere speraret). 6, 3, 2 *abbate Macario cognito* -am agentes dixerunt *eqs.* (*cf. 3, 195* provoluti pedibus eius). MART. BRAC. sent. patr. 61 mittens -am ante ipsum rogavit *eqs.* (mittens se ante pedes eius *cod. M,* id est iactans se ad pedes eius *add. codd. LT, sim. V*). b *ieiunium quod deo deprecando suscipitur*: VITAE patr. Iurens. 102 M. *comperit Lupicinus Agrippinum in carcere inclusum esse*: imponit ergo sibimet ... cum oratione continuata -am indefessam, et praeter *cibos viles atque incoctos* ... nihil omnino aliud ... potitus est, donec illum cerneret absolutum.

B *de -a dei* (*angeli infra l. 82*): 1 *loci sacrae scripturae* (*cf. p. 61, 31*): ITALA I reg. 15, 29 (Tert. adv. Marc. 2, 24) discidit dominus regnum Israhelis de manu tua (*i. Saulis*) ... et non convertetur neque -am aget (*gr.* μετανοήσει, *Vulg.* paenitudine non flectetur), quia non sicut homo est ad paenitendum (*gr.* τοῦ μετανοῆσαι, VVLG. ut agat -am). I par. 21, 15 (Ambr. in psalm. 37, 15) habuit *deus* -am super malitiam (*sc. pestilentiam in Israhel missam. gr.* μετεμελήθη, *Vulg.* misertus est). Ier. 18, 8 (Ps. Ambr. paenit. 27, *cf.* VVLG.) -am agam pro malis, quae cogitabam *eqs.* (18, 10 [*ibid.*] pro bonis [*gr. utrobique* μετανοήσω]). Os. 11, 8 (cod. 176) conversum est cor meum ..., conturbata est -a mea: non faciam secundum iracundiam indignationis meae (*Vulg.* paenitudo). Rom. 11, 29 (cod. d *al.* = VVLG.) sine -a ... sunt dona et vocatio dei (*gr.* ἀμεταμέλητα). VVLG. Iob 42, 10 dominus ... conversus est ad -am Iob. 2 *ceteri loci*: TERT. carn. 8 l. 11 angelum quendam inclitum nominant *Apelleiaci,* qui mundum hunc instituerit et instituto eo -am admiserit (*i. egerit? admiscuerit Latinius probante Mahé coll.* PS. TERT. haer. 6 p. 223, 18 cui mundo [mundi *codd.*] permiscuisse -am *angelum dicit*

[Korteweg]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Apelles. cf. autem Tert. carn. 8 l. 14 dignum aliquid -a fecerit, l. 15 teste ... -a institutoris). adv. Marc. 2, 24 p. 367, 20 (*respicitur I reg. 15, 11* paenitet me) malum factum Saulis ... onerabat *deus* -ae suae professione, quam vacante delicto ... consequens est invidiosam potius intellegi, non criminosam (*cf. in eadem re* Optat. 2, 23 p. 60, 13 -am suam professus est). p. 368, 29 (*respicitur Ion. 3, 10* misertus est) ergo, dices, ... culpandus est *deus*, qui iustitiae utique non paenitendae -am gessit. p. 369, 17 nihil ... aliud intellegetur *esse -a divina* quam simplex conversio sententiae prioris (*sim. definiunt* Avg. serm. 22, 6 Evcher. instr. 1 p. 82, 21). 2, 28 p. 375, 8 -am dissimulationis pristinae fecit *deus vester*, debitam malo facto (*item in eadem causa* p. 375, 10). *al.* Iren. 1, 3, 1 (1, 1, 5 H.). 2, 5, 4 (2, 4, 4 H.) magis deificum erat, ut in principio initium excideret *deus* ... necessitatis, quam postea, quasi de -a, conaretur ... eradicare (*sim.* 2, 17, 11 [2, 22, 5 H.] velut ex -a). Hil. in psalm. 2, 40 (*respicitur* Ier. 18, 8 *sub a*) -am ... suam deus memorat ad poenam. *al.*

C *de -a diaboli* (*in hypothesi de -a quam agunt daemones apud deos paganos* Avg.; *vix huc* Iren. *p. 52, 26*): Hier. epist. 61, 2, 1 erravit *Origenes* ... de diaboli -a (in Is. 30, 30—33 l. 39). Avg. civ. 8, 19 p. 350, 14D. an et ipsi daemones, ut possint paenitentibus mereri indulgentiam *apud deos paganos*, priores agunt, quod eos deceperint, -am?

III *appendix locutionum selectarum* (*locutiones ad usum sub IIA1b et 2 illustratum specialiter pertinentes illic collegimus*):
A *iuncturae verbales*: 1 *nom.*: **a** *de ipsius -ae motione, statu sim.*: Pvblil. V 35 velox consilium sequitur -a (Liv. 31, 32, 2 Val. Max. 5, 3, 2a Sen. benef. 6, 4, 6. *al.; cf.* Cvrt. 8, 8, 23 consecuta est). Phaedr. 4, 13, 9 labare (*nisi abl.*). Sen. benef. 4, 34, 4 numquam illum -a subit (Cvrt. 3, 2, 19 Plin. nat. 10, 67. *al.*). 6, 29, 1 numquam illi sit ... datorum *beneficiorum* -a (epist. 27, 2 Plin. nat. 10, 171 Vvlg. I Esdr. 10, 2 super hoc *peccatum. aliter, sc. de facultate paenitendi alicui data*: Herm. Pal. vis. 2, 2, 5 [*cf.* vulg.]. sim. 9, 19, 1 [*cf.* vulg.] ipsis non -a, sed mors est). dial. 8, 7, 3 si ... voluptati inminebit -a. 9, 2, 8 illos ... -a ... tenet (*cf.* Prisc. gramm. III 233, 2 habet). Qvint. decl. 327 p. 285, 25 in ipsis ... habet locum -a (Herm. Pal. mand. 4, 1, 10). **b** *de eo quod a -a efficitur*: Sen. dial. 5, 7, 2 faciet ... te asperum -a (*cf.* Lact. inst. 6, 24, 8 cautum ac diligentem facit). Petron. 107, 4 si ... -a fugitivos reduxit. Qvint. inst. 7, 1, 53 licet te ... -a ... ad hoc ... adduxerit. Frontin. strat. 1, 9, 4 *illos* -a coegit satisfacere (*cf.* Cypr. epist. 55, 23 p. 641, 23 rogare ... compellit). Tert. paenit. 2, 6 uti ... -a ... mundam pectoris domum ... spiritui sancto paret. Arnob. nat. 2, 5 ne ... *hoc* inrevocabilis -a castiget. Lact. inst. 4, 30, 13 -a, quae peccata et vulnera ... curat. *al.*

2 *dat.*: -ae *locum, veniam dare sim.* (*exempla, in quibus tam dat. quam gen. intellegi potest, pro dat. accepimus; ceterum v. p. 57, 68*): Liv. 44, 10, 2 -ae relinquens locum (Tac. ann. 13, 27, 2 -ae aut novo beneficio. Plin. epist. 1, 24, 4). Qvint. decl. 267 p. 91, 25 detis locum -ae (Hier. in Ier. 8, 4. Vvlg. sap. 12, 10 [*gr.* τόπον μετανοίας]. 12, 19 [*gr.* μετάνοιαν]. *al.*). Tac. hist. 1, 32, 2 daret malorum -ae, daret bonorum consensui spatium (Hil. in Matth. 21, 6). Plin. epist. 10, 96, 2 haesitavi ... deturne -ae venia (Ps. Cypr. adv. Iud. 8 p. 142, 1). 10, 96, 10 si sit -ae locus (Tert. adv. Marc. 2, 24 p. 369, 6 Inst. Iust. 3, 23 pr. *cf.* Hil. in Matth. 27, 5 tempus). Cypr. epist. 55, 22 p. 639, 17 -ae tempus datur (*cf.* Pacian. paraen. 6 p. 112 -ae tempus indulget *deus*. Lib. pontif. p. 112, 22 ut -ae reservaret tempus). *? -ae esse* (*loco coniecturis vexato*): Tac. ann. 5, 4, 1 posse ⟨domus⟩ Germanici exitium -ae ⟨esse⟩ seni.

3 *acc.*: **a** *pro subi. est qui -am sentit*: α -am *agere, habere sim.* (*quae iuncturae saepe ad verbum q.e.* paenitet *circumscribendum positae esse videntur; cf. e.g. versionem vulg. novi test., quae reddit gr.* μετανοεῖν *per* 'paenitet' *vel* 'paeniteo' *singulis locis,* 'paeniteor' *ter,* '-am agere' *24ies*): (i) *cuius rei paeniteat, non indicatur*: Val. Max. 7, 2 ext. 1 acturum -am (Ivlian. dig. 4, 4, 41 Gaivs dig. 17, 1, 27, 1 Vlp. dig. 29, 2, 25, 14. 47, 12, 3, 10 Pavl. dig. 19, 2, 24, 4 Tert. pudic. 18 p. 261, 2 Itala I reg. 15, 29 [Tert. adv. Marc. 2, 24 p. 369, 11]. *et saepe*). Itala sap. 5, 3 (Cypr. Demetr. 24 p. 369, 4) -am habentes ([Vvlg. agentes; habentes *var. l.*]. Luc. 13, 5 [codd. a, aur., f]. 15, 7 [codd. a, b *al.*]. 17, 3 [codd. b, c *al.*]). Luc. 11, 32 (cod. e) -am gesserunt ([egerunt cod. a *al. et* Vvlg.; paenituit eos *cod.* c]. Herm. Pal. mand. 4, 1, 7 [vulg.: egerit]. Optat. 2, 26 p. 65, 19 gerere didicerunt. Ambr. apol. Dav. I 4, 15. *al.*). Herm. Pal. vis. 3, 5, 5 -am facere (vulg.: agere). *al.* (ii) *indicatur cuius rei paeniteat*: *per gen.*: Sen. suas. 6, 11 agere perfidiae -am (7, 10 tam care spiritus empti. Val. Max. 7, 2 ext. 11 Sen. dial. 6, 20, 4. *al.*). Tert. adv. Marc. 2, 24 p. 368, 29 iustitiae ... -am gessit (Herm. Pal. sim. 6, 5, 7 admissorum [vulg.: egerint]. Lvcif. Athan. 2, 33 p. 205, 22. *al.*). 2, 28 p. 375, 8 -am dissimulationis ... fecit (Iren. 3, 23, 5 [3, 35, 1 H.]). *al.* *per enunt. secund.* (*acc. c. inf.* Ps. Avg.): Val. Max. 1, 5 ext. 2 -am egerunt, quod ... dixissent (3, 4, 2. Itala Matth. 21, 32 [codd. a, b *al.*]. Porph. Hor. carm. 1, 34, 1 Avg. civ. 8, 19 p. 350, 14 D.). Hier. epist. 51, 3, 4 (*Epiphan.*) -am agere, quare vobis communicaverimus. Ps. Avg. quaest. test. I 114, 31 -am agentes, tarde se cognovisse quod verum est. *per locut. praepos.*: Itala I par. 21, 15 (Ambr. in psalm. 37, 15) habuit -am super malitiam ([*gr.* ἐπί]. II Cor. 12, 21 [cod. r = Vvlg.] non egerunt -am s. inmunditia [*aliae vers.* in immunditiam, Pacian. epist. 1, 5 ex his *eqs.*, *gr.* ἐπί]. Hier. hom. Orig. in Ezech. 7, 9 p. 398, 13 agens s. *al.*). Ier. 8, 6 (Ps. Cypr. exhort. paenit. p. 18) homo -am agens a malitia sua ([Vvlg. super, *gr.* ἀπό]. act. 8, 22 [cod. 57 = Vvlg.] -am ... age ab hac nequitia tua [cod. e *al.* habe, *gr.* ἀπό]. apoc. 2, 22 [Cypr. epist. 55, 22 p. 640, 2] gesserint [cod. g *et* Vvlg. egerint, *gr.* ἐκ]. *al.*). apoc. 2, 21 (cod. g) non vult -am agere de fornicatione sua ([*Vulg.* paeniteri a, *gr.* ἐκ]. 9, 20 [cod. g = Vvlg., *gr.* ἐκ]. Herm. Pal. mand. 10, 2, 4 Avg. epist. 265, 7. Romvl. fab. 70, 4 [rec. gall.] habere. *al.*). *sim. al.* *? per acc. graec.* (*nisi acc. est obi. totius iuncturae*): Itala apoc. 9, 20 (Cypr. testim. 3, 59 p. 163, 16) nec -am egerunt opera factorum manuum suarum (cod. g *et* Vvlg. de operibus, *gr.* ἐκ).

β *alia*: -am *ostendere, confiteri, simulare sim.*: Cvrt. 5, 10, 8 -am ... simulare decreverant (Svet. Cal. 39, 2 Hier. epist. 134, 1, 3. *cf.* Heges. 1, 42, 2 praetendebant. Avg. epist. 153, 20 fingitur). Qvint. inst. 11, 3, 86 *an non manibus* -am ... ostendimus (Iren. 3, 23, 5 [3, 35, 1 H.] per succinctorium. *cf.* Itala Sirach 20, 4 [Monac. = Vvlg.] manifestare. Cypr. laps. 29 p. 258, 20 veris doloribus experimentes). decl. 267 p. 90, 19 si confiterer ... -am (*cf.* Ps. Qvint. decl. 17, 3 fateamini [Tac. hist. 5, 25, 3]. Physiogn. 40 p. 57, 11 profiteri). -am *inire, suscipere sim.*: Tert. bapt. 10 p. 209, 13 -am inire (patient. 12 p. 19, 11 pudic. 15 p. 252, 4. Itala Matth. 3, 2 [Tert. paenit. 2, 5]. *cf.* Tert. paenit. 2, 14 invadit [4, 2]). paenit. 5, 1 -am ... susceptam (Rvfin. Greg. Naz. orat. 3, 18, 2 Bachiar. fid. l. 209. *al.; cf.* Tert. paenit. 6, 1 capessendam [Orig. in Matth. ser. 117 p. 246, 34]. *ibid.* adsumunt). -am *discere sim.* (*huc etiam* Tert. *p. 52, 46?*): Tert. paenit. 2, 8 quam *-am* cognito domino discimus (Optat. 6, 8 p. 156, 11). 5, 1 -am ... cognitam. -am *tenere, exigere sim.*: Tert. paenit. 4, 2 -am amplexare (6, 17). 6, 1 -am ... perpetuo continendam. 6, 4 -am adimplere (*cf.* 6, 23 implere). Herm. Pal. sim. 8, 3, 5 -am ... suam custodierunt (*vulg.* servaverunt eam). Lampr. Comm. 6, 5 -am ... ultra triginta dies tenere non potuit (Pass. Thom. 30 Z.). Ambr. in psalm. 37, 59 exigenda -a est (*cf.* Greg. M. epist. 3, 40 peragat [3, 42]). -am *immolare, deferre sim.*: Tert. paenit. 12, 7 diu ... -am domino immolarat (pudic. 10 p. 239, 10). Zeno 2, 17 (1, 34, 9 L.) legitime celebrata -a. Ambr. epist. 51, 11 -am deferentibus.

b *pro subi. sunt alii homines, deus vel res*: -am *expectare, invenire sim.*: Sen. contr. 2, 4, 10 tuam expectabam -am (Tert. adv. Marc. 2, 17 p. 358, 13 patient. 12 p. 18, 21. *al.; cf.* Tac. ann. 13, 13, 1 opperiri. Hier. epist. 63, 3 praestolaris). Qvint. decl. 255 p. 45, 26 deprehendere ... -am (*cf.* Cypr. epist. 55, 18 si -am ... peccatoris invenerit dominus [Ivst. 11, 3, 6 Filastr. 132, 5]). 260 p. 68, 12 speravi ... aliquam impetus vestri -am (*cf.* Tert. patient. 12 p. 18, 21 exoptat ... exorat). *al.* -am *facere (sc. alicui) sim.* (*addas fortasse p. 54, 77*): Sen. epist. 71, 29 si illi -am sui faciunt *affectus*. Cvrt. 8, 2, 3 -am solitudo eliciebat (excipie- *codd.*). Frontin. strat. 2, 7, 9 attulit -am. Tac. hist. 4, 58, 6 *vos deos* precor ..., ut ... militibus Romanis aut innocentiam detis aut ... -am (Itala II Tim. 2, 25 [codd. d g, *sim.* Vvlg.] ne forte det eis deus -am. Vvlg. Sirach 44, 16. *al.*). ann. 1, 18, 3 -am adcelerabo (*cf.* Cypr. epist. 48, 4 p. 608, 12 fovendam). Itala II Cor. 7, 10 (codd. d g, *sim.* Vvlg.) tristitia -am ... operatur. Oros. hist. 2, 19, 12 *tempora* quae incutiunt ... de neglecta religione -am. -am *ostendere, indicere sim.*: Tert. paenit. 5, 1 quae *-a* per dei gratiam ostensa et indicta nobis *eqs.* pudic. 1 p. 220, 9 illic ... -a promulganda est, ubi *eqs.* Itala Luc. 24, 47 (codd. a, b *al.* = Vvlg.) praedicari ... -am (Cypr. Fort. 12 p. 343, 21. *al.; cf.* Iren. 3, 9, 1 -am ... annuntiantem *Iohannem*. *ibid.* praeconabat [3, 10, 1 = 3, 11, 1 H.]. *al.*). *al.* -am (*i. facultatem paenitendi*) *dare sim.*: Itala act. 5, 31 (cod. d *al.*, *sim.* Vvlg.) hunc *Iesum* deus ... exaltavit ... dare -am Istrahel. 11, 18 [cod. d *al.*, *sim.* Vvlg.]. Herm. Pal. sim. 9, 19, 2 [*item* vulg.]. *al.*). Herm. Pal. sim. 8, 6, 2 (*cf.* vulg.) ipsis tribuit *deus* -am (Hier. epist. 21, 35, 3). 9, 19, 2 istis -a posita est (Vvlg. or. Man. 8 [*cf.* 7 promisisti]).

4 *cum praepos.* ad, in: Val. Max. 9, 1 praef. ut ... ad -am impelli possit *luxuria* (*sim.* Cypr. epist. 55, 17 p. 636, 9 compelli. *cf. etiam* Tert. pudic. 19 p. 262, 15 urgebat. Itala Rom. 2, 4 [codd. d, e = Vvlg.] adducit [Ambr. paenit. 2, 11, 100]. *al.*). Petron. 141, 1 fortuna ... coepit redire ad -am suam (Hier. hom. Orig. in Ezech. 10, 1 p. 416, 9). Tac. hist. 2, 45, 2 *militibus Othonis* ad -am inclinantibus. 2, 63, 1 in -am versus (Svet. Cal. 9 ad -am. Ivst. 12, 6, 7. *al.; cf.* Svet. Claud. 13, 2 in -am ... conversis [Cypr. epist. 66, 1 p. 726, 10 ad -am. 67, 6 p. 740, 16 ad agendam -am. *al.*]). 4, 37, 2 mutati in -am (ann. 6, 36, 4 ad -am. 11, 33). Svet. Nero 43, 2 revocatis ... ad -am (Itala Hebr. 6, 6 [Tert. pudic. 20 p. 266, 28] in -am. Cypr. patient. 4 p. 399, 27. *al.; cf.* Itala Matth. 9, 13 [cod. g^1 = Vvlg.] vocare ... ad -am [Ambrosiast. in I Cor. 1, 8]. Hier. epist. 21, 2, 6 ad -am provocabat [21, 28, 1. *al.*]). *al.*

5 *abl., sc.* -a fungi (*huc etiam locus dubius* Tert. *p. 53, 23*): Tert. adv. Marc. 2, 17 p. 358, 16 Babylonis tyranno -a functo. paenit. 5, 2 -a functus (-am *var. l.*). 6, 22.

[Korteweg]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *locutiones causales vel instrumentales*: 1 *abl.*: *varia*: Liv. 40, 54, 2 anxius . . . -a. Phaedr. 1, 13, 2 dat poenas . . . -a. Sen. clem. 1, 11, 2 clementia vera . . ., quae non saevitiae -a coepit. epist. 56, 9 videmur taedio . . . et . . . -a secessisse. 68, 14. 90, 34 mixtas -a voluptates. Plin. nat. 34, 140 furorem . . . residentem -a. 35, 141 tristem . . . -a. Qvint. inst. 4, 1, 45 emendari . . . -a. 5, 7, 13 ne -a propositum mutaverint. 7, 4, 18. *al.* -a *vinci*, *torqueri sim.*: Cvrt. 6, 8, 7 etiamsi . . . -a . . . victus quiescere volet. Qvint. inst. 12, 1, 7 -a . . . torquetur *mala mens.* Tac. ann. 1, 45, 2 -a conversi. Gaivs inst. 2, 168 -a actus (Vlp. reg. 22, 30 Interpr. Gai 46 Vvlg. sap. 19, 2 Max. Tavr. serm. 59, 1 M.). Itala Matth. 21, 29 (codd. a, b *al.* = Vvlg.) -a motus (cod. d *al.* ductus). 27, 3 (codd. a, b *al.*) -a ductus ([motus *var. l.* Vvlg.]. Ivst. 10, 2, 4 Vvlg. iud. 21, 6. *al.*). Heges. 4, 30, 1 compuncti sunt . . . -a. 2 *praepos.*: Sen. contr. exc. 8, 6, 4 fundebamus lacrimas ex -a (Sen. nat. 3 praef. 3 ad honesta ex -a transitus. Traian. Plin. epist. 10, 97, 2 ut . . . veniam ex -a impetret. Svet. Otho 1, 2 Tert. pudic. 2 p. 223, 3. *al.*). Qvint. inst. 11, 1, 56 ius mortis . . . ob aliquam . . . -am petunt (Svet. Claud. 25, 3). 11, 3, 104 manum in -a . . . pectori admovemus (Ambr. paenit. 1, 16, 91 in -a sulcasse vultum lacrimis. Orig. in Matth. ser. 114 p. 241, 10 examaricans *Petrus* in -a fletum suum). Tert. adv. Marc. 2, 28 p. 375, 10 neglegentia . . . per -am emendata (Herm. Pal. sim. 6, 2, 3 [*cf.* vulg.]. Iren. 4, 9, 3 [4, 19, 2 H.] conversus [Firmil. Cypr. epist. 75, 15 p. 820, 23. *al.*]. *al.*). pudic. 22 p. 273, 19 cum -a (Cypr. epist. 59, 15 p. 685, 19. *al.*). *al.*

C *accedunt determinationes*: 1 *adi.* (*notabiliora*): Liv. 31, 32, 2 celerem (Herm. Pal. sim. 8, 8, 3). *ibid.* seram (Val. Max. 7, 2 ext. 11 Sen. dial. 9, 5, 2. *al.*). *ibid.* inutilem (*cf.* Tert. paenit. 2, 2 vana [pudic. 3 p. 225, 12 Ps. Cypr. ad Novat. 13 p. 63, 20]. Avg. civ. 21, 9 p. 509, 13 D. sterili. in psalm. 32 serm. 1, 10 infructuosa [serm. 352, 3, 9. *al.*]). Tert. paenit. 3, 1 iusta (Pavl. dig. 48, 10, 19pr. Cypr. epist. 55, 18 p. 636, 14. *al.*). 6, 22 vera (Cypr. epist. 25 p. 538, 7 Hier. epist. 21, 19. *al.*). Pelag. in II Cor. 7, 10 permanentem (*sec.* Vvlg. stabilem). Avg. civ. 1, 17 p. 29, 3D. salubris (1, 25 p. 40, 28. 15, 7 p. 69, 32. *cf.* 1, 19 p. 32, 27 fructuosam [21, 24 p. 530, 26 Caes. Arel. serm. 60, 2. *al.*]). serm. 351, 3, 4 quotidianam (*ibid.* 5). 2 *subst.*: *gen. obiectivus*: Liv. 40, 54, 2 crudelitatis. Sen. contr. exc. 8, 6, 4 discidii. Val. Max. 6, 2, 4 dicti (Qvint. inst. 9, 2, 60). Sen. benef. 5, 16, 1 sceleris (Tert. ieiun. 7 p. 282, 18 Lampr. Comm. 6, 5. *al.*). 6, 29, 1 datorum *beneficiorum.* dial. 3, 19, 5 facti (Cypr. epist. 60, 2 p. 693, 15. *al.*). *al.* *gen. finem vel modum indicans*: Cypr. epist. 55, 28 p. 646, 10 hortari ad satisfactionis -am (Rvfin. Orig. in lev. 12, 3 p. 460, 5 plenissimae s.). Hier. epist. 65, 1, 2 ad sacci -am provocantem. Vvlg. or. Man. 7 promisisti -am remissionis peccatorum (*gr.* μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν). *cum praepos.*: Qvint. decl. 309 p. 218, 5 quae ista ad crudelitatem -a est? Itala act. 20, 21 (cod. g, *sim.* Vvlg.) testificans . . . in deum -am (*gr.* τὴν εἰς θεὸν μετάνοιαν). Hil. in psalm. 2, 40 -am . . . suam deus memorat ad poenam (*respicitur* Vvlg. Ier. 18, 8 agam . . . -am super malo). Avell. p. 104, 19 similis -a de abdicatione sacerdotii (*spectat ad l. 16 se* propria cessione damnavit).

D *pendet ex subst.*: 1 *gen. explicativus*: Val. Max. 6, 9, 7 beneficio -ae. Sen. dial. 5, 26, 2 supplicium -ae. Qvint. decl. 270 p. 102, 5 adfectum -ae (Ambr. Nab. 17, 71 Dionys. Exig. paenit. Thaisis praef.). Ps. Qvint. decl. 9, 2 emendatio -ae. Tert. paenit. 3, 7 -ae medella (*cf.* medicina: Lact. inst. 6, 24, 9 Pacian. epist. 3, 9 p. 63 Ambr. paenit. 2, 6, 48 Hier. in eccles. 7, 18. *al.* remedia: Pacian. epist. 3, 23 p. 91 Ambr. paenit. 2, 6, 45 Leo M. epist. 168, 5 [Conc.[S] II 4 p. 112, 35]. *sim. al.*). pudic. 2 p. 223, 24 -ae subsidium (*ibid.* p. 223, 26. 5 p. 227, 9. *cf.* 19 p. 261, 30 auxilium. Leo M. epist. 108, 4 praesidium). *al.* 2 *gen. subiectivus vel obiectivus*: *post subst. verbale*: Cvrt. 5, 10, 13 lacrimas . . . -ae indices. 9, 7, 26 -ae testem. Qvint. inst. 11, 1, 76 -ae confessio (Tert. adv. Marc. 2, 24 p. 367, 10 Rvfin. Orig. in iud. 3, 2 p. 482, 14. *al.*; *cf.* Tert. adv. Marc. 2, 24 p. 367, 20 professione [Ps. Evseb. Gallic. hom. 8, 6 G. *al.*]. Cod. Iust. 4, 38, 12, 1 contestatio). Tert. adv. Marc. 4, 11 p. 450, 2 denuntiationem et laudationem -ae (pudic. 10 p. 239, 4). *al.* -ae *occasio, locus sim.*: Petron. 109, 1 -ae occasione. Decl. in Catil. 109 -ae locum (Itala [= Vvlg.] IV Esdr. 9, 12 Weber. Herm. Pal. sim. 8, 8, 2 [= vulg.]. Vlp. dig. 40, 7, 3, 13. *al.*). Tert. paenit. 6, 8 tempus -ae (Cypr. epist. 55, 20 p. 638, 11 Hil. in Matth. 12, 10. *al.*). pudic. 6 p. 228, 5 ianuam -ae (*cf.* Herm. Pal. sim. 8, 6, 2 ingressum [vulg.: ad -am regressum]. Pacian. epist. 3, 5 p. 56 aditus. *al.*). Hil. in Matth. 32, 5 -ae facultatem. Hier. epist. 21, 2, 3 venia -ae.

deriv.: paenitentialis. *Korteweg.*

paenitentiālis, -e. *a* paenitentia. pen- Paenit. hibern. [*per errorem in lexica irrepsit Cassiod. hist. 9, 35, ubi agitur de* '*presbyteris super paenitentes positis*'.]

i. q. ad paenitentiam pertinens: 1 *de homine*, *fortasse eodem sensu quo* paenitens *p. 65, 46* (*solvendum fortasse p. 65, 55*): CIL XI 308 (*a. 523*) hic requiescit in p(a)ce Gerontius v(ir) c(larissimus) pa⟨e⟩nitentialis, qui vixi⟨t⟩ cqs. (*sunt, qui ad presbyteros supra dictos referant*). 2 *de libro ordines paenitentiae continente*: Paenit. hibern. p. 74 Bieler (*in titulo quem praebet cod. S saec. IX*) -s Vinniani.

? **paenitentiārius** *fortasse solvendum p. 65, 55.*

***paenitet** (pēn-, poen-), -uit, -ēre. *verb. impers.*; *inde* paeniteo *et* paeniteor *p. 63, 16.* [*cum* paene *et* paenuria *coniungere student viri docti (iam* Gell. 17, 1, 9 *infra) et suadet usus infra sub I descriptus; sed nec de radice nec de formatione satis constat, quamvis coniugationem in -ē- cadentem per analogiam verborum* piget, pudet, taedet *sim. explicare possis. sunt qui intercessisse putent adi.* *paenitus (*cf.* paeniturum *l. 24 et* paenitudo). *Sch.*] *de origine*: Gell. 17, 1, 9 (*quae praecedunt v. p. 61, 23*) antiquiores . . . -et ab eo quod est 'paene' et 'paenuria' dixerunt. *scribitur* paen- Orat. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 2, 23. 24. 29. CE 1857 (*a. 468*). Plavt. *cod. A et* Liv. *cod. V v. infra sub* pen-. Itala Ion. 3, 9 sq. *et* 4, 2 (cod. 175). pen- CIL V 5420 (*a. 463*). 7412 (*si recte solvitur; a. 520*). XII 2085 (*a. 557*). *et in aliis titulis.* Plavt. Pseud. 305 *cod. A* (*sed* paen- *ceteris locis*). Liv. 42, 13, 3 *cod. V* (*ibidem* 44, 38, 4. 45, 39, 18, *sed* paen- 45, 10, 11). Itala act. 26, 20 (cod. h), *et in aliis codd. saec. VI; syllaba correpta trad.* paen- *vel* poen- Pavl. Pell. 306. 468, *unde* pen- *coni. Brandes.* poen- *non ante codd. medii aevi, ubi passim.* -net- CIL V 5420 (*a. 463*). XII 2085 (*a. 557*). Inscr. Année Epigr. 1964 n. 141 (*post 443*). Conc. Aurel. a. 538 p. 81, 13 *cod. C* (*saec. VI/VII*). *notatur* (*si recte solvitur*) pent CIL V 4084 (*a. 540*). pen CIL V 7412 (*a. 520*). p CIL V 7793 (*a. 568*). Not. Tir. 22, 27 -et (*26* paene). 27[a] penituit. 28 non -et. 29 non -uit. *de formis*: *gerundium v. p. 62, 83.* *gerundivum v. p. 66, 84.* *part. fut.* -turum *impers.* Acc. trag. 313 (*vix pers.*), *pers.* Sall. hist. frg. inc. 35; -nsurus *pers. v. p. 66, 66* (*a forma* penisus *derivandum ad depon. potius trahendum; cf. l. 65. p. 59, 7*). *ad part. praes. v. p. 66, 79.* *ad ceteras formas usus pers. activas v. p. 63, 22 sqq. 63, 67; depon. v. p. 66, 16 sqq., part. perf.* -nisus (-nitus) *v. p. 66, 62.* *de structuris* (*exempla notabiliora*): Arvs. gramm. VII 501, 18 sq. -et me facti (*affert* Verg. ecl. 10, 16) . . .; -et me hoc fecisse (*affert* Verg. ecl. 2, 34). Mart. Cap. 4, 390 -et *verbum impersonale* cum dicitur, plena sententia est, si accusativum adiungas. Prisc. gramm. III 148, 14 transitive, ut miseret . . ., pudet . . ., -et illum sui; . . . genetivos hic intellegimus primitivorum, qui iidem et possessivorum sunt genetivi (*item testatur vel explicat acc. et gen. personae*: 232, 25 -et taedet miseret accusativo quidem significat personam, in qua fit passio, genetivo vero illam, ex qua fit. 233, 2 -et me tui: paenitentia me habet tui. *al.*). *usum personalem veterum testantur grammatici p. 63, 23 sqq. 63, 37 sqq.* *de notione* (*v.* Prisc. gramm. III 233, 2 *supra*): Lact. inst. 6, 24, 6 quem . . . facti sui -et, errorem suum pristinum intellegit, ideoque Graeci melius et significantius μετάνοιαν dicunt. Gloss. -et: μεταμέλει. μετανοεῖ καὶ μετανοῶ. -et me: μεταμέλομαι. μετανοῶ. -et me huius muneris: μετανοῶ ἐπὶ τῷ δώρῳ. -ere: mutare. -at: tristis sit. Gloss.[L] I Ansil. PE 359 pudeat (Verg. Aen. 1, 549 ?). 362 t⟨a⟩edeat. *cetera v. infra suis locis.* *legitur verbum impers. in poesi inde a* Plavto (*14 locis*), Ter. (*4*), Acc. (*1 et 1* -turum), Catvllo (*2*), Pvblil. (*6 et 2 formis ambiguis*), Verg. (ecl. *3*, Aen. *1*), Hor. (*4*), Tib. (*1*, Svlpicia *1*), Prop. (*1*), Ov. (*28*), *in prosa oratione inde a* Cic. (*107 locis, maxime in oratt. et epist.; 3 ambiguis*), Caes. (*3*), Sall. (*6*), Nep. (*2*), Liv. (*58 et 3 ambiguis*) *per totam latinitatem, quamvis minus frequenter apud Christianos inde a* Cypr., *qui praeferunt usum pers.*; *verbum pers.* (*ambigua v. supra*) *forma activa apud* Pacvv. (*1*, *forma finita*), Cic. (*1*, *part. praes.*), Sall. (*2*, *part. praes. et fut.*), Liv. (*1*, *infin.*), *ceterum non ante* Svet., Gell., Min. Fel., Tert., Italam (*v. etiam quae adnotavimus p. 63, 23 sqq. 63, 50 sq. 67 sqq. 66, 17*), *passive p. 66, 15*, *depon. inde ab* Itala, Tert., Ps. Cypr. [*val.* părăta '*dolere*'; *it.* pentirsi (*fortasse sermoni docto tribuendum*); *francog. vet.* penteiet *impers.*, pentir (*perraro*); *prov. vet.* pentir, *var. dial. prov., vasc.*; *cat.* penedirse. *cf. M.-L. 6630. Battisti-Alessio IV 2840. Wartburg IX 118 sqq. St.*] [*in interpolatione* Plavt. Stich. 51, *v. p. 62, 57.* *falso tradi videtur* Plin. nat. 32, 13 (renitendo *Vollmer ad Ov. hal. 39*). *e coni.* Mvtian. Chrysost. hom. 21 p. 369/70 -turi sumus (*pro* poenis arsuri *sec. gr. p. 152* μετανοήσομεν *Wilhelmsson, Stud. zu Mutianus, 1944, 65; an potius* pensuri *?*).]

i. q. paenuriae cuiusdam conscientia afficit aliquem dolore. indicatur is, qui afficitur, per acc. passim, per dat. Hermog. dig. 33, 22 pr. Caes. Arel. serm. 156, 5 Victorin. leg. dom. 197; *ubi non indicatur, ubique subaudiri videtur persona sive certa sive incerta, e. g. p. 59, 19. 24* (-et sapientiam *hominis* Cic. Tusc. 5, 54, rem publicam Cic. ad Brut. 26, 4 W., *animalia* Verg. ecl. 10, 16, *deum v. p. 61, 31*). *indicantur (nisi subaudiuntur) moventia, sc. dolorem paenuriae efficientia, per gen. vel structuras varias infra allatas, per nom. non nisi usu quodam modo novato (sec.* dolet *sim.) p. 60, 84. 62, 42, plur. p. 62, 62.*

I *potius cum respectu quantitatis non satisfacientis, sc. quae parum, non satis habentem reddit* (*syn. vel iuxta pos.* parum est *sim. e. g.* Plavt. Stich. 551 Don. Ter. Eun. 1013 Phorm. 172, *opp.* satis est *sim. e. g.* Plavt. Bacch. 1182 Poen. 283; *saepius negatum [cf.* Not. Tir. *supra l. 23] in figura q. d. litotes fere i. q. valde sufficit*): A *moventia indicantur per*: 1 *gen.*: Plavt. Stich. 551 duas *puellas* dabo . . ., una si parumst; et si duarum -bit, . . . addentur duae. 713 nimis vellem aliquid pulpamenti.:: si horum, quae adsunt, -et, nihil est. Truc. 431 ut cuius *muneris* me non -at,

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mitta⟨tur⟩ mihi (*sc. munus satis magnum, cf. 425 sq.* munusculum? :: lucrum). TER. Hec. 775 quod si perficio, non -et me famae, solam fecisse id quod aliae meretrices facere fugitant (DON.: λιτότης . . ., pro eo quod est 'magnam famam cupide acquisierim'. *cf.* ACC. trag. 313 quod si procedit, neque te neque quemquam arbitror tuae -turum laudis [*cf. p. 63, 52; in* GLOSS. *ad l.* V 646, 2 -turum: permisurum *forma* paenisurum *latere videtur*]). Eun. 1013 an -bat flagiti, te auctore quod fecisset adulescens, ni miserum insuper etiam patri indicares? (DON.: parum videbatur [*affert* Haut. 72 *et* PLAVT. Truc. 533]. *sequitur condicio ut*: LIV. 28, 41, 3 -bit te, P. Corneli *Scipio*, gloriae tuae, si [nisi *vel* ni *var. ll.*] hostem cum *i. Hannibalem* . . . tu consul Italia expuleris?). Phorm. 172 ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nosmet -et (*sc. eius, quod habemus, cf. 167* inopia . . . copia. DON.: -et eum, qui parum putat. *add. pars codd.*: ergo 'ipsi nos' inquit 'nostra contemnimus'. *fortasse huc spectat* CIC. Tusc. 5, 54 *p. 60, 21*). ACC. trag. 491 quod superest, socium mittis leto? an lucti -et? CIC. rep. 6, 16 iam . . . ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me imperii nostri, quo quasi punctum eius attingimus, -ret. LIV. 1, 8, 7 cum iam virium haud -ret, consilium deinde viribus parat *Romulus*; centum creat senatores (8, 23, 5 minime -ere se v. suarum, si bellum placeat). 4, 58, 10 nullum annum esse, quo non acie dimicetur; et tamquam -at laboris, novum bellum . . . parari. TAC. hist. 2, 19, 2 obsequium et parendi amor, quod solum illis partibus defuit, cum virtutis haud -ret.

2 *enunt. secund.*: **a** *interrog.*: PLAVT. Bacch. 1182 satis, satis iam vostrist convivi: me nil -et, ut sim acceptus (Poen. 283 -et, exornatae ut simus.:: . . . pro erili et nostro quaestu satis bene ornatae sumus [*cf. 288* satiust, satis . . . sat]). Mil. 740 nil me -et iam, quanto sumptu⟨i⟩ fuerim tibi (Pseud. 305 an -et te, *leno*, q. hic *amator* fuerit usui? TER. Haut. 72 quantum hic operis fiat, -et [SCHOL. Ter. Bemb.: parum videtur]. CIC. orat. 130. off. 1, 2 tam diu . . . *discere* velle debebis, quoad te, quantum proficias, non -bit [*item* Att. 12, 28, 2 q. profecerim]. Att. 1, 20, 3 a senatu quanti fiam, minime me -et. DON. Ter. Andr. 692 ['si hic non insanit satis'] si -et te, quantum sua sponte insanit). Trin. 320 is probus est, quem -et, quam probus sit et frugi bonae; qui ipsus sibi satis placet, nec probus est nec frugi bonae. Truc. 533 -etne te, quot (quod *trad.*) ancillas alam, quin etiam m⟨i⟩ insuper adducas? **b** *cum* quod: PLAVT. Rud. 578 an te -et, in mari q. elavi, ni hic in terra iterum eluam? (LIV. 9, 34, 18 -et . . ., q. antiquissimum sollemne . . . ad servorum ministerium religiosus censor deduxisti . . ., nisi universam rem publicam eo nefario obstrinxeris, quod *eqs.*). CAES. civ. 2, 32, 12 (*Curio ad milites*) an -et vos, q. salvum atque incolumem exercitum . . . traduxerim? q. classem hostium . . . profligaverim? *eqs.* (*'non satis est' intellegunt Kraner-Hofmann-Meusel ad l.*). **c** *condic.* (*quod accedit ad alias indicationes supra* TER. Eun. 1013 *et* LIV. 28, 41, 3 *sub 1*, PLAVT. Truc. 533 *sub a*, PLAVT. Rud. 578 *et* LIV. 9, 34, 18 *sub b*): PLAVT. Amph. 1124 eum . . . filium suum esse . . ., alterum tuum esse dixit *Iuppiter* puerum.:: pol me haud -et, si licet boni dimidium mihi dividere cum Iove. Cist. 47 (*loq. lena*) ecastor haud me -et, si ut dicis ita futura es; nam si quidem ita eris ut volo, . . . mihi lucro . . . eris (*cf. 42* satius fuerat).

B *moventia subaudiuntur*: PLAVT. Aul. 434 utinam mea mihi modo auferam . . . salva: me haud -et, tua ne expetam (*vix cum* ne *iungendum, quod idem ac 'nedum' intellegas*). Stich. 307 spatium hoc . . . brevest curriculo; quam me -et! (*sc. 'quam me dolet hoc spatium curriculo meo non sufficere!'*).

II *potius cum respectu qualitatis non satisfacientis, sc. quae reddit non contentum, indignantem, aegre ferentem sim.*: **A** *-et alicuius rei vel hominis displicentis, de quo non ratio est reddenda* (*nonnulla exempla inter A et B esse ambigua non nescimus, e. g. p. 60, 23*). *accedit respectus pudendi, sc. alicuius indigni, inferioris, e. g.* VERG. ecl. 2, 34. 10, 16sq. HOR. sat. 1, 6, 89 OV. Pont. 3, 2, 47 LIV. 45, 39, 18, *syn. vel iuxta pos.* pudet *saepius* (*sed discernitur* CVRT. 5, 5, 10), piget SALL.(?) rep. 1, 8, 9, taedet CIC. Att. 2, 22, 6; *opp.* libet PLIN. epist. 6, 10, 2. *saepius negatum in figura q. d. litotes fere i. q. placet.*

1 *moventia indicantur per*: **a** *structuras huius verbi proprias*: α *gen.*: Ⓘ *rerum* (*inde a* LIV. *exempla pauca selecta*): CIC. inv. 2, 9 quodsi ea, quae in his libris exponuntur, tanto opere eligenda fuerunt, quanto studio electa sunt, profecto neque nos neque alios industriae nostrae -bit. div. in Caec. 69 cuius consuetudinis atque instituti (*i. sociorum querimoniae delatae ad defensorem bonum*) patres maioresque nostros non -bat tum, cum *eqs.* Sest. 60 ut illum . . . paene iam provinciae *suae* -ret (*sc. potius modi, quo eam acceperat; aliter*: LIV. 9, 42, 5 Volumnium p. haud -uit; multa secunda proelia fecit, *eqs.*). Planc. 82 me . . . vehementer vitae meae -ret, si in mea familiaritate locus esset nemini nisi litigioso aut nocenti (Att. 3, 7, 2 ut me non nostri consili v.que -at. FRONTO frg. 3 p. 240, 4 v. d. H. male me . . . praeteritae v. meae -et [*nisi ad B*]. AVG. civ. 2, 2 p. 55, 8D. ne -at eas *feminas* v., quas non est unde possit -ere nequitiae [*opponitur respectus sub B illustratus*]. CE 1857 [*a. 468, contextu manco*] -uit v. [*an pers.? cf. p. 65, 84*]). *al.* HOR. epod. 11, 8 heu me, per urbem, nam pudet tanti mali, fabula quanta fui, conviviorum et -et, in quis *eqs.* (SCHOL.: non conviviorum -et, sed quod fabula fuerit conviviorum . . .; -et ad factum, pudet ad verecundiam pertinet). OV. met. 15, 278 capitisque sui ripaeque prioris -uisse ferunt, alia nunc ire Caicum. Pont. 3, 2, 47 patriae nec -et (APVL. apol. 24, 7 [*24, 2* pudendum]). LIV. 45, 39, 18 nec magis me eius *tumoris* quam cicatricum harum pudet -etque (*cf.* CVRT. 5, 5, 10 quorum *suppliciorum nostrorum* [*sc. corporis mutilati*] nos pudeat magis an -at, incertum est [*huc spectat 5, 5, 24* paenitentia *omisso pudore*]). PLIN. epist. 6, 19, 6 si -et te Italicorum praediorum, hoc vendendi tempus. SVET. Aug. 28, 2 nisus omni modo, ne quem novi status -ret. *al.* *gen. cum part. perf. pass.*: LIV. 30, 30, 30 quemadmodum, quia a me bellum coeptum est, ne quem eius -ret, . . . praestiti, ita adnitar, ne quem pacis per me partae -at. VELL. 2, 12, 5 ne eius *Marii* nati rem publicam -ret (*cf. Cic. Phil. 1, 35* ut natum esse te cives tui gaudeant).

I *proprie* (*in imagine et iocose p. 69, 73. 70, 9. 23*) *significatur genus vestis, lacernae vel cuculli simile* (*vulgo frigoris aut pluviae arcendae causa adhibetur, praecipue in itineribus* [*cf.* LAMPR. Alex. 27, 4 *sub A1*], *sed etiam in comitiis, ludis sim., qua de causa -a paulatim*

[Thome]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vel in togae locum successisse videtur; ad rem cf. Kreis-v. Schaewen, RE XVIII 2, 2279 sqq. et Kolb, Röm. Mitt. 80, 1973, 69 sqq.). *materiam testantur*: PLIN. nat. 8, 190 (*-as ex ovium lana factas docet; cf. Pap. Giess. 12, 4*). MART. 14, 130 tit. scortea. 145 tit. gausapina. CIL II 462 lintea; *colorem*: PAP. Corp. 207, 9 coccinam. SVET. Nero 48, 1 obsoleti coloris (*cf.* LAMPR. Diad. 2, 8 c. russei). VEN. FORT. Mart. 1, 34 flammea. GLOSS. albam -am (*an* albam, -am *?*): λευκὴν φαινόλην.

A *exempla significantiora*: 1 *definitiones sim.* (*v. etiam supra 'de notione'*): PAVL. FEST. p. 368 vestis generaliter dicitur, ut stragula, forensis, muliebris; vestimentum pars aliqua, ut pallium, tunica, -a (*cf.* VLP. dig. *sub 2 et* CELS. dig. 33, 10, 7, 2). LAMPR. Alex. 27, 4 -is intra urbem frigoris causa ut senes uterentur, permisit, cum id vestimenti genus semper itinerarium aut pluviale fuisset (*quae seq., v. sub 2*). NON. p. 537, 5 -a est vestis, quam supra tunicam accipimus (*affert* POMPON., LVCIL. *sub B1 et* VARRONEM *infra sub 3a allatos*). EVCHER. instr. 2 p. 156, 19 '-a' in apostolo (*v. sub B2*) Latinum est; est autem quasi lacerna descendentibus (discind- *S*) clavis (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PE 405 stola cum clavis quasi lacerna). PS. PRIMAS. in II Tim. p. 679^{B} -a vestis erat consularis antiquorum Romanorum. ISID. orig. 19, 24, 14 -a est pallium cum fimbriis longis (*postea*: lacernae ... *non* ita laxis *fimbriis* ut sunt -arum). GLOSS. II 440, 27 συγκλητικὸς βίρ⟨ρ⟩ος ἔχων πορφύραν. V 320, 58 cocula (*i.* cuculla) sine cappa (*cf.* GLOSS.^{L} Corp. P 246 lacerna in modum cucullae). V 322, 32 byrrum lectoris (*?* lict-) consulis.

2 *exempla genus et ordinem paenulatorum illustrantia* (*nisi quae iam sub 1 attulimus*): CIC. Sest. 82 mulionicam -am arripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat. SEN. benef. 5, 24, 1 meministi ... quendam ex commilitonibus -am suam *tibi* substravisse? (*item militum*: SVET. Nero 49, 4 ad vulnus adposita. Galba 6, 2 sollemni ... spectaculo plaudentes inhibuit data tessera, ut manus -a[s] continerent. TERT. coron. 1 l. 15 gravissimas). TAC. dial. 39, 1 -as istas, quibus astricti et velut inclusi cum iudicibus fabulamur. SVET. Cal. 52 saepe depictas gemmatasque indutus -as ... in publicum processit (*item principum*: CAPITOL. Gord. 21, 4 quot -as quotve chlamydes *habuerit*. Pert. 8, 2 tunicas, -as, ... lacernas. LAMPR. Alex. 4, 2 usus est ... -is togisque communibus. *v. etiam p. 70, 17. sed contra*: SPART. Hadr. 3, 5 omen sibi factum ..., quod -as amiserit, quibus uti tribuni plebis pluviae tempore solebant, imperatores autem numquam; unde hodieque imperatores sine -is a togatis videntur). VLP. dig. 34, 2, 23, 2 muliebria *vestimenta* ... veluti stolae, pallia, tunicae, capitia, zonae, ... plagulae, -ae (*cf.* TREB. trig. tyr. 14, 4 tunicae et limbi et -ae matronales ..., quae Alexandri effigiem ... monstrent. *sed distincte*: LAMPR. Alex. 27, 4 matronas ... intra urbem -is uti vetuit, itinere permisit). *ibid. iterum* (*affertur inter* communia *et inter* familiarica *vestimenta*). COD. Theod. 14, 10, 1 pr. *intra moenia* nullus senatorum habitum sibi vindicet militarem, sed chlamydis terrore deposito quieta coloborum ac -arum induat vestimenta. 14, 10, 1, 1 officiales quoque ... uti ... -is iubemus. SIDON. epist. 1, 5, 11 iam togam senator honoratus, iam -am deponit inglorius (*cf.* GREG. TVR. vit. patr. 4, 5 -am pauperis, ... togam incliti senatoris. *sed v. supra l. 23*). CASSIOD. var. 6, 20, 2 ornatus -a *consularis* (*cf.* PS. PRIMAS. *sub 1*).

3 *exempla utendi tempus et occasionem illustrantia*: a *adhibetur in imbri vel grandine* (*v. etiam* LAMPR. Alex. *sub 1*, SPART. Hadr. *sub 2*): VARRO Men. 571 non quaerenda est homini, qui habet virtutem, -a in imbri? SEN. nat. 4, 6, 2 ut homines ad -as discurrerent aut ad scorteas *imminente grandine*. MART. 14, 130 tit. -a scortea (*cf. v. 2* ad subitas numquam scortea desit aquas). QVINT. inst. 6, 3, 64 Gabba -am roganti: 'non possum commodare, domi maneo', cum cenaculum eius perplueret (*sim.* 6, 3, 66). IVV. 5, 79 cum ... multo stillaret -a nimbo. b *adhibetur tempore frigido* (*facete praeter exspectationem* HOR. *et* MART.): HOR. epist. 1, 11, 18 incolumi Rhodos et Mytilene pulchra facit, quod -a solstitio, campestre nivalibus auris (PORPH.: diverso tempore supervacua pro illis tunc moribus). MART. 14, 145 tit. (*postea loquitur -a*: ut me vel media sumere messe velis). TERT. apol. 6, 3 ne vel hieme voluptas impudica frigeret, primi Lacedaemonii -am (*rec. prior* odium -ae) ludis excogitaverunt (-am *'tectum' et* ōdīum *ᾠδεῖον intellegit Frassinetti ad l.; in spectaculis, comitiis sim. etiam* CIC. *et* SVET. Galba *sub 2, cf. supra l. 23*).

B *cetera exempla*: 1 *apud varios scriptores*: PLAVT. Most. 991 libertas -ast tergo tuo: mihi ... nihil est, qui tergum tegam. LVCIL. 515 -a, ... cantherius, servus, segestre utilior mihi quam sapiens. POMPON. Atell. 94 -am in caput induce, ne te noscat (*spectat fortasse ad cucullum ut*: PLIN. nat. 24, 138 *folia* ad similitudinem capitis -arum. *cf.* SVET. Nero 48, 1 ut erat ... tunicatus, -am obsoleti coloris superinduit adopertoque capite ... equum inscendit). CIC. Mil. 29 cum ... de raeda reiecta -a desiluisset (*se defensurus ut* PHAEDR. 5, 2, 5. *cf. ante orationem*: MART. CAP. 3, 229 -a a dextera ... relevata). 54 quid minus promptum ad pugnam, cum -a inretitus, raeda impeditus, uxore paene constrictus esset? (*ad -am impedientem cf.* SVET. Galba *et* TAC. *sub A2*). Att. 13, 33^{a}, 1 (*proverbialiter, v. Kolb, loc. cit. 82*) *Varro* venit ... ad me ... id temporis, ut retinendus esset; sed ego ita egi, ut non scinderem -am (*pertinet ad auxilium exuenti praestitum, ut ibid.* vix attigi -am). SEN. epist. 87, 2 ex duabus -is altera stragulum, altera opertorium facta est (*item pro stragulo* SEN. *sub A2*). PLIN. nat. 8, 190 *oves* Apulae breves villo nec nisi -is celebres. 34, 18 -is indutae *statuae*. CIL IV 8204 -am, palliolum. PAP. Corp. 207, 9 (*saec. I*) -am coccinam (*inter alias res ad dotem pertinentes*). MART. 1, 103, 5 *diviti tibi nunc* sordidior ... toga, -a peior. 14, 84, 1 ne toga barbatos (*i. attritu villosos*) faciat vel -a libros. 14, 128, 2 cercopithecorum -a nuper erat *bardocucullus*. SVET. Nero 48, 4 divolsa sentibus -a. MARCIAN. dig. 19, 5, 25 si -as dedisset, ut tunicas acciperet. EDICT. imp. Diocl. 19, 63 L. -*a* Λαδικηνὴ καλλίστη. 19, 64 -*a* Βαλυσείνη. LAMPR. Diad. 2, 8 paraverat ... -as populo coloris russei dare Macrinus imperator in honorem Antonini filii sui, quae vocarentur Antoninianae, ut caracallae Bassiani dictae sunt, adserens melius filium suum Paenuleum vel P⟨a⟩enularium dicendum, quam Caracallus esset dictus Bassianus. TREB. Claud. 17, 6 *misi ad Claudium* chlamydem Dardanicam ..., -am Illyricianam ..., bardocucullum *eqs.* NON. p. 148, 25 *v. sub* paenularium. VEN. FORT. Mart. 1, 34 praetexta ... toga, -a ... flammea. CIL II 462 (*in enumeratione rerum raptarum*). VI 12 649, 6 (*inter res ad funus pertinentes*). GLOSS. III 225, 4 (*cf.* 646 n. 2) supra induo -am (*sc. supra tunicam et pallam et superariam; gr.* φαινόλην, φελόνην). *iocose significatur cibariorum involucrum*: MART. 13, 1, 1 ne toga cordylis et -a desit olivis.

2 *in sacra scriptura et locis inde pendentibus* (*cf.* EVCHER. *et* PS. PRIMAS. *sub A1; v. etiam IID*): ITALA II Tim. 4, 13 (cod. d *al.* = VVLG.) -am, quam (quem *cod. 78*) reliqui Troade apud Carpum, veniens adfers et libros *eqs.* (*gr.* τὸν φελόνην, ὃν κτλ.). *interpretantur commentarii*: AMBROSIAST. *ad l.* (*explicat -am ut vestem civium Romanorum*). PELAG. *ad l.* ANON. in II Tim. (ed. Frede) 3^{A} pelonem Ebraee, Latine comitem; et non -am dixit (*explicat Frede, Ein neuer Paulustext I 1973, 212 sqq.*). *ceterum huc spectant*: TERT. coron. 8 l. 17. orat. 15 p. 189, 21 expositis (positis *Gelenius*) -is orationem facere. p. 189, 24 Paulum -am suam in oratione penes Carpum reliquisse. HIER. adv. Pelag. 3, 4 lacernam sive -am.

II *per similitudinem vel per comparationem* (*arcuimus iocos l. 23. p. 69, 73*): A *de tegumento pedis*: VARRO Men. 267 cum corrigia disrupta sonat (disruptas tonat *codd.*) aridum, relicum pede⟨m⟩ -a scortea pertegere (*explicat* NON. p. 448, 21 -am abusive ad omne, quidquid tegit, nobilissimi veteres transtulerunt). B *de parte Ctesibiae machinae* (*sc. tecto catini*): VITR. 10, 7, 2 supra catinum -a ut infundibulum inversum est attemperata *eqs.* 10, 7, 3 extrudent ... nares aquam in catinum, e quo recipiens -a spiritu (-us *pars codd.*) exprimit per fistulam in altitudinem. C *in architectura* (*de re non satis constat; cf. Promis, Vocaboli lat. di architettura, 1876, 354 sq.; v. etiam p. 69, 69*): CIL IX 4213 -am, column., pondera. XII 2391 (*a. 176*) tectum porticus cum suis columnis et paenul(is) duabus et opere(e) tector(io) (*item* 2392). D *de libro vel involucro libri* (*in interpretatione falsa loci sacrae script. sub IB2 allati, sec. interpr. graecam, cf. Chrysost. ad eundem locum [v.* ANON. *supra l. 30, ubi* comitem *pro libro intellegas]; attamen, quod pertinet ad sermonem Latinum, notio involucri intellegitur a Birt, Buchwesen, 1882, 65. Buchrolle, 1907, passim*): HIER. epist. 36, 13, 1 volumen Hebraicum ..., quod Paulus -am (phenolen, pe-, poe-, -lem *var. ll.*, φαινόλην *edd.*) iuxta quosdam vocat. THEOD. MOPS. in II Tim. 4, 13 risui vero dignum est de illis, qui hoc in loco -am apostolum non indumentum significasse existimaverunt, sed speciem quandam libri (*gr.* φαιλόνην).

deriv.: paenularium, paenularius, paenulatus.

compos.: suppaenulare.

v. Onom.

paenularium (*vix* -lār-, *si recte senarii leguntur*), -ī *n.* *scribitur etiam* pe-, poe-, pend-. NOVIVS Atell. 35 non multo post sonar⟨i⟩um (*ζωνάριον intellegit Ribbeck*) accepit, abscidit (absedet *trad.*); consequitur -um, cilotrum petit (*affert* NON. p. 148, 25 *explicans* -um: quasi theca et vagina paenulae. *sed a correpta potius indicat formationem iocosam sec.* sonarium, *ut sit quasi* *φαινολάριον [*i. parva paenula*]; *minus probabiliter* 'paenularius *qui paenulas vendit*' *Mueller ad* NON.).

paenulārius, -ī *m.* *a* paenula. *nonnisi in titulis* (*sed cf.* paenularium). *is, cuius negotium ad paenulas pertinet*: CIL VI 4000 (*e monumento Liviae*). IX 3444 paenu⟨larius⟩. X 1945 -o (*alii legunt* paenuiario, paenu parto, penulato). XIII 6366 neg(otiator) paenul(arius).

v. Onom. (*cf. l. 15*).

paenulātus, -a, (-um). *a* paenula, *cf.* chlamydatus, togatus *sim.* *affert inter nomina quae videntur* sine verbis formam habere participiorum PRISC. gramm. II 441, 15 (*sim.* 562, 16. *cf.* MART. CAP. *sub* paenulo). *scribitur* pe- *e. g.* SEN. benef. 3, 28, 5. *i. q. paenula indutus* (*m. plur. pro subst.* SEN., MART., TERT.): CIC. Mil. 28 *cum Milo* veheretur in raeda, -us *eqs.* (*opp.* expeditus; *de eadem re similiter* 54 [*postea syn.* paenula inretitus], *quem locum ut exemplum 'deformationis' afferunt* AQVILA rhet. 13 p. 26, 8 MART. CAP. 5, 524). SEN. benef. 3, 28, 5 -i ... in militum ... cultum subornati *geruli lecticae*. MART. 2, 57, 4 quem non lacernis Publius ... vincit, non ipse Cordus alpha -orum, quem grex togatus sequitur

[*Thome*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*inde* 5, 26, 1). GELL. 13, 22, 1 cinctos saltem esse et -os *discipulos vult Castricius* (*mavult* togatos, *reprehendit* lacernis indutos). TERT. orat. 15 p. 190, 1 deus . . . non audiat -os, qui tres sanctos in fornace Babylonii regis orantes cum sarabaris . . . exaudivit (*cf. ibid. p. 189, 21* expositis paenulis orationem facere). LAMPR. Comm. 16, 6 -os iussit spectatores, non togatos ad munus convenire, quod funeribus solebat (*Cass. Dio 72, 21, 3 ἐν ταῖς μανδύαις*). AMBROSIAST. in II Tim. 4, 13 in quam *curiam* more Romanorum -i conveniant *Tarsenses* (*cf. p. 70, 28*). AVG. conf. 1, 16, 25 quis . . . -orum magistrorum *eqs.*? MART. CAP. 3, 223 ritu Romuleo . . . senatum deum ingressa est -a *Grammatica* (*antea opp.* palliatam. *de eadem* 3, 228 inconsentaneum . . . videbatur incedere medicam -am). SIDON. epist. 8, 6, 5 turmae censualium -orum.

paenulo, -āre. MART. CAP. 3, 325 cum calciatus, armatus, togatus, paenulatus paria videantur, quare calceo et armo dicimus, togo et -o (pen- *trad.*) non admittitur?

***paenultimus,** -a, -um. *coaluit ex* paene *et* ultimus. *scribitur* pen- *e. g.* CLEDON. gramm. V 32, 4 (*cod. saec. VI/VII*). *al. ibid. et saepe in codd. rec.* (*rarius* poen-); *saepe* p(a)eneult-, *e. g.* SACERD. gramm. VI 492, 16 (*cod. saec. VII/VIII; sed in eodem cod.* paenult- 493, 5 *al.*); *rarius* poeneult- *e. g.* SERV. Aen. 1, 251 *cod. K*; peniult- *apud* PRISC. gramm. *cod. L, e. g.* II 53, 22; *disiunctim* paene ult- *e. g.* AVSON. 348, 27 p. 167 P. (paenult- 381, 13 p. 101; *interposita praepos.* TER. MAVR. 1440; *de locis, quos hinc secrevimus, v. l. 32sqq*). GLOSS. II 396, 39 -a: *παρατέλευτος*. *legitur pro t. t. gramm. et rhet. inde a* GELL., TER. MAVR., SACERD. (*vix iam Varroni usum vocis tribues, v. p. 72, 76*); *praeter hunc usum raro inde ab* AVSON.

i. q. ultimo proximus, secundus a fine (*non de compluribus simul locum ante extremum tenentibus nisi p. 72, 61. 73, 20*). *attulimus etiam ea exempla scripturae seiunctae* (*v. supra*), *quae hanc notionem servant; sed cetera, quae notionem q. e. 'prope ultimus, quasi ultimus' exhibent, ad vocabula* paene *et* ultimus *relegavimus* (*v. p. 46, 19sqq.*), *e. g. Vell. 2, 125, 2. Quint. inst. 9, 4, 16* paene ultimam oratoribus artem compositionis . . . contigisse. *Flor. epit. 2, 6, 15* quartum, id est paene ultimum volnus imperii Cannae (*Hier. epist. 41, 3, 2* in tertium, id e. paene ultimum gradum episcopi devolvuntur); *dubia fortasse p. 72, 3. 73, 9. 19; notiones secundarias v. p. 72, 31. 56. 74.*

I *t. t. gramm. et rhet.* (*exempla selecta*): **A** *spectat ad positionem syllabae* (*circumscriptiones priores invenies e. g. Bass. gramm. VI 257, 4* proxima ultimae syllaba. *Quint. inst. 1, 5, 30 acuta syllaba* proxima extremae . . .; trium . . . media *eqs.* [*cf.* MART. CAP. 3, 269 in trisyllabis . . . media, quam -am dicimus]. *Ps. Cens. frg. 15* syllabam . . ., quae est ante extremam. *cf. etiam Prob. inst. gramm. IV 106, 27* proultima [*sec. cod. B*, prope ult. *R*]): **1** *f.* -a *pro subst.* (*sc. syllaba; v. quae ad 2 monuimus*): GELL. 4, 7, 2 *Valerius Probus grammaticus* 'Hannibalem' et 'Hasdrubalem' et 'Hamilcarem' ita pronuntiabat, ut -am circumflecteret (PRISC. gramm. III 468, 14 antiqui . . . -am circumflectentes. *al.* BOETH. c. Eut. 3, 10. *cf.* PRISC. gramm. III 83, 12 'ubi', quod interrogativum -am acuit, . . . relativum gravatur [83, 18. *al. apud eundem*]). TER. MAVR. 1921 pro longa brevis ut -a fiat (*cf. infra l. 76*). 2402 -am . . . pro brevi trahit longam (*sc. versus Hipponacteus, ad quem cf. Bass. supra, Mar. Victorin. gramm. VI 136, 14* secunda ab ultima . . . syllaba). SERV. Aen. 1, 41 cum -a corripitur ([*antea*: media . . . syllaba]. PRISC. gramm. II 465, 25). 1, 100 'Sarpedon': et in ultima possumus accentum ponere et in -a (*ibid.* 'Sarpedonis' . . . antepaenultima habet a., 'Sarpedontis' -a. 1, 451. 3, 286). 1, 251 produxit -am (MART. CAP. 3, 314 PRISC. gramm. II 325, 13. 486, 7 [*inde* SCHOL. Ter. p. 60, 12]. *et saepius*). MACR. exc. gramm. V 608, 24. AVG. epist. 3, 5 (*de part. ut* fugitum) quae . . . utrum -a longa et inflexa aut gravi brevique pronuntianda sint, . . . nescio. PRISC. gramm. II 40, 13 cum 'ei' apud Graecos sit pura -a. 326, 6 -am genetivi (326, 10. 14. *al.; item pendet gen.*: 465, 17 -ae vel antepaenultimae praesentis. 477, 16 -as praeteriti [498, 6]). MARTYR. gramm. VII 183, 4 EVTYCH. gramm. V 463, 19. *et saepius. rarius plur.*: PRISC. gramm. II 77, 7 exponere rationem -arum. III 493, 36 PS. PRISC. gramm. III 522, 15. 524, 18. *adde l. 65.*

2 syllaba -a (*huc inseruimus exempla, in quibus vox q. e.* syllaba *e contextu facilius supplenda videtur; dub. an de littera et ad p. 72, 68 trahendum* PRISC. gramm. II 53, 20): **a** *vario usu*: TER. MAVR. 1868 quae nunc brevis est *s.*, fiat -a longa ([*sed ibid. 1870* paene supremam]. SACERD. gramm. VI 529, 10 cum -a s. debens b. esse l. sit. 529, 26 -a s. l. pro brevi [*item* 535, 24]. MAR. VICTORIN. gramm. VI 127, 11. *v. etiam p. 72, 16sq.*). 1990 hoc refert sane, brevis *s.* ut -a fiat (*sed subst. supra l. 53*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 81, 6 -a versus s. (*item accedit gen.*: VLT. SYLL. gramm. IV 227, 21 comparativi sive superlativi. *v. et l. 80. p. 72, 4*). SERV. auct. Aen. 1, 611 'Ilionea': -am huius nominis s. natura brevem produxit (3, 122 VLT. SYLL. gramm. IV 237, 18. 238, 17. 19 PHOC. gramm. V 432, 19. *al.*). 3, 286 '*Abantis*' in -a s. habet accentum (SERV. *l. 58 pro subst. adhibet, quod* SERV. auct. *vitare videtur*). VLT. SYLL. gramm. IV 237, 20 tertia . . . correpta coniugatione -a *s.* . . . corripitur (238, 11 *opp.* producitur. 238, 15. *saepius ibid.*). PRISC. gramm. III 27, 12 si -am *s.* acuamus, *eqs.* (52, 21. *al.*). *et saepius. rarius plur.*: VLT. SYLL. gramm. IV 235, 36 (*nisi tertiis a fine syllabis comprehensis, cf. infra l. 32sqq.*) de ultimis s. dicam -isque verborum. 241, 3 -as ultimasque s. POMP. gramm. V 129, 9 naturaliter longas. PS. PRISC. gramm. III 526, 19. ALC. AVIT. epist. 57 p. 86, 12 productis naturaliter. FRG. Bob. gramm. VI 625, 13 manentibus longis. **b** *generalia quaedam de accentibus praecepta* (*testimonia veterum grammaticorum collegit Schoell, Acta soc. phil. Lips. 6, 1876; ad rem v. etiam sub B1c*): MAR. VICTORIN. gramm. VI 192, 19sqq. acutus cum apud Graecos tria loca teneat, ultimam et -am et ei proximam s., apud nos tantum duobus locis poni potest . . ., aut in -a s. . . . aut in ea, quae a fine tertia sit (*item* DOSITH. gramm. VII 377, 12sq. [*gr.* τὴν παρατέλευτον . . . συλλάβην]. *sim. distinguunt* MACR. exc. gramm. V 601, 29. 602, 13. 16 CLEDON. gramm. V 32, 4. *al.*). 193, 7sqq. quid in trisyllabis aut quae plures syllabas habebunt? si -a brevis fuerit, . . . quae eam praecedit, acuetur . . .; quid . . ., si -a positione longa fuerit? ipsa acutum habebit accentum, praecedentem autem gravem faciet, ut Càtúllus . . .; quid, si -a naturaliter producta fuerit, ita ut ultima brevis sit? -am circumflectemus, ut Cethêgus . . .; quid autem, si longa erit ultima? -ae acutum dabimus accentum, ut Athénae (*sim.* DOSITH. gramm. VII 378, 9sqq.; *de eadem re* DON. gramm. IV 371, 15sqq. DIOM. gramm. I 431, 16 secunda ab ultima *s.* . . . si natura longa fuerit, inflectitur . . .; si . . . eadem -a positione longa fuerit, acuetur *eqs.* [*cf.* 432 *passim de accentuum ratione, quae pertinet ad pedes trisyllabos; sim.* CLEDON. gramm. V 32 *et* 33 *saepius*]. *al.*). MART. CAP. 3, 269 (*variandi causa syn.* syllaba . . ., quae praecedit ultimam, *et postea*: in trisyllabis . . . media). POMP. gramm. V 127, 27 tres *syllabas* diximus a fine habere accentus: ergo tres regulae erunt; una erit regula de ultima, una de -a, una de tertia a fine. *et passim in hoc capite.*

3 *transfertur ad litteram vel accentum syllabae -ae, ut transeat in notionem q. e. 'ad syllabam -am pertinens'*: MACR. exc. gramm. V 615, 14 ω . . . -um (*sc. in* -ωμαι. *item accedit ad nomina litterarum*: PRISC. gramm. II 135, 21 'i' . . . tam -a quam antepaenultima correpta, ut . . . advecticius. 498, 15 *composita*, quae . . . 'a' -am simplicis supini in 'i' convertunt, ut . . . datum . . . redditum. PS. PRISC. gramm. III 522, 4. EVTYCH. gramm. V 463, 31 'i' -am puram). PRISC. gramm. II 592, 7 accentu -o acuto (III 488, 30. 33. 511, 24. *cf.* 27, 9 -o acuto [491, 24]. 491, 22 circumflexo). *dubium an ad hanc notionem secundariam spectent*: PRISC. gramm. II 465, 6 si vocalis sit -a ante 'o' in praesenti, *eqs.* (*an de littera et* vocalis *praedicative intellegendum ut l. 73?*). 465, 26 vocalem -am ante alteram vocalem (*an ad B1b?*).

B *spectat ad positionem quarumlibet rerum*: **1** *pro adi.*: **a** *de verbis, pedibus* (*non nisi de rhythmo orationis prosae [ad quem cf.* FRG. Bob. *sub c et* TER. MAVR. *sub 2]; circumscriptiones priores habes e. g. Cic. orat. 216* hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo; adiungo . . . proximum superiorem, saepe etiam tertium. *217 dactylus* proximus a postremo. *Quint. inst. 9, 4, 94* ⟨claude⟩ntem *pedem* quis antecedat): SACERD. gramm. VI 493, 5 in verbis duobus, novissimo et -o (494, 5 PROB. cath. gramm. IV 43, 9. MART. CAP. 5, 515 inter -um ultimumque v.). FRG. Bob. gramm. VI 628, 19 quosvis alios *pedes* in elocutione, qui quidem non quaeruntur, si longi sunt aut breves; hoc etenim tantum requiretur, -us et ultimus, non antepaenultimus et superiores. *transfertur ad speciem pedum* (*sc. forma* 'trochaeus -us' *pro 'tr., qui est -us pes periodi'*): MART. CAP. 5, 521 dissyllaba . . . iambico numero non iure clauduntur, vel si -us spondeus, mox iambus aptetur. 5, 522 ut trochaeo praecedente -o molossus subsequatur (*ibid. quinquies*). **b** *de litteris*: SACERD. gramm. VI 492, 16. 18 pereuntibus duabus litteris -is (*sc.* 'ti' *in* 'nectis'; *de pluribus cf. p. 73, 22*). OPT. PORF. schol. carm. 3 a secunda littera usque ad -am *acrostichidis* (*item postea in telestichide. cf.* 12 -am eiusdem versus [*ibid. iterum. 21 bis*]). DIOM. gramm. I 347, 27 ante 'o' 'e' -am correptam litteram (*sc. in* 'eo, queo'. *item additur nomen litterae*: 370, 26 -am 'v' litteram. MACR. exc. gramm. V 641, 16 'n' littera post 'a' vel 'e' *litteram* -am interposita. MARTYR. gramm. VII 168, 10. *cf. praedicative* MART. CAP. 3, 283 si -a littera 'a' vel 'e' fuerit. *cum solo nomine litterae*: DIOM. gramm. I 371, 12 'v' -am). AVSON. 348, 27 p. 167 P. (*loq. littera*) furca tricornigera specie -a sum Ψ (*item in serie alphabeti*: HIER. in Ier. 25, 26ᶜ p. 312, 1 *Hebraeorum* extremam litteram 'thau', cui -a est 'sin'). MART. CAP. 3, 314 *verba*, quae indicativo modo tempore praesenti prima persona -am *litteram* vocalem habent. *transfertur ad speciem litterarum, i.* vocalis -a (*sc. pro 'v., quae est -a littera'; vix etiam* MART. CAP. 3, 314 *supra*): DIOM. gramm. I 428, 25 (*rem tractat sec. Varronem*) v. longam extremam . . . aut -am. CONSENT. gramm. V 364, 25 (*antea*: ultima littera). 364, 29 cum -ae v. tempus inmutatur (*e. g.* rhetor . . . ῥήτωρ). **c** -us locus (*v. fortasse etiam sub 2*): MAR. VICTORIN. gramm. VI 192, 23 (*vix ad A3*) circumflexus . . . non nisi -um l. poterit invenire ([*inde* DOSITH. gramm. VII 378, 2, *ubi gr.* παρατέλευτον]. DON. gramm. IV 371, 6 DIOM. gramm. I 431, 15. *al.*). DON. gramm. IV 371, 4 (*bis; vix ad A3*) acutus cum in Graecis dictionibus tria loca teneat, ultimum, -um et antepaenultimum, apud Latinos -um et antepaenultimum tenet,

[*Thome*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ultimum numquam (*sim.* DIOM. gramm. I 431, 10. 12. *al.*). DIOM. gramm. I 505, 2 in ultimo trisyllabos hoc metrum *anapaesticum* admittere, cum in -o l. spondeum habet. SERV. gramm. IV 427, 5 quotiens . . . *syllaba* -o l. longa est. VLT. SYLL. gramm. IV 239, 36 MACR. exc. gramm. V 608, 21. 24. FRG. Bob. gramm. VI 628, 5 (*de clausulis*) quotiens trochaeus -um l. tenet. PS. PRISC. gramm. III 525, 28.

2 *n. pro subst., sc.* in -o (*nisi* loco *supplendum, sed cf.* in extremo, in ultimo *sim.; fortasse iam* TER. MAVR. 1440 paene in ultimo, *sc. in clausulis*): PS. PRISC. gramm. III 523, 3 'i' terminatum unum invenitur trisyllabum indeclinabile, quod in -o breviatur, ut . . . nihili (*sim.* 523, 5 liquescit. 523, 12 corripitur). 523, 6 'al' syllaba finita . . . in -o *genitivi* producenda sunt, ut vectigal, vectigalis (*sim.* 523, 26. *cf.* 523, 10 corripiuntur). 528, 20.

II *cetera exempla* (*fere cum var. l. scripturae divisae*): AVSON. 381, 13 p. 101 P. -a meta November (*item de mense* SERV. georg. 3, 304 ['extremoque inrorat Aquarius anno'] mense Ianuario, qui est -us; nam . . . a Martio mense inchoabat annus apud maiores). HIER. epist. 58, 8, 1 (*nisi mavis intellegere 'prope ultimus', sed cf. de pluribus loco ultimum antecedente positis p. 72, 61*) praecipue mihi in eo *libro tuo* subdivisio placuit, cumque in primis partibus vincas alienos, in -is te ipsum superas (126, 2, 3 et in -is prophetae p. . . . et in extremis. *cf.* EVGIPP. epist. ad Prob. p. 3, 27 -us [pene primus *var. l.*] numeri titulus ordinem nutriendae, ultimus enutritae laudem continet caritatis). in Ier. 23, 1 p. 272, 7 de Iechonia, -o rege Iudaeae. in Matth. 24, 36 l. 607 si novissimum diem temporum ignorat, ignorat et -um et retrorsum omnes; non enim potest fieri, ut qui primum ignorat, sciat, quid secundum sit. 27, 9 l. 1522 in Zacharia . . ., qui -us duodecim prophetarum est. MACR. somn. 2, 4, 4 -us orbis (*sc. in serie orbium caelestium*). MART. CAP. 9, 943 *παρανήτη chorda* . . ., quam latine -am perhibemus, post quam ultima sociatur.

compos.: antepaenultimus. *Thome.*

***p(a)enūria**, -ae *f.* [*orig. inc., v. sub* paenitet. *ad formationem cf. fortasse vocem notionis oppositae* luxuria. *Sch.*] *de scriptura: lapidum*: pae- EDICT. imp. Diocl. praef. 19 L.; *in* R. GEST. div. Aug. *initium vocis periit. codd. antiquiss.*: pae- VERG. Aen. 7, 113 *PR.* LIV. 28, 35, 2 *P.* FRONTO p. 102, 5 v. d. H. *A.* VVLG. Phil. 4, 11sq. *F. al.*; pe- VERG. *l. l. M.* ITALA Marc. 12, 44 (codd. b d q; *cf.* VVLG.). AVX. Maximin. c. Ambr. 57 RVF. podagr. 1. *al.*; *variant etiam singuli codd., e. g. A* VVLG. (*v. ed. comm. pontif. vol. IV 455*). pae- *testari videntur* PAVL. FEST. p. 222 (*ordine verborum, non scriptura codd.*) *et* GELL. *infra*. NOT. Tir. 40, 51. *plur. non nisi p. 75, 57.* *de orig. et notione*: PAVL. FEST. p. 222 -a est id quod pene minus sit quam necesse est (*cf.* GELL. 17, 1, 9 *antiquiores* 'paenitet' ab eo, quod est 'paene' et '-a' dixerunt. DIFF. ed. Beck p. 54, 2 *v. vol. VII 1, 1742, 78 sqq.*). SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 442 ⟨significat inopia⟩m; proprie autem dicta est ⟨inopia in penu, id⟩ e(st) cellario. SYNON. Cic. p. 429, 5 inopia. fames. egestas. inedia. -a. paupertas. GLOSS. *σπάνις, λεῖψις, ἔνδεια. ἀπορία.* egestas, necessitudo. fames aut inopia aut necessitas. cuius (alicuius?) rei necessitas vel inopia. inopia, paupertas, stabilitas (?). summa inopia. *legitur in poesi singulis locis apud* TER., PACVV., VERG., HOR., CLAVD., *binis apud* LVCR.; *in oratione prosa inde a* CIC., VARRONE, BELL. Afr., SALL., LIV., *sed ubique excepto* COLVM. *saepius occurrit* inopia (*qua voce a dactylis aliena in versibus non nisi scaenici veteres,* PORC. LIC., PVBLIL., PHAEDR. *utuntur*).

I *notione originaria de inopia, quae evenit, accidit alicui aut rebus inhaeret; -a significat parum vel prorsus nihil adesse alicuius rei.* *syn. vel iuxta pos. potiora*: egestas HIER. epist. 21, 10, 2 AVG. conf. 2, 4, 9 (*cf.* VITAE patr. *sub IIA*), fames *v. p. 74, 75* (*addas* AVX. Maximin. c. Ambr. 57 HIER. epist. 21, 10, 2. *al.*), inopia BELL. Afr. 79, 1 TAC. hist. 1, 86, 2 LAMPR. Comm. 14, 3 (*distincte* MARCELL. chron. II p. 102, 524). *opp.*: abundantia COLVM. 2, 16, 5 VVLG. Mal. 3, 9. *al.*, copia CIC. inv. 2, 115 fam. 3, 11, 3 LVCR. 5, 1007 COLVM. 12, 20, 8. *al.*, divitiae LVCR. 5, 1119 BOETH. cons. 3, 9, 17 W., laetitia COLVM. 6, 24, 4. *epitheta fere indicant gradum, sc.* extrema AMM. 16, 5, 14. 29, 5, 50. 31, 16, 3, grandis HIER. epist. 134, 2, 3 VITA Caes. Arel. serm. 1, 32, magna TER. Ad. 442 CIC. Brut. 2 Lael. 62. VAL. MAX. 7, 3 ext. 5 (*superl. ut* HYG. astr. 2, 20 p. 61, 4). *al.*, nimia SERM. Caspari p. 218, summa LIV. 40, 22, 8 SVET. Iul. 34, 2 *al.*, *v. p. 74, 48,* tanta CIC. Verr. II 5, 25 fam. 3, 11, 3 VAL. MAX. 7, 6, 6. *al.*, ultima VAL. MAX. 7, 6 ext. 1. *iunctura* -a est: TER. Ad. 442 CIC. inv. 2, 115 Verr. II 3, 127. *al.* LVCR. 5, 1119. SALL. Iug. 17, 5 (*sine copula*). 55, 8. *et saepe, fere cum gen.* *id quod deest indicatur genetivo obi. passim inde a* TER. (*gen. gerundivi p. 74, 6. 38. 46 [nisi est gerundium], gerundii p. 75, 25. cf. adi. 74, 50 sq., praepos.* de *p. 75, 72*); *raro indicatur id vel is cui aliquid deest genetivo rerum inde a* COLVM. (*e. g. p. 74, 70 sqq. 75, 27*), *hominum inde ab* HIER. (*p. 74, 76. 75, 58 sq.*); *gen. inhaerentiae v. p. 74, 77. 75, 60 sq.*

A *desunt animantia*: 1 *homines* (*indicantur genetivo obi.*): **a** *cives, magistratus, incolae sim. desunt civitati*: TER. Ad. 442 illius modi iam nobis magna civium -a est ([EVGRAPH. inopia]. CIC. Brut. 2 sapientium c. bonorumque. *gen. subaud.*: CIC. fam. 3, 11, 3 etiam in summa bonorum . . . c. copia . . ., nunc vero eo magis, quod tanta -a est in omni . . . gradu). CIC. Verr. II 5, 2 imperatorum. 5, 25 in tanta -a virorum fortium (rep. 5, 2). Lael. 62 stabiles et constantes . . .; cuius generis est magna -a. LIV. 1, 9, 1 -a mulierum hominis aetatem duratura magnitudo *Romae* erat. 6, 30, 9 *Setinis* querentibus -am hominum novi coloni adscripti (VLP. dig. 50, 6, 2, 1). PLIN. nat. 7, 149 servitiorum dilectus iuventutis -ā (*cf.* COD. Theod. 7, 13, 10 iuniorum . . . praebendorum). TAC. ann. 13, 27, 1 ingenuorum. MOD. dig. 50, 4, 11, 2 eorum qui magistratum suscipiunt (*cf.* COD. Theod. 12, 1, 105 municipum). IVST. 29, 1, 7 seniorum. AMM. 18, 4, 2 meliorum. **b** *cetera exempla*: PACVV. trag. 162 -am stirpis (*cf.* SALL. Iug. 22, 2 liberorum). CIC. Verr. II 3, 126 (*verba epistulae Marcelli praetoris, quae iterantur ibid. et* 127) ut temporis difficultas aratorumque -a tulit (*cf.* PLIN. epist. 3, 19, 7 colonorum). COLVM. 4, 6, 3 hoc si operarum -a facere prohibebit. VLP. dig. 40, 12, 27, 1 -a adversarii ingenuitatem *non* solet tribuere. CYPR. epist. 59, 11 malorum. ZENO 1, 1, 3 (2, 3, 7 L.) ne populi -a laborarent *fides novellae*, venales esse propositas. HIER. epist. 134, 2, 3 grandem . . . notariorum patimur -am (hom. Orig. in Ezech. praef. p. 318, 5). in Ier. 14, 5/6 magistrorum. vir. ill. 80 discipulorum. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 190, 35 tempore . . . -ae sacerdotum.

2 *animalia* (*desunt fere regionibus; hominibus* AMM.): VARRO rust. 3, 9, 18 *gallinae Africanae* veneunt propter -am magno. COLVM. 9, 8, 7 si paucae *apes* . . . circumvolant *fontes* . . ., intellegenda est earum -a *in his silvis*. PLIN. nat. 9, 51 *thynnorum* omnis captura Byzantii est, magnā Chalcedonis -ā. 11, 95 amnis quidam -am earum *cicadarum* et copiam dirimit. PLIN. epist. 9, 10, 1 aprorum tanta -a est, ut *eqs.* GELL. 11, 1, 2 pro copia . . . boum proque ovium -a *in Italia*. AMM. 25, 9, 6 *suppellectilem* reliquerunt -a iumentorum.

B *desunt res*: 1 *certae quaedam, quae aut genetivo obi. indicantur aut e contextu intelleguntur*: **a** *variae corporeae*: CIC. inv. 2, 115 utrum copiane sit agri, vectigalium, pecuniae, an -a, consideratur (VAL. MAX. 7, 3 ext. 5). LIV. 23, 21, 6 propter -am argenti triumviri mensarii . . . facti. TAC. ann. 4, 56, 2 ob . . . -am vestis. DECL. in Catil. 12 rei familiaris (PORPH. Hor. epist. 2, 2, 1). TERT. resurr. 8 p. 37, 13 mundi (*i. ornatus, hinc restituit Ursinus* patient. 13 p. 21, 2, *ubi* patientia *trad.*, absentia *Borleffs*). CAPITOL. Pert. 7, 6 cum tantam -am aerarii haberet (RVF. FEST. 13). HIER. epist. 7, 2, 2 chartae (*cf.* 11, 1 scriptionis). CLAVD. 5, 273 (*milites ad Stilichonem*) quamquam non adeo robur defecerit omne tantave gestandi fuerit -a ferri, *sc. ut sineremus nos barbaris tradi (v. Levy, comm. 1971 ad l.)*.

b *ad cibum vel potum pertinentes*: *α cum gen. obi.* (*adi.* SYMM.): ① *variorum ciborum*: LVCR. 5, 1007 -a . . . cibi languentia leto membra dabat ([*opp.* rerum copia]. COLVM. 6, 3, 1 ne -a c. macrescat pecus. 7, 9, 5. 8, 5, 23 CHIRON 405). SALL. Iug. 55, 8 pabulum et aquarum fontis, quorum -a erat *ibi* (*cf.* COLVM. 6, 24, 4 ubi pabuli sit laetitia . . .; at ubi -a est [APVL. apol. 21, 2 SIDON. epist. 3, 2, 3]). VERG. Aen. 7, 113 edendi (*i. cibi ut*: DECL. in Catil. 40 AMM. 26, 6, 4). HOR. sat. 1, 1, 98 victus (CVRT. 7, 3, 1). LIV. 4, 25, 6 frumenti (23, 17, 12. R. GEST. div. Aug. 5 in s⟨umma f⟩rum⟨enti pa⟩enuria [*gr. σπάνει*]. HIER. epist. 54, 16, 2. *cf.* SVET. Iul. 34, 2 frumentariae rei [SPART. Sept. Sev. 8, 7]. SYMM. epist. 6, 22, 3 frumentariae -ae mala). VAL. MAX. 7, 6, 6 commeatus (CVRT. 6, 6, 19 AMM. 14, 7, 6). CVRT. 7, 4, 24 in quarum *frugum* -a (SOL. 1, 50 omnium [*cf. Plin. nat. 7, 33* famem]. ARNOB. nat. 1, 3 p. 5, 9 M. et angustiae frumentariae). COLVM. 12, 17, 1 in quibus *regionibus* vini ideoque etiam aceti -a est (CAPITOL. Pius 8, 11 v., olei et tritici). TAC. hist. 1, 86, 2 fames in volgus inopia quaestus et -a alimentorum (AMM. 29, 5, 12). ⓘⓘ -a aquae: BELL. Afr. 79, 1 castra ponere propter a. -am *non posse* (*syn.* aquarum inopia). SALL. Iug. 48, 4 planities deserta -a a. TAC. hist. 2, 39, 2 -ā *fatigari* (AVR. VICT. Caes. 28. 1. *cf.* PORPH. Hor. sat. 1, 5, 97/98 laborare). ann. 14, 24, 1. HYG. astr. 2, 20 p. 61, 4 maxima. *al.* aquarum: SALL. Iug. 17, 5 *in Africa* caelo terraque -a a. (*inde* CVRT. 4, 7, 6). 55, 8 *v. l. 44.* CVRT. 7, 5, 2. COLVM. 2, 16, 5 a. abundantia atque -a graminibus aeque est exitio (RVFIN. hist. mon. 1 *Nili*). MELA 2, 86 ob -am a. effeta *Hispania*. TAC. hist. 4, 26, 2 *Rheni*. *al.*

β alia (*certiora; cetera v. sub 2b*): LIV. 40, 22, 8 in castris . . ., ubi summa -a erat. VAL. MAX. 7, 6 ext. 1 *obsessi* ad ultimam -am conpulsi . . . urina sitim . . . sustentarunt. COLVM. 7, 1, 2 -ae tolerantissimus *asellus*. 7, 3, 9 si sensit -am *grex* (*opp.* cum pabulo satiatur). 7, 3, 21 -ae hiemis succurritur obiectis . . . cibis (9, 1, 7 per h. -am. *cf.* 9, 14, 17 *apes liquoribus immissis* -am temporum sustinere [*sim. Pallad. 11, 13* hiemis inopia]). 9, 6, 3 sterilitate et -a locorum vexatas *apes*. PLIN. nat. 17, 1 (*de fructibus arborum*) -ā pro indiviso possessa feris (*i. tempore prisco, cf. 16, 1 arbores* nutrices inopis ac ferae sortis). SVET. Aug. 70, 2 summa tunc in civitate -a ac fames (CYPR. eleem. 17 p. 386, 23 in -a et f. HIER. in Am. 7, 14—17 l. 406 pastorum f. ac -am. *cf. imag. p. 75, 21. 30 et* IORD. Get. 134 -a famis [Rom. 21]. *variis modis iuxta ponuntur, variant vel respondent*: CONST. Sirmond. 5 SEDVL. op. pasch. 3, 23 [*cf. carm. 3, 260*]. CASSIOD. var. 12, 28, 5 sq. VITAE patr. Iurens. 68 M.). LAMPR. Comm. 14, 3 (*antea*: inopia). AVSON. 456, 3 p. 398 P. VEG. mil. 4, 7 p. 133, 13 ne -a opprimeret armatos. VVLG. deut. 8, 3. 9. *al.*

c *naturales variae* (*inserui umores corporis sim. p. 75, 2 sqq. 13*): *α cum gen. obi.*: COLVM. 7, 9, 7 ubi -a est arborum *pabulo*. 12, 20, 8 [*Röck*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lignorum -a est (VEREC. in cant. 3, 4 D. aquae lignique). PLIN. nat. 8, 207 -am lactis praepingues *sues* sentiunt (*cf.* PS. SORAN. quaest. med. p. 363, 1 abundantia sucum [*i.* sucorum] et -a. PHYSIOGN. 14 p. 22, 10 sanguinis. *contra* RVF. podagr. 1 humoris superfluitas habens caloris et siccitatis -am). AMM. 22, 16, 7 calcis. CLAVD. DON. Aen. 8, 360 p. 166, 17 ut per locorum -am non esset discretio inter homines et boves. *β cetera exempla*: COLVM. 4, 29, 11 propter -am (*sc. surculorum*) et calvitium loci (*nisi gen.* loci *ἀπὸ κοινοῦ ponitur*). PLIN. nat. 8, 7 ossa etiam in laminas secari coepere -a (*sc. eboris*). 18, 130 *raporum* taxatio in libras sesterti singuli et in -a bini. 32, 23 (*de corallio*) nunc tanta -a est vendibili merce. 33, 51 *non* -a mundi id evenisse, *si Romani gentibus argentum, non aurum imperarent.* PS. SORAN. quaest. med. 51 -a aliqua, id est alicuius humoris defectus (*opp.* pletura). PRISC. Anast. 208 caeli -a . . ., si desint imbres.

d *incorporeae*: *α cum gen. obi.*: VAL. MAX. 7, 3 ext. 5 in maxima pariter et pecuniae et defensionis -a. PLIN. nat. 8, 17 *elephantos interfectos* -a consilii, quoniam neque ali placuisset neque *eqs.* GELL. 14, 2, 1 vocis . . . vivae -a erat. APVL. apol. 1, 1 accusationem . . . -a criminum solis conviciis impleturum. 69, 3 matrimonii. flor. 9, 31 laudis. AVX. Maximin. c. Ambr. 57 in fame et -a predicationis. HIER. epist. 21, 13, 4 in fame veri, in virtutum -a perseverant. in Ier. 21, 8–10 doctrinae. RVFIN. Orig. in Rom. 4, 5 p. 979^{C} sensus. AVG. conf. 2, 4, 9 *furta feci* -a et fastidio iustitiae et sagina iniquitatis. CLAVD. MAM. anim. 1, 11 p. 51, 22 testimoniorum . . . -a coactus. ALC. AVIT. c. Ar. 30 p. 13, 20 pro -a respondendi *in disputatione.* *β cetera exempla*: APVL. met. 4, 28, 2 *Psyches pulchritudo* ne sufficienter quidem laudari sermonis humani -a poterat (Socr. 3 p. 124 non posse . . . conprehendi *deum* [*inde* AVG. civ. 9, 16 p. 389, 27 D.]). HIER. epist. 21, 10, 2 omnis locus, quem patre incolimus absente, famis, -ae, egestatis est. CASSIOD. in psalm. 32, 19 o fames illa (*sc. desiderium rerum caelestium*) . . . sine -a probabiliter semper avida. FACVND. defens. 3, 6, 23 quasi tanta sit scripturae divinae -a . . ., ut tale testimonium invenisse non posset.

2 *minus definitae* (*sc. fere res variae ad vitam necessariae*): **a** *cum gen. obi.*: LVCR. 5, 1119 *parce viventi non* est umquam -a parvi. SALL. Iug. 23, 2 -a rerum necessariarum bellum trahi non posse (LIV. 9, 13, 8 omnium [28, 35, 2 QVEROL. p. 31, 2 R. HIER. in Hab. 2, 5–8 l. 222. *al.*]. APVL. apol. 20, 9 quarum *r. extrariarum* neque laus in copia neque culpa in -a consistit. LACT. inst. 2, 13, 9). FIRM. math. 5, 3, 5 necessariorum (AMM. 31, 3, 8). VVLG. deut. 28, 48 omnium. iud. 18, 10 *ibi* nullius rei est -a. **b** *alia* (*vergit in notionem q. e. paupertas, egestas*): FRONTO p. 197, 14 v. d. H. in -a subita ramis nonnumquam et frondibus proprie ⟨pro⟩ supellectile usus est *Verus.* APVL. apol. 18, 11 ob similem -am (*antea:* ob paupertatem; ob tenuis opes). TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 500, 5 secundum -am et copiam (*sc. regionum*) expeditionem suorum disposuit *deus.* VLP. dig. 13, 7, 25 -a coactum derelinquere *pignus.* ITALA Marc. 12, 44 (cod. b *al.* = VVLG.) de -a sua omnia . . . misit *vidua* (*cod. a* egentia, *k* inopia, *gr. ὑστερήσεως*). Phil. 4, 11 sq. (Mar. Victorin. *ad l.*) non propter -am dico . . . ; . . . institutus sum . . . et abundare et egere (*gr. καθ' ὑστέρησιν . . . ὑστερεῖσθαι*, VVLG. propter -am . . . -am pati. *cf.* MAR. VICTORIN. *ad l.* propter inopiam aut propter -am). PORPH. Hor. epist. 1, 15, 1 qui ⟨in⟩ -a[m] philosophantur. CYPR. eleem. 9 p. 380, 9 ne . . . patrimonio . . . finito ad -am . . . redigaris. epist. 2, 2 -am . . . et necessitatem paupertatis *obtendere.* EDICT. imp. Diocl. praef. 19 L. poena . . . inferentis -am. FIRM. math. 3, 4, 22 *Mars* faciet -as, angustias, aestus *eqs.* (*item plur.*: HIER. in Matth. 15, 4 -as parentum *considerare.* LEX Visig. 2, 1, 30 miserorum). AMM. 29, 5, 50 Iesalenses . . . ad -am vastavit extremam (*sim.* 31, 16, 3). QVODV. prom. 2, 39, 89 -am paupertatis *formidare* (*cf.* VAL. CEM. hom. 6, 8 -am mendicitatis evasit. GREG. TVR. glor. mart. 9 p. 494, 32 prae -a aegestatis). *al.*

II *notione deflexa de indigentia, quam quis sua sponte suscipit*: **A** *de paupertate voluntaria*: VITA Cypr. 6, 3 non illum superbia saecularis inflaverat nec tamen prorsus adfectata -a sordidarat. VITAE patr. 3, 169 requisitus . . ., si perfectum bonum esset egestas, respondit: magna res est -a. **B** *de abstinentia ciborum, potionum* (*nisi mavis intellegere defectum alimentorum, qui accidit corpori ieiunantium; gr. resp. ἔνδεια*): ORIBAS. eup. 1, 4, 1 Li p. 408 solvit . . . copodem passionem -a cibi (*Ab* enaediam). syn. 1, 6, 10 La p. 41, 24 Mø. *circa coitum* custodienda est . . . et aebrietas et -a (*Aa* inedia). 5, 53, 26 p. 93 *iuvat* -a de pocionibus consuetis (*La* distemperantia). 6, 24, 2 p. 111 et -a et superflua ciborum accepcio (*cf. ibid. infra:* ciborum superfluetas et -a).

paeōn *v.* paean. *Röck.*

paeōnia, -ae *f.*, *παιωνία* (*a deorum medico q. e. Παιών, cf.* PLIN. nat. 25, 29 vetustissima inventu -a est [*cf. Hom. E 401*] nomenque auctoris retinet [*inde* PS. APVL. herb. 65 l. 11 ISID. orig. 17, 9, 48]. *v. et* SERV. Aen. 7, 769 *p. 76, 84*). *scribitur* paev- CIL IV 8544, pe- PS. APVL. herb., DIOSC., ORIBAS. (*fere rec.* Aa), pi- ORIBAS. (*fere rec.* La), GLOSS. (*cf.* pii- ORIBAS. eup. 2 G 24 Ab, py- GLOSS. III 573, 24); *ceterum* pecini-, spicini-, piomoi ORIBAS. *v. infra. acc. graec.* -an DIOSC. *sub 1b.* GLOSS. -a: pentorobos. glycyside. aglaophotis. hastula, quae nocte lucet (*cf.* GLOSS. med. ed. Heiberg p. 57, 16 hasta rubra [GLOSS. III 541, 61]). inguinalis. GLOSS. III 572, 15 (*interpr. dubio, πολιὸν ὄσπριον temptat Bücheler*). *v. etiam sub 2.* *legitur inde a* SCRIB. LARG., PLIN. nat., *inscr. Pomp.*

i. q. nomen herbae (*de radice herbae v. sub 1b*): **1** *de herba q. e. glycyside* (*ad rem cf. André, Lex. des termes de botan. sub voce; Gossen, RE XVIII 2, 2409, 12 sqq.; de natura, generibus, usu medico fusius:* PLIN. nat. 25, 29. 27, 84 sqq. PS. APVL. herb. 65 DIOSC. 3, 152 p. 438, 20 sqq.): **a** *de ipsa herba*: SCRIB. LARG. 166 glycysidae . . ., quam -am Graecorum quidam appellant (*in explicatione simili*: ORIBAS. eup. 2, 1 G 7 Aa [= G 9 La; *gr. Γ 24 γλυκυσίδης . . . τῆς καὶ παιωνίας*]. syn. 2, 40 La p. 113, 4 Mø.). PLIN. nat. 25, 29 (*cf.* 1, 25, 10) quam *-am* quidam pentorobon appellant, alii glycysiden (27, 84, *unde* 1, 27, 60. PS. APVL. herb. 65 l. 10 a Graecis dicitur p., alii gliciside, alii aglaofotis, Itali -a. ISID. orig. 17, 9, 48 glycysiden . . . vel pentorobinam). CIL IV 8544 Pompeianis -am *praebete.* CASS. FEL. 77 p. 188, 20 recipit . . . -ae *unciam.* ORIBAS. syn. 2, 39, 3 La p. 112, 25 Mø. educit . . . -a (piomoi *Li*, *gr. γλυκυσίδη*). 8, 2, 5 La p. 206, 2 subvenit . . . eis -ae radix et semen (*Aa* -ae semen [peciniae *Ab*, spiciniae *cod. G*]; *gr. ὁ τῆς παιωνίας καρπός*). herba -a (*vix adi. ut* VERG. *l. 83*): PLIN. nat. 26, 131 h. -ae semen (26, 151). SERV. Aen. 7, 769 (*v. p. 77, 1*). PS. APVL. herb. 65 l. 1. 3. 6 h. -ae radicem. *?* **b** *de radice herbae*: DIOSC. 3, 152 p. 438, 21 glicisiden aut pentorobon . . . et radice eius -an[t] vocant (*gr. 3, 140, 1 τὴν δὲ ῥίζαν παιωνίαν καλοῦσιν*). ORIBAS. syn. 8, 4, 20 La p. 210 glicisides radicem qui et -a dicitur (*Aa* glycisidis radice, id est -ae, *gr. tantum τῆς ῥίζης τῆς γλυκυσίδης*).

2 *de herba q. e. chelidonia*: PS. APVL. herb. 74 l. 25 (*cod. Ca*) *chelidonia* a Graecis dicitur -a, grater (*i. crataea, cf. Ps. Diosc. Vind. 2, 180 p. 250, 13 οἱ δὲ παιονία, οἱ δὲ κραταιά. hinc corrigas etiam* GLOSS. med. ed. Heiberg p. 57, 15 pioniagrager. GLOSS. III 541, 45 pioniagrestes. 572, 18 pioniugrat. 573, 24 pyoniagrates, *ubi Goetz in indice dubitanter* -a agrestis).

***paeōnicus,** -a, -um, *παιωνικός* (*cf.* FORTVN. gramm. VI 290, 28 -on metron ex ipso pede suo [*i. paeone*] nomen accepit). *scribitur* pe-, poe- *hic illic in codd. rec.* *sec. graec.* -on: FORTVN. *supra.* GRAMM. VI 274, 19. -ōn- *mensuratur apud* TER. MAVR. (*cf. l. 76 sq.*). *legitur inde a* BASSO, QVINT., *sc. apud grammaticos.*

i. q. pertinens ad t. t. metricum q. e. paeon (*cf.* paean, paeon *sub II*): **1** *cum subst.* (*hic illic e contextu suppl.*): **a** *variis*: BASS. gramm. VI 264, 18 -us versus quadratus ab Aristophane comico compositus est ex eo paeone, qui constat longa syllaba et tribus brevibus (MAR. VICTORIN. gramm. VI 124, 13 v. aristophanius -us. *cf.* PS. BASS. gramm. VI 312, 6 nonum *genus versuum* -um dicitur [*sim.* GRAMM. VI 274, 19]). QVINT. inst. 9, 4, 47 rhythmos est aut par . . . aut sescuplex, ut -us *eqs.* ([paea- *Halm*]. MAR. VICTORIN. gramm. VI 42, 26 tertius . . . rh., qui -us a musicis dicitur, hemiolia ⟨ratione⟩ subsistit, quae est sescupli ratio. 104, 30. *cf.* MART. CAP. 9, 977 rhythmica genera . . ., quae alias dactylica, iambica, -a nominantur). TER. MAVR. 1532 -i nominis ambo (*i. paeon et epitritus*) sunt quaterni. MAR. VICTORIN. gramm. VI 47, 30 pedes. DON. gramm. IV 370, 34 prima *divisio* dactylica, secunda iambica, tertia -a nominatur (*sim.* DIOM. gramm. I 480, 6. *al.*). DIOM. gramm. I 501, 19 -a *forma.* MART. CAP. 9, 989 in eo . . . genere, quod -um nominatur (*ibid. postea*: -i generis numeri. *cf. l. 43. 48*). *al.* **b** -um metrum *sim.* (*cf. et l. 34. in tit. capitulorum* de -o m.: BASS. gramm. VI 264, 17 SACERD. gramm. VI 542, 17 MAR. VICTORIN. gramm. VI 96, 9; *cf.* de -o: FORTVN. gramm. VI 290, 27 DIOM. gramm. I 506, 8): SACERD. gramm. VI 500, 13 ex paeonibus -um *m.* (*cf.* DIOM. gramm. I 506, 9 -um m. . . . constat priore paeone, admittit vero et quartum et creticum *eqs.*). 542, 18 -um m. multi creticum nuncupaverunt (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 96, 10 -um m. sive creti⟨c⟩um). 542, 21 Cratinus . . . intulit -um m. 542, 28 -um m. acatalectum. FORTVN. gramm. VI 283, 18 his *metris principalibus* quidam adiciunt proceleumaticum et -um. MAR. VICTORIN. gramm. VI 53, 8 -i tetrametri catalecti (*exemplo illustrat ut*: 146, 12 ex -o trimetro catalectico et ithyphallico. 146, 14 ex -o dimetro et choriambico dimetro catalectico). *al.*

? **2** *m. plur. pro subst.* (*cf. sing. l. 57 sq., ubi neutr.?*): TER. MAVR. 1546 sqq. et *ἐπίτριτος* aeque genus est -orum, totidem pedibus quia varius tempore differt: septena etenim tempora singuli tenebunt, cum -i possideant quina priores (MAR. VICTORIN. gramm. VI 48, 13 *epitriti* velut g. -orum). 1575 impar numerus -is utrisque coget aptare duobus tria *tempora* vel quaterna ternis.

paeonius (*et* -ōn- *?*), -a, -um, *παιώνιος, παιόνιος* (*ad deum q. e.* Paean, Paeon *refert* SERV. *l. 84. p. 77, 8*). *scribitur* pae- *in codd. MPR* VERG., pe-, poe(o)n- *saepius in codd. rec.* *mensuratur* -ŏ- *semper apud poetas* (*vix legas* -ōnĭs VERG. Aen. 7, 769 *cum cod. M, v. Lachmann ad Lucr. 5, 85*). GLOSS. -um: salubre medicamentum. medicamen. *legitur inde a* VERG., OV., *fere in poesi.*

i. q. pertinens ad Paeonem deum (*ad herbam q. e.* paeonia *v.* SERV. *p. 77, 1*), *fere i. q. medicinalis, salutaris sim.* (*saepe ambiguum inter nom. propr. et appellativum*): **1** *de herbis, aquis*: VERG. Aen. 7, 769 *Hippolytum, sc. arte novercae occisum,* -is revocatum herbis et amore Dianae ([SERV.: aut medicinalibus, a Paeone

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

medico deorum, . . . , aut re vera herbam paeoniam dicit, cuius Creta ferax est. CLAVD. DON.: remedio h. -ae]. HOMER. 351 -is curat . . . Podalirius h. *Menelaum* [*cf. Hom. Δ 218* ἤπια φάρμακα]. HIER. in Is. 26, 19 l. 24 ros . . . domini . . . vincens omnes h. -as. CLAVD. 20, 12. *aliter p. 76, 19*). SIL. 14, 27 -os arcano sulphure fontes *Siciliae* (*cf.* CLAVD. carm. min. 26, 67 -ae . . . undae *Aponi*). 2 *de variis*: VERG. Aen. 12, 401 *Iapyx* retorto -um in morem . . . succinctus amictu ([SERV.: medicinalem, a Paeone. CLAVD. DON.: medicorum]. *cf.* STAT. silv. 1, 4, 108 ritu se cingit . . . -o). OV. met. 15, 535 fortibus herbis atque ope -a . . . recepi *vitam* ([*antea*: Apollineae . . . medicamine prolis]. *cf.* CLAVD. 26, 121 ulcera -ae tractat sollertia curae). EPIGR. Bob. 1, 4 alma Salus . . . et qui -a pollet in a r t e deus (RVT. NAM. 1, 75). CLAVD. 24, 173 insula -um texit Tiberina draconem. AVIAN. fab. 6, 7 nec se -o iactat cessisse magistro (*cf. Babr. 120* Παιήων). CARM. de pond. 1 pondera -is veterum memorata libellis nosse iuvat.

cf. Onom.

paes *v.* pais.

paetulus, -a, -um. *a* paetus *deminutive; ad vim quasi restrictivam cf.* lentulus, rabiosulus *sim.* *i. q. aliquantulum paetus*: CIC. nat. deor. 1, 80 ecquos *deos* si non tam strabones, at -os esse arbitramur (*antea*: perversissimis oculis).

compos.: suppaetulus.

paetuōsus (pet- *trad.*): μύωψ GLOSS.[L] II Philox. PE 343 (*cf.* GLOSS. *sub voce* paetus *l. 27*). *a* paetus.

paetus, -a, um. [*orig. inc. Sch.*] *scribitur* pet- *e. g.* VARRO, poet- MART. CAP. GLOSS. -us: μύωψ τοῖς ὄμμασι. modice strabus. ho⟨mo⟩ strabis oculis. homo strambos oculos habens. homo mixtum habens vultum.

i. q. aliquantulum strabus (*distinguitur* strabus *l. 36. 43*): 1 *respicitur vitium oculorum* (*cf.* PLIN. nat. 11, 150 uni animalium homini depravantur *oculi*, unde cognomina Strabonum et -orum. *talibus, quae simul cognomina sunt, ludit* HOR.): PLAVT. Sitell. frg. 2 insignitos pueros pariat . . . ; aut varum aut valgum aut compernem aut -um (pec-, pot- *pars codd. Fest. p. 375*) aut brocchum filium. HOR. sat. 1, 3, 45 strabonem appellat -um pater, et pullum, male parvos sicui filius est (PORPH.: 'strabo', detortis qui est oculis, dicitur, '-us' leniter [leviter *var. l.*] declinatis. SCHOL.: '-i' dicuntur proprie, quorum oculi huc atque illuc cum omni velocitate volvuntur). OV. ars 2, 659 si -a est (*ed. Ald.*, laeta *A²*, *de ceteris v. app. crit.*) *puella*, Veneri similis *vocetur*, si rava, Minervae (*cf.* PRIAP. *sub 2*). 2 *respicitur modus spectandi Veneris proprius* (*sc. cum libidine, desiderio sim.*): VARRO Men. 344 non haec res de Venere -a (pet-, pec- *codd. Prisc.*) strabam facit. PRIAP. 36, 4 Minerva ravo lumine ⟨est⟩, Venus -o (*cf.* OV. *sub 1*). MART. CAP. 7, 727 marcidulis decenter -a (pet-, poet- *codd.*) luminibus Maiugenam conspicatur et quodam aspectu promittentis inlexit *Venus*.

deriv.: paetulus, paetuosus.

v. Onom. *Baer.*

pāgānālia, -ium *n.* *a* paganus. *nomen diei festi* (*ad rem v. Rohde, RE XVIII 1, 2, 2293 sqq.*): VARRO ling. 6, 24 *Septimontium* feriae non populi sed montanorum modo, ut ⌊-bus, qui⌋ sunt alicuius pagi (-ia quae *Aldus*, -i⟨a omni⟩bus qui *Spengel, alii alia*). DIONYS. ant. 4, 15, 3 *Tullius* βωμοὺς ἐκέλευσεν . . . ἱδρύσασθαι θεῶν ἐπισκόπων . . . τοῦ πάγου, οὓς ἔταξε . . . γεραίρειν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἅμα συνερχομένους, ἑορτήν τινα . . . καταστησάμενος, τὰ καλούμενα -ια κτλ. (*inde fusius de re, antea de Compitalibus*). MACR. Sat. 1, 16, 6 *feriae* conceptivae . . . , ut sunt Latinae, Sementivae, -ia, Compitalia.

pāgānicēnsis, -e. *a* paganicum (-us). *i. q. ad paganicum pertinens*: CIL VIII 8828, 4 (*a. 233–35*) Severus Alexander . . . muros -es Serteitanis . . . fecit. *pro nom. proprio*: PAP. Tjäder 17, 9 (*saec. VII in.?*) massa, q(uae) a(ppellatur) -e (*item* l. 29, *ubi trad.* -ē).

pāgānic(i)us, -a, -um. *a* paganus. -ius *non nisi* GLOSS. *transit in gr.* παγανικός, *v. Preisigke, Wörterb. et Daris, Less. Lat. nel Greco d'Egitto, 1971.* [*e coni. p. 79, 31, lect. inc. p. 80, 66.*]

i. q. ad paganum, pagum pertinens: 1 *usu communi*: **a** *spectat ad notionem originariam vocis q. e. paganus* (*v. illic sub IA*): α *adi.* (*in notionem q. e. agrestis, rusticus vergit apud* CALP., MART., AVSON., GLOSS.): VARRO ling. 6, 26 *feriae* -ae . . . agriculturae causa susceptae, ut haberent in agris ⌊omnes † pagus⌋, unde -ae dictae (omnis p. *Ald.; ad rem v.* paganalia). CALP. ecl. 4, 125 ut . . . plaudat -a (-ida *vel* placanda *trad.*) turba magistro. MART. 14, 45 tit. (*v. sub β*). AVSON. 393, 21 p. 245 P. -a lumina, taedas. Mos. 177 -a numina, Faunos. CIL V 4148, 5 aras septe(m) posuerunt -(as) (-um *solvit Villefosse*) pagi Farratic(anorum). IX 5565, 1 tesseram -am (*cf. p. 95, 9*). XI 5375, 1 Iovi -o sacr(um). GLOSS.[L] III Abstr. PA 10 -ius: ut (*i. fere* '*exempli gratia*') cultus (*inde* GLOSS.[L] Corp. PA 33 [*v. Lindsay p. 192*]. GLOSS. IV 547, 54 -ius ut occultus [*item* V 607, 32]. V 318, 29). β *subst.*: paganica, -ae *f. i. q. genus pilae*: MART. 7, 32, 7 non pila, non follis, non te -a thermis praeparat. 14, 45, 1 (tit. pila -a) quae difficili turget -a pluma, folle minus laxa est et minus arta pila. paganicum, -ī *n. i. q. genus aedificii*: CIL VIII 16367, 2 genio coloniae . . . ⟨qui⟩ Aubuzza consistunt -um . . . a solo ⟨resti⟩tuer(unt). 16368, 7 (*act. Anton. Pii*) -u(m) et portic(um) et caldar(ium) et chorte . . . fec(it). 23326 cultores Iovis . . . -um . . . fecerunt.

b *spectat ad notionem secundariam vocis q. e. paganus* (*v. illic sub IB*): *subst.* paganicum, -ī *n., sc. peculium, patrimonium*: COD. Iust. 6, 21, 1 (*a. 212*) bonis quae in -o habebat *miles* (*opp.* in castris. *cf.* castrense *vol. III 545, 18 sqq.*). *adi.*: *non nisi graeca exempla nobis praesto sunt, v. Preisigke l. c. et Theophil. inst. Iust. 2, 11 pr. 2, 12 pr.*

2 *usu christiano, fere i. q. gentilis* (*iuxta* paganus, *cf.* Ἕλλην: Ἑλληνικός *nec non* ethnicus, Iudaicus): PS. AVG. serm. ed. Mai 49, 1 (= serm. ed. Caillau 2, 70) *Iohannis Baptistae natalis* dies . . . -a credulitate (*edd.*, crudel- *codd.*) vana polluitur (*cf.* SALV. gub. 1, 1 incredulitatis). SALV. eccl. 1, 23 impia et -a ⟨vanitate⟩ (*suppl. Pauly*, mente *Halm*). 3, 31 -ae . . . inreligiositatis error. gub. 3, 5 impiae ac -ae infidelitatis. 4, 53 -a ac prodigiosa *peccata* (*sc. blasphemiae*). 4, 76 barbariem. CONC.[S] I 5 p. 205, 3 *ne* oppleant mentes . . . -ae impietatis (*gr. ibid. p. 224, 23* Ἑλληνικῆς. *antea*: incredulitatis Iudaicae). II 5 p. 151, 19 *Arrius* in multorum deorum -am inruit opinionem. IV 1 p. 67, 20 -is f a b u l i s (l. 21 de Iove. l. 23 ex idolatriae -is f. l. 24 p. 68, 19. *cf. p. 67, 31* paganorum fabularum scientiam). p. 67, 34 -a scientia esse eruditus. PS. IGNAT. Antioch. 1, 2 Iudaicum atque -um errorem (*gr.* Ἑλληνικήν. *var. l.* Iudaeorum aut paganorum).

deriv.: paganicensis.

cf. Onom.

pāgānismus, -ī *m.* *a* paganus *sec.* Christianismus, Iudaismus. [*legebatur olim* MAR. MERC. Migne 48, 885[B], *quem locum v. infra l. 56.*] *i. q. paganitas*: MAR. VICTORIN. in Gal. 4, 9 p. 1180[B] *Paulus* reprehendit illos etiam ad -um esse conversos (*antea*: ad Iudaismum). VITA Anton. 78 a Christianismo **ad** -um . . . venire (*Migne gr. 26, 952[B]* εἰς Ἑλληνισμόν). AVG. divers. quaest. 83 ut -us fornicationi deputetur. FAVST. Aug. c. Faust. 16, 1 p. 440, 26 *Moysi legem* nihil . . . a -o distare (*inde* AVG. c. Faust. 16, 10 p. 448, 9). 31, 2 p. 757, 24 (*iuxta* Iudaismo). CANON. Turner II 1 p. 20[b] escam -⟨mi⟩ necessitate acceperunt (*dubitanter suppl. Turner*; cum paganis *var. l.*). p. 21[a] qui multifariae -um egerunt (aegerunt paganis *var. l.*; pagani ritus *rec. V p. 65[a]. v. etiam* paganizo). MART. BRAC. canon. 73 omnis haec observatio -i est (*var. l.* -issimi *vel* -issima). *addas locum fort. spurium*: PASS. Victor. Maur. 6 (AASS Mai. II p. 288[C]) iuravi per -um eorum (*cf. p. 290[C]* per deos suos).

cf. paganizo.

? **pāgānīta,** -ae *m.* *a* paganus *suffixo graeco formatum* (*cf. nomina haereticorum, e. g.* Ofitae, Puteoritae); *sed fortasse leg.* paganista (*v. infra*), *sc. a* paganizo *sec.* Ἑλληνιστής. *i. q. paganus*: CONC.[S] II 2, 2 p. 14, 12 *converti* volentibus . . . ex -arum (-istarum *corr. cod. unius*; paganorum *var. l.*) aut Iudaicae aut haereticae . . . sectae (*gr. II 1, 2 p. 130, 8* ἐξ Ἑλληνισμοῦ, *aliae vers. p. 8, 39* ex ritu pagano. *p. 65, 23* ex gentilibus. *p. 86, 11* ex gentibus. *II 3, 2 p. 156, 25* ex gentilitate. *v. etiam l. 55*).

***pāgānitās,** -ātis *f.* *a* paganus. *deest plur.* *i. q. fides, religio vel status, condicio paganorum, paganismus* (*syn.* gentilitas SALV., *cf. l. 57; gr. resp.* Ἑλληνισμός): FILASTR. 57, 2 I u d a i s m o potius et -i parere nefandae quam christianae veritati adquiescere (129, 4 tribus malis, -e, I. et omni heresi, contemptis. CONC.[S] I 3 p. 83, 30 converti ad notitiam veritatis vel ex -e vel ex I. vel ex haerese [*aliae vers.*: I 5 p. 104, 21 ex -e; *I 3 p. 133, 14 et II 3, 1 p. 221, 27* ex gentilitate]). 109, 1. 122, 1. 124, 2 -is et vanitatis filosoforum quam C h r i s t i a n i t a t i s videtur habere consortium (PS. AVG. quaest. test. I 114, 30 sic potest et -s anteponi Christianitati. CANON. Turner I 2, 1 p. 357, 97). 142, 9 -is mendacia. AMBROSIAST. in Eph. 2, 14, 1 gentilis fidus de praeputio, id est de -e. AVG. civ. 7, 18 tit. e r r o r -is (COD. Theod. 15, 5, 5 stolidae. VEREC. in cant. 2, 4 D.). PS. AVG. quaest. test. I 114, 8 praesente signo crucis obmutescit -s. serm. ed. Mai 47, 3 qui -is vitia (otio *cod.*) sectatur. LEO M. epist. 15 praef. tenebris . . . -is. serm. 27, 4 *solem adorant* partim ignorantiae vitio, partim -is spiritu. PETR. CHRYS. serm. 5, 2 -is stultitia. SALV. gub. 8, 9 professa . . . plurimorum -s fuit *in Africa* (*postea*: gentilitas). AVELL. p. 462, 15 -is superstitio. EPIST. pontif. 761 Schwartz p. 154, 18 *fidem catholicam* in sede . . . Petri veniens ex -e suscepi. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 30, 5G. diffusae per omnem mundum -is. SCHOL. Prud. apoth. 149 superstitio: -s. FVLG. RVSP. c. Arian. 7 l. 577 (*verba obiectionis*) -is professores. CASSIOD. hist. 1, 8, 2 in -e conversus est *Licinius* (*cf.* 5, 44, 2 ne . . . declinarent ad -em. 6, 4, 3 in -em esse mutatos). 6, 5, 2 ad -em colendam. 6, 29, 1 *Iulianus* studens -em . . . dilatari. *al. ibid.* inst. 1, 16, 3. in psalm. 146, 5 culturas dementissimae -is. PASS. Ignat. 10, 2. VITAE patr. Iurens. 120 M. vico cui vetusta -s . . . indidit nomen.

pāgānizo, -āvī, -āre. *a* paganus; *cf.* paganismus. *i. q. more paganorum agere*: CANON. Turner II 1 p. 20[b] rec. II (*cf.* p. 18[a]) qui . . . per vim -verunt (*p. 59 rec. V/VI* pagani ritus aliquid pertulerunt). p. 22[a] (*cf.* p. 18[b]) qui timori -verunt (*ibid. iterum. p. 71 rec. V/VI* ritus gentilium pertulerunt).

***pāgānus,** -a, -um. *a* 1. pagus. *de orig.*: PAVL. FEST. p. 221 -i a pagis dicti (*cf.* GLOSS. -us ab eo quod pagum colat). SERV.

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

georg. 2, 382 *v. p. 92, 50. al. v. infra sub IIA1a.* *scribitur* pac- CIL X 7112, 3 (= Année Epigr. 1959 n. 23, *saec. IV in.*), pacnus Inscr. Année Epigr. 1952 n. 223 (*Thessalonicae*), *?* paq- CIL VI 30463. *cum apice* pagáni CIL XII 594, 1. *notatur* pag CIL IX 1503, 6. 1559, 6 (*a. 265*). X 1028 (*Pompeis*), p *fortasse* XIII 5474, 9. Not. Tir. 38, 2. *compar. deest, superl.* (*non nisi usu christ.*): Ps. Avg. serm. ed. Caillau 1 app. 6, 3 Vita Eugen. rec. vet. ed. Mombr. p. 391, 43. 395, 52 Cassiod. in psalm. 51, 7 l. 127. *al., cf.* praecipue -us Cassiod. hist. 6, 12, 13. *legitur saepe in titulis inde a* Lege pag. Herculan., *ex auctoribus praebent singulis locis* Cic., Bell. Afr., Prop., Ov., Plin. nat. Frontin., Ivv., *paulo saepius* (Pavl.) Fest. (*quater*), Tac. (*octies*). *al.; de usu Christianorum v. infra sub IIA2; transit in gr., ubi frequentatur usu sub IB descripto, v. praeter lexica Grégoire, Mélanges G. Smets, 1952, 367 sqq.* [*trident.* bakam; *vix hisp.* pagano; *i. q. infidelis: val.* păgân; *it.* pagano; *raet. occ.* payaun; *francog.* paien; *prov. vet.* pagan, paian, *var. dial. prov., vasc.; cat.* pagá; *hisp.* pagano; *port.* pagão. *cf. M.-L. 6141. Battisti-Alessio IV 2720. Wartburg VII 466 sq. Corominas III 610. Machado^2 III 1730. St.*]

I *usu communi*: A *notione originaria i. q. ad pagum pertinens*: 1 *adi.; ponitur cum respectu*: **a** *certi cuiusdam pagi*: Lex pag. Herculan. (CIL I^2 682) 3 sq. utei in porticum -am reficiendam pequniam consumerent ex lege -a (*cf. etiam l. 28. 62*). CIL V 762 (*descr.*) bonae deae -ae (pagaiae *pars testium*). XI 1947, 2 tessera -a (*cf. p. 95, 9*). **b** *cuiuslibet pagi; vergit in notionem q. e. rusticus, agrestis* (*cf. 2b*): Prop. 4, 4, 76 annua pastorum convivia, lusus in urbe, cum -a madent fercula divitiis. Ov. fast. 1, 670 date -is annua liba focis. Plin. nat. 28, 28 -a lege in plerisque Italiae praediis cavetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos (*nisi ad a*). Avson. 297, 9 p. 151 P. usque in Teutosagos -aque (paganica *Tollius*) nomina Belcas, totum Narbo fuit. Prvd. cath. 11, 87 *Christum natum adorat* -a gens et quadrupes . . ., negat patrum prosapia (*de pastoribus, nisi de animalibus per allegoriam gentiles significantibus, ut spectet simul ad II; v. Herzog, Alleg. Dichtkunst des Prud., 1966, 141*). Sidon. epist. 8, 16, 3 stilo, cui non urbanus lepos inest, sed -a simplicitas.

2 *m. pro subst. fere i. q. incola pagi* (Gloss. φυλέτης. *opp.* oppidani Bell. Alex. *sub aγ*): **a** *certi cuiusdam sive e contextu intellegendi sive nomine determinati. quae determinatio fit vel incolarum nomine eodem casu apposito* (*e. g.* CIL XIV 2105, 5 *v. l. 49.* V 2035, 10 *v. sub γ. nomen antecedit* XII 1114, 7 [*saec. I*] Vordenses -i) *vel pagi nomine genetivo adiuncto* (*e. g.* CIL X 1027, 2 *v. l. 54.* II 2322 *v. sub γ*); *per abl. orig. fortasse* Avson. *sub γ*.

α *Romae*: Cic. dom. 74 nullum est in hac urbe collegium, nulli -i aut montani — quoniam plebei quoque urbanae m⟨ai⟩ores nostri conventicula et quasi concilia quaedam esse voluerunt —, qui non . . . decreverint (Fest. p. 340 [*e lege rivalicia*]. *v. vol. VIII 1457, 54 sqq.*). CIL XIV 2105, 5 (*aet. Augusti*) mag(ister) colleg(ii) . . . -or(um) Aventin(ensium). β *in Italia*: CIL X 8093, 4 (*a. 43 a. Chr.*) porticus de peq(unia) -(orum) faciund(as) (*cf.* IX 2828, 5 [*a. 139*] lacum purgatum operis -orum n(ostrorum)). IV 2445 (*contextu mutilo*). X 944, 4 (*Pompeis*) Holconio . . . -i (*item -us vel -i offerunt aliquid*: X 1028 [*ibid.*]. IX 1559, 6 [*a. 265*] Gallieno. 4206, 14 patrono dignissimo -i. *al.*). 1027, 2 (*ibid.*) Heleno -o pag(i) Aug(usti) (*item -o vel -is offertur aliquid*: X 1030, 2 [*ibid.*] Aug(ustali) et -o. IX 1503, 6 [*a. 167*] pag(i) Veiani curat(or) patronus . . . -is epulum dedit. 1618, 3 -is communib(us) . . . porticum . . . fecerunt. *al.*). Tab. aliment. Vel. (CIL XI 1147) 6, 90 (*indicatur situs fundi*) *affinibus* -is pagi Ambitrebi. Porph. Hor. epist. 1, 18, 105 'bibit pagus' . . .; hoc est: -i bibunt. Inscr. Année Epigr. 1937 n. 121, 3 (*Amiterni, a. 335*) cum universi -i seu vicani Forulani . . . frequentes obvenissent. 1947 n. 45 (*e reg. Patavina*) lex -is capturae. γ *extra Italiam vel loco non definito*: *exempla librorum*: Bell. Alex. 36, 4 Pharnaces . . . iussit -os . . . et oppidanos in his locis obversari. Apvl. met. 4, 3, 6 (*4, 1, 1* in pago quodam . . . devertimus) cuncti . . . -i . . . conclamant canes. 8, 23, 1 (*8, 22, 1* pagum quendam accedimus) -os . . . relinquentes rursum pergimus. 9, 10, 4. Nemes. ecl. 4, 62 me -i mater Amyntae . . . lustravit. Avson. 393, 2 p. 245 P. -um Medulis iubeo salvere Theonem ('*degentem in pago Medulorum*' *Souchay; fortasse ludit cum notione sub B1 descripta, cf. 81* militantes scribimus). Grom. p. 309, 12 L. *terminus quidam* super se . . . sacra -orum ostendit in trifinio (p. 329, 1 [p. 14, 3 Josephson] s. -orum appellatur *lapis quidam* [*inde* p. 317, 20. 323, 27. *v. etiam* p. 317, 5 in monte . . . s. -orum . . . constituta sunt). *exempla titulorum*: CIL V 2035, 10 (*aet. Neronis*) horilogium cum sedibus -is Laebactibus dederunt (*item -is offertur aliquid*: 2090, 4 colende sepulture . . . -is Misquilen(sibus) *sestertios tot.* 6587). II 2322, 5 (*a. 74*) Vespasiano . . . -i pagi Corbulensis (*item -i offerunt aliquid*: V 3249, 5 I(ovi) [4148, 6]. VIII 885, 11 [*saec. III in.*] ex decreto -or(um) pagi Mercurialis veteranorum Medelitanor(um) [*cf.* Inscr. Dessau 9400 (*a. 206?*) cives Romani -i veter(ani) pagi Fortunalis]. XII 2 deo Marti. 1114, 7 [*saec. I*] pa⟨tro⟩no. XIII 384. *al.*). VIII 20834 *et* 20835 (*tit. gemelli, a. 167?*) veterani et -i consistentes aput Rapidum murum . . . exstruxerunt . . . sumtu . . . suo id est veteranorum et -orum intra eundem murum inhabitantium (*cf. p. 79, 79 sq.; an ad B1a?*). III 12478, 2 Aur(elius) Hermes -us vixit annis *tot* (*sim. in tit. sepulcr.*: Inscr. Année Epigr. 1976 n. 633 [*e Moesia; saec. III vel IV*]. *an uterque pertinet ad B1a?*). 14969^2, 4 (*in lege quadam aquarum*).

b *cuiuslibet* (*hic illic vergit in notionem q. e. rusticus, agrestis, cf. 1b; sed distinguere videntur* Serv. *et* Macr.; *l. 8 sq. 12 fortasse sermoni medii aevi tribuenda et ad II referenda*): Pavl. Fest. p. 76 Empanda -orum dea. p. 123 *Minervam* -i pro sapientia ponebant (*cf.* Gloss.^{L} I Ansil. CE 432 Ceres: frumenti dea a -is dicitur [*sim.* 434 DE 3]). Serv. auct. georg. 2, 383 (*ex Trebatio*) 'compita' . . . locus . . ., ubi -i agrestes . . . solent certa inire concilia. Schol. Stat. Theb. 1, 105 -i magicis artibus credebant lunam posse mutari. Macr. Sat. 1, 16, 6 nundinae sunt -orum itemque rusticorum *feriae*. *graece fortasse* Pap. Chester Beatty ed. Skeat 1, 182 (*a. 298*).

B *notione secundaria fere i. q. munere, officio quodam carens, praecipuae condicionis expers* (*cf.* Gloss.^{L} V Abba PA 112 pagus: possessio est ampla sed sine aliquo iure; unde et -os dicimus alienos a iure vel sacris constitutis. Gloss. II 330, 48 *ἰδιώτης ὁ μὴ ἄρχων ἢ στρατευόμενος*: privatus, -us, plebeius. IV 456, 42 qui sine aliquo iure est); *determinatur per oppositionem*: **1** *militis* (*huc spectare videtur* Gloss. iurispr. cod. Paris. gr. 1357^A *-ός· ὁ ἐκτὸς μόνου στρατιώτου* [extra munus militis *subesse suspicatur Wieland*]. *saepius cum colore contemptus, maxime l. 33. 34*): **a** *m. pro subst.* (*per appositionem intellegimus l. 43. 57; sing. generalis* Tert. coron., Veg.; *opp.* miles *passim*, armatus Ivv. 16, 33 [*cf.* Plin. *sub b*], classici Tac. hist. 2, 14, 2, legionarii *ibid.* 4, 20, 2, equites Svet. Galba 19, 2 [*cf. l. 44*]; *de incolis oppidi* Tac. hist. 3, 77, 2, *cf. l. 40*): α *exempla varia*: Frontin. strat. 2, 5, 28 Iapydes . . . proconsuli pag⟨an⟩os quoque . . . obtulerunt (*si recte suppletur*). Tac. hist. 1, 53, 3 inter -os corruptior miles. 2, 14, 2 pars classicorum mixtis -is (*cf.* 3, 77, 2 permixtis). 2, 14, 3 -orum manus, qui sparsi inter milites *eqs.* (4, 20, 2 -orum lixarumque ignava). 2, 88, 1. 3, 24, 3 (*dux ad praetorianos*) vos . . ., nisi vincitis, -i (*cf.* Comment. Lucan. 5, 334 'iam plebs Romana . . .': iam -i, non milites). 3, 43, 1. Plin. epist. 10, 86, 2 et milites et -i. Svet. Aug. 27, 3 admissa turba -orum (Galba 19, 2). Pap. Corp. 118, 20 (*a. 156; pridianum cohortis*) *centurio* factus ex -o. Epist. imp. Comm. (CIL III 13750) 47. Tert. coron. 11 l. 42 sq. *apud Christum* tam miles est -us fidelis, quam -us est miles fidelis (*v. Bickel, Rhein. Mus. 97, 1954, 15 sq.*). pall. 4, 8 -os in militaribus (*sc. vestibus*). Ivst. 22, 6, 5 obvius ei *Agathocli* fuit cum XXX milibus -orum Hanno (*cf. Diod. 20, 10, 5 τοὺς πολιτικοὺς ἐξήγαγον*). Veg. mil. 2, 23 p. 59, 8 si doctrina cesset armorum, nihil -us distat a milite. CIL III 14349^5 patri paga⟨no⟩ (*postea*: Gaius mil(es)). VI 3183, 7 *equiti singulari sepulcrum fecit* frater eius -us (*sim.* 3236, 9). 32824, 5 T. Aurelio . . . -o (*sc. inter milites sepulto*). Inscr. Année Epigr. 1952 n. 223, 4 (*Thessalonicae*). *graece e. g.* Pap. Berol. 344 I 16. 27. 28. 41 (*saec. II/III*). soc. Ital. I 29, 18 (*saec. IV ?*). Ps. Mavric. strat. 1, 6, 3. β *in sermone iuris*: Ivv. 16, 33 producere testem contra -um. Pompon. dig. 50, 17, 7 ius nostrum non patitur eundem in -is et testato et intestato decessisse. Satvrn. dig. 48, 19, 16 pr. libro . . . de poenis -orum (*item in titulo libri*: Pavl. dig. 47, 2, 90 *al.; ceterum cf.* Macer dig. 48, 19, 14 quaedam delicta -o . . . leviorem poenam irrogant, militi vero graviorem). Gaivs dig. 29, 1, 17, 2 in -orum testamento (Maecian. dig. 29, 1, 14 Pavl. dig. 40, 4, 52. *al.*). Maecian. dig. 40, 5, 42 a -o . . . hereditatem . . . acceperant. Scaev. dig. 35, 2, 96 miles si, dum -us erat, fecerit testamentum (*sim.* Vlp. dig. 29, 1, 9, 1 Pavl. dig. 29, 1, 38, 1). Tryph. dig. 49, 17, 19, 2 filius familias -us de peculio castrensi fecit testamentum. Vlp. dig. 11, 4, 1, 2 (*loco priore, v. sub 3*). Pavl. dig. 28, 2, 26 filius familias si militet, ut -us nominatim . . . exheredari debet. Mod. dig. 19, 2, 50 militi quasi -o *locare aliquid*. Cod. Iust. 4, 65, 35, 1 ex militibus -i, ex decoratis infames constituti. *al.* *graece*: Theophil. inst. Iust. 2, 11, 3. *al.*

b *adi., fere i. q. civilis*: Pap. Corp. 106 V 14 (*a. 90—96; indicantur officia militum*) M. Antoni⟨u⟩s Cri⟨sp⟩u⟨s⟩ . . . -o cultu (*ad vestitum referunt plerique, sed neque de re neque de verbis satis constat* [*an leg.* paganic⟨o⟩ *? cf. p. 77, 78 et Fink, Rom. Milit. Records, 1971, 113*]. *in imag.*: Plin. epist. 7, 25, 6 sunt . . . ut in castris sic etiam in litteris nostris plures c. -o, quos cinctos et armatos . . . invenies [*fort. notio rustici sublucet, cf. antea*: seductos et quasi rusticos]). Tert. coron. 11 l. 36 *militi* perpetiendum pro deo, quod aeque fides -a condixit. Cod. Iust. 3, 28, 37, 1 vel . . . -um est peculium vel castrense.

2 *gladiatoris* (*v. Keil, Anz. Wien. Ak. 79, 1942, 84 sqq.*): **a** *m. pro subst.*: CIL VI 631, 11 (*a. 177; antecedunt nomina multorum gladiatorum*) Zoilus -(us). *ibid.* l. 14 Diodorus -(us). *graece*: Inscr. Rev. Arch. 30, 1929, 39 (*Edessae; sepulcrum gladiatoris*) *ἐγὼ Μείλησις ἐκλήθην, -ὸς δὲ Μεστριανός.* **b** *adi.*: Inscr. Année Epigr. 1934 n. 284 (*Salonae*) homini -o Thelonico quendam (*i.* quondam) retiario qui . . . rude liberatus est. *graece*: Inscr. Année Epigr. 1947 n. 187, 2 (*sepulcrum gladiatoris, in Bithynia; saec. II?*) *<οὔ>νομά μοι -ὸν Ἀπολλώ<νι>ς ἐκλήθην.*

3 *variarum condicionum sim.* (*m. pro subst.*): Vlp. dig. 11, 4, 1, 2 senatus consultum aditum . . . dedit militi vel -o . . . in praedia senatorum vel -orum (*sim.* 11, 4, 3 *ex oratione Marci Aurelii*). Cod. Theod. 7, 21, 2 si quis de -is vel decurionibus ambierit ad honores

[*Flury*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*ad 1 traxit Gothofredus*). *varia exempla et subst. et adi. exstant in sermone graeco rec., ubi transfertur etiam ad res; v. Grégoire l. l. 370 sqq.*

II *usu christiano i. q. infidelis, gentilis:* **A** *generalia praemonenda, sc. usum et notionem adumbrantia:* **1** *de notionis origine:* **a** *doctrinae veterum (addas p. 80, 17):* FILASTR. 111, 2 -i ... sive a pago, id est loco, sive provincia una dicti sunt sive Pagano rege (*i.* Ἕλλην. *cf.* 111, 4 a P. r., ut ait Hesiodus ..., -i sunt appellati). *ibid.* si autem de idolis (*sc. dicti sunt*), quod ea colentes sculptilia ita nominabantur -i, id est gentiles (*cf.* ISID. orig. 8, 10, 1 -i ex pagis Atheniensium dicti, ubi exorti sunt; ibi enim in locis agrestibus et pagis gentiles lucos idolaque statuerunt *eqs.*). OROS. hist. 1 prol. 9 qui alieni a civitate dei ex locorum agrestium compitis et pagis -i vocantur sive gentiles (*cf. l. 6. 10*). **b** *explicationes virorum doctorum: inde a saec. XVI plerique hanc notionem ex usu originario (v. IA) fluxisse putant, sc. eo quod Christianitate initio in urbibus vigente infideles ruri tantum remanserint (v. e. g. Zeiller, Paganus, 1917; idem Comptes rendus Acad. Inscr. 1940, 526 sqq.); alii sec. usum sub IB1 descriptum explicant, sc. per oppositionem 'militis christiani' (v. post alios Altaner, Zeitschr. Kirchengesch. 58, 1939, 130 sqq.). quoniam opinioni illorum exempla antiquissima (v. 2b), horum usus vulgaris (v. sub 2) obstare videtur, aliae rationes quaerebantur; v. maxime Mohrmann, Vigil. Christ. 6, 1952, 109 sqq., quae omnem usum sub IB illustratum (sc. notionem q. e. praecipuae condicionis expers,* ἰδιώτης*) subesse et infideles ut alienos a civitate dei -os appellatos esse existimat (cf. iam* GLOSS. *ad IB allatas; sim. Grégoire, l. l. 395 sq.). aliter e. g. Bickel, Rhein. Mus. 97, 1954, 2 sqq. Boscherini, Lingua nostra 17, 1956, 101 sqq. O'Donnell, Classical Folia 31, 1977, 163 sqq.*

2 *de genere sermonis et frequentia vocis:* **a** *testimonia veterum:* MAR. VICTORIN. homous. 1 Graeci, quos Ἕλληνας vel -os vocant (*sim.* VITA Anton. 20 p. 35, 15 Graeci, quos diximus -os [AVG. op. monach. 11, 12 p. 550, 21 gentiles, quos -os dicimus]). COD. Theod. 16, 5, 46 gentiles, quos vulgo -os appellant (*cf.* AVG. epist. 184 A, 5 infidelium, quos vel gentiles vel iam vulgo usitato vocabulo -os appellare consuevimus. retract. 2, 43, 1 quos usitato nomine -os vocamus). AVG. civ. 9, 19 p. 394, 24 D. qui -i appellantur. **b** *ex observationibus virorum doctorum schedisque nostris nec non Thesauri linguae Augustinianae haec fere apparent: vox -us vel saltem eius usus infra descriptus deest sacris script. et auctoribus saec. II, III, IV ineuntis, qui praebent* gentilis (gentes) *vel* ethnicus (TERT. *eum prorsus non novisse exemplo p. 80, 38 allato probari videtur*). *primum occurrit in titulis* CIL VI 30463 X 7112 (*vulgo saec. IV ineunti tribuuntur*); *in constitutionibus imperatoris exstat inde a* COD. Theod. 16, 2, 18 (*a. 370*), *in actis ecclesiae inde a* CONC. Rom. a. 381 Migne 13, 580A CANON. Turner I 2, 1 p. 292 l. 131 (gentilis *var. l. ut* p. 293 l. 153); *apud auctores legitur post saec. IV med.* (*cf.* paganismus, paganitas), *sc. inde a* MAR. VICTORINO, OPTATO (*saepius*), AMBROSIAST. (*et* PS. AVG. quaest. test., *saepe*), VITA Anton., PACIANO, FILASTR. (*saepe*), AVG. (*saepissime, maxime in sermonibus, ubi multo rarius invenitur* gentilis, *quae vox in ceteris operibus praevalere videtur*). *horum plerique nec non auctores saec. V et VI etiam voce* gentilis *saepe utuntur, quae quidem rarescit in* COD. Theod. (*quater hac notione/-us 15ies*) *et omnino deest* COD. Iust. (-us *decies*) *et* INST. Iust. (-us *quater*). *contra vocis -us nullum exemplum nobis praesto est ex* AMBR., HIER., *ceterum e. g. ex* CHROMAT., DIDASC. apost., SACR. Leon., FAVST. REI. (epist. 1 p. 162, 18 *spurium videtur*); *in versibus non invenimus nisi apud* PRVD. *et* PAVL. NOL. (?) carm. 32, 19. 204. *apud Graecos perraro hac notione adhibetur, v. Grégoire, l. l. 373 sqq.*

3 *de notione et coloribus:* **a** *voce utuntur: auctores christiani maxime ad appellandos infideles fere aequales, rarius cum respectu temporis praeteriti de eis qui religionis Iudaicae expertes erant (v. p. 82, 48 sqq. 54; adde* MVTIAN. Chrysost. hom. 23 p. 377/8 *de patre Abraham.* GREG. M. epist. 8, 35 *de Ephron [gen. 23, 10]*), *de antichristo* CASSIOD. in psalm. 51, 7 l. 127 homo -issimus. *haeretici ad vituperandos catholicos:* OPTAT. 3, 11 p. 98, 17 sqq. CONC. Rom. a. 381 Migne 13, 580A qui *Donatista* ... -os fuisse ... dicat episcopos. QVODV. haer. 7, 38 *Sabellianus* Christianum vocat -um, baptizato ingerit baptismum. AVELL. p. 643, 5 RVSTIC. Conc.S I 4 p. 116, 25. *infidelis se ipsum -um vocat:* LONGIN. Aug. epist. 234, 1 *rebus divinis* explicandis per meae opinionis sententiam, id est a -o homine. *cf. in ore infidelium apud auctores christ.:* PASS. Max. Secund. Donat. (BHL 5809) 1 Christiani estis an -i? (*interrogantur martyres ut ibid.* 3; *usum potius neglegentiae auctoris quam sermoni ipsius proconsulis tribuas*). FVLG. Virg. cont. p. 103, 9 (*loq. Vergilius*) si ... aliquid etiam Epicureum non desipissem, -us non essem. **b** *notionem rusticitatis voci fere deesse probari videtur his locis:* AVG. civ. 4, 11 tit. doctiores -orum (*cf.* 6, 8 tit. doctores -i. 9, 19 p. 394, 24 D. ut eorum ..., qui -i appellantur ..., nullus fere sit tam litteratus et doctus, quai *eqs.*). 22, 3 p. 557, 13 D. nobilissimo philosopho -orum (*cf. p. 83, 76 sqq.*). c. Faust. 20, 21 p. 561, 23 vulgarem atque poeticam -orum opinionem (*cf.* OROS. hist. 7, 35, 21 *p. 83, 7*). QVODV. prom. 3, 38, 41 Symmachus ille mirabili eloquio et scientia praeditus, tamen -us (*cf.* PALLAD. hist. mon. I 42 p. 327C nobilem virum, -um tamen. *v. etiam p. 83, 70 sqq.*). SALV. gub. 1, 1 *v. sub c.* *contra hoc nomen e moribus rusticis ortum esse putant* OROS., ISID. (*v. sub 1a*) *et aevo cadente syn. est* rusticus GREG. TVR. vit. patr. 17, 5 p. 732, 29. **c** *epitheta: vituperantia:* FILASTR. 94, 4 vanissimi (AVG. fid. invis. 8, 11 vani). 122, 2 furacibus. PRVD. perist. 10, 1009 miserrime. AVG. in psalm. 39, 16 l. 4 amaros. 59, 13 l. 10 saevientes. 130, 6 l. 48 ignaris. serm. 15, 6 l. 157 calumniosum. OROS. hist. 7, 35, 21 pervicacissimus (*cf.* 7, 41, 9 obdurato). 7, 37, 9 barbarus. COD. Theod. 16, 8, 26 abominandorum. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 64, 5 G. imprudentium. *alia:* AVG. in psalm. 44, 2 residui (OROS. hist. 7, 37, 10. *cf.* AVG. serm. 62, 6, 9 reliquos). 48 serm. 2, 1 l. 29 apertus. SALV. gub. 1, 1 electorum atque sapientium.

4 *de ratione, quae intercedit inter -us et alias voces:* **a** *synonyma potiora:* ethnicus: *v. vol. V 2, 923, 54 sq.* gentilis: *v. vol. VI 2, 1869, 41 sqq. et p. 81, 32 sqq. 39 sqq.; copulantur l. 36 et* AVG. serm. 47, 28 l. 904 gentiles -i qui remanserunt (*ad Ezech. 34, 29* gentium). *alternant in contextu:* GAVDENT. serm. 1, 5 G. FILASTR. 75, 1 FAVST. Aug. c. Faust. 13, 1 p. 378, 12. AVG. c. Gaud. 1, 38, 51 p. 250, 16 (*cf. p. 251, 1*). PS. AVG. quaest. test. I 115, 14. *al., in variis versionibus sim.:* CANON. Turner I 2, 1 p. 292 l. 131 (g. *var. l. ut ibid.* p. 293 l. 153). OROS. hist. 7, 28, 8 -orum templa claudi (*sec. Hier. chron. a. Abr. 2347, ubi* gentilium). CONC.S IV 1 p. 153, 18 secundum -os (RVSTIC. c. aceph. p. 1245A circa -os vel g.). *al.* gentes: AMBROSIAST. in Rom. 3, 19 rec. β -i (*rec.* α gentibus. *cf.* CASSIAN. c. Nest. 3, 9, 1 -is stultitia ... fuit [*sim.* 3, 10, 1 *et* CONC.S I 3 p. 154, 3, *sc. sec. I Cor. 1, 23, ubi* gentibus]). FAVST. Aug. c. Faust. 20, 1 estis -i et gentium schisma. 20, 3 schisma ... -orum (*antea:* sch. gentium). Graecus: MAR. VICTORIN. in Gal. 2, 3 *Titus* G. erat, id est -us (*sacr. script. praebent* gentilis *vel* Graecus. 4, 3/4 p. 1175A. *ratione inversa* FILASTR. 113, 2 -os, id est G.). *cf.* MAR. VICTORIN. *et* VITA Anton. *sub 2a.* idololatra: AVG. in euang. Ioh. 5, 12 l. 29 malus, ... -us, ... i. OROS. hist. 7, 37, 10 -i et i. (MVTIAN. Chrysost. hom. 23 p. 377/8). impius: FILASTR. 129, 4 'impiorum' (*psalm. 1, 1*), id est -orum. *distingui videtur:* AVG. serm. 26, 4 -i ... et omnes i. (46, 8. 233, 1, 1 et -i et i. et Iudaei. PROSP. in psalm. 136, 3). infidelis: PELAG. in I Cor. 15, 2 (*alternat in contextu*). AVG. epist. 184 A, 5 *v. sub 2a. distinguitur:* PS. AVG. serm. ed. Mai 117, 3 natio i., Iudaeorum, gentilium, -orum atque Manichaeorum. CONC.S II 3, 3 p. 43, 14.

b *distincte iuxtaposita vel opposita notabiliora:* α *Christiani sim.:* CIL VI 30463 fidelis (X 7112, 3 COD. Theod. 16, 7, 2 pr. Christianis ac f. LIB. pontif. p. 46, 5). OPTAT. 2, 15 p. 50, 15 christianos populos (3, 11 p. 99, 5 PACIAN. epist. 2, 5. COD. Theod. 16, 7, 2 pr. *supra.* RVFIN. hist. mon. 5 nullus ... invenitur aut haereticus aut -us, sed omnes cives ch., omnes catholici. AVG. catech. rud. 25, 14 epist. 102, 18 serm. 26, 6, 7. *et saepe; v. etiam infra l. 53 sqq.*). 5, 7 p. 135, 18 catechumenum (*uterque opp. baptizato:* PASS. Rogat. 2 -um vel c.). AVELL. p. 463, 10 nullus baptizatus, nullus Christianus hoc celebret et soli hoc -i ... exsequantur. β *Iudaei sim.* (*v. etiam sub γ et p. 84, 2*): MAR. VICTORIN. in Gal. 4, 3/4 apud Iudaeos ... apud -os (*sim., sc. neglecto fere respectu Christianorum:* FILASTR. 105, 1. 4. 111, 1 cum ab Adam ... usque ad Iudam ... non -i fuerint neque I. appellati. AMBROSIAST. in Rom. 1, 23, 4. AVG. op. monach. 11, 12 p. 551, 6 *ut Paulus* subveniret ... I. vel -o. *al.*). homous. 1 Graeci, quos Ἕλληνας vel -os vocant ..., Iudaei vel Hebraei ..., nos (*sim iuxtaponuntur hae tres religiones:* OPTAT. 5, 3 p. 123, 8. FILASTR. 110, 1 Christianos ... posteriores I. et -is fuisse creatos. 110, 5 christianitas ... ante I. et -os ... erat manifestata. PELAG. in Gal. 6, 10 I. et -is et ... Ch. AVG. epist. 93, 26 in psalm. 70 serm. 1, 6 l. 24 serm. 220 *et saepe.* COD. Theod. 16, 10, 24, 1. *sim. passim*). *al.* γ *varia:* FILASTR. 128, 5 omnium -orum, Iudaeorum, haereticorum divitumque animae ac peccantium. 129, 4 -orum ... Iudaeorum ... haereticorum (*eadem trina:* CANON. Turner I 2, 1 p. 293 l. 153 RVFIN. Orig. in iud. 8, 1 AVG. agon. 12, 13 in Gal. 22, 3. *et saepe*). PELAG. in Col. 4, 6 aliter -is, aliter Iudaeis, aliter haereticis et ceteris contradicentibus veritati. RVFIN. Orig. princ. 3 praef. vel -orum philosophorum vel haereticorum (*eadem bina:* COD. Theod. 16, 10, 13 pr. AVG. in euang. Ioh. 100, 3 l. 29 c. Parm. 1, 9, 15 p. 35, 25. *al.*). AVG. in Rom. imperf. 22, 1 nec -is nec Hebraeis nec haereticis aut scismaticis (*sim.* FVLG. RVSP. fid. 81). QVODV. haer. 1, 7–11 -i ...; Iudaei ...; ... Manichaei ...; Sabelliani ...; Arriani. NOVELL. Theod. 3, 1, 1 Iudaeos Samaritas -os et cetera haereticorum genera portentorum. PROSP. epist. 2, 4 -orum et Manichaeorum (*item* COD. Iust. 1, 5, 19, 4. 1, 5, 21, 1. *cf. supra l. 36. 68 et iam* FILASTR. 61, 3 ut -i invocantes *deos Manichaei. contra Manichaei -i appellantur* PS. AVG. serm. ed. Caillau 1 app. 6, 2. 3). *sim. al.*

c *graece respondet* Ἕλλην *passim inde a* MAR. VICTORINO (*v. sub. 2a et cf.* GLOSS. II 295, 29 Ἕλλην τὴν θρησκίαν: -us), *voces inde derivatae apud* CASSIOD. hist., *sc. maxime* Ἑλληνικός 1, 9, 5. 1, 9, 6 -orum templa (*Sozom. 1, 8, 5* Ἑλληνικὰς ναούς. *sim. adiectivo gr. respondet gen. subst.* 6, 9, 1. 6, 28, 1. *al.*), Ἑλληνιστής 6, 12, 7. 6, 27, 1. *al.* ἐθνικός RVFIN. hist. 5, 1, 14 hist. mon. 5.

B *exempla usum illustrantia:* **1** *m. vel f. pro subst.:* **a** *sing.:* α *de certis quibusdam hominibus:* CIL VI 30463 (*saec. IV in.?*) filia mea inter fedeles fidelis fuit, inter al(ie)nos -a fuit (OPTAT. 3, 11 adhuc -us es aut -a? PASS. Max. Secund. Donat. [BHL 5809] 3 Christiana es an -a? *al.; deest copula:* OPTAT. 5, 3 p.

[Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

123, 8). X 7112 (*saec. IV in.*) puella -a nata . . . fidelis facta. PRVD. perist. 10, 1009 (*Romanus ad praefectum*) miserrime -e. QVODV. prom. 3, 38, 41 Eutropius . . . praepotens patricius, anima et mente -us (*item iuxta nom. propr.: ibid.* Symmachus. MARCELL. chron. II p. 68, 406, 2 Radagaisus -us et Scytha. p. 88, 462 Iacobus natione Achivus religione -us. *al., addas p. 82, 26*). OROS. hist. 7, 35, 21 poeta quidem eximius, sed -us pervicacissimus (*sc. Claudianus*). 7, 37, 9 *Gothorum rex* unus Christianus . . ., alius -us barbarus. *al.*

β potius usu generali vel collectivo (selecta): OPTAT. 3, 11 p. 98, 19 eum, qui ad deum se conversum esse professus est, -um vocas . . .? (p. 98, 21. 99, 1. 3 QVODV. haer. 7, 38 *Sabellianus* Christianum vocat -um). GAVDENT. serm. 1, 5 G. *ut* -us hunc *mensem* . . . Martium nuncuparet (*antea*: gentiles). RVFIN. hist. mon. 5 nullus . . . ibi (*sc. Oxyrynchi*) invenitur . . . -us (COD. Iust. 1, 3, 54, 8. *cf.* AVG. in psalm. 54, 13 ille . . . si Christianus esset, nemo remaneret -us. serm. 361, 4, 4 neminem hic -um nunc esse arbitror). PAVL. NOL. (?) carm. 32, 19 *Iudaico populo* par quoque -us. 32, 204. AVG. epist. 185, 41 non stabit -us adversus Christianum *eqs.* (*sim.* c. Gaud. 1, 38, 51 p. 250, 16, *ubi plur.*). in psalm. 101 serm. 2, 7 l. 16 *Christum esse* mortuum et -us credit. serm. 15, 6 l. 140 tolera -um. 215, 6 *resurrectionem Christi* nec -us nec Iudaeus admittit. *saepius.* Ps. AVG. serm. ed. Caillau 1 app. 6, 3 (*in Manichaeos*) si igitur corruptionem, -issime, . . . formidasti (*item vocativus*: QVODV. haer. 3, 1 quid dicis, -e? 3, 13. *al.*). CAES. AREL. serm. 1, 8 donat laicus, donat -us *eqs.* *al.*

b *plur.*: *α exempla varia selecta*: MAR. VICTORIN. in Gal. 4, 9 *elementa* singula . . . -os deos dicere (*sim.* homous. 1. GAVDENT. serm. 6, 6 G. deos putant *daemones*. AMBROSIAST. in I Cor. 8, 5 a -is . . . et sol et luna . . . dii . . . dicuntur. AVG. civ. 4, 20 tit. *Virtutem et Fidem* -i templis et sacris honoraverunt. FAVST. Aug. c. Faust. 20, 3. *et saepe*). OPTAT. 2, 15 p. 50, 15 *Constantini* tempore . . . -is *non* licebat exercere sacrilegia. FILASTR. 94, 4 et -i vanissimi unum caelum . . . profitentur interdum. AMBROSIAST. in Rom. 1, 23, 4 Coracina sacra habent -i. RVFIN. symb. 3 l. 32 quia -i nobis obicere solent quod religio nostra . . . in sola credendi persuasione consistat. 9 l. 3 -i solent ridere nos (*cf.* 38 l. 6. AVG. epist. 102, 36 adhuc cachinnent -i. serm. 361, 4, 4 -i . . . et irrisores resurrectionis. *al.*). AVG. c. Cresc. 3, 63, 70 p. 476, 18 -orum, qui adversus eam *ecclesiam* paucissimi remanserunt (*cf.* COD. Theod. 16, 10, 22 -os qui supersunt. CONC.^{S} I 4 p. 116, 33 -is . . . minuentibus. GREG. M. epist. 4, 29 quosdam illic [*sc. in Sardinia*] -os remanere). in psalm. 56, 14 l. 33 -i persecuti sunt martyres. 64, 6 l. 9 puer natus inter -os (serm. 26, 4 de -is. Ps. AVG. quaest. test. I 81 tit. de -is -i nascuntur. *al.*). serm. 26, 6 per Iesum Christum facti sunt et -i *eqs.* 215, 6 quia mortuus et sepultus est *Christus*, et -i . . . credunt. *et saepissime.* *in titulo librorum sim.*: RVFIN. hist. 4, 11, 11 Iustinus scribit etiam contra -os volumen (AVG. civ. tit. *al.*). 4, 18, 3 *Iustini* liber est adversum -os (AVG. epist. 31, 8 a. -os te *Paulinum* scribere didici [*sim.* 45, 2]. Ps. AVG. quaest. test. I 114 tit. *al.*). COD. Theod. 16, 10 rubr. de -is, sacrificiis et templis (NOVELL. Theod. 3 rubr.). *β gen.* -orum *pendet e subst. (selecta)*: COD. Theod. 2, 8, 22 -orum superstitionis (AVG. serm. 24, 6 l. 159. *al.*). 16, 2, 18 -orum animi . . . excitati (*cf.* 16, 8, 26 spiritum audaciamque). 16, 10, 19, 1 ritum (AVG. epist. 102, 18 CASSIOD. hist. 6, 27, 4. *al.*). CANON. Turner I 2, 1 p. 292 l. 131 perfidia (NOVELL. Theod. 3, 8). FILASTR. 103, 1 vanitatem. 108, 7 mendacia (AVG. civ. 18, 54 tit. *cf.* QVODV. grat. 1, 8, 1 falsa commenta). AMBROSIAST. in I Cor. 5, 7, 2 errores (LEO M. epist. 15, 11. *al.*). 10, 13, 1 dii (AVG. civ. 2, 6 tit. c. Cresc. 2, 27, 33 p. 394, 8. *al.; cf.* civ. 21, 6 p. 498, 17 D. numina [22, 3 p. 557, 12]. serm. 220 idola. MAX. TAVR. serm. 48, 4 M. Iuppiter). AVG. c. Adim. 13 p. 144, 24 benevolentiam (*cf.* OROS. hist. 7, 38, 6 favorem). catech. rud. 25, 14 dies sollemnes (*cf.* epist. 91, 8 festo. gen. ad. litt. 12, 22 p. 413, 15 sollemnitatem). civ. 7, 3 tit. doctrina. 8, 26 tit. religio (CASSIOD. hist. 6, 29, 2). 8, 26 p. 363, 28 D. litteris. epist. 93, 10 sacrificia (serm. 81, 9. *al.*). serm. 24, 6 l. 176 fremente impetu. 34, 6 insania. OROS. hist. 7, 27, 14 templa (7, 28, 28 CASSIOD. hist. 1, 9, 6. *al.*). LEO M. serm. 8 caecitas. 38, 1 crudelitas. CONC.^{S} I 3 p. 16, 4 -orum . . . filii (*i. pagani ut* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 78, 27 [*altera versio I 5 p. 380, 28* gentilium pueros]. *al., cf.* p. 78, 41 -orum . . . pueri [I 5 p. 380, 41 -i *tantum*]. *gr. ubique* Ἑλλήνων παῖδες). *al.*

2 *adi.*: **a** *de animantibus*: OPTAT. 7, 6 p. 180, 6 iudices -i (PALLAD. hist. mon. I 53 p. 336^A). PACIAN. epist. 2, 5 principes (CASSIOD. hist. 6, 4, 7 in psalm. 45, 4. *cf.* AVG. c. Faust. 12, 13 p. 342, 8 regibus. OROS. hist. 7, 37, 2 barbaro et -o duci. VITA Eugen. rec. vet. ed. Mombr. p. 395, 52 imperatores -issimi [*aliter rec. post. 17*]. Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 56, 4 G. Caesaris). FILASTR. 75, 1 -i Liberipatriani. RVFIN. hist. 5, 1, 14 servos (GREG. M. epist. 6, 29. *cf.* 6, 30 mancipia). Orig. princ. 3 praef. philosophorum (CLAVD. MAM. anim. 2, 8 tit. CASSIOD. hist. 6, 37, 6. *cf.* AVG. civ. 6, 8 tit. doctores. serm. 178, 7, 8 grammaticus. CASSIOD. hist. 6, 1, 6 sophistam). PRVD. c. Symm. 1 praef. 6 gens (*sc. Athenienses. aliter p. 79, 32*). AVG. c. Petil. 2, 58, 132 p. 93, 26 proconsules (*opp.* christiani imperatores). serm. 105, 10, 13 homo (LONGIN. Aug. epist. 234, 1. SALV. gub. 8, 10 sicut vita ita etiam professione ac vocabulo. CASSIOD. in psalm. 51, 7 -issimus *i. antichristus*). 361, 4, 4 carnalibus fratribus nostris et prope -is. OROS. hist. 7, 37, 11 -i blasphemantesque Romani. CASSIOD. hist. 6, 12, 13 praefectus praecipue -us. GREG. M. epist. 4, 26 rusticum. *al.* **b** *de rebus*: FILASTR. 50, 3 impietatis . . . -ae et caecitatis Iudaicae consortes (68, 2. 112, 6. 125, 3. 155, 2). 111, 1 vanitatem. 129, 9 mendacia. COD. Theod. 16, 7, 2 pr. -os ritus cultusque (16, 10, 21 CASSIOD. hist. 6, 4, 2. 6, 42, 8. VITA Caes. Arel. 1, 55 kalendarum . . . -issimos r.). 16, 10, 20 pr. superstitionis (COD. Iust. 1, 5, 21, 1. 1, 11, 8 pr. [*a. 472?*]). 16, 10, 25 sceleratae mentis -ae. AVG. divers. quaest. 83 coniugium (*ibid. iterum*). serm. 196, 4, 4 de sollemnitate superstitiosa -a (-issima *var. l.*). NOVELL. Theod. 3, 8 dementia. Valent. 18 pr. temporibus (CASSIOD. inst. 1, 17, 1 christianorum t. -orumque). LEO M. serm. 3, 3 nec haeretica . . . pravitas nec -a . . . perfidia. CASSIOD. hist. 6, 27, 1 templorum. *al.*

deriv.: paganalia, paganic(i)us, paganismus, ?paganita, paganitas, paganizo.

compos.: com-, semipaganus.

cf. Onom.

pāgarchia, -ae *f.*, παγαρχία. *i. q. munus praepositi pagi vel regio cui is praeest: loco lacunoso* CHART. Lat. antiq. 292, 7 (*saec. IV in.*). *in pap. graecis*: PAP. Oxyrh. 2110, 4 (*a. 370*) εἰς τὰς -ας καὶ κονδουκτορίας. *saepe inde a saec. VI, v. Preisigke, Wörterb. III 139; Daris, Less. Lat. nel Greco d'Egitto, 1971.*

cf. p. 96, 41.

pāgātim *adv.* *a* 1. pagus, *cf.* vicatim. *i. q. per singulos pagos*: LIV. 31, 26, 10 -m sacrata habebant *templa Athenienses* (*de eisdem*: 31, 30, 6 quondam -m habitantes [*opp.* in unam urbem . . . contributi]. *cf. Val. Max. 5, 3 ext. 3* vicatim dispersos). CIL XIII 5110, 7 (*saec. I*) civitas Helvet(iorum) qua -m qua publice statuas decrevit (*cf. in re simili Plin. nat. 33, 132* vicatim).

? **pāgēius,** -a, -um. LEX pag. Herculan. (CIL I^2 682) 6 magistrei pageiei (*adi. a* 1. pagus *sec.* plebeius *formatum agnovit Leumann, Gramm. 1977, 289; vulgo intellegitur iunctura sollemnis* magistri pagi [*v. p.* 94, 49] *et geminatio* -eiei *errori lapicidae ut ibid. infra* sei sei *tribuitur*). *Flury.*

pāgella, -ae *f.* *a* pagina *deminutive, cf.* patella *sim.* -gill- HIER. epist. 60, 19, 3 (*duo cod.*). VIRG. gramm. (*bis*). [*mensura areae: francog. vet.* paiele *et var. dial.; prov. vet.* pagela, *var. dial. prov., vasc. cf. M.-L. 6144. Wartburg VII 467 sq. St.*]

i. q. (parva) pagina: **1** *de columna q. d. scripturae (inde de materia, in qua scribitur, vel de ipso libello)*: CIC. fam. 2, 13, 3 extrema -a pupugit me tuo chirographo (HIER. epist. 73, 1, 3 cum epistulam legerem et invenissem in e. -a . . . me . . . adiuratum *eqs.*). 11, 25, 2 non imitor λακωνισμόν tuum: altera iam -a procedit. VVLG. Ier. 36, 23 cum . . . legisset Iudi tres -as (pla- *var. l.*) vel quattuor, scidit illud scalpello scribae et proiecit in ignem . . ., donec consumeretur omne volumen igni. VIRG. gramm. epit. 5 p. 34, 4 *magister syllabas, pedes sim.* ita punctis interpositis informabat, ut primo pede -is (-a *Mai et Huemer, sed cf. Stangl, Virgiliana, 1891, 128 n. 16 de plur. pro sing.*) inpresso unum punctum inprimeret. 15 p. 91, 14 quem cum interrogassem, . . . assumens -am . . . poeticos confecit versus *eqs.* *potius de ipso libello*: HIER. epist. 60, 19, 3 illum nostra -a decantet, illum cunctae litterae sonent. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 22, 3 -ae praesentis mentione (*in initio libri secundi de ipso suo tractatu*). **2** *de segmentis materiae ad emplastra aptae*: DIOSC. 2, 43 p. 195, 4 *araneae* tritae et impositae in -a . . . fronti (*gr. 2, 63* ὀθόνιον). ORIBAS. syn. 9, 15 add. Ab p. 301 *medicamentum* super (si- *trad.*) -as spargis . . . et ponis in ventrem et renibus. *Thome.*

pāgēnsis, -e. *a* 1. pagus, *cf.* castrensis. *scrib.* -ges- INSCR., -gins- GREG. TVR. vit. patr. 13, 3 *et in var. l.* Franc. 8, 18. 10, 9. [*prov. vet.* pagés, *var. dial. prov., vasc.; cat.* pagés; *i. q. pagus, rus: it.* paese; *raet. occ.* pajais; *francog.* pays; *prov. vet.* paes *et var. dial. cf. M.-L. 6145. Battisti-Alessio IV 2719. Wartburg VII 468 sqq. St.*]

non nisi m. plur. pro subst.: qui pertinent ad pagum, incolae pagi: INSCR. Année Epigr. 1967 n. 560 (*Thigillavae in Numidia*) Neptuno . . . -es sua p(ecunia) f(ecerunt). GREG. TVR. Franc. 7, 47 p. 366, 8 dum . . . solemnia apud . . . vicum cum Austrighyselo reliquosque -es caelebraret. 8, 18 p. 384, 22 Wintrio dux a -bus suis depulsus. 10, 9 p. 417, 8 episcopus cum clericis et -bus urbis suae. glor. conf. 56 quidam e -bus. vit. patr. 8, 11 p. 700, 24 unus ex his -bus. 13, 3 p. 717, 10 fugatis -bus (*antea*: populus pagi). *Flury.*

pager *v.* phager (*i.* φάγρος).

pāgēs, -is *f.* *vocem veriloquii causa e* com-, propages *finxisse videtur* NON. p. 64, 30 propages est series . . .; -s enim compactio, unde compages et propagare *eqs.* *Baer.*

***pāgina,** -ae *f.* [*a radice verbi q. e.* pangere, *cf.* sarcina *iuxta* sarcire, *sim. Sch.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 221 -ae dictae, quod in libris suam quaeque optineant regionem, ut pagi (*obloquitur* PRISC. gramm. II 80, 17 nec -a a pago. *cf.* 120, 21 *inter* non derivata), vel a pangendo (pag- *var. l.*), quod in illis versus panguntur (pag- *var. l.*), id est figuntur. ISID. orig. 6, 14, 6 partes *libri* -ae dicuntur, eo quod sibi invicem compingantur (-iung- *K*, -pagin- *Reifferscheid*). *scribitur* pagena PAP. Corp. 156 in cera 18 *a. 148*, pagyna ALC. AVIT. carm. 5, 710 *cod. R*, pagna CONST. veteran. (CIL XVI) 13 extr. 17 *a. 71.* *notatur hic illic* pag, *e. g.* CONST. veteran. (CIL XVI) 5 int. 5 (*a. 64*); *cetera v. p. 86, 49 sqq.* NOT. Tir. 76, 23. *formae* [*Thome*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

heteroclíticae (*cf.* compago *iuxta* compagina): -es GLOSS. III 415, 3 (*sec.* σελίδες*?*), -ibus REGVLA mag. 11, 1 (*cf. var. l.* GREG. M. epist. 3, 29 p. 187, 22); *cave addas* VITAE patr. Iurens. 9 M. (= 1, 1 p. 132, 31 Kr.; pagi Nemausatis *corr. M.*). -i- *correptam testatur* PRISC. gramm. II 80, 17. GLOSS. -a: σελίς. -is: libris. *legitur, praeter locum Varronianum p. 87, 40, post* CIC. (*9, maxime in* epist.) *singulis vel paucis locis apud* VERG., *in* CVLICE, CIRI, *apud* PROP. (*5*), OV. (*6*), LIV., VITR., PAVL. FEST., VAL. MAX., SEN. epist., PERS., PETRON. (*2 in vers.*), *in* LAVDE Pis. (*2*), *apud* CALP. ecl. (*2*), PLIN. nat. (*5*), STAT. silv., QVINT. inst., IVV. (*2*), PLIN. *min.* (*2*), SVET. Iul. (*1, in frg. inc. 2*), *frequenter apud* MART. (*28*); *ceterum non saepius ante saec. IV; haud raro etiam in tit. et pap.* (*maxime saec. I/II*). [*var. l.* paganis RVFIN. hist. 11, 7 p. 1012, 24 *N*, AVG. conf. 4, 3, 5 *S. al.*]

significat spatium quoddam, fere ab aliis sui generis aequali ratione determinatum (maxime quadrangulum) ideoque speciem tabularum vel columnarum praebens: **I** *spatium perscribendum vel iam perscriptum* (*sc. de eo, quod in charta, membrana aliave materia scriptoria patet; inde et de ipsa materia et de scripto, libello sim.; ad rem v. Aly, RE XVIII 2, 2310 sqq.; Lehmann, Erforschung des Mittelalters III, 1960, 1 sqq.*). *vocabula affinia notabiliora:* charta CIC. Att. 5, 4, 4. CIRIS 41 (*39*). SVET. Iul. 56, 6 (*disting.*). *al., cf.* GREG. M. epist. 9, 227 cartae -a. columnella RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 36 (40). membrana RVRIC. epist. 2, 26 p. 411, 16 (*per variationem ut*: VEN. FORT. vita Marcell. 2, 9). schida PLIN. nat. 13, 80 (*disting.*). MART. 4, 89, 6 (*per variationem ut*: CONC. Carth. a. 411 [Corp. Christ. 149 A] 2, 39). tabella AVSON. 418, 34 p. 286 P. (*disting.; aliter* CYPR. GALL. exod. 1199). SCHOL. Iuv. 7, 23 (*explic.*). PRVD. perist. 9, 50 (*47; variando ut*: ENNOD. epist. 5, 22, 1 p. 143, 13); *aliter* PALLAD. 6, 11, 3 (*v. sub IIA*). tabula HIL. in Matth. 27, 3 (*variando ut*: EVCHER. instr. 1 p. 77, 2 PS. PROSP. vocat. gent. 2, 4 p. 690D); *disting. p. 86, 49 sqq.; aliter sub IIA. accedit gen. libri vel scribentis saepius; argumenti* LIV. *p. 86, 78 (?)*, IVV. *p. 87, 35, apud posteriores e. g. p. 87, 64. 89, 66 sqq.*

A *pertinet potius ad notionem spatii:* **1** *sensu strictiore* (*praecipue de eo spatio, quod nos dicimus columnam, sed quod non satis distinguitur a latere recto versove folii vel a toto folio*): **a** *illustratur species externa:* α *agitur de scriptura* (*eiusque partibus*): (I) *de ipsa forma -ae:* Ⓐ *litterarum formatione -a constituitur:* CIC. Att. 5, 4, 4 meam in eo (*i. sumptu chartae*) parsimoniam huius -ae contractio significat (*loquitur et de litteris artius positis et de charta breviore*). OPT. PORF. schol. carm. 2 in hac -a omnes versus tricenarum quinarum litterarum sunt (*describit formas carminum figuratorum etiam* 3. 6. 20 in hac -a organi species est XXVI versibus depicta. 26 haec -a . . . arae imaginem fecit. *al.*). Ⓑ *scriptura disponitur modo columnarum* (*de singulis spatiis descriptionis* BOETH.): PLIN. nat. 13, 80 unius schidae revulsione plures infestante -as (*item ad dispositionem voluminis spectare videtur*: SVET. Iul. 56, 6 quas *epistulas Caesar* primum videtur ad -as et formam memorialis libelli convertisse, cum antea consules et duces non nisi transversa charta mitterent [*cf. Butler-Cary ad l.*]). HIL. in Matth. 27, 3 duplex -a (*antea*: decem verba duobus tabulis conscripta). RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 36 (40) in propriis -is vel columnellis editiones eorum *Iudaeorum* singulas quasque descripsit *Origenes* (*de eadem re, sed -a significante totum spatium in columnas divisum*: GLOSS. V 619, 19 *Origenes sex* ordinibus diversas interpretum editiones in una -a constituit. *similiter*: DIONYS. EXIG. praef. 4, 2 [Corp. Christ. 85, 51] ut . . . in unaquaque -a aequo divisa tramite utraque [*i. graeca et latina*] e regione subnectam). *de spatio lineis in descriptione determinato* (*cf. paginula sub 1*): BOETH. mus. 4, 17 p. 344, 7 quod . . . tertiae atque . . . quartae -ae notam non paginula dividit, sed versus (*i. linea*) recto ordine deductus (*de eadem re*: p. 344, 16. 17. p. 346, 8. 17).

(II) *de partibus scripturae, quae -a continentur* (*cf. p. 86, 49. 51. 88, 82*): CIC. fin. 4, 53 utrum . . . litteram . . . an totas -as . . .? (*cf.* TERT. adv. Marc. 5, 18 p. 638, 6 si syllabas subtrahit, cum -as totas . . . subducit). OV. am. 1, 1, 17 bene surrexit versu nova -a primo (QVINT. inst. 11, 2, 32 non -as modo, sed v. prope ipsos [*antea*: ceris]. PLIN. epist. 4, 11, 16 non -as tantum, sed v. etiam syllabasque. CAPER gramm. VII 97, 15 TER. MAVR. 1003. OPT. PORF. carm. 7, 11 [*v. Polara ad l.*]. *al.; cf.* schol. carm. 13a acrostichide . . . telestichide). VITR. 9 praef. 5 in ima -a (*i. in ima parte -ae, cf.* OPT. PORF. schol. carm. 12 superiore). TERT. adv. Val. 6 p. 183, 1 -arum limites (*i. margines, cf.* HIER. epist. 57, 2, 2 ex latere in -a . . . adnotans. *sed margo -ae opp.*: SERV. auct. Aen. 3, 204 *versus interpolati* inventi . . . extra -am in mundo). FORTVN. gramm. VI 282, 12 -am metra habere decem (*i. versus*). ARATOR ad Parth. 2 in tergo -a lecta (*cf. p. 90, 58*). ISID. orig. 6, 14, 3 (= SVET. frg. p. 135, 2) verba -is infiguntur. *cf. de carminum in -is dispositione*: MART. 2, 77, 6 Marsi doctique Pedonis saepe duplex unum -a tractat opus. 10, 1, 4 (*loq. liber ipse*) terque quaterque mihi finitur carmine parvo -a *eqs.* 10, 59, 1 consumpta est uno si lemmate -a, transis *eqs.*

β *agitur de materia scribendi* (*cf. p. 87, 8 sqq. et 35*): IVV. 7, 100 millensima -a (*explicat* GLOSS. V 653, 2 magna scriptura) surgit . . . et crescit multa damnosa papyro (*per aenigma de papyro*: AVSON. 393, 75 p. 248 P. Melonis albam -am. *cf.* 396, 51 p. 252 aridulae . . . -ae. *v. etiam l. 16*). EPIGR. Bob. 57, 1 si Pergamenis digna canimus -is (*i. membranis sumptuosis firmisque, opp.* texto . . . scirpeo Niloticae ripae papyri). AVSON. 146, 11 p. 13 P. (in notarium in scribendo velocissimum; *antea 3* bipatens pugillar expedi) nec occupatur -a et mota parce dextera volat per aequor cereum (*ad tabellas ceratas spectant etiam*: PRVD. perist. 9, 50; *antea*: tabellas, buxa . . . cerata. BOETH. cons. 5 carm. 4, 7 aequore -ae . . . pressas figere litteras [*v. Scheible ad l.*]. *cf. l. 22 sqq. p. 85, 66. 88, 28*). SCHOL. Iuv. 7, 23, 2 'croceae membrana tabellae' id est -ae inunctae (*aliae rec.*: -am, in qua scribebantur carmina). PRVD. tituli 10 scripta decem verbis saxorum -a Moysi traditur (PAVL. NOL. carm. 6, 215 sacri quas *leges* servat -a saxi. *cf. p. 90, 56*). AVG. c. Faust. 13, 18 p. 400, 16 *et* 21 (*loquitur de codicibus Manichaeorum, cf. l. 17* corio, *l. 19* membranarum). CASSIOD. var. 11, 38, 4 talis -a (*de antiquorum materia scribendi, i. cortice et libro; antea*: tabulis impolitis et . . . veternosis ramalibus). COD. Iust. 1, 23, 6 pr. (*a. 470*) in quacumque parte -arum (*postea*: in chartis sive membranis).

palē, *acc.* -ēn *f.*, πάλη. [*videtur confundi cum* Pales *p. 112, 3.*] *i. q. ars palaestrae, luctandi* (GLOSS.^{L} I Ansil. PA 127 -e: lucta graece): STAT. Theb. 6, 830 *Tydei* corde (cura *Garrod*) labores ante alios erat uncta -e[s] (SCHOL.: 'uncta -es': palaestrae studium). Ach. 2, 155 liquidam nodare -en (*cf. silv. 3, 1, 157* nodare palaestras). SIDON. carm. 9, 188 *iuvenes* doctos . . . -en Therapnis. *-en exercent mimi sim.*: SIDON. carm. 23, 302 mimos, schoenobatas . . . iocos, -en, rudentem . . . explicare. epist. 9, 13, 5 vers. 69 thymelen -enque doctas . . . citharistrias.

1. *palea, -ae *f.* [*formationis parum perspicuae; voces plus minusve similes eadem fere notione praeditae in linguis cognatis inveniuntur. Sch.*] *de origine*: VARRO rust. 1, 50, 3 (*inde* capp.) *in area stramentum* discedit in aperto loco palam, a quo potest nominata esse -a. ISID. orig. 17, 3, 19 -a a quibusdam vocari dicitur, quod pala ventiletur . . .; gentiles autem -am a quadam Pale frugum inventrice nominaverunt *eqs.* *scrib.* pall- *hic illic in codd.*, palia GREG. TVR. Franc. 7, 14 p. 336, 16 (*var. l.*). *de numero*: PROB. app. gramm. IV 195, 30 *inter pluralia tantum*. SERV. georg. 1, 192 notandum -am dictam numero singulari contra artem (*sim.* FRG. Bob. gramm. VII 544, 21). *exstat plur. inde a* CATONE (*sexies*), LVCIL. (*semel*), *sing. inde a* CIC. (*3/plur. 2*), VARRONE (*8/4*), VERG. (*2/1*); *praevalet plur. maxime apud* COLVM. (*3/46*), PALLAD. (*4/23*), VVLG. (*—/19*), *sing. praeferunt imprimis* VARRO (*v. supra*), PLIN. nat. (*21/11*), CHIRON (*4/2, apud* VEG. mulom. *resp. plur.*), AVG. (*uterque numerus persaepe, sed sing. longe praevalere vid.*). *in versionibus saepe plur. pro sing. graeco ponitur, e. g.* Matth. 3, 12 = Luc. 3, 17 triticum . . . -as (*omnes codd. excepto* d Luc. 3, 17 -am; *gr.* σῖτον . . . ἄχυρον). EDICT. imp. Diocl. 17, 7. *variant sing. et plur. e. g.* CIC. fin. 4, 76 (*cf. etiam* parad. 20). VARRO rust. 1, 50, 2 (*cf.* capp.). COLVM. 2, 10, 14. PLIN. nat. 33, 60 *et* 94. *adhibetur sing. fere collective (nota* AVG. in epist. Ioh. 3, 10 qui -a erant. *sim.* serm. 4, 34. *al., plur. p. 115, 48), cum respectu certarum plantarum e. g.* PLIN. nat. 18, 79. 298. 304. 22, 121, *de tegmine unius grani fortasse p. 114, 54 sq. 68.* *de notione*: PAVL. FEST. p. 187 -is, quas Graeci ἄχυρα vocant (*cf.* EXC. Bob. gramm. I 553, 25 -a: ἄχυρον. GLOSS. -a: ἄχυρον. ἄχυρα. -ae: ἄχυρα). *legitur inde a* CATONE, LVCIL., CIC., VARRONE, *frequentant* COLVM., PLIN. nat., PALLAD., AVG. [*fere i. q. acus: raet. or.* pajola, *centr.* paya, *occ.* pała; *francog. vet. et med.* paille; *i. q. stramentum: val.* paie; *it.* paglia; *sard. centr.* padza, *mer.* palla; *raet. or.* paye; *francog.* paille; *prov. vet.* palha, *var. dial. francoprov., prov., vasc.*; *cat.* palla; *hisp.* paja; *port.* palha. *cf. M.-L. 6161. Battisti-Alessio IV 2721. Wagner II 237. Wartburg VII 491 sqq. Corominas III 613. Machado^{2} III 1737. St.*] [*confunditur cum* pala CHIRON 250 OROS. hist. 7, 39, 14, *v. etiam infra sub IIA.*]

I *usu sollemni respicitur pars herbarum, plantarum*: **A** *proprie significantur tamtegmenta granorum (v. maxime p. 114, 45 sqq. 52. 54 sqq. 65.68. 116, 48) quam omnis superior pars culmi exceptis granis, quas notiones distinguere saepe nequimus. plerumque enim cum respectu triturae, ventilationis dicitur de reliquiis minutis spicarum vel culmorum (v. l. 68. p. 113, 19 et cf.* GLOSS.^{L} V Aa P 38 -a: tritura frumenti. *accedit adi.* minuta: PAVL. FEST. p. 10 PLIN. nat. 18, 299 PALLAD. 12, 7, 22 AMM. 23, 4, 5); *culmi longi respiciuntur maxime p. 113, 48. 74; spicis exceptis p. 114, 63. gr. respondet fere* ἄχυρον. *de usu et notione egit Labhardt in: Sache, Ort und Wort, Festschr. J. Jud, 1943, 222 sqq.* *iuxta ponuntur* (*fere distincte*): acus: CATO agr. 37, 2. 54, 2. VARRO rust. 1, 52, 2 a. ac -a. PLIN. nat. 18, 99; *cf.* PAVL. FEST. p. 9 -ae etiam quaedam de frumento acus dicuntur. *ceterum cf. p. 113, 72. 114, 2.* furfur: COLVM. 8, 6, 1 *et p. 113, 8 sqq.* stramentum: CATO agr. 37, 2. VARRO rust. 1, 13, 4 s. ac -a. COLVM. 1, 6, 22 s. aut -is (PELAGON. 363). PLIN. nat. 10, 94 -a et s. 15, 59 s. solidis -isve. 18, 79. 297 e stramento -am quaerunt. PALLAD. 3, 25, 17. 4, 10, 18 in . . . s. minutis vel in -is. *variat ut syn.* SVLP. SEV. epist. 1, 11 (*cf. iam* COLVM. 8, 5, 3). *distinguuntur*: arista: PLIN. nat. 18, 298 RVFIN. Orig. in lev. 16, 5 p. 499, 17. AVG. in psalm. 47, 11 (a. *pars est* -ae, *ut fortasse etiam* CONSVLT. Zacch. 1, 23 p. 29, 18. *ratione inversa fortasse p. 115, 12*). ANON. in I Cor. (ed. Frede) 81^{A} culmos, aristas et -as. culmus: VERG. georg. 1, 192 PLIN. nat. 18, 300 ANON. *supra*. stipula: PLIN. nat. 18, 80. 298 CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 74, 10. *stipulae minuuntur in -as* HIER. in Is. 25, 9—12 l. 26 in Ier. 23, 28/29 p. 287, 13. *distinctione incerta* RVFIN. Basil. hom. 2, 4 p. 1738^{B} VEREC. in cant. 1, 8 D. *opponuntur*: frumentum: COLVM. 2, 20, 5 IREN. 4, 4, 3 (4, 7 H.). 5, 28, 4 ZENO 2, 45 (1, 33, 3 L.). *al.*, granum: CIC. Verr. II 3, 114 COLVM. 2, 9, 15 PLIN. nat. 18, 80 AVG. in epist. Ioh. 3, 10. *al.*, triticum: ITALA *p. 114, 79. 83.* CYPR. unit. eccl. 9 HIL. in psalm. 131, 11. *et saepe.* *pertinet maxime ad frumentum, hordeum sim., sed etiam ad fabam aliaque legumina; genus determinatur per adi.* CATO agr. 54, 2 triticeas et hordeaceas, *gen.* COLVM. 7, 4, 2 leguminum. 11, 2, 50 eius *fabae* (PALLAD. 4, 8, 1). PLIN. nat. 22, 121 tritici vel hordei (PALLAD. 12, 7, 22. *al.*), *praepos.* ex COLVM. 6, 3, 3 ex milio . . . ex hordeo . . . ex tritico. 7, 3, 22 ex leguminibus. 11, 2, 100 ex ervo.

1 *exempla usus -arum illustrantia*: **a** *-a alimentum, nutrimentum est*: **α** *plantarum*: CATO agr. 33, 3 in vinea vetere . . . circum capita addito stercus, -as *eqs.* 37, 2 stercus unde facias: stramenta, lupinum, -as, fabalia, acus, frondem. COLVM. 1, 6, 22. 11, 3, 62

[Hodges]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rapae semina Hyginus putat . . . -is inspargi debere (*in eadem re*: PLIN. nat. 18, 131 PALLAD. 9, 5, 2). arb. 10, 5 stercore vel -a conspargito solum. PLIN. nat. 19, 83 *raphanus* fimum odit, -a contentus. 19, 84 *si terrae* caverna -ā insternatur. PALLAD. 1, 36, 2 radicibus virgultorum prosunt laetamen et -ae. 4, 8, 1 -as fabae . . . adfundunt *oleis*. *β animalium*: CATO agr. 54, 2 ('bubus pabulum') -as triticeas et hordeaceas. VARRO rust. 2, 2, 19 *ovibus* -a, vinacea, furfures obiciuntur (CIL IV 4000 *v. infra*. PALLAD. vet. med. 39, 1 cretam -am cum f. triticeis. PELAGON. 442 CHIRON 250. *al.*). 2, 5, 12 tauros . . . herba et -a ac faeno facio pleniores (2, 8, 2 -is, f., hordeo. COLVM. 1, 6, 9 frumenta, f., frondes, -ae ceteraque pabula. 11, 2, 100. PLIN. nat. 18, 297. 18, 299 -a plures gentium pro faeno utuntur. CIL IV 4000 [*in laterculo*] -a *tot*, f. *tot*, . . . furfure *tot. al.*). COLVM. 2, 10, 35 *cicera* mixta -is succretis (6, 3, 4 *ervum. ibid.* vinacia . . . cum -is. *cf.* 5, 12, 4 *cytisum* -is permisceto [6, 3, 8 *ervum.* arb. 28, 4]. 11, 2, 83 glans . . . -is immiscenda est [*sim.* 11, 2, 101]). 6, 3, 3 minus commode tuemur armenta -is *eqs.* 7, 1, 1 -is . . . gliscit *asellus. al.* PLIN. nat. 18, 99 acus vocatur, cum per se pisitur spica tantum . . ., si vero in area teritur cum stipula, -a, in maiore terrarum parte ad pabula iumentorum. 18, 300. APVL. met. 9, 13, 2 circa praesepium capita demersi *asini* contruncabant moles -arum. TERT. anim. 32, 6. ITALA Is. 11, 7 (Iren. 5, 33, 4, *cf.* VVLG.) et leo et bos manducabunt -as (*sim.* 65, 25 [*ibid.*]. *explicat* PS. AMBR. serm. Sess. 3, 10 p. 138[B] id est aridas escas. *ceterum cf. e. g.* HIER. *ad l.* RVFIN. Orig. in gen. 2, 5 p. 36, 10). NEMES. cyn. 293 hordea . . . -asque leves praebere *equis* (CAPITOL. Gord. 28, 2. HIER. vita Hilar. 5 [*ad corpus libidinosum*] aselle, faciam ut non calcitres: nec te hordeo alam, sed -is. ITIN. Anton. Plac. rec. A 40). *al.* *γ hominum* (*v. et l. 60. p. 114, 53*): HEGES. 5, 39, 2 p. 381, 24 vetustae quoque -ae . . . requirebantur *ab esurientibus* (*gr. Ios. bell. Iud. 6, 198* χόρτον . . . σπαράγματα). 5, 40, 1 p. 382, 7 asperiora -arum vel coriorum dura.

b *-a ad aedificandum adhibetur*: *α ratione varia*: CATO agr. 14, 3 *ad villam aedificandam* dominus praebebit . . . -as, terram unde lutum fiat. 92 *ad granarium oblinendum* lutum de amurca facito, -arum paulum addito (*item adhibetur ad parietes linendos, tectoria sim.*: 128 *terrae* amurcam infundito, -as indito. VITR. 2, 4, 3 calx -a commixta. COLVM. 1, 6, 14 [*inde* PALLAD. 1, 19, 2]. 2, 19, 1 area . . . permixtis -is cum amurga *paratur* [*in eadem re ibidem iterum et* PALLAD. 7, 1]. PETRON. 135, 8 vers. 8 paries . . . -a satiatus inani. VVLG. Ezech. 13, 10 luto absque -is [*cf.* HIER. *ad l.*]). VITR. 2, 1, 5 sine tegulis, subacta cum -is terra, tecta. 7, 1, 2 *in ruderatione* coaxationibus factis, si erit, filix, si non, -a substernatur, *ne lignum calce corrumpatur* (*inde* CET. FAV. 19. *in eadem re*: PLIN. nat. 36, 187 PALLAD. 1, 9, 3. 6, 11, 1). PLIN. nat. 10, 94 -a et stramento rostrum eius *insulae* firmantes *hirundines* (*item de avibus*: EVSTATH. Basil. hex. 8, 5, 11 in fabricando nido -as . . . conportat *hirundo* [*gr. p. 176*[D] τὰ . . . κάρφη, *Ambr. hex. 5, 17, 56* festucas]). VITAE patr. Iurens. 57 M. *rivi alveus inaltatur* implexis viminibus, -arum quoque ac lapidum admixtione permixta (*postea*: stramenta). *β in lateribus conficiendis*: LVCIL. 325 latere⟨m⟩ qui ducit, habet nihil amplius . . . quam commune lutum a -is cenoque aceratum (cenumque aceroso *trad.*, ac -as caenumque aceratum *editores plerique. cf.* PAVL. FEST. p. 20 aceratum lutum cum -is mixtum [*item* p. 187 *et* NON. p. 445, 20 *qui pergit* ut laterariis usus est]). VITR. 2, 3, 1 -ae . . . in his (*sc. lateribus harenosis sim.*) non cohaerescunt. ITALA exod. 5, 7–18 (Lugd., *cf.* VVLG.) iam non adponetis dare -am populo in latere . . .; ipsi . . . colligant sibi -as (stipulam *Vulg.*) . . .; (12) colligere stipulam ad -as *eqs.* (VVLG. ad colligendas -as. *huc spectant*: HIER. epist. 18 A, 2, 2 ex luti et lateris -arumque opere. 22, 24, 3 -as et lateres Aegypti. PRVD. ham. 465 limo et -is servire. *al.*, *de victu* vili . . . et -is simili *intellegit* RVFIN. Orig. in exod. 3, 3 p. 169, 2). PALLAD. 6, 12 terra creta diligenter et . . . purgata mixta cum -is diu macerabitur *eqs.*

c *-a stramento vel tegmento est*: *α substernitur animantibus* (*maxime animalibus*): VARRO rust. 1, 13, 4 cohors . . . crebro operta stramentis ac -a occulcata pedibus pecudum. 3, 10, 3 *anserum haras* substernendum -a (COLVM. 6, 30, 1 -ae . . . equis . . . substernendae. 8, 5, 11. 8, 7, 2 substernantur . . . mundissimae -ae. VEG. mulom. 2, 9, 4). 3, 10, 4 *anseres* molle habeant substramen e -a (*inde* COLVM. 8, 14, 9). HOR. sat. 2, 6, 88 (*mus in fabula*) pater ipse domus -a porrectus in horna. COLVM. 6, 30, 2 *in stabulis* emundata . . . humus et -ae superiactae. 8, 5, 3 mundissimis -is constrata cubilia *avium* (*sec. Varronem rust. 3, 9, 8* acus substernendum). PETRON. 33, 4. PELAGON. 363 ut -is aut straminibus stabula consternantur. SVLP. SEV. epist. 1, 11 (*bis de cubili hominis* [*syn.* stramentum]. *item*: VEN. FORT. Mart. 3, 277 [*276* stramina lecti]. VITAE patr. Iurens. 127 M. -is . . . lectuli . . . vili . . . sagello constrictis). *β ad res conservandas adhibetur* (*cf. supra l. 42*): VARRO rust. 1, 57, 2 *granariorum* solum -is substernunt (*in eadem re*: PLIN. nat. 18, 306 -a substernantur *scrobes*). 1, 59, 1 *poma* supra -as posita servari (*in eadem re*: 1, 59, 3 substrata -a vel etiam floccis [PLIN. nat. 15, 59 stramentis solidis -isve. PALLAD. 3, 25, 17]. AVG. *infra*). SEN. nat. 4, 13, 9 -is, quibus custodiunt *glaciem transportandam* (*cf.* AVG. civ. 21, 4 p. 492, 15 D. quis -ae dedit vel tam frigidam vim, ut obrutas nives servet, vel tam fervidam, ut poma inmatura maturet? [*sim.* 21, 7 p. 502, 16]). COLVM. 8, 6, 1 si -is obruas *ova* ([*ad rem cf. l. 6. 7 et Varro rust. 3, 9, 12* condunt in . . . acus]. *ibid.* -is ac furfuribus. 12, 44, 1 labra -is siccis. PALLAD. 2, 15, 19 *nuces* vel -is . . . vel harena vel foliis. *al.; cf.* 3, 25, 9 pira obruta inter -as *servare*). 12, 44, 1 *ad uvas custodiendas* labellum . . . inpleto -is quam siccissimis cribratis. PLIN. nat. 10, 154 ut ova . . . inposita -is igne modico foverentur. 10, 167 *ova* servari . . . hieme in -is (19, 106 *cepas.* 23, 11 *uvas.* PALLAD. 4, 10, 18 *citrea* in . . . straminibus minutis vel in -is tecta. *abl. nudo, si recte trad.*: PLIN. nat. 19, 115 alium -a servari). PALLAD. 3, 25, 26 *cydonea* -is separata demergunt. 12, 6 -is condita alia.

d *varia*: VITR. 10, 14, 3 coriis . . . consutis fartis alga aut -is in aceto maceratis circa tegatur machina (*in re simili*: AMM. 23, 4, 5 cilicium -is confertum minutis. HEGES. 3, 11, 2 saccos -is repletos. *ad saccos -ae cf.* FRONTIN. strat. 3, 2, 8 iumenta saccis frumentariis -a refertis onusta. PALLAD. hist. mon. I 7 p. 277[C] *latrones* correptos . . . velut saccum . . . -arum impositos dorso suo [*cf.* II 14 p. 368[D] zabernam de -is]). COLVM. arb. 13 -arum acervos . . . verno tempore . . . habeto in vinea[m] (*sc. ut comburantur frigore; in re simili*: PLIN. nat. 18, 293 PALLAD. 1, 35, 1). PLIN. nat. 22, 121 (*cf.* 1, 22, 57) -am . . . tritici vel hordei calidam inponi ramicum incommodis (*item adhibetur in medicina*: PALLAD. vet. med. 43, 1 ad tussim boum: -arum mollia purgata. CHIRON 489 crassamina -arum . . . infunde. MARCELL. med. 8, 193 varum . . . -a ures). 33, 60 *aurum* prunae . . . indomitum -a citissime ardescere (*in eadem re*: 33, 94 funditur . . . -is aurum [*sed 18, 99* acus]. MACR. Sat. 7, 16, 23. *in allegoriis christ.*: IREN. 5, 29, 1 infideles in tantum utiles . . . iustis, quantum utilitatis praestat . . . -a . . . in ustionem, ad operationem auri. AVG. in psalm. 61, 11 fornax ista [*sc. tribulatio sim.*] . . .; in fornace ardet -a et purgatur aurum. serm. 62, 7, 12. *al.* GREG. M. moral. 2, 88. *al.*). PALLAD. 1, 35, 10 *fumus -ae talpas fugat*. *al.*

2 *exempla ad trituram, ventilationem spectantia* (*v. et sub B et C*): VARRO rust. 1, 52, 2 ut quod levissimum est in eo atque appellatur acus ⌊ac -a⌋ (*om. codd., praebet Non. p. 19, 29*) evannatur foras extra aream (*aliter* COLVM. 2, 10, 14 ex eo *acervo fabarum* ventilabris per longius spatium iactetur; quo pacto -a . . . citra decidet; faba *eqs.*). VERG. georg. 1, 192 nequiquam pinguis -ā teret area culmos. 3, 134 ad Zephyrum -ae iactantur inanes. COLVM. 2, 20, 5 vento separantur *-ae et frumenta*. 11, 3, 9 ne . . . per trituram venti possint -as . . . in eum *hortum* perferre (*inde* PALLAD. 1, 34, 1). 11, 3, 62 post trituram iacentibus adhuc in area -is. PLIN. nat. 18, 99 *v. sub 1aβ*. CHALC. comm. 353 quae messa erunt secernuntur, grana quidem seorsum motu et agitatione, -ae vero aliorsum ex iactatione. HIER. in Is. 25, 9–12 l. 26 carpenta ferrata . . ., quae stipulam conterunt et comminuunt in -as. AVG. divers. quaest. 27 tribula et -as concidit et frumenta -is exuit. vera relig. 6, 10 quibus *-is* in area frumenta tutiora sunt, donec talibus tegminibus exuantur (*cf.* PRIMAS. in apoc. p. 912[C] triturā exuta -is frumenta). APON. 8 p. 158 *cribro* frumenta in area a -is expurgantur. COD. Iust. 3, 34, 14, 1. *al.*

3 *exempla varia* (*selecta inde a* PLIN.): CIC. Verr. II 3, 114 *cum aratoribus* multis . . . non modo granum nullum, sed ne -ae quidem . . . relinquerentur. VERG. georg. 1, 368 (*inter signa pluviae*) videbis . . . levem -am . . . volitare. OV. medic. 54 hordea . . . exue de -a tegminibusque suis. PAVL. FEST. p. 187 et frumentum et panis non sine -is acerosus dicitur. COLVM. 2, 9, 15 nulla vestitum -a granum *hordei* (*de eodem*: PLIN. nat. 18, 80 fragili . . . stipula et tenuissima -a granum continetur. 18, 304 tenuior hordeo -a, exilis et legumini). 2, 10, 9 exiguas -as nec multam siliquam facit *faba trimestris*. 11, 2, 50 -as eius *fabae* diligenter recondere (*ibid.* -as . . . omnis. *cf.* PALLAD. 1, 32 -arum . . . repositiones). PLIN. nat. 18, 298 far, quia difficulter excutitur, convenit cum -a sua condi. 37, 37 quia folia -asque et vestium fimbrias rapiat *sucinum* (*sim.* 37, 48 [*inde* SOL. 20, 13]. 37, 103 [*de gemma quadam. inde* SOL. 52, 58 -arum cassa]. PRISC. perihеg. 284). PALLAD. 7, 2, 4 *messe machina facta* omnis spica in carpentum . . . cumulatur abruptis ac relictis -is. AVG. in psalm. 25 serm. 2, 5 grana . . . inter -as iam se non tangunt *eqs.* (*sim.* serm. 5, 3). CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 74, 10 (*describitur triticum*) calamos stipularum, spicarum hispida, levia -arum, pinguia frugum. OP. imperf. in Matth. 3 p. 655 granum tritici, inclusum in -a. *al.*

B *tropice, in comparatione vel similitudine sim.* (*sc. -a est exemplum rei levis, vilis, inutilis, inflammabilis sim.; v. etiam l. 25. p. 113, 27*): CIC. parad. 20 auri navem evertat gubernator an -ae, . . . in gubernatoris inscitia nihil interest (*in eodem exemplo*: fin. 4, 76 [*ter*]. *ceterum opp.* aurum *sim.*: RVFIN. Basil. hom. 2, 4 p. 1738[B] ne stipulam vel -as, sed argentum et aurum et lapides strue pretiosos. AVG. bon. coniug. 4, 4 p. 192, 5. civ. 1, 8 p. 13, 28 D. sub uno igne aurum rutilat, -a fumat. serm. 15, 5 auri mica in magna -a. MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p. 405/6. *cf. l. 28 sq. nec non 80*). ITALA Iob 21, 18 (Ambr. Iob 2, 5, 18, *sim.* VVLG.) erunt sicut -ae a vento. Ier. 23, 28 (Cypr. epist. 63, 18, *sim.* VVLG.) quid est -is ad triticum? Dan. 2, 35 (Cypr. testim. 2, 17. *al.*) aeramentum et argentum et aurum facta sunt minuta quasi -a aut pulvis in area (*Vulg.* favillam. *sim.* VVLG. Iob 41, 18). Matth. 3, 12 = Luc. 3, 17 (cod. b *al.*, *sim.* VVLG.) congregabit triticum in horreo suo, -as autem comburet (*inde e. g.* IREN. 1, 3, 5 [1, 1, 6 H.]. CYPR. epist. 59, 7 p. 675, 1 quos videmus non frumenti

[*Hodges*]

stabilitate solidari, sed tamquam -as dissipantis inimici spiritu ventilari. IVVENC. 1, 345 AMBR. Iob 2, 5, 18. AVG. doctr. christ. 3, 37, 55 donec . . . a frumento -a ventilabro ultimo separetur. *et saepe, v. etiam sub C1*). CYPR. mortal. 12 ventos grana fortia . . . contemnunt, inanes -ae flatu portante rapiuntur (*sim.* unit. eccl. 9). HIL. c. Const. 20 o fallax blandimentum tuum! -is enim aquas tegis et foveas caespitibus occultas *eqs.* AMBR. in psalm. 43, 41, 2 *Petrus Christum negans* quaedam locutus est quasi plena -arum (*cf. l. 44 nec non 56*). HIER. in Ier. 23, 28 p. 287, 12 doctrina perversa -is conparatur. VVLG. Is. 25, 10 triturabitur Moab . . . sicuti teruntur -ae in plaustro. RVFIN. Orig. in gen. 12, 5 p. 111, 25 littera legis velut -a hordei eius *secernitur* (*cf.* GREG. M. moral. 16, 66 tegmen litterae quasi aristarum -as subtrahimus). Orig. in lev. 16, 5 p. 499, 17 si quid . . . inane et superfluum, si quid -ae simile fuerit aut aristis. AVG. epist. 53, 3, 6 malis Christianis tamquam -ae suae vel zizaniis permixti sunt *boni.* serm. 5, 1 haereses et . . . schismata, quae . . . comparantur . . . -is *eqs.* EVAGR. sent. mon. 10 (Leclercq, Scriptorium V 2, 1951 p. 205) qui obligat memoriam malitiae in anima sua similis est abscondenti ignem in -is. *et saepius.*

C *translate de hominibus vel rebus incorp. levibus, vilibus, improbis sim.*: 1 *usu christiano* (*pleraque pendent ex p. 114, 79. 83*): **a** *accedit gen.* (*adi. l. 28. 29. 36*): α *explicat.*: TERT. fug. 1, 4 pala illa . . . discernens frumentum martyrum et -as negatorum. praescr. 3 l. 24 avolent -ae levis fidei adflatu temptationum. ZENO 2, 45 (1, 33, 3 L.) peccatorum -is limpidatus *populus* (HIER. in Ier. 23, 28 p. 288, 1 GREG. M. moral. 19, 16). HIER. in Ier. 23, 28 p. 287, 7 quid sibi volunt hereticorum -ae ad triticum ecclesiae? (p. 287, 24. *cf.* AVG. c. Cresc. 3, 67, 77 in -is haereticis). AVG. serm. 271 a carnali -a corda mundabat *spiritus sanctus.* PETR. CHRYS. serm. 103 p. 489[A] depositis in morte vetustatis -is. GREG. M. moral. 3, 59 vitiorum (*opp.* virtutum grana). LAVRENT. paen. p. 93[B] peccata . . ., quasi pestilentiae -as. β *possess.*: AVG. catech. rud. 7, 2 areae dominicae -as, *sc. Christianos improbos* (in psalm. 21 serm. 2, 1 tota -a a. ipsius irridet *Christum*). 27, 9 ipsius ecclesiae -as (c. Cresc. 3, 35, 39 p. 447, 5 zizania vel -a). epist. 53, 3, 6 messis dominicae. util. ieiun. 8, 10 quidquid fecit *hostis,* de -a dominica fecit.

b *cetera exempla* (*notabiliora selecta*): IREN. 4, 4, 3 (4, 7 H.) homo . . . ipse sibi causa est ut aliquando quidem frumentum, aliquando autem -a fiat. 5, 28, 4 -is . . . abiectis, quae sunt apostasia. CYPR. epist. 66, 8 p. 732, 16 solae possint -ae de ecclesia separari. HIL. in Matth. 2, 4 -as . . ., inutilium atque infructuosorum hominum inanitatem. AMBR. in psalm. 43, 41, 1 homo nisi temptationibus fuerit ventilatus, fragilia quaeque vel (veluti *var. l.*) -as a se non potest separare. 43, 41, 2 *Petrus* flevit et -as suas lavit (*cf. l. 8*). HIER. hom. Orig. in Luc. 26 p. 155, 12 non tentatio te vertit in -as, sed cum esses -a, levis videlicet et incredulus *eqs.* AVG. in epist. Ioh. 3, 9 si amas . . . peccata tua, . . . -a es. 3, 10 qui -a erant, audiant, et grana fiant (*cf.* serm. 223, 2 audite me, grana; . . . audite me, -ae; quamvis, si auditis, -ae non eritis). in euang. Ioh. 28, 11 quemadmodum blasphemetur *Christus* a -a. in Matth. 11, 1 qui in eadem fide mali sunt, -a potius quam zizania deputentur *eqs.* serm. 4, 34 qui . . . amant honores suos in ecclesia, . . . -a sunt. *ibid.* grana . . . tolerant -am. EVCHER. form. 3 p. 16, 1 -ae: peccatores. *al., maxime apud* AVG.

2 *usu vario*: PS. VARRO sent. 20 amici divitum -ae sunt circa grana. ENNOD. opusc. 2, 118 p. 323, 22 elocutio ventosa . . ., quae in -arum abundantia nihil est horreis inlatura de tritico *eqs.* (*cf. l. 8*).

II *per similitudinem transfertur ad alias res corporeas:* ? **A** *de parte anuli, i. q.* σφενδόνη (*vulgo editur et intellegitur* pala, *sed nobis hic usus facilius e voce q. e.* -a [*sc. ex imagine rei includentis, v. p. 112, 45*] *explicari posse videtur; tamen concedendum est sermonis fabrorum proprietates non semper perspicuas esse, ceterum variatio codd. confusionem quandam harum vocum testatur*): CIC. off. 3, 38 cum -am eius anuli ad palmam converterat *Gyges* (palam *codd. plerique*; -am *praebent duo e recc. et testantur* SERV. auct. georg. 3, 53 ea pars anuli, quae gemmam cohibet, propter similitudinem -a dicitur [*affertur* CIC.; *sim.* GLOSS.[L] I Ansil. PA 149] *nec non* AMBR. off. 3, 5, 30. *cf. Plato rep. 359*[e] τὴν σφενδόνην). APVL. flor. 9, 21 *Hippias* eius anuli et orbiculum circulaverat et -am (paliē *fere trad.*) clauserat et gemmam insculpserat. pala *fortasse intellexit* (*sec. codd. Cic.?*): GRAMM. suppl. 186, 5 anuli pala pars est illa, qua prae latitudine sui sigillum solet inprimi vel sigilli gemma seu lapis inseri vel indi. *ceterum fortasse huc referendum* GLOSS.[L] II Philox. PA 44 (*sim.* 61) pale[t]a: σφενδόνη δακτυλίου. **B** *de ramentis quibusdam, quae fiunt in aere coquendo*: PLIN. nat. 34, 134 in aerariis officinis et smegma fit iam liquato aere ac percocto additis etiamnum carbonibus . . ., ac repente vehementiore flatu exspuitur aeris -a quaedam.

deriv.: palealis, palearis, 1. palearium, palearius, paleaster, paleatus.

compos.: *cf.* saccupale (*cf. p. 114, 13 sq. 116, 53 et André, Lex. des termes de botan. s. v.*).

2. palea, -ae *f.* [*sunt qui idem esse ac* 1. palea *putent; non desunt in linguis cognatis voces, quae partes quasdam membranaceas significent. Sch.*] *de notione*: SERV. georg. 3, 53 'palearia' autem sunt pelles dependentes ex gutture (*addit* SERV. auct.: unde et -ae, quae collum amplectuntur. *sim.* GLOSS.[L] I Ansil. PA 149). *i. q. cutis, pellis quaedam dependens e gutture*: 1 *galli*: VARRO rust. 3, 9, 5 si sunt *galli* . . . -a rubra subalbicanti (*inde* COLVM. 8, 2, 9 -ae ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent). 2 *bovis*: VARRO rust. 2, 5, 8 *pecudes sint* a collo ⌊-a demissa, corpore bene costato⌋ *eqs.* (⌊⌋ corpore apoleo d. b. costatos *fere trad., em. Keil*; palearibus demissis *Iucundus ex Colum. l. 35*).

deriv.: palear(ia).

paleālis, -e. *a* 1. palea, *cf.* palearis. [*e coni.* PLIN. nat. 26, 56 epithymum . . . tenue, similitudine -i (*sic Fournier, Rev. Phil. 27, 1953, 128*; pallioli *trad.*).] *i. q. ad paleam pertinens*: CAEL. AVR. acut. 2, 37, 209 -es uvas vel pensiles (3, 21, 204 recentium u. -ium. *ad rem v. p. 114, 5*).

1. palear *v.* palearia. **2. paleār(e)** *v.* 1. palearium.

paleāria, -ium *et inde* palear (SEN.), palearium (GLOSS.) *n.* *a* 2. palea. *de origine*: ISID. orig. 12, 1, 30 *bovis* latitudo pellium a mento ad crura -a dicuntur a pelle ipsa, quasi pellearia; quod est generositatis in bove signum. *scribitur* pall- HIER. (*var. l.*), pelta- *sim.* GLOSS. *sing. non exstat nisi* SEN. Phaedr. 1044 GLOSS. II 268, 26. 457, 47. *de notione*: ISID. *v. supra.* (*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PA 132. 149). GLOSS. II 268, 26 δέρμα τὸ ὑποκάτω τῶν τραχήλων τῶν βοῶν: -um (*sim.* 457, 47). IV 552, 39 -a pellis, quae a mento bovis pendet (*sim.* V 318, 48. 319, 39 GLOSS.[L] I Ansil. PA 130. 131 GLOSS.[L] Corp. P 276). GLOSS.[L] I Ansil. PA 133 guttura pendentia boum. II Philox. PA 54 θλάσμα(?), ἐπιδορατὶς τοῦ τραχήλου βοός (ἐπιδερματὶς *suspicatur Heraeus in exemplari suo*). [*suffixo mutato: aemil.* payól, *sic.* payula. *cf. M.-L. 6162. St.*] [GLOSS.[L] Corp. P 36 -bus *v. sub* pallare.]

i. q. pelles dependentes e gutture (*per synecdochen fere de toto collo l. 38*): 1 *bovis* (*saepe in descriptione*): VERG. georg. 3, 53 optuma . . . forma bovis, cui . . . crurum tenus a mento -a pendent ([*sec. Varronem supra l. 5. explicant* SERV. *p. 115, 83 et* GLOSS. *supra*]. Ov. met. 2, 854 *tauro Europae* armis -a pendent. *cf.* 7, 117 pendula). SEN. Phaedr. 1044 musco . . . pectus ac -r viret *tauro e mari emergenti.* COLVM. 6, 1, 3 parandi sunt boves . . . -bus amplis et paene ad genua promissis (*inde* PALLAD. 4, 11, 2 largis). 6, 21, 1 vaccae . . . probantur . . . -bus . . . amplissimis (*inde* PALLAD. 4, 11, 5 maximis). CALP. ecl. 3, 17 *ruminans* taurus . . . matutinas revocat -bus herbas. 7, 63 *in arena* vidimus et tauros, quibus . . . rigent -a saetis. PLIN. nat. 8, 179 *bubus* Syriacis non sunt -a. VAL. FL. 4, 406 summā -a sustinet undā *Io mare ingrediens.* STAT. Theb. 3, 332 taurus bellator . . ., cui colla . . . sanguine proscissisque natant -bus armi. 2 *hominis* (*iocose*): HIER. epist. 52, 1, 2 (*de se ipso senescente*) arata fronte, ad instar boum pendentibus a mento -bus.

paleāris, -e. *a* 1. palea, *cf.* palealis. *scribitur* pal(l)i- ORIBAS. *infra.* *i. q. ad paleam pertinens, e palea confectus*: 1 *de rebus variis*: AVG. divers. quaest. 61, 1 hordeum areae tritura illo -i tegmine *non* exuitur (*antea*: hordei . . . medulla tenacissima palea tegitur). MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 7, 9 lector post tanti . . . magistri (*sc. Augustini*) tubam nostram etiam -em fistulam non aspernatus adsumere. VEN. FORT. Mart. 3, 284 immanem . . . hostem (*sc. daemonem*) -is arista *e stramento Martini* removit (*antea*: fistuca; *Sulp. Sev. dial. 2, 8, 9* partem straminis). 2 saccus -is *in nomine herbae*: ORIBAS. eup. 2, 1 P 1 Aa paliurus, alii saccu -em (pallirem *Ab*, palia *La*), alii cicer domnicu vocant (*sim.* syn. 2, 51 La p. 117, 21 Mø., *ubi* pal(l)iaris, paliuris *codd.*; *gr. utrobique brevius*).

1. paleārium, -ī (palear(e) GLOSS.) *n.* *a* 1. palea. *scribitur* pali- GLOSS. III 200, 24. *cf.* PROB. app. gramm. IV 198, 7 palearium non paliarium. *forma* -e GLOSS.[L] II Philox. PA 53 -e: ἀχυρών (*cf.* GLOSS. II 519, 54 paleara: chyreon). [paleare *vel* palearium: *it.* pagliaio; *fortasse sard. centr.* padzardzu; *raet. or.* payar; *francog.* pailler; *prov. vet.* palhar, *var. dial. francoprov., prov., vasc.*; *cat.* paller; *hisp.* pajar; *port.* palheiro. *cf. M.-L. 6163. Battisti-Alessio IV 2721. Wagner II 237. Wartburg VII 502 sq. Corominas III 613. Machado[2] III 1737. St.*]

i. q. palearum repositio: COLVM. 1, 6, 9 *villae* pars . . . fructuaria dividitur in . . . faenilia -aque et apothecas et horrea. PALLAD. 1, 32 tit. de fenili, -o, lignario. GLOSS. -um: ἀχυρ(ε)ών. ubi cumula(n)tur paleae (*addas fortasse* GLOSS. III 506, 19 ἀχυρεών: palear(i)um).

2. paleārium *v.* palearia.

paleārius, -ī *m.* *a* 1. palea. *fortasse i. q. venditor paleae*: CIL V suppl. ital. 515 L. Saufeio . . . Parato -o. VIII 421 C. Remmius . . . Felix -us ('*nescio utrum componendus sit cum faenario an signum sit a vocabulo quod est palear derivandum*' *ed.*).

paleaster, -stra, -strum. *a* 1. palea. *i. q. speciem paleae praebens*: GALEN. alfab. ('de spondylio') cod. Paris. f. 25[r] *semen spondylii* candidum et latius et velut -um (*cod. Lucc. f. 104*[v] palidastrum, *ed. Iunt.* piliastrum, *Diosc. 3, 84 p. 412 add. ad l. 10 ex rec. alphab.* paleosum, *Diosc. gr. 3, 76, 1* ἀχυρωδέστερον).

paleātus, -a, -um. *a* 1. palea. [*dub. an huc* GLOSS. V 548, 42 palleata: quod est aperta ('operta?' *Goetz in indice, ut spectet fortasse ad usum similem ac* palealis *l. 12*). *falso traditur pro* pullatus GLOSS.[L] I Ansil. PA 135.] *i. q. palea commixtus*: **1** *adi. in iunctura* lutum -um: COLVM. 5, 6, 13 *arboris praecisae* plagam l.

[Hodges]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-o contegi (*sim. plagae teguntur vel surculi ligantur l. -o*: 5, 11, 6 -o l. bene subacto oblinito [*item* arb. 8, 2. 26, 5. *cf. Cato agr. 40, 4* luto depsto]. PLIN. nat. 17, 112 PALLAD. 4, 1, 2. 4, 8, 2. 12, 7, 5 argilla vel -o l.). 12, 21, 2 *urceus* totus oblinitur l. -o (*sc. musti conservandi causa; similiter*: 12, 44, 1 *labellum* circumlinito l. -o [12, 46, 4 operculum. 12, 44, 7 vasa . . . l. -o multo adoperiri. 12, 46, 2 vascula . . . inlita [PLIN. nat. 15, 65]. *ibid.* crasse linunt *mala conservanda* [12, 47, 6 opercula]). 2 *n. sing. pro subst. de pabulo*: CHIRON 994 vide, ut -um manducet *iumentum elefantiote laborans.* *Hodges.*

palembachus *v.* palimbacchus. **palembolē** *v.* par-.

palēs *cf. Onom. et v. sub* phiale (-a).

palēstr- *v.* palaestr-, **palestrēs** *v.* paluster.

paleta *v. p. 115, 73.* **palēus** *v.* palaios.

palfebr- *v.* palpebr-.

paliambicus, -a, -um. *a* palin *et* iambicus (*cf.* palimbacchius, palintrochaicus). [*falsa var. l. pro* palimbacchium SACERD. gramm. VI 534, 10.] *genus trimetri iambici*: SACERD. gramm. VI 522, 8 de -o (palimbachio *var. l.*) comico trimetro acatalecto: -um (palimbicum *var. l.*, palimbacchicum *Putschius*) comicum trimetrum acatalectum fit hoc modo, primo pede anapaesto, secundo iambo, tertio dactylo, tribus iambis; sed novissima syllaba indifferens.

paliārium *v.* 1. palearium.

[palificātus (*i.* palam factus) *lectio mediaevalis pro* patefactus *in uno cod. saec. XI* GREG. TVR. Franc. 2, 3 p. 43, 4.]

palilīcius *v. Onom.* (Pales).

palillogia, -ae *f.*, παλιλλογία. *scrib. in edd. graecis litteris, quamquam plerique cod. latinas exhibent*; palinl- AQVILA, MART. CAP., EVGRAPH., -ιλο- PS. IVL. RVF. *t. t. rhet. et gramm. i. q. iteratio*: AQVILA rhet. 29 p. 31, 12 -a, iteratio: haec figura, repetito eodem verbo aut nomine, non diversa vult intellegi, sed id quod significatur efficere vehementius . . .; nec solum nomen aut verbum, sed omnis pars orationis iterari ad eundem usum potest (*inde sim.* MART. CAP. 5, 533). EVGRAPH. Ter. Andr. 642 rec. *a* per palinlogiam repetendo (*ex Don. ad 643* repetere). *de certa quadam specie iterationis* (*v. Lausberg, Handb. der lit. Rhet., 1960, 314*): PS. IVL. RVF. schem. lex. 7 p. 50, 1 -*a* est, cum verbum, quod in prima sententia est ultimum, in sequente ⟨est⟩ primum.

palim *v.* palin.

[palimbacchicus *vix recte Putschius pro* paliambicus SACERD. gramm. VI 522, 8, *v. l. 19.*]

***palimbacchīus,** -ī *m.*, παλιμβάκχειος. *scribitur*: palin- PS. CENS. frg. 13, 5 VLT. SYLL. gramm. IV 234, 16. 21. 27. *al.*; -baci- PS. CENS. frg. 14, 11; -bach- PS. CENS. frg. 15 *al.* *t. t. metr., i. q. antibacchius* (— — ◡, *sed cf. l. 48 sqq.*): QVINT. inst. 9, 4, 82 *duabus* longis brevem praecedentibus -us erit (*similiter definitur*: PS. BASS. gramm. VI 307, 13 temporum quinque. MAR. VICTORIN. gramm. VI 207, 25 DIOM. gramm. I 465, 20. *al.*; *definitione inversa*: PS. CENS. frg. 13, 5 ex brevi et duabus longis [*item* DIOM. gramm. I 509, 1]. *confunditur cum bacchio*: PS. IVLIAN. TOL. gramm. V 323, 32 bacchius, qui et -us dictus [*opp.* antibacchius]). SACERD. gramm. VI 499, 7 -us dicitur, quod bacchio contraponitur (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 45, 26 *bacchio* mutato temporum ordine, mensura autem permanente, -us contrarius dabitur sive pompicus. DIOM. gramm. I 479, 20 *bacchio* contrarius est -us, Latius, qui et Saturnius, ultimibrevis, quem quidam propompicon . . . vocant. ISID. orig. 1, 17, 12 antibacchius vel -us dictus, quia iteratus a bacchio est. *sim. al.*). PROB. cath. gramm. IV 43, 20 sq. (*interpolatum*) quarta *compositio* ex -o et spondeo, *eqs.* (*Probus ipse antea*: bacchius a brevi *et* b. a longa. *item de clausulis*: DIOM. gramm. I 469, 33. 470, 12 FRG. Bob. gramm. VI 627, 5. 8. 19). FORTVN. gramm. VI 292, 28 de anapaestico nasci logaoedicum metrum videmus, si metrum anapaesticum -o concluseris. MAR. VICTORIN. gramm. VI 207, 18 -us sive antibacchius sive pompicus (CLEDON. gramm. V 30, 29. 32, 32. *sed opp. l. 50; de pompico v. etiam l. 53. 55*). DIOM. gramm. I 432, 20 -us . . . in paenultima circumflexum *habet* (*item de accento*: I 432, 22. 24 CLEDON. gramm. V 32, 32. 33, 5). SERV. gramm. IV 462, 12 archebulium constat dimetro acatalecto et -o. *al.*

deriv.: palimbacchus.

palimbacchus, -ī *m.* *a* palimbacchius *sec.* antibacchus *formatum.* NOT. Tir. 114, 62 palembachus. [*in var. l. pro* -bacchio SERV. gramm. IV 462, 12.] *i. q. palimbacchius*: CARM. gramm. VI 646, 9 -um tenet . . . 'natura' notatum (-bachium *trad.*, *metro invito*).

palimpissa, -ae *f.*, παλίμπισσα. *i. q. pix iterum decocta*: PLIN. nat. 24, 40 *liquidam picem oleumque* quidam iterum decocunt et vocant -am (*cf.* 1, 24, 24; *gr. Diosc. 1, 72, 5*).

palimpsēstus, -ī *m.*, παλίμψηστος. *charta vel membrana iterum inscripta*: CIC. fam. 7, 18, 2 (*in sententia iocosa*) quod in -o *scripsisti*, laudo equidem parsimoniam *tuam.* CATVLL. 22, 5 *decem milia versuum* perscripta, nec . . . in -on (palmisepto *trad.*) relata; cartae regiae *eqs.*

palin *adv.*, πάλιν. *scribitur* -m CIL, *graecis litteris ed.* DIOM. *de notione*: DIOM. gramm. I 479, 23 apud Graecos . . . *ν* contrarium significat. GLOSS. V 381, 13 -n: iteratum (*item* GLOSS.^L Corp. P 72. 111). *i. q. iterum*: CIL IV 4603 Romanus olim -m aurum pro ferrum dedicat (*cf. Väänänen, Latin vulg. inscr. Pomp.*³ *1966, 108;* -m *numeros excedere monet Engström, Carm. lat. epigr. 10, senarium agnoscens*).

compos.: paliambicus, palintrochaicus.

palinbacchius *v.* palim-.

palindicion (*fort.* -ia, -ian, *i. gr.* παλινδικία): iteratum iudicium GLOSS.^L Corp. P 151 (*trad.* palen-).

palindromos *adi.*, παλίνδρομος. *in arte medica, i. q. inaequalis, sc. de pulsu intercapedinato*: PS. SORAN. quaest. med. 184 quid est -os (palindronus *cod.*) pulsus? qui paulatim quidem intantum deducitur, ut intotum non appareat, et post hoc ad directionem suam percurrit, ut ad pristinum statum initii sui perveniat (*inde suppletur* puls. p. 279, 7).

palingenesean: edscaeft (*anglosax.*) GLOSS.^L Corp. P 71 (*sim.* GLOSS. V 381, 12 -eon); *i. gr.* παλιγγενεσία. *ut voce graeca utuntur* CIC. Att. 6, 6, 4. SERV. Aen. 3, 68 (*pars codd. litt. lat.*). SCHOL. Pers. 6, 10 AVG. civ. 22, 28 p. 622, 13 D.

palinlogia *v.* palillogia.

palinōdia, -ae *f.*, παλινῳδία (*quod resp. apud* IREN. *et* CHRYSOST.). *graece* CIC. Att. 2, 9, 1. 4, 5, 1. 7, 7, 1; *etiam ceteri non raro graecis litteris, si edd. fide dignae.* GLOSS.^L Corp. P 112 palenothian: iteratum carmen. [GLOSS. V 574, 57 pantochia -a *duo lemmata sine interpretamentis* (*cf.* pandochium).] *i. q.* παλινῳδία *quae fit*: 1 *retractatione*: IREN. 1, 23, 2 (1, 16, 2 H.) *dicunt Stesichorum, quod Helenam vituperavit, orbatum oculis* post deinde paenitentem et scribentem eas, quae vocantur -as, in quibus hymnizavit eam, rursus vidisse (*ad rem v. etiam l. 31. 34. 36*). PORPH. Hor. carm. 1, 16 hac ode -*av* repromittit ei, in quam probrosum carmen scripserat (*cf.* TITVLVS Hor. carm. 1, 16 rec. *Ψ* -a Gratidiae vel Tyndaridi[s]). epod. 17, 42 *Stesichorum* -am fecisse, id est contrario carmine eam laudasse. AMBR. in Luc. 3, 37 quasi -am (*var. l.* psalmodiam) . . . canendam (HIER. epist. 102, 1, 1 -*av* . . . canam et imiter Stesichorum. AVG. epist. 40, 7 -*av*, ut dicitur, cane. MACR. Sat. 7, 5, 4 CHRYSOST. hom. V 750^D; *v. Otto, Sprichw. n. 1323. cf.* HIER. adv. Rufin. 1, 10 -am Stesichori more cantato). HIER. epist. 105, 4, 2 *si* ad -*av* provoces et oculos mihi reddas. 2 *cantione saepe iterata* (*cf. l. 23*): AMM. 18, 5, 4 Palatina cohors -am in exitium concinens nostrum.

palintrochaicus, -a, -um. *a* palin *et* trochaicus (*cf.* paliambicus, palimbacchius). *genus trimetri trochaici*: SACERD. gramm. VI 530, 2 sq. de trimetro brachycatalecto coluro chorio -o: trimetrum brachycatalectum colurum chorium -um (par- *cod. B*) fit, cum quinque pedes trochaici metri ponantur.

? **1. paliōris,** *gr.* παλιουρίς (*vox alibi non inventa*). *nomen herbae*: GLOSS. III 594, 23 -is: ruta (paliurus: zura *suspicatur André in plagulis, cf. l. 71*).

2. paliōris *v.* paliurus.

? **paliotracia:** aristolochia longa GLOSS. III 572, 41 (III 542, 10 *scrib.* panodracia [pancratia *suspicatur André, Lex. des termes de botan. 234*]). *nomen herbae* (*orig. inc.*).

†palisi *in loco desperato* FEST. p. 213 (*agit de s pro r posita*; Papisi *coni. Ant. Augustinus, coll. Paul. Fest. p. 23*).

? **pālitor,** -āri. *a* palari. *i. q. vagari* (*part. praes.*): PLAVT. Bacch. 1123 pastor harum *ovium* dormit, quom haec eunt a pecu -antes (*Camerarius, Ernout, Lodge, cf. 1136;* bal- *trad., Leo, Lindsay, Questa, v. etiam vol. II 1699, 28*).

paliūreus, -a, -um. *a* paliurus. *i. q. paliuris ornatus*: FVLG. myth. 1 praef. p. 6, 15 *dum* -a prata incedenti premerem planta.

***paliūrus,** -ī *f.* (*m.*), παλίουρος. *scribitur* pall- VVLG. Is. SEDVL. carm. pasch. ISID. *al.*, pul- ORIBAS. syn. 9, 24, 3 Aa, -lur- SEDVL. carm. pasch. *al.*, -lior- SEDVL. carm. pasch. ORIBAS. eup. 4, 53 (4, 52, 5) Ab *al.*, -linor- ORIBAS. syn. 2, 51 La p. 117, 20 Mø.; *similia* GLOSS. *fem. praebet* PLIN. nat. 13, 111, *masc.* SEDVL. op. pasch. 1, 27 (*? neutr.* -um ORIBAS. eup. 2, 1 P 10 La). *nom.* -oris GLOSS. III 594, 24. *al.*, *acc.* -on COLVM. 10, 22, *abl.* -u DIOSC. 1, 102 p. 51, 25 M.; *plur.* IVLIAN. *et* ENNOD. dict. 10, 9 p. 457, 19. *de notione* (*et synonymis*): PLIN. nat. 24, 115 -us . . . spinae genus est; semen eius Afri zuram vocant (*cf.* DIOSC. 1, 102 p. 51, 25 M. de -u id est zura. GLOSS. III 192, 7 zira). SERV. ecl. 5, 39 -us herba asperrima et spinosa ([*item* ISID. orig. 17, 9, 56. *al.*]. *add.* auct.: vel . . . spina alba). ORIBAS. eup. 2, 1 P 1 Aa -us alii saccu palearem (P 10 La sacum palia. *al.*), alii cicer domnicu vocant (GLOSS. III 548, 40. 572, 1. *al.*). GLOSS.^L II Abav. PA 15 cardus, ⟨genus⟩ herbae vel spinae (*item* V Abba PA 18. *al.*). GLOSS. V 128, 29 herba spinosa altero adunco, altero mucrone erecto. GLOSS.^L Corp. P 130 sinfulle (*anglosax.*). *al.* *legitur inde a* VERG.; *attulimus omnia exempla praeter* ORIBAS. *et* GLOSS. [*val.* (*maced.*) palur. *cf. M.-L. 6165. St.*] [*confunditur cum* Palinurus VERG. ecl. 5, 39 (*cod. P*); *cf. l. 64.*]

genus plantarum (*cf. André, Lex. des termes de botan. 234; resp. gr.* παλίουρος DIOSC. *et* ORIBAS., *item* GLOSS. III 264, 58): 1 -*us australis q. d.* (*de ipso semine v. l. 70. 74; in imagine* IVLIAN., ENNOD.): VERG. ecl. 5, 39 pro purpureo narcisso carduos et spinis

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

surgit -us acutis ([SERV. *v. supra*]. *item* COLVM. 10, 22 CYPR. GALL. gen. 121. SEDVL. carm. pasch. 1, 279 [*cf.* op. pasch. 1, 27 spinosis armatus aculeis -us exsurgat]). COLVM. 7, 9, 6 nemora . . . vestiuntur . . . pomiferis . . . silvestribus, ut sunt . . . -us. 11, 3, 4. PLIN. nat. 1, 24, 71 (*sec. p. 118, 69*). VVLG. Is. 34, 13 orientur in domibus eius spinae et urticae et -us in munitionibus eius (*inde* HIER. *ad l.*). Mich. 7, 4 qui optimus in eis *hominibus* est quasi -us. IVLIAN. in Os. 14, 9 de -is (palmis *edd. vet.*) aut rubis in abietes et cupressos profecisse videantur. DIOSC. 1, 102 p. 51, 25M. -i semen bibitum tussim conpescit *eqs.* (ORIBAS. syn. 9, 24, 3 Aa). ENNOD. dict. 8, 5 p. 447, 16 triticeam messem -us superabit et lolium (10, 9 p. 457, 19 de eius pectore . . . -os et l. submovisti). ORIBAS. eup. 4, 53 (4, 52, 5) Aa ligna -i et sucus. syn. 2, 50 Aa p. 117, 1 Mø. folia (9, 16 [9, 15, 12] Aa). GREG. M. moral. 33, 10 -us quippe tanta spinarum circumdatione densescit, ut prae asperitate tangi vix possit. 2 *ziziphus spina Christi q. d.* (*exempla certiora, cetera v. supra*): PLIN. nat. 13, 111 Cyrenaica regio loton suae postponit -o (*inde* 1, 13, 33). 16, 98 cetera *germinant* vere coepturo, aquifolium, terebinthus, -us *eqs.* 16, 121 *arbores* fruticosi generis, ut -us, myrtus, item nux abellana. GLOSS.[L] III Abstr. PA 15 genus fructeti (*inde* I Ansil. PA 183).

deriv.: paliureus. *Gatti.*

1. *palla, -ae *f.* [*coniung. cum* pallium; *de orig. non constat. Sch.*] *de origine*: VARRO frg. Serv. Aen. 1, 648 -a dicta est ab inrugatione et mobilitate, . . . ἀπὸ τοῦ πάλλειν (*sim.* ISID. orig. 19, 25, 2). ling. 5, 131 unum *genus* quod foris ac palam, -a; alterum quod intus, a quo intusium. NOT. Tir. 97, 22. *de notione*: NON. p. 537, 32 -a est honestae mulieris vestimentum, hoc est tunicopallium. SERV. Aen. 11, 576 -a proprie est muliebris vestis deducta usque ad vestigia (ISID. orig. 19, 25, 2 -a est quadrum pallium muliebris vestis d. u. a. v. *eqs. cf.* GLOSS. V 555, 39 muliebris vestis u. a. v.). GLOSS. -a: παραπέτασμα. ἔνδυμα, πέπλος, πάλλιον. περίβλημα. laena. amictus muliebris. palleum. vestimentum militare. vestis superior aut clamidis. -am: ἀναβόλαιον. -as: sindones vel coopertorium altaris. GLOSS.[L] I Ansil. PA 85 velamentum muliebre. II Philox. PA 55 μίτρα(?), πέπλος, παραπέτασμα. Corp. P 126 rift (*anglosax.*). *ad singulos locos v. infra. legitur inde a* NAEV., PLAVTO, *primum maxime in poesi, in prosa paucis locis inde a* RHET. Her., VARRONE, CIC., LIV., *paulo saepius apud Christianos.*

i. q. vestis, velamen, opertorium: I *pertinet ad vestitum* (*significatur inprimis vestis longa [succincta l. 59. 82] vel talis, qualis gr.* σύρμα *dicitur; de vestitu capitis v. p. 120, 40; fortasse metonymice de nuptiis* PROP. *sub A1, quocum vix conferendum l. 52 sq.*):

A *muliebre* (*v. etiam p. 120, 29; ambigua p. 120, 1*): 1 *dearum, heroidum sim.* (*Tragoediae* Ov. am.): NAEV. trag. 43 (*de vestibus maenadum*) -is, patagiis, crocotis, *eqs.* VERG. Aen. 1, 648 -am signis auroque rigentem (*de eadem veste*: 711). 6, 555 Tisiphone . . . -a succincta cruenta (*de eadem*: Ov. met. 4, 483. STAT. Theb. 1, 110 [SCHOL.: amictum]). 8, 702 scissa . . . vadit Discordia -a (*de eadem*: PRVD. psych. 685. *cf.* PETRON. 124 vers. 253 lacera Concordia -a). 11, 576 pro longae tegmine -ae tigridis exuviae (SERV. *v. supra*; CLAVD. DON.: pallio). CIRIS 151 uti ne . . . aureolam (*Housman*, aurea iam *trad.*) gracili solvisset corpore -am. HOR. epod. 5, 65 -a, tabo munus *Medeae* imbutum, novam incendio nuptam abstulit (*de eadem veste*: SEN. Med. 570 VAL. FL. 5, 447). TIB. 3, 12, 13 purpureā . . . perlucida -ā (*Iuno ut*: SIL. 7, 77. STAT. Theb. 12, 469 obtenta submittere lumina -a). PROP. 4, 4, 60 -a foedus inite mea (*i. Tarpeiae; fortasse metonymice de nuptiis*). Ov. am. 3, 1, 12 -a iacebat humi *Tragoediae*. met. 2, 672 longae pars maxima -ae cauda fit. 3, 167 depositae subiecit bracchia -ae *Dianae* (*cf.* VAL. FL. 3, 525 omnibus *Nymphis* . . . summo -a genu). 14, 262 -am . . . induta *Circe* nitentem insuper aurato circumvelatur amictu. GERM. 204 (*de astro Andromedae*) ignea substricta lucet qua zonula -a. SEN. Tro. 92 *Hecuba Troades alloquens*: cingat tunicas -a solutas. VAL. Fl. 1, 132 *Thetis* sedet deiecta in lumina -a (8, 204 STAT. Theb. 11, 495. *cf. l. 55. p. 120, 23*). 2, 106 virginibus Stygiis nigram . . . simillima *Venus* -am. SIL. 15, 31 niveae fulgebat *Virtus* stamine -ae. STAT. Theb. 12, 537 pectora *Hippolytae* -a tota latent. IVV. 10, 262 scissa . . . Polyxena -a. APVL. met. 11, 3, 5. 11, 4, 1. CE 1237, 4 (*de Thalia; opp.* curta veste). SERV. Aen. 1, 480 (*de peplo Minervae, unde* auct. 1, 479. *cf. l. 31, 35. p. 121, 4*). *al.* 2 *quarumlibet*: PLAVT. Asin. 885 ut non domo uxori meae subripiam in deliciis -am quam habet. Aul. 168 dotes, . . . -as, purpuram nil moror, quae in servitutem . . . redigunt viros. Men. 166 odorare hanc . . . -am (*167* vestimentum muliebre; *cf.* 660 *ubi vestimento virili i. chlamydi et pallio opponitur*). 197 salta sic cum -a. 610 -a pallorem incutit. 803 ille suppilat mihi aurum et -as ex arcis (Most. 282). *al., in* Men. *passim.* TITIN. com. 77 pilatricem -ae (paliae *trad.*). LVCIL. 505 spiram, -as, redimicula promit *mulier se ornatura*. VARRO frg. Non. p. 549, 32 funere . . . pullis -is amictae. LVCR. 4, 1130 -am atque Alidensia Ciaque (*agit de sumptibus amantium; antea*: anademata, mitrae). HOR. sat. 1, 2, 99 ad talos stola demissa et circumdata -a (SCHOL.: -a pro peripodio posuit, quod dicunt tunicopallium). 1, 8, 23 nigra succinctam . . . -a Canidiam *magam*. TIB. 3, 8, 11 Tyria voluit procedere -a *Sulpicia*. Ov. am. 3, 13, 26 tegit auratos -a superba pedes. LIV. 27, 4, 10 dona tulere . . . reginae *Cleopatrae* -am pictam cum amiculo purpureo. *addimus ambigua*: VARRO frg. Non. p. 537, 16 clamides, -ae. AVSON. 37, 2 p. 332 P. (*de versibus in veste contextis*) molle aurum -is, Graecia, texe tuis.

B *virile* (*ambigua v. supra*): 1 *cantorum, scaenicorum, vatum sim.* (*cf. de Tragoedia p. 119, 57*): RHET. Her. 4, 47, 60 citharoedus . . . -a (palam *vel* -am *var. l.*) inaurata indutus. CIC. Phil. 3, 16 cum -a et cothurnis (Ov. am. 2, 18, 15 risit Amor -amque meam pictosque c. VAL. FL. 1, 385 *de Mopso*). HOR. ars 278 -ae . . . repertor honestae Aeschylus (SCHOL.: quoniam -a non nisi honestis personis datur). Ov. fast. 2, 107 *Arion* induerat Tyrio bis tinctam murice -am. SEN. Oed. 553 lugubris imos -a perfundit pedes. STAT. Theb. 7, 659 fibula . . . Taenariam . . . mordebat . . . -am. SVET. Cal. 54, 2 tibiarum et scabellorum crepitu cum -a tunicaque talari prosiluit *Caligula*. EVANTH. de com. 2, 2 personae, -ae, coturni, socci et ceteri ornatus . . . scaenicorum. 2 *deorum et heroum* (*addidimus Herculem et Achillem more muliebri indutos*): TIB. 1, 7, 46 (*describitur Osiris-Bacchus*) fusa . . . ad teneros lutea -a pedes (*de Baccho*: PLIN. nat. 36, 29 STAT. Ach. 1, 262). LYGD. 4, 35 ima videbatur talis inludere -a *Apollinis* (Ov. am. 1, 8, 59 met. 11, 166). Ov. epist. 20 (21), 164 trahitur multo splendida -a croco (*Hymenaei ut*: 170 qui . . . erat in -a, transit in ora rubor). met. 6, 705 pulveream . . . trahens . . . -am *Boreas*. SEN. Herc. O. 716 -a . . . tabe Nessea inlita (*de eadem veste*: 726. *al.*). VAL. FL. 3, 718 optenta mulcebat lumina -a *Iason*. STAT. Theb. 7, 39 crepat aurea grandine multa -a *Mercurii*. 9, 690 bis Oebalio saturatam murice -am *Parthenopaei*. 11, 400 nec -a vulgare nitens *Polyneices* (*de eodem*: 12, 312). CLAVD. 1, 224 -a graves umeros *Tiberis* velat (*de eodem*: SIDON. carm. 5, 28). 28, 165 -a tegit latos umeros *Phaethontis*. SIDON. carm. 15, 127 textrino prima Minervae -a Iovis rutilat. *more muliebri*: PROP. 4, 9, 47 Sidonia feci (*sc. Hercules*) servilia -a (*sim.* SEN. Phaedr. 330). STAT. Ach. 2, 5 punicea nudatum *Achillen* pectora -a. 3 *quorumlibet* (*pueri* GLOSS.): CVRT. 3, 3, 17 -am *Darei* auro distinctam aurei accipitres . . . adornabant. ITALA Marc. 14, 51 (cod. k) iuvenculus . . . circumamictus -am (*gr.* σινδόνα, *aliae vers. et Vulg.* sindone *ut*: 14, 52 [*ibid.*] relicta -a). SYMM. epist. 1, 1, 3 (vers.) Attica -a tegit socerum, toga picta parentem. VEN. FORT. Mart. 3, 49 induitur sancto *Martino* hirsuta bigerrica -a (*Sulp. Sev. dial. 1, 27, 8* vestem). GLOSS. III p. 645 n. 2 (*ex* p. 121, 3) accepi tunicam ad corpus . . ., feci circa collum -am (*gr.* ἀναβόλαιον), indui me superariam . . ., supra induo paenulam. *de vestitu capitis Maurorum* (*v. Riedmüller, Die Ioh. des Coripp. als Quelle lib. Ethnol., Augsburg 1919, 49*): CORIPP. Ioh. 2, 136 lintea taetrum -a caput stringit nodo suffulta (*eodem spectant*: 5, 112. 8, 192).

(ii) in meritis, virtutibus: Ⓐ varia: ITALA Phil. 3, 14 (Tert. resurr. 23. al.) persequor ad -am incriminationis (gr. βραβεῖον, Ps. Cypr. singul. cler. 11. al. -am supernae vocationis, Vulg. bravium). OPT. PORF. carm. 9, 1 domino virtutum tradite -am (IVST. 15, 3, 16 -am virtutis inter ceteros tulit Lysimachus. VICTRIC. 5 in disparili sorte parilis -a v. est. PROSP. epigr. 23, 5. 60, 6. al.). ZENO 2, 45 (1, 33, 3 L.) sponsionis suae -am fortiter retinens fidelis populus. GAVDENT. serm. praef. 38 G. ut -am patientiae auferat diabolus fortissimo bellatori sc. Iob. AMBR. exc. Sat. 1, 24 ut ... -am efficaciae reportares. in psalm. 118 serm. 16, 14, 1 -am castimoniae ... usque ad angelorum conversationem ... evehere. HIER. epist. 39, 7, 2 unam -am castitatis accepimus Blesilla et Anna. c. Lucif. 22 nemo potest Christi -am sibi assumere. VVLG. deut. 25, 1 quem iustum esse perspexerint iudices, illi iustitiae -am dabunt. RVFIN. Orig. princ. 3, 2, 5 p. 254, 14 ut ... perfectionis ... -a vincentem perducat ad deum. AVG. anim. 2, 10, 14 ut ... baptizatus ad -am perducatur, quae est parata per gratiam. CONC.^S II 3, 2 p. 90, 15 Flaviano -am et sanctae vitae et mortis tribuit gloriosae synodus Chalcedonensis (gr. II 1, 3 p. 121, 36 βραβεῖον). al. Ⓑ in martyrio: TERT. spect. 29 p. 28, 4 in his virtutibus christianis tibi circenses ludos interpretare ..., ad martyrii -as gloriare (RVFIN. Basil. hom. praef. quamvis ... beatus Cyprianus primam m. -am felici cruore mercatus sit, haud segnius ... Basilius secundam -am confessionis indeptus est. SACR. Leon. 1291 VAL. CEM. hom. 15, 5 p. 741^A. al.). CYPR. epist. 10, 4 -am quam meruit accepit Mappalicus. 39, 3 martyres spiritales dei milites ... -as domini et coronas inlustri passione meruerunt. Ps. DAMAS. epigr. 79, 9 Gordianus, Christi quem -a coronat. PRVD. perist. 2, 32 dies praedicta -am praestitit Laurentio. 5, 539 tu solus, Vincenti, ... bravii duplicis -am tulisti. al.

(iii) fere metonymice respicitur: Ⓐ successus, consummatio felix, labor feliciter confectus: AVSON. 12, 2 p. 323 P. (loq. statua) qui signum Pallados ... fecit, eius tertia -a ego sum. RVFIN. Orig. princ. 3, 5, 7 p. 278, 15 subiectio Christi ad patrem ... suscepti ab eo operis -am declarat. AVG. civ. 22, 8 p. 568, 31 D. -am tanti laboris (COD. Theod. 6, 28, 3 post -am l. emeriti. v. l. 65). LEO M. epist. 111, 3 (CONC.^S II 4 p. 64, 9) deus vobis praeter regiam coronam etiam sacerdotalem conferat -am. CASSIOD. var. 11, 31 decet -ae praemia consequi, qui sacramentis militaribus videntur esse perfuncti. 11, 35, 2 tales milites bene meritos ... tardare piaculum est, quia post -am nemo dilatus est (v. COD. Theod. supra). Ⓑ merces: RVFIN. hist. 4, 16, 1 victoriae suae -am martyrium percepit a domino Iustinus. Orig. in cant. 1 p. 108, 17 quasi laboris sui consecuta sponsa iam -am (MAX. TAVR. serm. 73, 4 M. l. quaedam -a sit soporis oblivio. CORIPP. Ioh. 1, 524 o Romana manus ..., nostri -a l. v. l. 57 et cf. CASSIOD. var. 9, 8, 1 propositi nostri est honestos labores -a remunerationis ornare). CLAVD. 15, 238 Gildonisne salus tanti sit -a furoris? ENNOD. dict. 7, 1 p. 443, 10 ubi orationis -a, si hic in auditoriis gratia taciturnitati? CE 708, 4 (a. 539) tu coniunx mortua ... cottidiae expectabas vidire proxima(m) -a(m), sc. vitam meliorem.

β fere i. q. victoria (exempla notabiliora): ① in universum: RHET. Her. 4, 39, 51 inimici ... sanguinulentam -am crudelissima victoria potiti (an ad αγ? cf. OV. am. 2, 5, 12 ferreus est ..., cui petitur victa -a cruenta rea). CATVLL. 62, 11 non facilis nobis, aequalis, -a parata est. PROP. 4, 1, 140 tibi victrices, quascumque labore parasti, eludet -as una puella tuas. al. OV. am. 3, 14, 47 prona tibi vinci cupientem vincere -a est. epist. 15 (16), 140 in dubium Veneris -a futura fuit (item de iudicio Paridis: STAT. Ach. 1, 69 sic Phrygiae pensamus gaudia -ae? TIBERIAN. carm. 2, 17). met. 6, 50 stolidae ... cupidine -ae in sua fata ruit Arachne. LIV. 38, 53, 3 ut vos, Quirites, de P. Africano -am peteretis (peti feretis Madvig). GRATT. 249 haec ultima (i. summa) -a tropaei ... tibi divum concessa

[Adkin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

favore. VAL. MAX. 8, 1 absol. 8 -am non ex alio ferre, sed de se dare merebatur *Valerius Valentinus accusator.* SEN. Thy. 1097 (*Atreus de Thyestis liberis immolatis*) nunc parta vera est -a. IREN. 5, 21, 1 quemadmodum accepit -am mors per hominem (*i. Adam*) adversus nos, sic *eqs.* QVEROL. p. 61, 19 R. multarum -arum hic *parasitus* est. VEG. mil. 3, 5 (*inter signa vocalia militaria*) sicut in vigiliis vel in proelio pro signo dicitur, ut puta 'victoria', '-a', 'virtus' *eqs.* HIER. c. Lucif. 19 coeperunt ... Valens et Vrsacius ... -as suas iactitare. EPIST. pontif. 391 Conc.^{S} I 2 p. 107, 27 adfuit -ae qui contentioni non defuit *Petrus synodo in spiritu praesidens. al.*

(ii) *in meritis, virtutibus*: (A) *varia*: CYPR. zel. 15 quae iustitiae -a est, quae corona, esse te talem *eqs.* 16 libidinem subegisse continentiae -a est (*postea*: corona patientiae). PAVL. NOL. carm. 16, 255 nunc aliam confessoris cognoscite -am: vicit avaritiam (*item de Felice*: 23, 314 ingentes cui contulit *deus* olim nobilibus titulis benedicto nomine -as, quas ... continuat ... clementia Christi. 27, 203 quia nostra tuae sunt gaudia -ae). AVG. gen. ad litt. 11, 6 p. 339, 16 an quia ... est -a gloriosior non consensisse temtatum quam non potuisse temtari? CIL XII 949, 3 Hilarius, cui -a obitus et vivere Christus. *al.* (B) *in martyrio*: AVG. civ. 8, 27 p. 366, 22 D. ut ... nos ad imitationem talium coronarum atque -arum ... adhortemur. SACR. Leon. 3 quos *dies* insignes confessorum tuorum et martyrum -ae ... sacraverunt. 107 nos beatorum martyrum -as ... venerantes. *al.* PS. EVSEB. GALLIC. hom. 32, 1 G. hodie ... sacras septem martyrum *Macchabaeorum* -as ... fides catholica concelebrat (*cf. infra l. 50*). PAVL. PETRIC. Mart. 2, 171 inquirit *Martinus* ..., quonam tam clarae stemmata -ae tempore ... promeruisset *martyr.* CASSIOD. in psalm. 118, 157 inde ... numerosa -a venit ecclesiae. *al.*

γ *fere i. q. gloria, fama sim.*: CIC. Cato 19 quam -am utinam di inmortales, Scipio, tibi reservent, ut avi reliquias persequare! LIV. 28, 41, 8 egregiam istam -am belli Punici patrati petis? MART. 12, 94, 10 epigrammata fingere coepi: hinc etiam petitur iam mea -a tibi. QVINT. inst. 1, 2, 24 ea nobis *pueris* ingens -a (*sc. in classe declamatoria praecedere*). RVF. FEST. 30 ut ad hanc ingentem de Gothis etiam Babyloniae tibi *Valenti* -a pacis accedat. AVSON. 192, 7 p. 50 P. -ae forensis ... decus *Alcimus.* AMM. 17, 13, 21 variae ... -ae victoriarum accessit eorum *Limigantum* quoque supplicatio. VEG. mulom. 3, 6, 4 curribus Cappadocum gloriosa nobilitas, Hispanorum par vel proxima in circo creditur -a. PAVL. NOL. epist. 5, 5 (*ad Sulpicium Severum*) tu ... facundi nominis -am tenens. RVT. NAM. 1, 505 plus -ae est illos inter voluisse placere *eqs.* (*opp.* pudor). SACR. Leon. 1104 ad obscurandam perfectae continentiae -am. VEN. FORT. carm. 1, 15, 10 (*de Leontio*) militiae crevit -a secunda tuae. *al.*

c *transfertur ad homines* (*rem corpoream* PLIN. nat.): α *ad eum qui -am meretur*: VERG. Aen. 5, 339 tertia -a Diores (*pendent* MANIL. 1, 787 SIL. 16, 503. 16, 573). PLIN. nat. 31, 41 frigoris salubritatisque -a praeconio urbis Marcia *aqua* est. CASSIOD. inst. 1, 22 famosorum -a certaminum *Augustinus.* VEN. FORT. carm. 4, 3, 1 -a sacerdotii ..., Tetrice (*item in appellatione*: 5, 16, 3 meriti pia -a, Gregori). 10, 15, 3 *mater Macchabaeorum* septem -as caelo transmisit ab alvo (*cf. supra l. 25*). carm. app. 1, 270 p. 378 fulgida -a Petrus. 1, 356 p. 380 (*de beata Maria*). β *ad eum qui vincendus est*: SIL. 4, 390 ultima restabat ... -a ... Virbius.

2 *cetera exempla* (*vix huc* PAP. Mich. 449, 2. 10, *v. sub B*): a *proprie*: α *in funibus, tegetibus sim. fabricandis*: VARRO frg. Non. p. 483, 38 ⌊qui e busso aut⌋ (*Muret,* quibus alme *codd.*) lino quid faciunt vel -a (pluma *scribendum suspicatur Lindsay. item sing. generali*: rust. 1, 22, 1 quae fiunt de cannabi, lino, iunco, -a, scirpo, ut funes, restes, tegetes). VITAE patr. 5, 4, 5 faciebat ... plectam de ipsis -is (*gr. Cot. p. 357^A* βαΐων. 5, 7, 1. *cf.* PALLAD. hist. mon. II 17 plectebat -as [*altera versio* I 12 torquentem de -is funes. *gr. p. 78, 6 B.* θαλλούς]). 5, 6, 18 modicas -as habeo quas operor (*gr. Nau 1909 p. 369 n. 263* βαΐα. 5, 7, 9 infudit [*gr. Cot. p. 531^A* θαλλία]). ARATOR act. 1, 741 sporta solens texi iuncis -isque vicissim tegmina dat Saulo (*explicatur allegorice* 1, 743): -a coronis semper inest). β *in pavimento verrendo*: HOR. sat. 2, 4, 83 lapides varios lutulenta radere -a. MART. 14, 82, 1 in pretio scopas testatur -a fuisse. ?b *cum respectu formae transfertur ad manipulum, fasciculum* (*cf. p. 155, 75*): ZENO 2, 45 (1, 33, 1 L.) exsultat aestas ... in frumenti varias moles spiceam feliciter contundens -am (*an respicitur forma spicae ramo -ae similis?*).

B *de fructu arboris* (*metonymice* CATO *cum* COLVM. *et* PLIN.; *in sing. generali*: VARRO Men. 403 IVS colleg. eborar. MARCELL. med. 27, 54; *de genere et varietatibus agit* PLIN. nat. 13, 34. 13, 41 sqq.): CATO agr. 113, 1 suffito *testam* serta et schoeno et -a, quam habent unguentarii (*respici videtur materia ad unguenta facienda adhibita ex dactylis confecta [sed v. Goujard ad l.]; item fortasse* COLVM. 12, 20, 5 adici debent hi odores: ... nardum gallicum, costum, -a, *eqs.* PLIN. nat. 14, 107 *vinum* aromatiten ... factitatum *ex* ... cinnamo, croco, -a, asaro. *cf.* PERS. 6, 39 *infra. potius de parte floris -ae q. d.* σπάθη *cogitat Steier, loc. cit. 400, 64 sqq.*). VARRO Men. 403 -a Aegyptia (*describitur* PLIN. nat. 12, 103 [*inde* SOL. 32, 36]. *item cum nomine loci vel regionis genus indicante*: PLIN. med. 1, 25, 7 Thebaicae [MARCELL. med. 20, 25 *infra*]. CHIRON 841 Suriacas). CIL I^2 2520, 15 polliciarus (*i.* pollicearis) illi *Cerbero* te daturum tres victimas, -as, caricas, porcum nigrum. OV. met. 8, 674 hic mixta est rugosis carica -is (*cf.* fast. 1, 185 quid volt -a sibi rugosaque carica, dixi). SCRIB. LARG. 109 ad stomachi dolorem et inflationem: -arum *aliquantum,* anethi *aliquantum eqs.* 148 -ae cariotae XXX (*inde* MARCELL. med. 26, 6. *cf.* 20, 25 -ae cariotae Thebaicae). PERS. 6, 39 postquam sapere urbi cum pipere et -is venit nostrum hoc maris expers (*an spectat ad unguenta? cf. Jahn ad l.*). PLIN. nat. 6, 161 vinum ... -is exprimere (MARCELL. med. 27, 9 -ae exprimuntur prelo aut coclea. *ut supra in vino faciendo*: PLIN. nat. 14, 102). 13, 34 in Arabia languide dulces traduntur esse -ae. 23, 97 a vitibus oleisque promixa nobilitas -is. *al.* IVS colleg. eborar. (CIL VI 33885) 9. CIL IV 5380, 22. PAP. Mich. 449, 2 *et* 10 (*saec. II, contextu manco; vix de ramis*). SOL. 35, 9 pecuniam nesciunt, -is victitant *Esseni.* EDICT. imp. Diocl. 6, 83 L. ⟨p⟩almas (*ubi exemplum Strat.* palmulas). CHIRON 398 (*item* VEG. mulom. 2, 91, 5. *sed cf. Pelagon. 396* palmulas *ut 370, ubi resp.* VEG. mulom. 3, 28, 30). *al.* MARCELL. med. 27, 9 purgatarum. 27, 28 -ae ex litore. 27, 54 pinguissimam. *al.*

C *de arbore ipsa* (*saepe in sing. generali, e. g.* VARRO rust. 1, 41, 5 VERG. georg. 2, 67 COLVM. 3, 1, 2. *exempla attulimus post* OV. *selecta pauca. de specie, generibus sim. v. André, Lex. des termes de botan. 235 et Steier, RE s. v. Phoinix; de* -a, quae fert myrobalanum PLIN. nat. 23, 98 *v. vol. VIII 1745, 80, de* -a elate PLIN. nat. 1, 23, 53. 12, 134. 23, 99 *v. vol. V 2, 323, 45 sqq; -a fusius describitur* PLIN. nat. 13, 26 *sqq.*): LABER. mim. 133 amor tuus ... tam quam -a firmiter *crescit.* VARRO frg. Serv. Aen. 3, 444 in foliis ... -arum Sibyllam scribere solere (*item inscribuntur*: 6, 74, *v. etiam vol. VI 1, 1012, 69 sqq.; in funibus, sportis fabricandis*: PLIN. nat. 16, 89. 19, 31 HIER. vita Pauli 16. *al. [cf. p. 147, 55 sqq.]. et saepius*). rust. 1, 7, 7 *quaedam* non possunt vivere nisi ... in mari, ut scribit Theophrastus -as et squillas (*hist. plant. 1, 4, 3. item de -a marina*: PLIN. nat. 13, 138. 28, 255). 1, 41, 5 -a ... in crescendo tarda. CIC. Verr. II 5, 87 nautae coacti fame radices -arum agrestium ... colligebant (*item radices cibus sunt*: 5, 99 EVSTATH. Basil. hex. 5, 1, 7. *de genere eodem*: CIC. Verr. II 5, 99 -arum stirpibus [*ibid.* 131]. *cf.* COLVM. 3, 1, 2 campestris). leg. 1, 2 Vlixes Deli se proceram et teneram -am vidisse dixit (AVIEN. orb. terr. 1203 p. fluctu ... -arum. *al.; sim. de altitudine*: VERG. georg. 2, 67 ardua [*cf.* APVL. mund. 36 -arum ardua]. VAL. MAX. 1, 8, 2 excelsae altitudinis [*cf.* PLIN. nat. 8, 29 excelsiores]. PLIN. nat. 16, 125 in longitudinem excrescunt *-a sim.* LACT. Phoen. 69 aerio sublimem vertice -am. *al.*). CAES. civ. 3, 105, 6 Trallibus in templo Victoriae ... -a ... exstitisse ostendebatur (*de eadem*: VAL. MAX. 1, 6, 12 PLIN. nat. 17, 244. *item est omen sim.*: OV. fast. 3, 31. LIV. 24, 10, 6 viridem arsisse. 43, 13, 5. 43, 13, 6. PLIN. nat. 17, 244 Romae in Capitolio in ara Iovis ... enata -a victoriam triumphosque portendit. QVINT. inst. 6, 3, 77. SVET. Aug. 94, 11 arborem -ae repertam conservari ut omen victoriae iussit *Caesar*). VERG. georg. 4, 20 -a ... vestibulum *alvarii* ... inumbret. OV. met. 6, 335. 10, 102 lentae, victoris praemia, -ae (*item de flexibilitate*: PLIN. nat. 16, 223 GELL. 3, 6, 2). 15, 396 tremulae ... *in* cacumine -ae *phoenix nidum construit.* PLIN. nat. 13, 111 -arum magnitudine et suavitate (*cf.* MAX. TAVR. serm. 68, 2 M. suavis ad cibum). 16, 223 -ae arbor (*eadem iunctura*: SVET. *supra l. 46.* HIL. myst. 1, 33, 2 arbores -arum. PS. AMBR. epist. 2, 7 [*aliter rec. altera* PASS. Gerv. Protas. *infra*]. *al., per appositionem*: ITIN. Alex. 21 -is arboribus. PASS. Gerv. Protas. [BHL 3514] 19. *ambigue*: GELL. 2, 26, 9. 3, 6 tit. 3, 6, 2). 17, 60 *arboribus* quibusdam natura ... omnino non degenerandi ... ut ... -ae (*similiter*: MAX. TAVR. serm. 68, 2 M. non marcescit). 17, 65 rami ... -arum (28, 118. *in religione, festivitate sim.* [*cf. p. 144, 67 sqq.*]: ITALA lev. 23, 40 [PS. Philo antiq. 13, 7. VVLG. spatulas]. VVLG. Ioh. 12, 13 CORIPP. Iust. 4, 79. *al.; in comparatione*: VVLG. Sirach 50, 14 [*gr.* στελέχη φοινίκων]). *et passim apud eundem. al.*

III *transfertur ad res alias* (*de planta pedum anserum et de cornibus animalium v. p. 143, 27 sqq., de manipulo p. 147, 68*): A *de vitis flagello, palmite*: VARRO rust. 1, 8, 6 ne vindemia facta denique discat *uva* pendere in -a aut funiculo aut vinctu. 1, 31, 3 *sarmentum vitis non* ex se potest eicere vitem, quam vocant minorem flagellum, maiorem et iam unde uvae nascuntur -am. 1, 31, 4 *v. p. 141, 46.* COLVM. 3, 17, 4 quicquid residui fuit ex vetere -a ... raserunt. 4, 15, 3 bima ... praeciditur *vitis* proxime -am, quae ex arcu summissa est (4, 24, 11 s. novis -is. 4, 24, 12). 4, 21, 3 novellis -is semper vitis renovetur (*cf. supra* 4, 24, 11 novis). 4, 27, 1 si -is incientibus progemmantibusque fossorem immiseris. 4, 27, 4 siquidem evenit, ut quidam oculi trigeminis -is egerminent (*antea*: palmites). *al. apud eundem.*

B *de rebus variis*: 1 *de parte lata et plana remi*: CATVLL. 64, 7 caerula verrentes abiegnis aequora -is. VITR. 10, 3, 6 remi ... extremis progredientibus a centro -is (*Rose c. ed. pr.,* parmis *trad.*) ... inpulsu vehementi protrudunt porrectam navem. 2 *de parte arboris trunci, qua rami in digitorum modum oriuntur*: LIV. 33, 5, 10 ita densos obfigunt inplicantque ramis *vallos,* ut neque ⟨quis cuiusque -ae stipes, neque⟩ quae cuiusque stipitis -a sit, pervideri possit. PLIN. nat. 14, 12 puro ... perductae *vites* dracone in -am eius *arboris rumpotini,* inde sub rectos ramorum digitos flagella dispergunt.

[*Adkin*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

17, 202 (*de ulmis*) meridianum solem spectare -ae debent, rami a proiectu digitorum modo subrigi. 3 *de figura impressa in cauterizando*: CHIRON 187. 311 (*de emplectico*) ures eum in cervice, -as dabis. 342 (*de paralitico*) -am dabis usque ad verticem auriculae (*ibid.* semisse, stellam, virgulam. *inde*: VEG. mulom. 2, 105, 3 de cautere accipiet -am *iumentum eqs.*). 604 in ipsos nervos -a (*i.* -am) ustionem urito.

deriv.: palmalis *et* palmaris (*nisi a* palmus); palmarius, palmatianus, palmaticius, palmatim, palmatoria, palmatus (palmo), palmensis, palmesco (*?*), palmetum, palmeus, palmicius, palmidae, palmosus, palmula, palmusculus; *cf.* palmes, palmus.

compos.: de-, expalmo; palmifer, -ger, 1. palmipes.

v. Onom. (Palma. Ad palmam. *cf. p. 145, 50*).

palmālis, -e. *a* palma *vel* palmus, *cf.* palmaris. *i. q. palmae (-i) mensuram exhibens*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 9 metrum cubitale, pedale, -e.

palmāris, -e. *a* palma *vel* palmus. GLOSS.[L] I Ansil. PA 195 -is: magna, pr⟨a⟩ecipua (*spectatne ad l. 35?*).

i. q. ad palmam (-um) pertinens: I *spectat ad palmam arborem vel eius partem*: A *ad ramum arboris (ut signum victoriae)*: 1 *-is est, qui (quod) est palma dignus, praestans, eximius*: a *-es sunt res*: CIC. nat. deor. 1, 20 illa -is *sententia est* (*v. Pease ad l.; item per ironiam*: Phil. 6, 15 illa statua -is *est*, de qua ... non possem sine risu dicere). AMBROSIAST. in II Tim. 2, 18 hoc ... negabant, quod -e (-rium *pars codd.*) est Christianorum, ut credant se ... a mortuis resurgere (*item pro subst.*: AVG. cons. euang. 1, 7, 10 hoc ... solent quasi -e [palmam *codd. aliquot*] suae vanitatis obicere, quod ipsi euangelistae inter se ipsos dissentiant). FAVST. Aug. c. Faust. 7, 1 multae ... sunt causae *non credendi in genealogiam Iesu*, sed -is illa, quia *eqs.* (*inde* AVG. *ibid.* 7, 2). MARCELL. med. 16, 53 -e remedium ad tussem sic *eqs.* (36, 53). ARNOB. confl. 2, 1 p. 273[A] *quaestionem* -em (*cf.* FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 2, 1 quasi -em interrogationem). FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 2, 2 ea sibi quasi -ia et invicta videntur proponere *haeretici*. CONC. Rom. a. 501 p. 426, 5 tit. quarta synodus habita Romae -is (*v. quae disputat Mommsen p. 417*). b *-es sunt homines*: CASSIOD. var. 6, 19, 2 causarum periti -es habentur, cum *eqs.* (*postea*: gloriosius). CIL VI 10140 Pothus psilocithar(ista) -is. 2 *-is dea est Victoria palmam signum habens*: APVL. met. 2, 4, 2 statuas, -is deae facies. 3 *-es sunt ludi, quibus victori datur palma (an quodlibet praemium?)*: CIL IX 1666, 2 ludos -es ... exhibuit.

B *ad ipsam arborem*: AMM. 24, 4, 7 iumenta ..., quae in lucis -bus vescebantur.

II *i. q. mensuram palmi exhibens (v. etiam* palmalis*)*: VARRO rust. 1, 35, 1 con⟨ci⟩ditur *rosa* radicitus in virgulas -es (*Geopon. 11, 18, 2* παλαιστιαῖα). VITR. 10, 16, 5 si ... voluerimus -e facere *foramen* (*antea*: digitale, *postea*: semipedale). COLVM. 8, 3, 9 per spatia -ia modicis forantur cavis *canales* (11, 3, 21). ARNOB. nat. 6, 18 videmus ab artificibus haec signa *deorum* ... -em in minutiem contrahi. PALLAD. 3, 24, 1 -bus scrobibus obrui *particulas rubi virgae* ([*Geopon. 5, 44, 4* παλαιστιαῖον]. 4, 10, 11. 5, 4, 1). LIB. geneal. chron. I p. 188, 503 *Aoth* cultellum -em accepit (*respicitur iud. 3, 16, ubi gr.* σπιθαμῆς τὸ μῆκος, *Vulg.* longitudinis palmae manus).

palmārius, -a, -um. *a* palma. NOT. Tir. 107, 93 -us. *de notione*: PRISC. gramm. II 75, 9 -um, quod in palma est, hoc est in laude. [*dub. interpr.* VEG. mulom. 3, 3 duo nervi in cervice -ii (*v. app. crit.*).]

1 *i. q. palma dignus, praestans, eximius*: TER. Eun. 930 id vero est quod ego mihi puto -um, me repperisse *eqs.* (DON.: -um: palma dignum. EVGRAPH.: quod ego arbitror mihi esse gloriosum, ibi palmam debere summam [rec. *a* idem est -um quod palma]. SCHOL. Ter. p. 111, 1 -um est quod in palma meretur, sicut corollarium, quod in corona meretur. SCHOL. Ter. Bemb. -um: summum). CASSIOD. var. 8, 19, 5 is -ii (-marum *vel* -mari *var. l.*) Eugenetis linguae ubertate suffecit (*ibid.* primarios, ... singulares). INSCR. Hispania Antiqua Epigr. 4—5, 1953—54 n. 670 uxor pia viro -o posu⟨it⟩ (*cf. 664* incomparabili). 2 *pro subst. i. quod pro palma datur, praemium, merces*: VLP. dig. 50, 13, 1, 12 si ... post causam actam cauta est honoraria summa, peti poterit usque ad probabilem quantitatem, etsi nomine -ii cautum sit (*i. mercedis causidico victuro promissae*). GEST. Liber. 3 praesul sancte ... et fortis in -um Christi.

cf. Onom.

palmātiānus, -a, -um. *a* palma (*sed v. l. 75*). *scribitur* -mac- ALEX. TRALL. 2, 53 (*bis*). 1 *nomen vini palmensis (sunt, qui a nomine loci derivent, e. g. Puschmann ad Alex. Trall. II p. 325, cf. André ad Plin. nat. 14, 67)*: CASSIOD. var. 12, 12, 3 vinum ..., quod laudare cupiens -um nominavit antiquitas ...; ita redolet ..., ut merito illi a palma nomen videatur impositum (*fortasse neutr. pro subst. ut certe*: ALEX. TRALL. 2, 53 [*in diaeta cholericae passionis*] panis bonus cum vino ... aut cum onfaco melle aut -o aut seraptino. *ibid.*: in vino dabis aut de -o aut tyro aut serapino [*gr. II p. 325 et 327 P.* Παλματιανόν]). 2 *fem. -a pro subst., sc. vestis, quae est palmae ramis intexta* (*'uva' supplendum putant alii, v. Ewald-Hartmann ad l.*): GREG. M. epist. 1, 64 quoniam non delectamur exeniis, -as, quas tua direxit fraternitas, ... suscepimus, sed eas ... digno fecimus pretio venundari.

palmatiās, -ae *m.*, παλματίας. *genus terrae motus*: APVL. mund. 18 -ae (-mit- *codd. omnes praeter B*) ... appellantur *motus*, quorum pavitatione illa, quae trepidant, sine inclinationis periculo nutabunt *eqs.* (*gr. 396a 10* παλματίαι).

palmātīcius, -a, -um. *a* palma, palmatus, *cf.* granaticius. *nomen vini palmensis*: ALEX. TRALL. 2, 74 (*contra* δυσκρασίαν *frigidam*) panis calidus ... infusus in vino aut tyrio aut birechio aut seraptino aut -o aut cinodino (*2, 53 in serie simili* palmatiano. *gr. II p. 407 P. non resp.*).

palmātim *adv.* *a* palma. *i. q. signo palmae (t. t. in cauterizando, cf. p. 149, 2 sqq.)*: CHIRON 391 alii ... urent eos *orthocolos* decontra in articulis -m (-ati *trad.*; *inde* VEG. mulom. 2, 54, 5 [paulatim *trad.*]). 624 curabis nervos -m (paulatim *trad.*) urere deretro. 640 (*bis*).

tegestra: **palmatio** GLOSS. II 595, 2 (*obscurum; Goetz in indice s. v.* segestrum *confert Paul. Fest. p. 70* pelles nauticas).

ferula **palmātōria** vola⟨to⟩ria GLOSS. V 599, 42. *a* palma, palmatus (*cf. Heraeus, Kl. Schr. 86, 1*).

∗palmātus, -a, -um *et inde* palmo, -ātum, -āre (*infra p. 151, 27*). *a* palma. *de origine et notione*: FEST. p. 209 tunica ... -a a latitudine clavorum dicebatur, quae nunc a genere picturae appellatur. SERV. Aen. 11, 334 -a dicitur toga, quam merebantur hi qui reportassent de hostibus palmam (*inde* ISID. orig. 19, 24, 5 [*additur*: ipsa vocabatur et toga picta, eo quod victorias cum palmis intextas haberet]). GLOSS. laureatus vel coronatus. toga -a: quae palmas habet. *legitur* -tus *inde a* LIV., FESTO, VAL. MAX., PLIN. nat., *aliae formae inde a* COLVM.

i. q. palma instructus, praeditus sim.: I *spectat ad arboris ramum*: A *i. q. ramis palmae ornatus*: 1 *de vestimentis (sc. effigie palmae ornatis)*: a *adi.*: α *de vestimentis ipsis*: ① tunica -a (*fere iuxta* toga picta): LIV. 10, 7, 9 cui ... indignum videri potest ... eos viros, quos vos sellis curulibus, toga praetexta, t. -a et toga picta et corona triumphali laureaque honoraritis, ... pontificalia atque auguralia insignia adicere? 30, 15, 11 Masinissam ... toga picta et -a t. donat *Scipio* (*datur eidem*: 31, 11, 11 dona ampla data *a senatu* ..., toga purpurea et -a t. ... et toga praetexta *eqs.*). FLOR. epit. 1, 5, 6 *ex Tuscis* quod aureo curru quattuor equis triumphatur, togae pictae t.que -ae. CAPITOL. Gord. 4, 4 -am t. et togam pictam primus Romanorum privatus suam propriam habuit *Gordianus eqs.* TREB. Gall. 8, 5 *imperator Gallienus* medius cum picta toga et t. -a inter patres. VOPISC. Aurelian. 13, 3 cape ... tibi *ut consul* ... togam praetextam, t. -am, togam pictam *eqs.* ② toga -a: MART. 7, 2, 8 (*de Caesaris lorica*) -ae ... ducem, sed cito, redde t. APVL. apol. 22, 6 exprobrares ... triumphantibus quadrigas albas et t. -am? ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5a, 78 Pighi (*a. 204*) (Severus et Anton)in(us togis p)almatis sump⟨t⟩is *eqs.* TERT. coron. 13 l. 5 *coronas* insignes ad deducendas tensas cum -is t. sumunt *magistratus*. SCHOL. Iuv. 10, 37 'tunicam Iovis' t. -am dixit Tyria purpura confectam. ③ *alia nomina*: VAL. MAX. 9, 1, 5 cum -a veste convivia celebrabat *Metellus Pius* (SVET. Claud. 17, 3 *M. Crassus Frugi iterum triumphans*. TERT. apol. 50, 3 [*de martyrio*] hic est habitus victoriae nostrae, haec -a v., tali curru triumphamus. AVSON. 419, 52 p. 366, 334 P. -ae v. meae ornamenta. CASSIOD. var. 6, 1, 1). PRVD. c. Symm. 1, 555 adiectus fastis, -a insignis abolla. VEN. FORT. carm. 9, 2, 125 (*ad regem*) vestibit genitos tunc (*sc. in resurrectione*) stola pulchra tuos aut -a chlamys rutilo contexta sub auro.

β *transfertur*: ① *ad statuam*: TREB. Claud. 3, 5 *divo Claudio* in rostris posita est columna -a statua superfixa. ② *ad homines*: *de consule*: HIER. epist. 23, 3, 1 divitem purpuratum et non -um consulem, sed sacratum (*i. designatum*). *de episcopo* (*cf. infra l. 67*): CONC. Carth. a. 525 (Corp. Christ. 149) p. 261 l. 259 infulatus sacerdos praesides et primus -us inradias (*sc. Bonifatius*).

b *fem. pro subst.*: α *de ipsa veste*: TERT. idol. 18 p. 51, 12 quo more nunc praetextae vel trabeae vel -ae ... sacerdotum provincialium *insignia sunt dignitatis*. PANEG. 2, 9, 6 missas cum curulibus suis per rura -as (*sc. tempore prisco, cum triumphales viri rusticarentur; cf.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 308, 20 factus est consul *C. Atilius Serranus*, aratorium pulverem -a tersit [palma abs- *Landgraf, Stangl*]. SIDON. carm. 5, 304 humili dum iuncta camino victoris fumum biberet -a bubulci). VOPISC. Prob. 7, 4 te ... manet pro virtutibus tuis Capitolina -a (*cf. 7, 5 ubi explicatur*: in hanc sententiam omnibus semper consulibus scribebatur). AVSON. 419, 53 p. 366, 341 P. (*verba Gratiani ad consulem*) -am ... tibi misi. SYMM. epist. 6, 40, 1 -a amictus et consulari insignis ornatu. SERV. ecl. 10, 27 *triumphantes* habent omnia Iovis insignia, sceptrum, -am. AMBR. in psalm. 1, 46, 2 quid iuvant consulares praetextae aut nitentes auro triumphales -ae (palmae *var. l.*)? PAVL. NOL. carm. 10, 253 caesareas. *al.* β *fere pro dignitate ipsa (est fere consulatus)*: FIRM. math. 1, 7, 37 post triumphales purpuras, post pictas aureasque -as (4, 21, 5). SIDON. carm. 5, 5 post palmam -a venit *Maioriano*. 7, 155 -a cucurrit per proavos *Aviti*. epist. 8, 8, 2 quid ... dissimulas optare

[*Adkin*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-am? ENNOD. epist. 5, 2, 3 p. 125, 17. 8, 1, 5 p. 200, 13 opusc. 1, 15 p. 265, 21 CASSIOD. var. 6, 1, 5. 8, 1, 3.

2 *cetera exempla*: **a** *corporaliter*: *de lapidibus* (*sc. effigie palmae ornatis*): PLIN. nat. 36, 134 *lapides* -i circa Mundam in Hispania ... reperiuntur idque quotiens fregeris (*inde* 1, 36, 29). *de domo quadam* (*fere est nomen*): CASSIOD. var. 4, 30, 2 *Curvae porticus* iuxta domum -am posita. **b** *incorporaliter fere i. q. victoriosus, gloriosus*: POTAM. subst. 14 Migne suppl. 1, 207 (*de cruce Christi ex palma fabricata*) inde regia, quod caelestis, inde -a, quod vicerit. PS. HIER. epist. 5, 6 p. 68C apud nos infirmitas ... mater pro certo -ae virtutis *est*. *m. pro subst. de martyribus*: AVG. c. Cresc. 3, 67, 77 p. 482, 12 *ecclesia* parit multitudinem candidatorum et -orum (*respicit ad apoc. 7, 9* palmae in manibus eorum).

B *i. q. ramis palmae similis* (*fortasse etiam l. 22*): **1** *de ipsis foliis*: POTAM. subst. 14 Migne suppl. 1, 207 tanto celsior fit materies *palmae arboris*, quanto -ae frondes adtolluntur in comam. **2** *per comparationem de fustibus incisis*: VICT. VIT. 1, 33 iubet *rex* in modum serrarum fustes robustos veluti -os cum stirpibus fieri.

II *per comparationem palmae manus i. q. re palmae simili instructus*: ?**A** *de cervis eorumque cornibus*: CAPITOL. Gord. 3, 7 in qua pictura ... continentur cervi -i ducenti. DRAC. laud. dei 1, 275 cervus in arva fugax -is cornibus errat (1, 640, *sed antea*: frontibus arboreis. *fortasse uterque locus ad* ramosa cornua *Vergiliana spectat, cf. vol. IV 965, 43 sqq.*). **B** *de navibus, quae remis ad speciem palmae instructae sunt* (*nisi ramis ut signis victoriae, ut ad IA pertineat*): DRAC. Orest. 111 praeda venit -is puppibus.

inde **palmo,** -ātum, -āre. **1** *i. q. palmas vitis adligare*: COLVM. 11, 2, 96 -are, id est materias adligare, hoc tempore non expedit.

2 *spectat ad palmam manus*: **a** *de vestigio palmae imprimendo*: *obi. est paries cruentandus*: PS. QVINT. decl. 1, 11 (*inde* 1 tit.) -tus sanguine paries inventus sic est: totam manum explicuit, omnes digitos diligenter expressit (*antea*: vestigio manus cruentatus). 1, 12 hinc est paries -tus et illinc? (*ibid. bis*). *obi. est vestigium imprimendum*: PS. QVINT. decl. 1, 12 cum manus ex parte, qua -are vestigium potest, plicetur in capulo. **b** *de alapa infigenda* (*cf.* expalmo): ANON. proph. p. 19, 406 ille Michias qui -tus est ante Achab filium Emath (*sec. III reg. 22, 24, ubi Vulg.* percussit).

deriv.: cf. palmaticius, palmatoria.

v. Onom. (Palmatus).

palmēnsis, -e. *a* palma. *nomen vini*: PLIN. nat. 14, 67 *vina laudantur* quae a palma una forte enata -ia appellavere (*v. André ad l.*).

v. Onom.

ˣ**palmes,** -itis *m.* [*cum* palma *coniungendum videtur; formationis haud plane perspicuae. Sch.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 220 -es vitium sarmenta appellantur, quod in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos edunt (*item a* palma *derivant* SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 299. ISID. orig. 17, 5, 95 -s ... diminutivum nomen est ..., quod a palma derivetur). *nom. sing.* -is: ENNOD. carm. 1, 3, 5. 1, 9, 165. GREG. M. epist. 9, 101 (*bis*). GLOSS.L Corp. P 135. *de genere*: *masc. testantur* EXC. Bob. gramm. I 552, 31 DVB. NOM. gramm. V 588, 16 GLOSS.L I Ansil. PA 201; *fem.*: GLOSS.L I Ansil. PA 203 ut -(s) (-a *cod. L*) fecunda; *non agnoscenda putamus*: CVRT. 4, 3, 10 (quae *sc. arbores*). COLVM. 5, 6, 34 (praecipitata *sc. materia*). CARM. de mens. 2, 37 (ipsa *e codd. praeter E*). REGVLA Tarnat. 8, 14 (*cum Hier. epist. 46, 12, 3 leg.* curva *sc. falce*). *de notione*: EXC. Bob. gramm. I 552, 31 -s βλάστημα. SERV. georg. 2, 367 'stirpibus' solidioribus -bus, id est truncis. SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 299 ante bimatum (flagella), postea -es dic(untur) *vitium sine fructibus summitates*. SCHOL. Hor. epod. 16, 45 termes dicitur extremus olivae ramus, sicut vitium -s. ISID. orig. 17, 5, 9 -s vitis materia mollis, qui per novella brachia emissus fructum adfert: nam ideo rustici partem vitis -em dicunt. GLOSS. -s: κλῆμα τὸ τοὺς βότρυας ἔχον συνεκκοπέντας. ὄσχος. pars vitis est ubi uva nascitur, quasi palma. in vitibus velut principia flagellorum. -s letus: vitis brachiolum quo uvae sunt. -es: ἔρνη. sarmenta. *legitur inde a* VERG., CVLICE, OV., PAVLI FESTO, SEN. *philos.*, CVRT., COLVM., LVCANO, PLIN. nat. ['*spica*': *francog. vet. et var. dial. sept. et or. cf. M.-L. 6172. Wartburg VII 516 sq. St.*] [*confunditur in codd. cum* palma COLVM. 4, 17, 5.]

i. q. flagellum, sarmentum: **I** *in vite* (*saepe sing. collect., maxime in poesi, ubi plur. non exstat nisi* COLVM. 10, 14 PETRON. frg. 27, 9; *de varietatibus*: COLVM. 5, 6, 29 PLIN. nat. 17, 181, *cf. André, Lex. des termes de botan. s. v.; vitem silvestrem significare videtur* COLVM. 10, 14). *syn. vel iuxta pos.* bracchium COLVM. 4, 21, 1. 4, 21, 2. *al.* IREN. 5, 33, 3 AVIEN. orb. terr. 1189 PRVD. cath. 3, 54 c. Symm. 1 praef. 16 ENNOD. carm. 1, 3, 5 dict. 1, 8 p. 425, 8; flagellum COLVM. 3, 6, 3. 3, 10, 1. 3, 10, 22. *al.* PLIN. nat. 17, 208 IREN. 5, 33, 3 AVIEN. orb. terr. 500 SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 299 DRAC. laud. dei 1, 172; palma COLVM. 4, 26, 3. 4, 27, 4; pampinus OV. met. 4, 397 COLVM. 3, 6, 2. 4, 17, 4. *al.* PLIN. nat. 17, 153. 17, 175. *al.* AVSON. Mos. 191 SIDON. carm. 22, 46 DRAC. laud. dei 2, 235 Romul. 3, 8 ENNOD. carm. 1, 3, 5, *cf. quae praefanda erunt s. v.* pampinus; sarmentum COLVM. 3, 6, 2. 3, 6, 3. 3, 10, 1. *al.* PLIN. nat. 17, 174 AVG. serm. Rev. Bénéd. 30, 1913 p. 406, 316.

A *proprie*: **1** *strictius de vitis bracchio* (*sc. eo, quod uvas fert vel ferre potest*): **a** *exempla varia*: VERG. ecl. 7, 48 iam lento (laeto *pars codd.*) turgent in -e gemmae. georg. 2, 364 dum se laetus ad auras -s agit (ecl. 7, 48 *supra, in var. l.* CYPR. GALL. iud. 543. *v.* SIL. 12, 160 *sub 2a*). CVLEX 74 viridi cum -e lucens Tmolia ... coma. OV. met. 4, 397 *Minyadum* pars abit in vites et, quae modo fila fuerunt, -e mutantur. 8, 294 gravidi longo cum -e fetus. fast. 1, 152 nova de gravido -e gemma tumet. *al.* SEN. epist. 41, 7 vitem laudamus, si fructu -es onerat. PETRON. frg. 27, 9 error iussit inanis ... -bus plenis Bacchum vincire (*item est ornamentum vel signum Bacchi*: SIL. 7, 198 vitis, thyrso delapsa virenti *Bacchi*, festas Nysaeo redimivit -e mensas. STAT. Theb. 7, 570 -e maturo *ornantur tigres* [*cf.* NEMES. ecl. 3, 19]. TERT. coron. 7 l. 31 Argi signum *Iunonis* -e redimitum ... insultantem ostentat novercam de exuviis ... privigni. FIRM. math. 1, 2, 9 tu ... frustra devoves vitium -es Libero tuo [*item dedicatur*: SIDON. carm. 23, 47 BOETH. arithm. 1 praef. p. 5, 20]. *al.*). STAT. silv. 2, 2, 102 -e maturo rorantia lumina tersit Nereis. 5, 1, 48 qualiter aequaevo sociatam -e vitem ulmus amat (*cf. infra l. 67 et* CE 1559, 10 [*saec. III/IV*] vitis ... quattuor amplesast ulmos de -e dulci). MART. 6, 49, 9 si vel minimos ... hoc de -e laeseris racemos. 12, 31, 2 haec textilis umbra supini -is. IVV. 8, 78 stratus humi -s viduas desideret ulmos. AVR. Fronto p. 61, 10 v. d. H. decem partibus tuas litteras legere malim quam omnes Marsicos aut Gauranos -es: nam Signini quidem isti nimis raucidos racemos et acidos acinos habent. GELL. 19, 12, 9 uberrimos ... vitium -es decidit *homo agriculturae imperitus*. ITALA gen. 49, 11 (Ambr. Ioseph 3, 13. *al.*) alligans ad vitem pullum et ad -em pullum asinae suae (*gr.* ἕλικι, *Vulg.* vitem, Rufin. patr. 1, 2 S. -em vitis; *ibid. explicatur*: ἕλικα ... dicunt Graeci non tam -em, quomodo habent exemplaria nostra, quam illos quasi uncinulos ... -is *eqs.*). *al.*

b *apud rerum rusticarum scriptores* (*sc. apud* COLVM. *et* PLIN. nat.; *apud* PALLAD. *pauca exempla e* COLVM. *mutuata invenimus*): COLVM. 3, 2, 17 frondibus et -um pare(s) facie *apianae vites.* 3, 3, 6 *vites* ita multis -bus onerant *plerique*, ut posteritati non consulant. 3, 6, 3 malleolus ... novellus est -s, innatus prioris anni flagello (3, 13, 5. 4, 21, 3 PLIN. nat. 17, 181. *cf.* COLVM. 5, 6, 26 novi [PLIN. nat. 17, 193]). 3, 10, 14 -em quamvis frugifera parte enatum, si fructum non adtulerit, ne vim quidem fecunditatis habere (3, 10, 21. 5, 6, 26. *al.*). 4, 15, 4 vere, ... quo gemmare -es incipiunt. 4, 16, 4 -s ... paucorum oculorum. 4, 21, 2 ut una vitis octo serviat -bus. 4, 24, 5 pampinarius -s (5, 6, 31. *subst. subaudiendo*: 5, 6, 29 -um duo genera sunt: alterum, quod ex duro provenit, quod, quia primo anno plerumque frondem sine fructu adfert, pampinarium vocant, alterum, quod ex anniculo -e procreatur, quod quia protinus, fructuarium appellant [*sim. describitur genus* PLIN. nat. 17, 181]. 5, 6, 31. 35). 4, 24, 10 focaneus -s (5, 6, 35). 4, 27, 4 nec orbos tantum detrahere -es verum etiam frugiferos (*cf.* 4, 24, 18 fructuosos [5, 5, 13]. *v. l. 47. opp.* 4, 27, 6 steriles). 4, 29, 11 autumnus ... falcem maturis -bus admovet (*v. vol. VIII 499, 5 sqq. et* PRISCILL. *sub B2*). 5, 6, 23 quo robustiores -es agat *materia* (PLIN. nat. 17, 175 *infra*). 5, 6, 26 ut veteres -es, quibus proximi anni fructus pependit, omnes recidantur (PLIN. nat. 17, 182). 5, 6, 33 praecipites -es dicuntur, qui de annotinis virgis enati in duro adligantur; hi plurimum fructus adferunt (5, 6, 35). *al.* PLIN. nat. 14, 10 vis earum *vitium* omnis evocatur in -es aut deprimitur in propagines. 15, 63 quidam sic cum -e ipso condunt *uvas*, capitibus eius scillae infixis utrimque. 17, 175 tertius vineae annus -em velocem robustumque emittit et quem faciat aetas vitem. 17, 241 invenimus ... vitem et malum punicam stirpe fructum tulisse, non -e aut ramis. 18, 316 vindemiare incipito, cum ad -em pampinus procumbere coeperit. *al. apud eundem.*

2 *laxius potius cum respectu*: **a** *totius plantae* (*fortasse etiam hic illic sub 1a, e. g.* VERG.): VERG. georg. 2, 90 non eadem arboribus pendet vindemia nostris, quam Methymnaeo carpit de -e Lesbos. OV. met. 14, 663 si staret ... caelebs sine -e truncus *ulmi* (*antea*: socia ... cum vite). 15, 710 Surrentino generosos -e colles. fast. 1, 354 -e debueras abstinuisse, caper (*postea*: vite). COLVM. 10, 14 -bus ... feris laetatur *terra*. SIL. 12, 160 frondentia laeto -e ... Nysaea cacumina Gauri. STAT. silv. 3, 1, 147 Icario nemorosus -e Gaurus. 4, 2, 36 vitifero (uvifero *Krohn*) sub -e nudos umbravit colles ... Lyaeus. MART. 1, 88, 5 opacas -is umbras. 8, 40, 1 non horti neque -is beati ..., Priape, custos. AVIEN. ora 501 caespitis fecunditatem, qua pecus, qua -em ... educat solum. orb. terr. 500 coma largi -is illic *in Piceni culminibus* tenditur. AVSON. Mos. 191 -e consitus amnis *videtur*. AMM. 14, 8, 1 Isauria ... uberi -e viret. 23, 6, 41 Persis ... antiqua minutis frugibus dives et -e. 23, 6, 45 *Arabes* -e ... sunt locupletes. CLAVD. 20, 171 Nysaeo -e felix Hermus. *al.* **b** *uvae*: OV. fast. 4, 894 Iuppiter, e Latio -e musta feres. VAL. FL. 3, 5 -e Bacchum Bithyno Phrygiove satum. ARNOB. nat. 1, 21 ex nostris *vinetis* exprimi unum prohibeant *dei* -is (-es *trad.*) rorem. PRVD. c. Symm. 2, 219 purpureum ... gravi fundit *deus* de -e sucum. CLAVD. 22, 263 -e largo vina fluens *Oenotria*. PS. AVG. serm. Wien. Stud. 50, 1932

[Adkin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 136, 33 quis alius *nisi Christus* per occultas venarum fibras stillatos (stell- *codd. plerique*) -es liquat (laqueat *trad.; item de aqua in vinum mutanda* [*in lusu verborum*]: VEN. FORT. vita Marcell. 6, 22 unde tam nova miracula, ut . . . nasceretur illi -s in palma?). SIDON. carm. 17, 16 vina mihi non sunt, . . . quae . . . Saraptano -e missa bibas.

B *in comparatione, in imag. et translate*: 1 *loci sacrae scripturae et huc relati* (*cf.* EVCHER. form. 3 p. 16, 13 -es: apostoli vel sancti [*affert* Ioh. 15, 5] . . .; et in malam partem [*affert* deut. 32, 32]): ITALA deut. 32, 32 (Rufin. Orig. in cant. 3 p. 186, 4) ex vinea Sodomorum vitis eorum *hostium*, et -s eorum ex Gomorra (*gr.* κληματίς, *Verec. in cant. 2, 33 D.* propago, *Vulg.* uva. *inde* IVLIAN. in Os. 10, 1–3 -em Sodomorum). psalm. 79, 12 (Sangerm., *sim.* VVLG. *et* PSALT. Rom.) vineam ex Aegypto transtulisti . . .; extendit -es suos usque ad mare et usque ad flumen propagines eius (*gr.* κλήματα. *huc spectat* RVFIN. Orig. in exod. 6, 10 p. 202, 8. 12 symb. 21). Ioh. 15, 2 (cod. b, *sim.* VVLG.) omnem -em in me *Christo* non ferentem fructum tollit eum pater (*gr.* κλῆμα, *cod. q* sarmentum *ut*: 15, 5 [cod. b, *sim.* VVLG.] ego sum vitis, vos -es estis. *huc spectant*: OPTAT. 2, 9 p. 45, 3 intellegite . . . vos esse abscisos -es a vite. HIER. hom. Orig. in Ezech. 5, 5 p. 377, 26 ut fiamus in vera vite Christo Iesu fructiferi -es. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 185, 16 vinum, quod attulerunt illi -es, qui in Iesu permanserunt. 4 p. 225, 10 cuius vitis *in anima humana* -es purgat pater caelestis. PAVL. NOL. epist. 24, 10 NICET. appell. 1 p. 3, 4. *al.*). *al.* 2 *exempla varia*: PRISCILL. tract. 7, 117 (*respicitur apoc. 14, 18*) ut . . . virentis intellectus -es proferatis maturos. AVSON. 400, 3 p. 231, 16 P. (*de opusculis publicandis*) iam dudum ego ut -s audacior in hibernas adhuc auras improbum germen egissem. PRVD. c. Symm. 1 praef. 70 dum virgas steriles . . . de fidei -e concremant (PS. AVG. serm. ed. Mai 118, 2 mater Christi se noverat de -e f. magnum produxisse botrum). PAVL. NOL. carm. 24, 697 hunc . . . vestra vite fusum -em (*sc. liberos*). AVG. conf. 1, 17, 27 laudes tuae . . . suspenderent -em cordis mei. ENNOD. dict. 8, 10 p. 448, 21 adstringe . . . artioribus vinculis . . . erratici -is lapsus (*item de oratore iuvene*: 9, 11 p. 453, 11. 22, 1 p. 493, 9 nec erumpentem in lucem laudis -em . . . truncamus). *al.*

II *in arbore qualibet*: CVRT. 4, 3, 10 falcibus -es (palmas *Mützell*) arborum eminentium ad se trahentes; quae ubi secutae erant, *eqs.* LVCAN. 4, 317 *Pompeiani sitientes* rore madentis destringunt ramos et si quos -e crudo arboris aut tenera sucos pressere medulla. PLIN. nat. 13, 30 suis inter ramos -bus racemosum *est palmae pomum*, utraque natura uvae atque pomi (*item in palma*: 13, 31 mas -e [in -e *codd. plerique*] floret [*ibidem iterum*]. AMBR. hex. 3, 13, 55 *cultores* praeiaciunt ramis eius *palmae feminae* dactulorum vel -um semina masculorum). TERT. coron. 7 l. 51 ut . . . nullum caespitem aut -em non alicuius *dei* capiti invenias consecratum. EVSTATH. Basil. hex. 5, 8, 6 in -es ramosque formatur *umor* (*gr. p. 113*^A ἀκρέμονας καὶ κλάδους).

deriv.: palmito; *cf.* palmesco. *v. Onom.*

palmēsco DIOM. gramm. I 344, 5 (*inter incohativa quae primam positionem non habent*). *a* palma, palmes *derivandum videtur* (*cf.* frondesco *sim.*).

palmētum, -ī *n.* *a* palma. *scribitur* -ent- GLOSS. II 472, 39. 472, 42. 500, 60; -it- *in var. l.* SOL. 56, 18 IVVENC. 3, 638 ITIN. Anton. Plac. rec. A 9. 34. *de notione*: SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 184 -um, ubi palmae crescunt, sicut olivetum, ubi olivae. HIER. in Ezech. 47, 18 φοινικῶνος, id est -i. GLOSS. φοινικών.

i. q. locus palmis consitus: 1 *plur.*: HOR. epist. 2, 2, 184 cur alter fratrum cessare . . . praeferat Herodis -is pinguibus (PORPH.: per cuius -a magnas divitias significat). PLIN. nat. 5, 13 *circa Atlantem montem* fama exstare . . . vinearum -orumque reliquias. 5, 70 Hiericuntem -is consitam. 5, 73. 6, 161. 6, 205 -is caryotas ferentibus (*inde* SOL. 56, 18). STAT. silv. 5, 2, 138 an Solymum cinerem -aque capta subibis? TAC. hist. 5, 6, 1 *in Iudaea* -is proceritas et decor. IVVENC. 3, 638 (*respicitur Matth. 21, 8*) proxima . . . spoliant -a virore. HIER. in Ezech. 48, 23. PS. AVG. serm. 170, 1 (*nisi a Vignier confictus*) depictus est ille resurrectionis hortus . . . pinetis cum -is. CASSIOD. Ios. antiq. 18, 31 plurimis consitae fuere -is *Phaselis et Archelais* (*gr.* φοινίκων πλείστη φύτευσις). ITIN. Anton. Plac. rec. A 9 oliveta et -a. 34. 2 *sing.*: IVST. 36, 3, 3 -o et opobalsameto distinguitur *vallis quaedam*. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 13 p. 626 erat in Hierichunte -um in quo balsamum gignitur (*gr. 1, 361* φοινικῶνα).

v. Onom.

palmeus, -a, -um. *a* palma, palmus (*in mensura sub 2a*).

1 *spectat ad palmam arborem, i. q. confectus*: **a** *e ligno palmae*: VITR. 10, 14, 3 *capreoli* tegantur . . . tabulis maxime -is (primis *trad.; emendatur sec. Athen. mechan. p. 17, 14* φοινικίνοις). VITAE patr. 6, 3, 17 surgens . . . mane senex accepit virgam suam -am. **b** *e foliis*: PAVL. FEST. p. 50 *cumerae* fiunt -ae vel sparteae ad usum popularem. COLVM. 5, 5, 15 -is tegetibus vineas adumbrabat (PLIN. nat. 12, 58). 12, 32 tomice -a aut iuncea ligato *fasciculos*. APVL. met. 2, 28, 2 iuvenem . . . pedes . . . -is baxeis inductum. PALLAD. 3, 27 -a sporta colabis *vinum* (11, 15. *cf.* 4, 10, 10 fiscella. APIC. 1, 3[4], 2 sportella). ORIGO Rom. chron. I p. 146, 4 thallos de scopa -a (*item* p. 147, 22). **c** *e fructu*: PLIN. nat. 12, 79 perfusam vino -o accendentes *stobrum arborem* (24, 163. 164. 165. 166. 37, 185. *omissa voce* vinum: 23, 52 [*cf. Diosc. gr. 5, 31, 1* φοινικίτης]).

2 *spectat ad palmam manus*: **a** *in mensura i. q. longitudinem palmae habens*: PLIN. nat. 26, 95 orchis herba sive serapias . . . caule -o (*cf. Diosc. 3, 126, 1 W.* καυλὸν σπιθαμῆς τὸ μῆκος). **b** *de verberibus palma datis* (*respicitur Matth. 26, 67, cf. infra l. 35*): ORIENT. carm. app. 3, 48 -a quem *Christum* caeco violarunt verbera pulsu.

palmīcius, -a -um. *a* palma. *scribitur in var. l.* -it- SVLP. SEV. dial. 1, 11, 4. 1, 14, 2, -ac- DIOSC. 5, 53 p. 188, 10, -cum *ibid.* [*sard. centr.* palmittu. *cf. Wagner II 208. St.*] *i. q. e palmae arboris parte confectus*: 1 *e foliis*: SVLP. SEV. dial. 1, 11, 4 -am sportam (DIOSC. 1, 35 p. 23, 21 M. *cf.* PLIN. VAL. 3, 14 sportellam). 1, 14, 2 casu contigua . . . -a fiscella pendebat. 2 *e fructu*: DIOSC. 5, 53 p. 188, 10 de bino -u: vinu -u conficis sic *eqs.* (*gr. 5, 31, 1* φοινικίτης. *fortasse pro subst.*: 5, 54 p. 189, 2).

αἱ ἀδελφίδες: **palmidae** GLOSS. III 256, 12 (*cf. 185, 9* adelfides palmae). *a* palma (*genus caryotarum*).

palmifer, -a, -um. *a* palma *et* ferre. *i. q. palmam ferens*: 1 *proprie*: **a** *palmas arbores* (*de terra sim., de populo* Ov. met.): PROP. 4, 5, 25 -ae . . . Thebae. OV. am. 2, 13, 8 Pharon. met. 10, 478 -os Arabas. ELEG. in Maecen. 1, 134 -is balsama missa iugis (*sc. Iudaeae*). SIL. 3, 600 Idymen. MART. CAP. 6, 702 *insulae Fortunatae* avibus plenae, nemorosae, -ae. **b** *palmae ramos*: LVX. anth. 320, 13 dum -is (-geris *Baehrens*) post proelia tanta quadrigis . . . victores turba resolvit equos.

2 *translate fere i. q. gloriosus, victoriosus* (*an etiam* LVX. *supra?*): **a** *-ae sunt res*: ZENO 2, 18, 1 (1, 39, 1 L.) illustris martyrii -am trophaeis coronam competenti. PS. HIER. epist. 5, 1 p. 61^C victoriae -um culmen. PS. AVG. serm. 48, 3 cum -a castitate Iudith ad cives . . . festinat. serm. ed. Caillau 2, 85, 1 p. 141 -am contemplat in caelo salutem *Stephanus.* VICT. VIT. 3, 24 cursum -um consummavit *Maioricus martyr.* DRAC. Romul. 5, 274 -is . . . telis. **b** *-r est Christus* (*per ambiguum luditur cum* palma *manus sec. Matth. 26, 67*): PS. AVG. serm. ed. Caillau 1 app. 3, 1 post palmas in faciem quas excepit dominus Christus re vera -r.

palmiger, -a, -um. *a* palma *et* gerere. *i. q. ramum palmae gerens*: PLIN. nat. 35, 27 (*in pictura*) Nemean sedentem supra leonem, -am ipsam. SVLP. SEV. epist. app. 6, 1 -os biiuges ubi e circo recesserint, quietissime stabulari.

palmipedālis, -e. *a* palmus *et* pes, *cf.* sesquipedalis. palmo ped- *habent codd. omnes* VITR. 10, 14, 2, *nonnulli* 10, 15, 5. *i. q. mensuram palmi et pedis habens*: VARRO rust. 2, 4, 14 in haris ostium esse oportet et limen inferius altum -e. VITR. 10, 14, 2 postes . . . crassitudine quoquoversus -es. 10, 15, 2 *tigno* singulo . . . crassitudine -i, latitudine sesquipedali (*cf. Athen. mechan. p. 21, 6* τὸ δὲ πάχος ε̄ παλαιστάς). 10, 15, 5 (*de ariete*) latitudine in imo -i, crassitudine ⟨bi⟩pedali (*cf. Athen. mechan. p. 23, 12* ε̄ παλαιστῶν). 10, 15, 6 funes . . . habentes inter se -ia spatia. COLVM. 3, 19, 1 in clivosis . . . potest -is deponi *malleolus*.

deriv.: 2. palmipes.

1. palmipēs, -pedis *adi.* *a* palma *et* pes. *i. q. pedes ad speciem palmae (sc. remi?) habens*: PLIN. nat. 10, 29 (*inde* 1, 10, 32) aut . . . aduncos ungues habent *volucres* aut digitos, aut -um in genere sunt, uti anseres et aquaticae fere aves (*cf. Arist. hist. anim. 504 a 7* στεγανόποδα). 11, 256 avium aliae digitatae, aliae -es, aliae inter utrumque, divisis digitis adiecta latitudine.

2. palmipēs, -pedis (-mop- *v.* VITR.). *retrograde a* palmipedalis. 1 *subst. i. q. mensura palmi et pedis*: VITR. 5, 6, 3 *spectaculorum* gradus ne minus alti sint -e (palmo pede *var. l.*). 2 *adi. i. q. mensuram palmi et pedis habens*: PLIN. nat. 17, 143 populus alba seritur bipedaneo pastinato, talea sesquipedali biduo siccata, -i intervallo.

[palmiprimum *olim falso* PLIN. nat. 14, 102 *pro* pharnuprium.**]**

palmito, -āre. *a* palmes. *i. q. germinare*: LEX Sal. Merov. 34, 4 si quis per messem alienam iam -antem (*sic cod. A1*, expalm- *sim. ceteri*) . . . transversaverit.

palmo, -ātum, -āre *v. sub.* palmatus.

palmop- *v.* palmip-.

palmos *m.*, παλμός. *i. q. palpitatio*: PS. SORAN. quaest. med. 151 quid est -os? allevatio corporis ex musculis ab spiritu effecta, non ex arteriis, quae semper agitantur pulsibus, nec semper pulsans, sed temporibus aliquibus. GLOSS. med. ed. Heiberg p. 51, 5 -on Greci vocant saltum ventris ex parte palpitantis.

palmōsus, -a, -um. *a* palma. 1 *i. q. palmis arboribus abundans*: VERG. Aen. 3, 705 -a Selinus (SERV.: abundans palmis et apio. CLAVD. DON.: quod palmas copiosissime generet. *cf. Sil. 14, 200* palmā . . . arbusta Selinus). 2 *i. q. palmis victoriae ornatus* (*ex alia interpr. loci Vergiliani*): SERV. auct. Aen. 3, 705 (*post* SERV. *supra cit.*) an -a ab equis nobilibus? (*unde* GLOSS. victoriosus).

***palmula,** -ae *f.* (-a *n. plur. p. 155, 44, nisi audacius sing.* -a *cum plur.* pruna *iungitur*). *a* palma *deminutive.* *scribitur* -mol-

[*Adkin*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GLOSS. III 88, 10 V 509, 16, *in var. l.* SVLP. SEV. dial. 1, 13, 8 IORD. Get. 149 GLOSS. IV 266, 36. NOT. Tir. 107, 94 palmola. GLOSS. πλάτη ἐν ᾗ διαπλέομεν. φοῖνιξ, δράξ. τὸ θέναρ, τὸ πλατὺ μέρος τῆς κώπης. extrema pars re⟨mo⟩rum. extrema pars navis. GLOSS.^{L} I Ansil. PA 206 gubernaculi pars ima. *legitur inde a* LABER. *infra l. 63,* VARRONE, CATVLLO, VERG., EPIST. imp. Aug., CELSO. [*'species hordei': prov. vet.* palmola *et var. prov., vasc.; 'secale': lig. occ.* parmura. *cf. M.-L. 6173 (et Faré, Postille). Wartburg VII 517. St.*] [*confunditur in codd. cum* palma *e. g.* CELS. 6, 6, 5 (*etiam in exemplaribus* EDICT. imp. Diocl. 6, 83 L.), *restituitur* LABER. mim. 53.]

***palpito,** -āvī, -āre. [*v. sub* palpebra. *Sch.*] *de origine*: *v.* GLOSS. *infra.* *scribitur* -pet- *in var. l.* HIER. epist. 22, 30, 3 ENNOD. dict. 9, 15 p. 454, 15, -petr- *in var. l.* VEN. FORT. vita Germ. 11, 36 (*cf. p. 164, 8*). *formae perf. rarius leguntur; invenimus formas breviores* -asse PLIN. nat. 7, 72 TERT. anim. 23, 1, -asti AVG. in euang. Ioh. 18, 11, -arit HIER. in Gal. 4, 19; *plenas* -verit AVG. in euang. Ioh. 36, 5, -verint AVG. gest. Pelag. 6, 18; *ceterum non nisi* -vit AVG. civ. 22, 8 p. 576, 10 D. *al.* NOT. Tir. 107, 96. *de notione*: MACR. exc. gramm. V 655, 9 πάλλω -o vibro ἐπὶ τοῦ κραδαίνω. SCHOL. Prud. cath. 7, 142 -at emoritur. GLOSS. πάλλω. σκαρίζω. σπαίρω. ἐπὶ τοῦ σκαρίζω. tempto. -at: σφύζει. GLOSS.L I Ansil. PA 223 -antia: trementia vel reliquo adhuc spiritu. 225 -at: tremit. an⟨h⟩elat. IV Plac. P 2 -ans est qui animam trahit; nam '-trans' non est latinum, potest tamen a palpetris (*edit. dubitanter,* -bris *trad.*) venire. *legitur singulis locis apud* CIC., OV., *frequentius inde a* SEN. *philos.* [*fortasse francog. vet.* palpiant '*commotus*'; *cf. etiam cors.* palpatoghja '*cor*'. *cf. M.-L. 6176a (Faré, Postille). Wartburg VII 521 sq. St.*] [*confunditur in codd. cum* palpare HIER. epist. 14, 11, 1 PRVD. perist. 10, 844. *al.*]

i. q. rapide, tremule moveri, agitari sim. (*palpebris non nisi l. 49 sqq. 72 sqq. p. 165, 44 sqq.; usu translato accedit adverbium* hinc *l. 77, sc. vi fere abhorrendi, infinitivus l. 58*): **I** *-ant animantes*: **A** *-at pars corporis* (*sc. hominis vel animalis*): **1** *pars interna*: CIC. nat. deor. 2, 24 cum cor animantis alicuius evolsum ita mobiliter -ret, ut imitaretur igneam celeritatem ([*antea*: micare ... quasi quodam igneo motu]. SEN. Herc. f. 1299 ecce quam miserum metu cor -at pectusque sollicitum ferit. dial. 5, 14, 3 *necati* cor sub vulnere -ans. PLIN. nat. 11, 181 -at certe et quasi alterum movetur intra animal. 28, 97. 30, 19. FIRM. math. 8, 10, 2 crebris agitationibus. *al.*). OV. met. 6, 560 ut ... salire solet mutilatae cauda colubrae, -at *lingua Philomelae excisa* (LVCAN. 2, 182 exsecta ... l. -at et muto vacuum ferit aera motu. PLIN. nat. 11, 173 *ranarum. cf. infra l. 62*). SEN. Herc. O. 709 (*loquitur Deianira*) cor attonitum salit pavidumque trepidis -at venis iecur (PRVD. perist. 5, 116 ut per lacunas vulnerum i. retectum *Vincenti* -et). epist. 74, 3 nisi hic *mortis* timor e pectore eiectus est, -antibus praecordiis vivitur. PLIN. nat. 7,72 *Zoroastri infanti* cerebrum ita -asse, ut inpositam repelleret manum (11, 134 uni homini ⟨in⟩ infantia -at. *cf.* 7, 4 quam diu -ans vertex *infantis*). 10, 148 in ovo ... gutta ea *quae cor esse existimatur* salit -atque. ARNOB. nat. 7, 4 (*de bestiis in ludis trucidatis*) tremibundis ... -antes in visceribus venas (PRISCILL. tract. 3, 71 extarum v. animatione terreni spiritus -antes). ENNOD. dict. 2, 5 p. 431, 27 iunicum exta semivivis -antia motibus. *al.*

2 *pars externa*: **a** *quaelibet*: TERT. anim. 25, 3 de quo *fetu* -ent ilia *matris*, micent latera, tota ventris ambitio pulsetur. LACT. inst. 3, 2, 2 *philosophiae* partes ac membra ... quasi disiecta et dissipata -are potius videantur quam vivere (*item in imag.*: FIRM. err. 20, 5 licet ... idololatriae morientia -ent membra. *proprie*: err. 2, 2 *Osiridis lacerati*. CAEL. AVR. diaet. pass. 54 *epileptici*). ZENO 2, 18, 3 (1, 39, 7 L.) nec salientes digiti *Arcadii* futurae mortis exitio -bant. HIER. epist. 1, 12, 2 subito feminae (*sc. quae mortua credebatur*) -at pectus. PRVD. perist. 10, 844 ut ... -antis oris *Romani morientis* exciperet globum *mater*. *al.*

b *oculus, aspectus, mentis acies sim.* (*fere i. q. palpebrare; cf. etiam l. 72 sqq. p. 165, 44 sqq.*): AVG. in psalm. 73, 19 si non -at aspectus tuus. serm. 4, 1 nec vestigia eius nutent, nec oculi eius -ent. util. cred. 2, 4 luminibus vix apertis et adhuc lucem -ando atque aversando ... recusantibus. *in imag. -at mens sim.*: AVG. conf. 4, 15, 24 inruebat in oculos ipsa vis veri et avertebam -antem mentem ab incorporea re *eqs.* serm. 4, 7 -at mentis acies. PS. AVG. serm. 128, 9 (*de dei contemplatione*) -at infirmus aspectus. serm. ed. Mai 107, 1 non possum dicere, quantum splendor animi vestri *me* delectat audire; ... -at sensus mei dicentis. *accedit inf.* (*sec.* trepidare, horrere *sim.*): AVG. vera relig. 35, 65 si haec intueri -at mentis aspectus, quiescite.

B *-at homo* (*vel eius totum corpus, mens, anima sim.*): **1** *-ant varii*: SCRIB. LARG. 194 *toxicum potum* cogit ... exululare et -are lingua similiter decollatorum capitibus (*cf. supra l. 26*). IVV. 3, 134 ut semel aut iterum super illam -et (*item sensu obsceno*: DON. Ter. Eun. 424 *scorta dicuntur* ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, quod graece -are intellegitur, quod illae faciunt saltando assidue vel potius crissando). TERT. anim. 23, 1 hominem ... primo ... opus futtile et invalidum et instabile in terra vermis instar -asse (*cf.* RVFIN. Adamant. 2, 8 volutari figmentum creatoris et -are [*gr.* σκαρίζον]). SOL. 1, 63 *femineus* sexus nonagesimo primum die -at (*Plin. nat. 7, 41* motus. *item infans in utero*: HIER. in Gal. 4, 19 CAEL. AVR. gyn. 1, 56). *al.* *oculis, acie sim.* (*cf. A2b*): AVG. in euang. Ioh. 18, 11 propinquasti, intendisti, -asti, refugisti (*de divinae veritatis contemplatione ut*: gen. ad litt. 12, 31 p. 425, 26 *creatura* cum conatur lumen illud intueri, -at infirmitate. *item in imag.*: PS. AVG. un. trin. p. 1212 ego ne alios hinc haesitare vellem, ita mihi huius manifestationis lumen effulsit; sed magis est ... ista ... credere, neque hinc ullo modo -are [*sed antea p. 1209* sine palpatione, *v. supra p. 160, 19; cf.* palpitatio *sub 2*]). SVLP. SEV. Mart. 7, 3 defunctum ... laxatis in usum videndi -are luminibus.

2 *-ant moribundi sim.* (*fere respectu respirationis*): **a** *signum est vitae redeuntis* (*cf.* SVLP. SEV. *sub 1,* HIER. *sub A2a*): LVCAN. 6, 754 omnis -at artus *mortuus, quem Erictho ad vitam revocaverat* (artus *vix pro nom. sing. intellegendum, cf. p. 165, 16*). **b** *signum*

[*Adkin*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est mortis praesentis: HOMER. 383 stratus ... super sua -at arma (*item in bello*: STAT. Theb. 8, 439 iam -at arvis Phaedimus. 9, 757 saevi miser inter funera belli -at *Eurytion*). QVINT. decl. 247 p. 15, 1 non illum *Bestium*, quamvis semianimem atque -antem, invasit carnifex. SVET. Tib. 61, 4 conligatis vulneribus ac semianimes -antesque adhuc in carcerem rapti (VVLG. II reg. 18, 14 BACHIAR. repar. laps. 2. 8). APVL. met. 3, 3, 6 tris ... interemptos ... spirantes (-tibus *coni. cdd. rec.*) adhuc corporibus in multo sanguine -antes. ITALA iud. 5, 27 (Lugd.) -ans cecidit miser (Verec. in cant. 9, 26D. -vit, cecidit. *gr. et Vulg. non resp.*). FIRM. math. 1, 7, 2 alterius *iuvenis* iam -antis laqueum rupit inimicus (VEN. FORT. vita Germ. 11, 36 spiritu deficiente decumbens ... iam -bat exanimis). ZENO 2, 41 (1, 42, 2 L.; *de regeneratione per Christum*) exspirantis non -at corpus. PRVD. perist. 14, 49 (*ibid.* seminecem). psych. 594 vincla ... extorquent animam *Avaritiae*, nullo quae vulnere rapta -at. *al.* *accedit acc.* artus (*sec.* LVCAN. 6, 754 *sub a*): DRAC. Orest. 728 male partitos per vulnera -at artus *Aegisthus*. Romul. 5, 281 moriens tremibundos -at artus. **c** *signum est vitae remanentis*: HIER. epist. 22, 30, 3 vitalis animae calor ... in solo tantum tepente pectusculo -bat. SVLP. SEV. Mart. 16, 2 omni ex parte praemortua vix tenui spiritu -bat *puella* (GREG. TVR. Mart. 1, 11 solo sp. [3, 49 vit. patr. 2, 4]. *cf.* VEN. FORT. vita Germ. 42, 116 parvulum ... ultimo flatu -antem). ALC. AVIT. hom. 7 p. 115, 12 aliquid -antis vitae. GREG. TVR. Mart. 3, 8 -ante tantum spiritu. VEN. FORT. vita Germ. 45, 125 anhelito (-u *codd. aliquot*) -ante.

3 *-ant pavidi* (*maxime in imag.; cf.* APVL. *sub II A*): PETRON. 100, 4 animum -antem percussit *vox*. TERT. spect. 30 p. 29, 6 poetas ... ad inopinati Christi tribunal -antes. POTAM. epist. ad Athan. Rev. Bénéd. 30, 1913 p. 281, 74 quibus *dictis* si iam -as. HIER. epist. 14, 11, 1 potentissimi quondam reges nudo latere -bunt (*sc. in extremo iudicio*). PRVD. cath. 12, 121 -ans ... infans *in strage Bethlemitica* (*seq.* singultat ... halitus). AVG. c. acad. 3, 10, 22 me ... -antem atque cadentem (*sc. in disputando*). soliloq. 2, 6, 9 me -antem in his tenebris *errorum*. PS. AVG. alterc. l. 62 S.-H. tibi *synagogae* quondam et Romanus orbis intremuit et terra gentium -vit. SIDON. epist. 2, 1, 4 -antium civium extrema libertas. *al.*

C *-at animal* (*in morte praeter* PLIN., AVG. *l. 44 sqq.*): SEN. nat. 3, 18, 3 ut gustare non possint *delicati* nisi quem *piscem* in ipso convivio natantem -antemque viderunt (PLIN. nat. 9, 177 pisces qui ad pabula petenda -ent exiguis branchiis. VVLG. Tob. 6, 4 *Tobias* adtraxit eum in sicco et -are coepit ante pedes eius. AVG. civ. 22, 8 p. 574, 12 D. *al.*). CALP. ecl. 2, 62 saepe vaporato mihi caespite -at agnus *immolandus*. VEG. mulom. 2, 130, 5 occisum pullum -antem aperies. *oculis*: AVG. in euang. Ioh. 36, 5 si acie -verit *aquilae pullus* (*de eodem*: gest. Pelag. 6, 18 oculis. *cf. Plin. nat. 10, 10* coniventem).

II *pertinet ad res inanimas*: **A** *corporaliter* (*cf. p. 164, 35*): STAT. Theb. 12, 71 his *inferiis* arduus ignis -at (*cf.* MART. CAP. 2, 219 tenui lucernam -are lumine coegit ... crepusculum). APVL. met. 1, 13, 1 tremore viscera quatior, ut grabattulus etiam succussu meo inquietus ... -ando saltaret. CARM. de Iona 40 -at antemna *in tempestate* (*ibid.* tremit). OROS. hist. 2, 9, 10 campum ... crasso et semigelato sanguine -antem. **B** *incorporaliter*: POTAM. tract. 1 Journ. Theol. Stud. 19, 1918 p. 301, 66 heu luctus pius *Lazari sororum*, precum pulsus tenuante defectu, carmine -ante (*trad.* -anti *vel* -ati. *item de sono*: PRVD. perist. 10, 10 vox ... extingui nequit, nec si recisis -et meatibus. AVG. serm. 208, 2 *oratio* nec offendat aut -et aut ... obmutescat). GREG. M. moral. 6, 52 motus carnis ... per desideria -ant.

deriv.: palpitatio, palpitatus.

1. ×palpo, -āvī, -ātum, -āre *et* **×palpor**, -ātus sum, -ārī. [*cf.* palpus (-um). *Sch.*] *scribitur* parp- PAP. Corp. 250, 17 (*cf. Adams, Zeitschr. Pap. Epigr. 31, 1978, 135 sq.*). *formae perf. breviores* -asse PAVL. NOL. carm. 31, 376 VAL. CEM. hom. 7, 5 VIGIL. THAPS. c. Eutych. 4, 22 *bis*, -asset CASSIOD. Didym. in I Ioh. 1, 1 p. 38, 9; *non invenimus* -avisse(t). *ad verbum deponens v. infra*. NOT. Tir. 78, 52b *et* 107, 95 -at. *de notione*: PAVL. FEST. p. 220 -ari blandiri. DOSITH. gramm. VII 432, 3 -or κροτῶ. GLOSS. ψηλαφῶ. foveo aut blandio aut pertracto. -o equo: κατακροτῶ τοῦ ἵππου. GLOSS.[L] I Ansil. PA 220 blandire vel adtractare. 221 -at: blanditur aut manu contrectat. 226 -o: manu temto. *cetera v. infra suis locis.* *legitur deponens apud* PLAVTVM *bis et singulis locis apud* LVCIL., POLLIONEM Cic. fam., HOR. sat., PAVL. FEST., VLP. (*aetatis posterioris non habemus exempla nisi* PS. AMBR. paenit. 18 VVLG. deut. 28, 29 *in var. l.* ROMVL. fab. 43, 9 rec. gall. (*cod. F*) *nec non testimonia quaedam grammaticorum, e. g.* DOSITH. *l. 68*. CHAR. gramm. p. 479, 29 B., *v. etiam* SCHOL. Hor. *sub II*), *verbum activum* PLAVT. Poen. 357 *in cod. A* (*an et* 343 *p. 166, 8?*), *apud* MANIL. (*1*), IVV. (*2*), INSCR. Année Epigr. 1941 n. 4, PAP. Corp. 250, 17, APVL. met. (*1*), TERT. (*1*) *et saepius inde ab* ITALA, *formis infinitis ambiguis* SEN. dial. 5, 8, 7 APVL. met. 8, 7, 3. *al.* [*it.* palpare; *sard. centr.* (ap)palpare, *mer.* (ap)prappai; *raet. or.* palpá, *occ.* palpar, palper; *prov. vet.* palpar *et var. prov., vasc.; cat.* palpar; *hisp.* popar '*blande contrectare*'; *port.* poupar '*parcere*'. *cf. M.-L. 6175 (et Faré, Postille). Battisti-Alessio IV 2737. Wagner II 209. Wartburg VII 517 sq. Corominas III 628 sq. Machado² III 1863. St.*]

[*confunditur in codd. cum* palpebre (HOR. sat. 2, 1, 20; *restituitur* CHIRON 385), palpitare (HIER. epist. 53, 1, 1 PAVL. NOL. carm. 18, 349, *pro qua voce falso trad.* VINDIC. gyn. p. 457 rec. P), plaudere (OV. met. 2, 867), pulsare (STAT. Theb. 1, 55; pulsans *pro* -ans DRAC. satisf. 313 *coni. Arevalo*); *e coni. vix recta* CIC. Att. 9, 9, 1 (temptabo *Nipperdey*); *loco corrupto* PLAVT. Poen. 343 quando illi apud me mecum ⌊-as et lallas⌋ (*sic A*, caput et corpus copulas *P*, *varia temptaverunt varii*).]

I *absolute vel obi. supplendo i. q. palpo uti* (*sc. contrectando vel blandiendo; usus origine intransitivus abit in transitivum, cf. obi. acc. inde a* MANIL., IVV. *sub III; indicatur qua re*: digitis CHIRON 228 VEG. mulom. 1, 46, 2, manibus GREG. TVR. glor. mart. 37; -are de *aliqua re v. p. 167, 28 sqq.; -ant homines eorumve membra vel actiones*):

A *cum vi blandiendi*: PLAVT. Merc. 169 vapulabis, nisi iam loquere aut hinc abis.:: hoc sis vide, ut -atur; nullust, quando occepit, blandior (*sc.* -ari *per ironiam alludit ad* vapulabis). Poen. 357 peristi, nisi illam mihi tam tranquillam facis quam mare ...:: quid faciam? :: exora, blandire, -a (*A*, exp- *P et Non. p. 104, 8, cf. vol. V 2, 1597, 43 sqq.; sequuntur blanditiae Milphionis 365 sqq.*). LVCIL. 883 hic me ubi videt, subblanditur, -atur, caput scabit, pedes legit. SEN. dial. 5, 8, 7 nihil asperum tetricumque -anti est (*in imag. animalia -antis? comparatur blandienti*). APVL. met. 8, 7, 3 verbis -antibus stimulum doloris *Charites* obtundere (ZENO 1, 5, 4 [2, 7, 5 L.] aciem veritatis). HIER. epist. 53, 1, 1 subdola et -ans (palpit- *var. l.*) adulatio (*cf.* 58, 6, 2 -antes adulatores). *al.*

B *mera vi contrectandi* (*includimus imagines perspicuas*):

1 *-at caecus, in tenebris operans sim.* (*cf. p. 167, 23 sqq. 34. 38. etiam 79*): ITALA deut. 28, 29 (Lugd.) eris -ans meridie sicut -at caecus in tenebris (*gr.* ἔσῃ ψηλαφῶν, VVLG. -es ... sicut -are solet c. in t.). VVLG. Iob 5, 14 quasi in nocte sic -bunt in meridie. 12, 25 (*Hier. interpr. Iob* tractabunt). AVG. mor. Manich. 2, 1, 1 non ut videntes, sed ut -antes (*cf.* nupt. et concup. 1, 5, 6 non cernendo sed -ando). *al.* *accedit* per *aliquid*: APON. 7 p. 125 caeco corde -ando per tenebrosos errorum montes superbiae. GREG. TVR. glor. mart. 37 per obscuritatem noctis -ans manibus.

2 *-ant varii*: **a** *respicitur potius sensus tangendi*: ITALA psalm. 113, 15 (Sangerm. = VVLG.) manus habent et non -bunt (*gr.* οὐ ψηλαφήσουσιν, *Veron.* non contrectabunt). Luc. 24, 39 (Ambr. Ioseph 12, 69 = VVLG.) -ate et videte (*gr.* ψηλαφήσατε). IREN. 5, 3, 2 oculus videns, ... auris audiens, ... manus -ans et operans. PRVD. ham. 327 -andi ... sensus. *al.* **b** *-at medicus: locum aegrum quaerens sim.* (*cf.* CHIRON 89 *sub III A1*): CHIRON 228 a cervice *vesicae* sub ipso [m]anu[m] hippo[cen]taurum versus -bis digitis (*corrigi potest e* VEG. mulom. 1, 46, 2). CASS. FEL. 34 p. 74, 4 si forte aliqua praecordiorum tensio digitis -antibus occurrerit. *sanandi causa* (*cf. infra l. 74 sqq. p. 167, 15 sqq.*): PS. AMBR. paenit. 18 pessime sedulitas medendi -atur, cum non continuo suppurata labes absciditur.

II *cum dativo i. q. palpum inferre* (*dat. testantur* DOSITH. gramm. VII 425, 2 CHAR. gramm. p. 383, 1 B. DIOM. gramm. I 313, 7 -o equo. *subi. sunt homines*): PLAVT. Amph. 507 (*versu non sano*) nimis hic *Iuppiter* scitust sycophanta ...; observatote quam blande mulieri *i. Alcmenae* -bitur (suppalpatur *Serv. Aen. 11, 725*). POLLIO Cic. fam. 10, 33, 2 *Lepido* scribenti ad me eius modi litteras ... -rer (palmarer *vel* palma rerum *trad.*) necesse erat. HOR. sat. 2, 1, 20 cui *Caesari* male si -ere, recalcitrat undique tutus (*sc. ut equus*. PORPH.: metaforicos: cui si adularis, offenditur. -ari [-ere *trad.*] proprie: manu mulcere. SCHOL.: assentari, et hic '-ere' quasi a verbo deponenti dixit, cum sit activum). CHIRON 385 (de podagra) cui *iumento* si -are (palpebre *trad.*) volueris, non patiatur doloris aliquid beneficio huius rationis.

III *cum acc. i. q. palpo tractare* (manu MANIL. [?]. SCHOL. Iuv. 6, 196 PRVD. perist. 11, 91 PAVL. NOL. epist. 18, 7. *al.; pro obi. est interrog. obliqua* AVG. conf. 10, 35, 54; *subi. sunt homines vel res* [*sc. p. 167, 15. 27 et saepius sub B*]; *discernitur a* tractare AVG. epist. 95, 4): **A** *corporaliter* (*huc traximus imagines perspicuas*):

1 *animalia* (*vel partem corporis, sc. blanda manu praeter* CHIRONEM, VEG.; *cf. imaginem* HOR. *sub II*): MANIL. 5, 702 manu vastos ... frenare leones et -are lupos, pantheris ludere captis. VLP. dig. 9, 1, 1, 7 si, cum equum permulsisset quis vel -tus esset, calce eum percusserit, erit actioni locus. TERT. pall. 3, 5 Mercurium ... -ti arietis mollitie delectatum. CHIRON 89 quem tumorem -tum intelliges carnem intus esse (VEG. mulom. 1, 63 recens t. hac ratione -atur: *eqs.* [curatur *ed. princ., quam vocem ad* 2, 60, 1 *coni. Ihm, Rhein. Mus. 46, 1891, 495; sed fortasse* -atur *vergit in notionem tractandi curationis causa, cf.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 9, 3 sicubi forte aegrum pecus, vel revisere oculo vel -ando curare [*gr.* ἐπισκέψασθαι *tantum*]). PRVD. perist. 11, 91 animalia ... non ... blandi ... manu -ta magistri. *al.*

2 *homines, deum* (*vel partem corporis; vi blande tractandi l. 84. p. 167, 18; cognoscendi vel quaerendi p. 167, 6 sqq.* [*acced. interrog. obliqua* gen. 27, 21]): IVV. 10, 206 *senum* iacet exiguus cum ramice nervus et quamvis tota -etur nocte, iacebit (SCHOL.: fricetur, praeputie-

[Adkin]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur. *item obscene*: Arnob. nat. 5, 9 *Iuppiter* -bat [pell- *vel* pall- *trad.*] res intimas *matris deorum*. Schol. Iuv. 6, 196 tamquam si manu -etur). Inscr. Année Epigr. 1941 n. 4 (*Ostiae, saec. II; inter titulos satiricos imaginibus septem sapientium adscriptos*) ut bene cacaret, ventrem -vit Solon (Hil. c. Const. 5 *hostis blandiens* non dorsa caedit, sed v. -at). Itala gen. 27, 12 (Lugd.) ne forte -et me *Iacob* pater meus *Isaac* (*gr.* ψηλαφήσῃ, *Vulg.* adtractaverit. *in eadem re*: 27, 21 [Lugd.] ut -em te, fili, si tu es filius meus Esau aut non [*Vulg.* tangam]. 27, 22 [*ibid.* = Vvlg.]. Hil. myst. 1, 25. *al.*). Iren. 3, 24, 2 (3, 38, 2 H.) nemo ... mensus est eum *deum* nec -vit (*gr.* ἐψηλάφησεν). Hil. trin. 3, 20 *dominus Thomae* -andi corporis et contrectandi vulneris obtulit facultatem (*in eadem re*: Hier. epist. 49, 21, 2 cum -andas manus ... monstraverit *Iesus* [108, 24, 1 *bis*]. Avg. in epist. Ioh. 1, 3. *et saepius*). Hier. in Abd. 12 l. 448 dogmata ... blandientia errori nostro et non curantia vulnus sed -antia (hom. Orig. in Ezech. 3, 3 si blandus inimicus -verit potius quam secaverit v. Avg. serm. 83, 7, 8 si v. -etur, homo perditur. Gild. Brit. 108 chron. III p. 83, 32 manu). Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 3 -anti et leviganti maxillam (*iuxta* levigare *ut*: hist. mon. 1 p. 399^C -are cervicem mollius collumque l.). *al.*

3 *res* (*praeter partes corporis; vergit in notionem -ando quaerendi l. 23 sqq. 38*): Itala iud. 16, 26 (Aug. loc. hept. 7, 64; *loq. Samson caecus*) -bo columnas, super quas domus confirmata est (*gr.* ψηλαφήσω, *Vulg.* tangam). Is. 59, 10 (Ps. Aug. serm. ed. Mai 80, 1, *sim.* Vvlg.) -bunt sicut caeci parietem (Ambr. virginit. 11, 61 *anima* adhuc p. domus suae -at, adhuc ostium quaerit. Greg. M. moral. 6, 38). I Ioh. 1, 1 (frg. Mur. 31) quae ... manus nostrae -verunt (*gr.* ὅ ... ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου, Rufin. Orig. in lev. 3, 7 m. n. -verunt de verbo vitae [*sc. praepos.* de *fortasse cum* -are *iungens, cf.* Orig. in num. 25, 3 in cant. 1 p. 103, 33]; *aliae vers.* scrutatae sunt, tractaverunt, temptaverunt, *Vulg.* contrectaverunt [temptaverunt *var. l.*]; *cf. supra l. 11 sqq.*). Ambrosiast. in Rom. 7, 6, 4 quod ... nec oculis cernitur aut manibus -atur. Vvlg. exod. 10, 21 tenebrae ... tam densae, ut -ari queant (*cf. Itala Monac.* palpabiles). Sirach 30, 1 (*add. cod. nonnulli*) non -et proximorum ostia (*gr. non resp.*). Pavl. Nol. epist. 18, 7 quasi ictus sui locum praecurrente gladium manu -ans *carnifex*. Avg. gen. ad litt. 11, 31 p. 364, 10 *Adam et Eva caeci in paradiso oberrantes* -antes ... fructus prohibitos. Romvl. fab. 43, 9 rec. gall. (*cod. F*) attingere vult *vulpes* escam nec valet -ari. Serm. Rev. Bénéd. 59, 1949 p. 200, 38 organum -are et citharam percutere, tibias inflare. *pro obi. est interrog. obliqua*: Avg. conf. 10, 35, 54 *non* dicimus: ... gusta quam splendeat, aut -a, quam fulgeat: videri enim dicuntur haec omnia.

B *incorporaliter* (*imagines magis perspicuas v. sub A*): **1** *homines* (aures *l. 63; vi maxime blandiendi, accedit vis decipiendi imprimis infra l. 64 sqq.*): **a** *indicatur qua re* (*per ironiam* Pap.): Pap. Corp. 250, 17 (*saec. II init.*) ne tib⟨i⟩ paream a spe amar⟨a⟩ parpa⟨tum⟩ vagari quasi fugitivom (*cf.* Pavl. Nol. *sub b*). Ivv. 1, 35 quem *delatorem* Massa timet, quem munere -at Carus. Cypr. laps. 14 qui peccantem blandimentis adulantibus -at, peccandi fomitem subministrat (*inde* Caes. Arel. serm. 148, 1 verbis adulantibus). Hier. adv. Rufin. 3, 6 subdola praedicatione -ari. Prvd. cath. 8, 8 maior exemplis famulos remisso dogmate -as, *Christe*. Avg. serm. 252, 6, 6 nec -amus eos vanis adulationibus. Sidon. epist. 7, 1, 2 rogationum -amur auxilio. *al.* **b** *non indicatur qua re*: Paneg. 3, 16, 2 nec ... blandiri populo, -are obvios et artes petitorias auderet exercere. Amm. 14, 11, 24 qui eum *Gallum* licet nocentem blandius -antes periuriis ad usque plagas perduxere letales. 28, 4, 9 -antes ... advenam *meretricem* deformitate magna blanditiarum ita extollunt ut *eqs.* (*an etiam de tactu corporali?*). Ambr. epist. 48, 2 scriptorem indecores sermones sui -ant (*antea*: delectant). 63, 87 quid vos -ant divitiae? Hier. epist. 140, 1, 2 plausu ... populari, qui solet inperitorum aures decipere atque -are. in Ezech. 39, 1 l. 1842 -bitur atque lactabitur (*cf. Vulg. Ezech. 39, 2* seducam). Pavl. Nol. epist. 17, 1 spe ... ea nos vel opinione -ante. Avg. serm. 46, 2, 3 sermo divinus neminem -ans. *al.* *? mediopassive*: Hier. in Ezech. 33, 23 l. 1419 qui theatralibus luduntur carminibus ... et ibi cum voluptate -antur (*postea*: se decipiant). *reflexive*: Avg. in epist. Ioh. 3, 6 ne vos -etis, ne vos aduletis, ne vos decipiatis, ne vos illudatis. in euang. Ioh. 6, 12 nec illi se -ent. 12, 13. 49, 8. in psalm. 85, 7 l. 17 atque seducat. *al.* Isid. sent. 2, 32, 3 satis delicate se -at, qui vult sine labore vitia superare.

2 *res* (*indicatur qua re* Avson., Prvd., Cassiod.; *vi potius mitigandi* Apvl., *potius obscurandi, velandi* Avson., Prvd., Caes. Arel.): Apvl. met. 5, 31, 3 *Ceres et Iuno* -are Veneris iram saevientem sic adortae: '*eqs.*' Avson. 419, 56 p. 367 P. eorum dubitationem ... condemnans, qui studium suum interpretationis errore -bant. Pacian. (?) sim. carn. p. 115, 7 *caecitas haereticorum* nolens de integro videre quod verum est, dum maluit ex decurtatione -are quod falsum est (*loquitur de verbis Rom. 8, 3 decurtatis; cf. palpationem caecorum sub I B 1*). Prvd. psych. 234 lenta ut solacia mollem desidiam pigro rerum meditamine -ent. Avg. epist. 95, 4 eloquia domini nonne -antur potius quam tractantur a nobis, dum ... quaerimus potius quid sentiendum sit, quam definitum aliquid fixumque sentimus? Cassian. conl. 16, 15 superbiae suae vitium -ant et nutriunt. Cassiod. var. 3, 47, 1 qui poenam debitam considerata moderatione -verit. Caes. Arel. reg. virg. 65 p. 119, 29 ne, dum unius neglegentia -atur et secundum regulam non corrigitur, aliae ... vitientur. *al.*

part. praes. m. pro subst.: Sen. dial. 5, 8, 7 Avg. mor. Manich. 2, 1, 1. *al.* *p. p. p. n. plur. pro subst.*: Ps. Avg. serm. ed. Mai 42, 1 habemus ... firmitatem -ta credentium. *gerund. n. plur. pro subst.*: Fvlg. myth. 2, 7 *visus* et -anda notat et degustata aspicit.

deriv.: palpabilis, palpabilitas, palpabunda, palpamen, palpamentum, palpatio, palpator, palpatus (-ūs). *cf.* palpo (-ōnis) *nec non nomen iocose fictum* Palponides (*Plaut. Persa 704 cod. A, alii aliter, v. vol. V 2, 1597, 41 et Woytek, 1982, ad l.*).

compos.: com-, ex-, prae-, re-, suppalpo(r).

2. palpo, -ōnis (-inis *l. 21*) *m.* *vox a grammaticis (et in glossis) allata ex abl. vocis q. c.* palpus *per falsam interpretationem orta esse videtur, fortasse ex* Non. p. 163, 10 (*unde* Gloss. V 646, 38) -o quasi a palpando (*affert Plaut. Merc. 153* -o percutit, *ubi Plaut.* percutis, *qui tamen abl. intellexisse potest*); *vix huc Pers. 5, 176, v. sub* palpus.

testimonia: Don. gramm. IV 374, 13 *nomina* alia verbis similia, ut comedo, -o (Cledon. gramm. V 37, 22 sic et ... hic -o, huius -onis. Consent. gramm. V 341, 2 Gramm. suppl. 76, 7. 12 -o, -inis). Explan. in Don. gramm. IV 538, 18 comedo, -o: sic vocitati sunt quidam. Prisc. gramm. II 121, 18 in o masculina ... derivativa, ut ... a palpando -o (Evtych. gramm. V 454, 23). Evtych. gramm. V 459, 34 palpo ... et indago ... verba habent adhaerentia sibi nomina ... -o, indago *eqs.* Gloss. V 509, 11 -em: adolatorem (574, 56). 607, 62 -es: qui ducunt caecos (*ex Osbernio, cf. Loewe, Prodromus 51*).

palpor *v.* 1. palpo.

palpus, -ī *m.* (*an* palpum, -ī *n.? exstat abl.* -o *praeter* Plavt. Pseud. 945). [*eiusdem stirpis videtur ac* palpebra, *q. v. Sch.*]

i. q. palma blande contrectans, palpans (*vergit in sensum translatum blanditiarum*): Plavt. Amph. 526 (*cf. 507* palpabitur) timidam *Alcmenam* -o percutit *Iuppiter* (Merc. 152 [*servus domino*] -o percutis [percutit *Non., v. l. 16; cf. 169* palpatur; nullust ... blandior]). Pseud. 945 (*loquitur Simia sycophanta*) mihi optrudere non potes -um (pulpam *Corbett, Eranos 59, 1961, 86 sqq.*). Pers. 5, 176 ius habet ille sui, -o quem ducit hiantem cretata ambitio (*sic distinxit Bücheler, Rhein. Mus. 42, 1887, 472*; ille ... palpo *intellegebant ed. priores. cf.* Itin. Alex. 41 arcere hominem *Alexandrum* et deducere -o temptabat *Callisthenes*).

cf. palpo(r). *Adkin.*

palteum *in* Gloss. *pro* balteum.

palūda *v.* 1. paludus.

palūdāmentum, -ī *n.* [*sensus artius cohaeret cum* paludatus; *sed de origine nihil constat nec liquet, qua ratione hae duae voces cum* 1. paludus (paluda?), *cuius notio parum intellegitur, iungi possint. Sch.*] *de origine*: Varro ling. 7, 37 propter quod conspiciuntur, qui ea habent, ac fiunt palam, -a dicta (*sim.* Isid. orig. 19, 24, 9 -um ... dictum aliquibus videtur, quod eo indutus palam faceret imperator bellum futurum). Gell. 7, 12, 3 (*negat compositum esse*). Not. Tir. 114, 38. *de notione*: Varro ling. 7, 37 paluda a -is; haec insignia atque ornamenta militaria (Fest. p. 253 omnia ... m. o. -a dici. *cf.* Gloss.^L V Abba pa 7 -a: ornamenta militum. *v. et l. 61*). Non. p. 538, 32 -um vestis, quae nunc clamis dicitur (*inde* Gloss.^L III Abol. pa 34). Isid. orig. 19, 24, 9 -um erat insigne pallium imperatorum cocco purpuraque et auro distinctum (*affert* Sall. *p. 169, 6*) ...; erat ... pallium bellicum. Gloss. -um: φοινικίς. χλαμύδα τὸ μαντίον. vestimentum militare. vestimentum belli ut toga pacis (*v. p. 169, 8*). genus vestimenti bellici, id est haecilae (*anglosax.*). Gloss.^L I Ansil. pa 228 insigne ducum et imperatorum e cocco aut purpora. V Abba pa 6 (*cf.* Aa p 64) ornamentum militiae; id est vestis superior sicut toga aut clamis, pessum seu mantum; unde hi, qui in provincia⟨m⟩ proficiscuntur, paludati vocantur. Aa pa 41 ducatoris (*cf.* Gloss. V 509, 13 ducator; *vix per metonymiam*). Lyd. mag. 2, 4 παλουδαμέντοις· αἱ δέ εἰσι δίπλακες ἀπὸ κόκκου κτλ. *legitur inde a* Varrone (*in prosa tantum oratione; non apud* Cic., *qui, quamquam adi.* paludatus *ei non alienum est, voce q. e.* sagum *uti solet, fere in Phil.*).

i. q. sagum militare, maxime illud insigne ducis exercitus (*Romanorum fere; ex Etruria ortum testatur* Flor. epit. 1, 5, 6; *sensus, quem exhibent interpretes veteres l. 51 sqq., apud auctores nusquam manifestus invenitur; vix de homine l. 64*): **1** *quorumlibet* (*fere militum*): Sall. hist. frg. 3, 106 -a ostentari (*Kritz*, ostari *sim. trad.*; *contextu parum dilucido*). Liv. 1, 26, 2 cognito ... -o sponsi (*sc. inter spolia, quae Horatii de Curiatiis tulerant; eadem narrantur* Vir. ill. 4, 8). Amm. 14, 11, 20 ablatis regiis indumentis Caesarem *Constantium* tunica texit et -o communi. Hier. epist. 79, 2, 4 nihil nocuit militanti -um et balteus et apparitorum catervae (*de centurione religioso sec. act. 10, 1 sq.*). 145, 1 quis ... non diligat eum, qui sub -o et habitu militari agat opera prophetarum ...? *inde de veste nobili* (*cf. p. 169, 5; fortasse per lusum verborum cum* palliolo, *v. l. 56 et Loyen ad l.*): Sidon. epist. 4, 9, 3 novo genere vivendi monachum complet non sub palliolo, sed sub -o *vir illustris inter vitam cultiorem sacrarum script. studiosus*.

[*Hodges*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *imperatorum* (*inde etiam lictoris, v. sub c; de colore v. c. g.* VAL. MAX. 1, 6, 11. 1, 8, 8 PLIN. nat. 22, 3; *cf.* PS. AVG. serm. Migne suppl. 1, 295 non nobis textile -um aut vario stamine picta vestis pendet ex humeris. VICTRIC. 26 si quis saecularium principum nostram nunc viseret civitatem, . . . -i flammas ac Tyrium myricem miraretur): **a** *ducis exercitus*: SALL. hist. frg. 1, 87 togam -o mutavit (*cf.* PLIN. paneg. 56, 4 -o mutare praetextam. ISID. orig. 19, 24, 4 toga . . . Romani in pace utebantur, belli autem tempore -is). LIV. 9, 5, 13 a consulibus abire lictores iussi -aque detracta *victis.* 25, 16, 21 -o circa laevum bracchium intorto . . . in hostis impetum fecit *Gracchus.* VAL. MAX. 1, 6, 11 pullum ei *Crasso* traditum est -um, cum in proelium exeuntibus album aut purpureum dari solet. 1, 8, 8 *Cassius Caesarem mortuum* vidit humano habitu augustiorem, purpureo -o amictum . . . in se impetum facientem. 5, 1, 11 quo . . . honoratius cremaretur, inici ei *Bruto* suum -um iussit *Antonius.* PLIN. nat. 22, 3 coccum imperatoriis dicatum -is. SVET. Iul. 64 nando . . . evasit ad proximam navem . . . -um mordicus trahens, ne spolio poteretur hostis. Aug. 10, 4 *Octavianum* sine -o equoque . . . apparuisse *post fugam.* FLOR. epit. 2, 13, 59 relicto *a Caesare* . . . -o. APVL. apol. 22, 7 hoc Diogeni et Antistheni pera et baculum, quod regibus diadema, quod imperatoribus -um *eqs.* (*vix ad b*). OROS. hist. 6, 18, 32 Lepidus . . . deposito -o assumptaque veste pulla supplex Caesari factus *eqs.* *transfertur ad habitum graecum* (*de Dioscoris in pugna visis v. Pease ad Cic. nat. deor. 2, 6*): IVST. 20, 3, 8 duo iuvenes diverso a ceteris armorum habitu, eximia magnitudine et albis equis et coccineis -is (chlamydibus -is *var. l.*, -is *del. Rühl ut gloss.*) pugnare visi sunt. **b** *principis* (*eius uxoris* PLIN., *filii* TAC. hist.): PLIN. nat. 33, 63 Agrippinam Claudi principis . . . indutam -o aureo textili sine alia materia (*sed cf.* TAC. ann. 12, 56, 3 ipse *Claudius* insigni -o neque procul Agrippina chlamyde aurata praesidere). TAC. hist. 2, 59, 3 *filium Vitellii infantem* -o opertum. PS. AVR. VICT. epit. 3, 9 phalerato equo insignisque aenea corona, quasi triumphans indutus aureo -o, curru biiugo decucurrit *Caligula.* AMM. 21, 5, 12 *supplicem* imperator *Iulianus* -o protexit. 23, 3, 2 *Iulianum* -um purpureum propinquo suo tradidisse Procopio. 26, 6, 15 *Procopius* nusquam reperto -o tunica auro distincta, ut regius minister, indutus. **c** *lictoris* (*de lictoribus paludatis cf. p. 170, 1*): HIER. epist. 1, 7, 3 furens et anhelus lictor, -o in cervicem retorto, dum totas expedit vires, fibulam, quae chlamydis mordebat oras, in humum excussit.

cf. paludatus *et* 1. paludus.

palūdātus, -a, -um. [*v. sub* paludamentum. *Sch.*] *de origine et formatione*: PRISC. gramm. II 441, 25 a paludamento -us. 562, 15 (*nomen, non participium esse contendit*). NOT. Tir. 114, 37. *de notione*: VARRO ling. 7, 37 ad bellum cum exit imperator ac lictores (*cf. p. 170, 1*) mutarunt vestem et signa incinuerunt, -us dicitur proficisci. FEST. p. 253 -i in libris auguralibus significat, ut ait Veranius, armati, ornati. GLOSS. -us: clamidatus (*ad* IVV. 6, 400 *v. sub IB1*). mantuatus. -i: blavati (clavati *suspicatur Heraeus*). -is: mantuatis. *legitur in sermone augurali (v.* FEST. *supra et* SCHOL. Verg. *infra) et inde a* LVCIL.

i. q. paludamento indutus (*de Romanis praeter* AMPEL.):
I *de hominibus*: **A** *de variis militibus* (*et usu inde derivato*): SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 241 (*verba auspicantis e Sabidio citantur*) equites et pedites nomenque Lati⟨num, contuberna⟩les, cincti, armati, -i. LVCIL. 393 pone -us stabat rorarius velox (veles *Lachmann; sunt qui* -us *in* -um *vel* -os *mutent, ut potius trahatur ad p. 170, 16*).

transfertur ad virgines Salias: FEST. p. 329 Salias virgines Cincius ait esse conducticias, quae ad Salios adhibeantur, cum apicibus -as; quas Aelius Stilo scribsit sacrificium facere in Regia cum pontifice -as cum apicibus in modum Saliorum.

B *de imperatoribus* (*eorumque lictoribus*): **1** *vario usu*: VARRO ling. 7, 37 *v. supra l. 45.* LIV. 2, 49, 3 consul -us egrediens in vestibulo gentem omnem suam instructo agmine videt. IVV. 6, 400 cum . . . -is ducibus (SCHOL.: euntibus ad militiam, chlamydatis scilicet). AMPEL. 16,5 Pseudophilippus in arce regni -us ius dicit.

2 *in libera re publica, de magistratu vel promagistratu ex urbe in provinciam proficiscente* (*lictoribus eius p. 170, 1, cf. l. 46; usus fere technicus voci q.e.* paludamentum *insolitus praeter p. 168, 63*): **a** *in iunctura* -um exire: CIC. Verr. II 5, 34 cum -us exisset votaque pro imperio suo . . . nuncupasset. Sest. 71 malis ominibus atque exsecrationibus. CAEL. Cic. fam. 8, 10, 2 (*verba senatus consulti*). CASS. Cic. fam. 15, 19, 2 Pansam nostrum . . . -um ex urbe exisse. CAES. civ. 1, 6, 6 votis nuncupatis (LIV. 41, 10, 11). FAST. cos. Capitol. a. 44 a. Chr. (Inscr. Ital. XIII 1 p. 59). LIV. 40, 26, 6. **b** *in iunctura* -um proficisci: CIC. prov. 37 proficisceтur -us? Pis. 31 in provincias (LIV. 41, 5, 8). Phil. 5, 24 neque sacrificiis sollemnibus factis neque votis nuncupatis non profectus est, sed profugit -us (LIV. 42, 49, 1. *cf. p. 170, 16*). Att. 4, 13, 2 Crassum . . . aiunt profectum -um. fam. 15, 17, 3. LIV. 37, 4, 2 omnibus . . . paratis. 42, 27, 8 praetor. **c** *alia*: CIC. Phil. 13, 19 egressus est non viis, sed tramitibus -us (LIV. 36, 3, 14. VAL. MAX. 5, 6, 3 portam). fam. 13, 6, 1 cum te *proconsulem* prosequerer -um. epist. frg. IV 25 W. Antonius demens ante lucem -us. LIV. 21, 63, 9 ne . . . -us . . . cum lictoribus in provinciam iret. 31, 14, 1 -is lictoribus profectus ab urbe (41, 10, 5 non -is [pabul- *trad., corr. ed. pr.*] l. *eqs.* 41, 10, 7. 13. 45, 39, 11 consul proficiscens praetorve -is l. in provinciam). 41, 17, 6 *loco lacunoso.* MACR. Sat. 1, 6, 2 nullis hodie officiis publicis occupari fas esset; togatus certe vel trabeatus -usve seu praetextatus hac die videtur nullus.

3 *sub principatu, de principe*: TAC. hist. 2, 89, 1 *Vitellius Romam ingressurus* -us accinctusque (*postea*: sumpta praetexta; *eadem paulo aliter refert* SVET. Vit. 11, 1 urbem . . . introiit -us ferroque succinctus *eqs.*). SVET. Claud. 21, 6 praesedit . . . -us (*cf. p. 169, 34*). Galba 11 deposita legati suscepit Caesaris appellationem, iterque ingressus est -us. CAPITOL. Aur. 14, 1 profecti . . . sunt -i ambo imperatores.

II *transfertur ad aulam* (*sc. principis*): CLAVD. 28, 596 ducibus circumstipata togatis iure -ae iam curia militat aulae.

masc. pro subst. (*cf. p. 169, 57*): CIC. Phil. 3, 24 iter -i (*sc. Antonii proconsulis; de eadem re v. p. 169, 78*). SEN. epist. 95, 31 quae clam commissa capite luerentur (luerent, tum *codd.*), quia -i fecere, laudamus. SIDON. epist. 5, 7, 3 invident tunicatis otia, stipendia -is.

cf. paludamentum *et* 1. paludus.

palūdēnsis, -e. *a* 2. palus. *i. q. paluster*: INSCR. Année Epigr. 1934 n. 40, 10 (*aet. Commodi, Thamugadi*) opus aquae -is conquirendae concludendaeq(ue) inchoari fieriq(ue) curavit. *cf. Onom.*

palūdester, -stris, -stre. *a* 2. palus, *iuxta* paluster (*v. Mørland, Die lat. Oribasiusübers. 1932, 128*). padulestr- GLOSS. med. ed. Heiberg p. 80, 18, *cf.* padulustr- HIPPOCR. aer. 1 (palustr- *var. l.; sc. per confusionem inter* -r *et* paluster). *nom. sing. fem.* -ia *per heteroclisin* HIPPOCR. aer. 18 (-is *corr. Kühlewein*). GLOSS.L I Ansil. PA 237 palustri: -i (*similiter per corr.* PL 212). *inde ab* HIPPOCR. aer.

i. q. paluster: **1** *de rebus*: **a** *de aquis sim.*: HIPPOCR. aer. 1 utrum -bus (padulustr- *cum var. l.* palustr-) utantur *aquis* an *eqs.* ([*gr.* ἑλώδεσι]. 7 stagnosae et -es [*gr.* λιμναῖαι]. 8 [*gr. item*]. 10 -bus et stagnosis [*gr.* ἑλείοισι]. 24 loco stabiles . . . et -es [*gr.* ἑλώδεα]. PHILAGR. med. 4 p. 175, 21. ORIBAS. eup. 1, 14, 12 [*gr.* ἰλυώδη]). CAEL. AVR. salut. praec. 39 lavacra . . . fontana vel imbrilia, fluminalia vel -ia (*sic cod. Aug.*, palustr- *cod. Lond.*). CASSIOD. var. 2, 32, 2 mare. 2, 32, 4 quantum spatii restagnatis incursibus -is illuvies occupavit. **b** *de locis sim.*: HIPPOCR. aer. 15 regio (*gr.* ἑλώδης. 24 *gr.* λειμακώδεα). 18 desertio . . . campestria et -ia (*gr.* λειμακώδεα). ORIBAS. syn. 4, 1, 1 Aa humidis aut -bus locis ([*cf. gr.* τέλμασιν, *La* paludibus]. 6, 24, 3 Ab *gr.* ἑλώδους. 7, 13, 6 Aa aquis et -bus l. [*gr.* ἑλείων, *cf. La* paludibus]. GLOSS. med. ed. Heiberg p. 80, 18). *n. plur. pro subst.*: HIPPOCR. aer. 13 naturae montibus similes . . ., aliae vero stagnosis et -bus (*gr.* ἑλώδεσιν). *addas fortasse* HIPPOCR. aer. 15 (*syntaxi turbata*) victus . . . sunt hominibus -bus (*cf. gr.* ἐν τοῖς ἕλεσιν. est h. -is *emendat Kühlewein*).

2 *de animalibus*: PHILVM. med. 3 p. 142, 3 de avibus . . . ca*danda sunt*, quae non sunt saginata, praeter -ia (-es *var. l.*). PHILAGR. med. 3 p. 171, 17 pisces pelagici et -es (4 p. 175, 21 p. -es omnes et pelagicos. RVF. podagr. 10).

3 dea -is: GLOSS.L V Aa T 438 Tritonia: dea -is dicitur (*cf. Serv. auct. Aen. 2, 171* a Tritonide palude Africae, iuxta quam nata dicitur).

palūdētum, -ī *n.* *a* 2. palus. GLOSS. II 588, 63 -um: paluster locus. *i. q. regio palustris*: SCHOL. Hor. epod. 5, 58 quod subustione -a illic siccata sint, Subura dicitur.

palūdicola, -ae *c.* *a* 2. palus *et* colere, *cf.* limicola. *i. q. paludum incola* (*de civitate l. 63*): CARM. de mens. 2, 6 -am prendere . . . avem. SIDON. epist. 4, 1, 4 ad -as Sygambros. 7, 17, 2 vers. 19 rura -ae . . . populosa Ravennae (*cf. Sil. 8, 601 sub* paludosus).

[palūdifer *ex* ANTH. 762, 42 *affertur vol. II 2260, 18; sed est medii aevi.*]

palūdigenus, -a, -um. *a* 2. palus *et* gignere, *cf.* amni-, limigenus (*Auson.*); *inter exempla vocum per* -gena *formatarum affert André, Rev. Phil. 47, 1973, 12 coll. gr.* ἑλειογενής, *ignorans* EPIGR. Bob. (*neutr.*). *i. q. in palude genitus*: EPIGR. Bob. 48, 3 -is perlucida Virgo (*aqua*) fluentis (*cf. Frontin. aq. 10, 5* concipitur Virgo . . . palustribus locis). ANTH. 94, 1 ('de cereo') lenta -am vestivit cera papyrum.

palūdivagus, -a, -um. *a* 2. palus *et* vagari. *i. qui per paludes vagatur*: AVIEN. orb. terr. 312 Italidum vi maesta -os Germania flevit alumnos.

palūdo, (-inis) *f.* [*si genuinum, a* 2. palus, *cf.* incudo, -inis *iuxta* incus. *Sch.*] GLOSS. II 295, 39 ἕλος: hic palus, haec -o. 498, 57 -o: ἕλος. 589, 7 -o: palus.

palūdōsus, -a, -um. *a* 2. palus. [*fort. val.* păduros '*silvosus*'; *tusc.* paduloso; *francog. med.* palueux; *prov. vet.* paludos. *cf. M.-L. 6179. Wartburg VII 531. St.*] *i. q. paludibus abundans, paluster*: **1** *de incolis*: PROP. 4, 6, 77 ille *poeta* -os memoret servire Sygambros. **2** *de terra, regione sim.*: OV. met. 15, 268 e . . . -a *humo* siccis humus aret harenis. SIL. 8, 601 *qui* lenta

[*Hodges*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ae proscindunt stagna Ravennae. STAT. silv. 3, 2, 108 -i fecunda licentia Nili.

? **1. palūdus,** -a, -um. [*v. sub* paludamentum. *Sch.*] *i. q.* *paludatus* (*nisi subst.* [*nom. propr.?*] paluda, *incertae notionis et originis; epitheton Discordiae; de variis interpretationibus v. e. g. Tiffou, Rev. Ét. Lat. 45, 1967, 242 sqq. et Oostenbroek, Eris-Discordia, 1977, 80 sqq.*): ENN. ann. 521 corpore tartarino prognata -a virago (*sic affert* VARRO ling. 7, 37 *explicans* -a a paludamentis; palude *exhibet Prob. Verg. ecl. 6, 31 assentientibus nonnullis recentioribus*).

? **2. palūdus,** -a, -um. *a* 2. palus. *i. q. paluster*: PS. APVL. herb. 59 l. 21 *herba confirma* nascitur locis -is (*vix gen. vocis q. e.* 2. palus; *potius per corruptelam, e. g. pro* paludosis).

pālum, -i *n. v.* 1. palus.

palumba *v.* palumbes.

palumbācius, -a, -um. *a* palumbus, *sc. more vulgari pro* -aceus. *i. q. similis palumbi, sc. eius colore praeditus*: GROM. p. 351, 24 L. (*l. 22* colores terminorum orientalium) alii marmorei *termini* virides, alii -i, alii prasini.

palumbāris, -e. *a* palumbus. *i. q. ad palumbes pertinens*: *in nomine herbae*: PS. DIOSC. Vind. 4, 59 p. 213, 10 περιστερεὼν (*-στεριον in rec. orig.*) ὀρθός ... οἱ δὲ ἔρβα παλουμβάρις (*quae* columbina *vocatur Ps. Apul. herb. 66 l. 8; cf. Plin. nat. 25, 126* peristereos ... columbis admodum familiaris, unde et nomen. *cf. p. 174, 19*). *?m. vel f. pro subst. de ipso palumbe vel de columba* (*v. André, Les noms d'oiseaux, 1967, 116*): ORIBAS. syn. 4, 1, 7 La p. 3 (*de cibis extenuantibus*) -is per turres commorantes meliores sunt de domesticis (*gr.* τῶν περιστερῶν αἱ ἐκ τῶν πύργων, *quod rectius vertit Aa* columbi de turribus; *sed fortasse ex antecedentibus subintellegas* aves, *ita ut* -is *ad* turres *spectet, cum interpres iam antea a graeco longius abscedere videatur*).

[**palumbārius** *ex glossa recenti affert e. g. Forcellini s. v.*]

*****palumbēs** (palumbis), -is *m., f.,* *****palumbus,** -ī *m.,* palumba, -ae *f.* [*de ratione declinationum parum liquet; formatio partis terminantis confertur cum* columba, *pars radicem servans cum gr.* πέλεια *et pruss. vet.* poalis, *quae eiusdem fere notionis sunt. Sch.*] *de origine*: ISID. orig. 12, 7, 62 (*interpol. ad p. 173, 20; om. codd. BCK*) -es eo quod sint farsae, a pabulo. NOT. Tir. 111, 39 -es (*antecedit* columba). *legitur inde a* PLAVTO (*v. sub IIB1*), CATONE, LVCILIO (*v. sub IIA2*). [*a formis* -us, -a *val.* porumb; *it.* palombo, -a; *sard. centr.* palumbu, -a; *var. dial. francog.; prov. vet.* paloma *et var. prov., vasc.; cat.* paloma; *hisp.* palomo, -a; *port.* pombo. *cf. M.-L. 6181. Battisti-Alessio IV 2736. Wagner II 209. Wartburg VII 523sq. Corominas III 627sq. Machado² III 1849. St.*] [*confunditur in codd. maxime cum* columba FIRM. math. 8, 14, 3 (*falsa var. l.* HOR. carm. 1, 2, 10 CELS. 6, 6, 39ᴮ PERS. 3, 16. *al.*); *vix recte trad.* VARRO rust. 3, 9, 1 (*v. Keil ad l.*); *de CE 50 lectionis et explicationis ambiguae v. vol. VII 2, 1807, 81sqq. et Tjäder, Gnomon 45, 1973, 453.*]

I *de formis et genere*: **A** *doctrinae gramm.*: QVINT. inst. 1, 6, 2 (*vox* -es *fem. genere usurpata* VERG. ecl. 3, 69 *exemplum est auctoritatis, qua* summorum in eloquentia virorum iudicium pro ratione *est; cf.* PRISC. *infra*). NON. p. 219, 3 -es (*ed. princ.;* -i *codd.; an restituas* -is?) feminino Vergilius (*affert* ecl. 1, 57); masculino Lucilius (453. *addit* PLAVT. Bacch. 51 POMPON. Atell. 41. *sim.* CHAR. gramm. p. 136, 10 B., *qui pergit* Varro autem in Scauro '-i' dicit, quod consuetudo quoque usurpavit). PROB. app. gramm. IV 198, 15 -es, non ⌊-us⌋ (*trad. in serie verborum in is exeuntium; tamen vix restituas* -is, *v. Foerster, Wien. Stud. 14, 1892, 293*). CHAR. gramm. p. 177, 21 B. (*e Romano*) -es a quo nominativo veniat quaeri solet. p. 452, 28 (quae apud Latinos masculina, apud Graecos feminina sunt) -us φάσσα (*inde* GLOSS.). SERV. ecl. 1, 57 (*sim.* PHILARG. rec. I *ad l.*) -es ... non dicuntur latine (*immo* -i), sed multorum auctoritas latinum facit (*affert* CIC. carm. frg. 3). MARTYR. gramm. VII 191, 8 (*utrum 'vus' an 'bus' scribendum*) -us promiscue, licet Vergilius feminino genere extulit (*affert* ecl. 1, 57 -es, *pro quo* -ae *posuit* CASSIOD. *ibid.*). PRISC. gramm. II 169, 16 (*exemplis e Capro et Probo sumptis monstrat veteres* confudisse genera nulla significationis differentia ..., sed sola auctoritate *coactos*) hic et haec -es. DVB. NOM. gramm. V 586, 20 -is generis feminini (*affert* VERG. ecl. 3, 69). GRAMM. suppl. 116, 30 feminina...: caedes, strages, ... -es.

B *usus auctorum*: **1** *enumerantur formae declinationis*: **a** *tertiae* (*infra non indicavimus medicos a* PLIN. nat. *pendentes, qui passim substituerunt formas decl. secundae; contra* PLIN. *p. 172, 7sq.*): *α nom. sing.*: -es: CIC. carm. frg. 3 (*si vere sing., v. sub IIA1*). ISID. orig. 12, 7, 62 (*rec. orig.; plur.* -es *in codd. interpol.*). GLOSS. II 470, 23 φάσσα: -us, -es. V 382, 56 GLOSS.ᴸ Corp. P 136 NOT. Tir. 111, 39. *adde* PROB. app., PRISC., GRAMM. suppl. *sub A et cf. falsam var. l.* PLIN. nat. 1, 10, 35 *et* 10, 158. -is: PLIN. nat. 1, 10, 35 (*codd. potiores;* -es *d,* -us *T*). 10, 158 (*bis; priore loco cum var. l.* -es, -us). 30, 60 (-us *dett.*). 30, 144 (*R;* -us *cett., sed antecedit abl.* -e). GLOSS.ᴸ II Philox. PA 49 (-es *sec.* VERG. *suspicatur ed.*). *adde* DVB. NOM. *sub A et cf.* NON. *ibid.*, PLIN. nat. 30, 61 *sub b.* *β casus ceteri*: PLAVT. Bacch. 51 -em (Poen. 676 POMPON. Atell. 41 PLIN. nat. 10, 106. 18, 267 [-um *var. l.*]. SCHOL. Hor. carm. 4, 12, 6). LVCIL. 453 -es (*Non. p. 219, 6;* -os *perperam codd. Char. gramm. p. 136, 15 B. contra contextum. item nom. vel acc. plur.*: VERG. ecl. 1, 57. 3, 69. HOR. sat. 2, 8, 91 [*sed* -is *edidit e. g. Klingner sine nota in app.*]. carm. 3, 4, 12 CALP. ecl. 3, 76 PLIN. nat. 8, 101. 10, 72. 106. 11, 200 NEMES. ecl. 2, 67. SPART. Geta 5, 5 [*sed cf. l. 19*]. ARNOB. nat. 4, 24 p. 229, 12 M. *al.*). PLIN. nat. 1, 29, 39 p. 99, 10 M. -e (1, 30, 8–53 p. 102, 36 M. 30, 144 [-o *d*]). 10, 26 -ium (10, 78. 18, 267 [-bum *E*]. 29, 126 [*sed* CELS. *p. 173, 52* -i]. 30, 67 [*bis*]). 16, 247 -is (*gen. ut* 30, 58. 94).

b *secundae* (*vix huc* LVCIL. 453, *v. sub aβ; cf. falsas var. l.* -is *pro* columbis HOR. carm. 1, 2, 10, -o *pro* columbo PERS. 3, 16): CATO agr. 90 -um. agr. capp. 99 VARRO frg. (81 F.) Char. gramm. p. 136, 16 B. rust. 3, 9, 1 (*sed recte delevisse vid. Keil*). 3, 9, 21 CELS. 2, 30, 2. 5, 5, 1. 5, 8 (-ae *J*). 6, 6, 39ᴬᴮ. COLVM. 8, 8, 1 (-es *recc. pauci*). 8, 9, 2. 11 capp. 8 -is (*vix ad c*). SCRIB. LARG. 16 (*bis*). PETRON. 70, 2. PLIN. nat. 10, 147 -i (*codd. et edd., fortasse parum considerate, cum formae tertiae decl. apud eum tradantur fere vicies; cf.* 30, 61 -us *codd., Saint-Denis,* -is *Mayhoff*). MART. 2, 37, 6. 3, 58, 19. 13, 67 tit. *et* 1. PORPH. Hor. carm. 1, 2, 9 SER. SAMM. 599 EDICT. imp. Diocl. 4, 28 L. LAMPR. Diad. 4, 6. Alex. 41, 7 (*sed cf. l. 5*). FIRM. math. 8, 14, 3. PLIN. med. 2, 18, 4 -orum (*inde* MARCELL. med. 26, 12 -i, *sed* PLIN. nat. 30, 67 -ium). *et saepius.*

c *primae* (*vix huc spectat l. 13 nec* IVVENC. 1, 196 -as [*C et edd. rec.,* -es *fere cett.; scribam potius sec. 1, 188* columbas *errasse putaverimus quam poetam formam vocis Vergilianam neglexisse*]. *cf. falsam var. l.* -ae *l. 13. p. 171, 65 et* CELS. 6, 39ᴮ *pro* columbae): PELAGON. 123 -am (*v. sub IIA2d; gen. masc.* -i *exhibet* 132). ANON. med. ed. Piechotta 170 -a. INSCR. christ. Ferrua 9762. Diehl 1561A DIFF. ed. Beck p. 46, 33 GLOSS. III 257, 60. 435, 42 V 318, 44 GLOSS.ᴸ Corp. P 103.

2 *illustratur genus*: **a** *accedunt adi., part., pron.*: *α masc.*: *ad formas decl. tertiae*: PLAVT. Bacch. 51 unum (POMPON. Atell. 41). Poen. 676 illum (*nisi intellegas 'hominem'*). LVCIL. 453 macros. PLIN. nat. 30, 60 ferus (30, 67. *cf. l. 38*). 30, 144 ter circumlato ... -e (circumlata *vel* -data *trad., sed cf. ibid.* emissus). GLOSS.ᴸ I Ansil. PA 234 -es, qui. *ad formas decl. secundae*: CATO agr. 90 ubi prensus erit. CELS. 2, 30, 2 decoctus. COLVM. 8, 8, 1 -os columbosque ... pinguissimos facere. SCRIB. LARG. 16 masculi. *ibid.* ferorum (PLIN. nat. 30, 61 [*nisi* -is *restituendum*]. SER. SAMM. 599 PLIN. med. 2, 6, 4. 2, 8, 5. 2, 18, 6 MARCELL. med. 27, 60). MART. 13, 67, 1 torquati. LAMPR. Diad. 4, 6 regium parvulum. *al.* *β fem.* (*vix huc* HOR. carm. 3, 4, 12 *sub IIA1*): VERG. ecl. 1, 57 raucae ... -es. 3, 69 aeriae ... -es. PLIN. nat. 10, 106 -es ... aliquas. *ibid.* (*e Nigidio*) nominata⟨m⟩ -em. NEMES. ecl. 2, 67 geminas ... -es (geminos ... -os *codd. interpol. pauci*). SERV. Aen. 1, 474 -es ..., quas. AGROEC. gramm. VII 118, 17 ferae. GLOSS. V 128, 36 -es, quae. **b** *apponuntur subst.*: PLIN. nat. 10, 158 -is ... femina ..., mas. **c** -is *vel* -us *significat feminam*: PLIN. nat. *p. 173, 3sq.* INSCR. christ. *p. 173, 77sqq.* (*ibid. bis* -a *de femina*).

II *de notione*: *significatur avis generis columbini* (*sc. maxime 'columba -es' L. vel etiam 'columba oenas' L., sed genus fere domesticum intellegendum videtur p. 173, 3; ad rem v. Steier, RE IVA 2484, 22sqq. et 2486, 34sqq.*); *distinguuntur* columba *et* turtur *passim, variat cum* columba *p. 173, 12; determinatur species adiectivis* ferus *l. 33. 38. 45,* regius *infra l. 81; gr. respondere scias* φάττα (φάσσα), *nisi alia adnotavimus.* *testimonia notionis*: SERV. ecl. 1, 57 -es columbae, quas vulgus ⌊tetas⌋ vocat (⌊ ⌋tecas, stecos *var. ll.;* t(h)itos *loco interpol.* ISID. orig. 12, 7, 62). Aen. 5, 213 *columbae agrestes* -es vocantur (SCHOL. Hor. gloss. Γ carm. 3, 4, 12). CASS. FEL. 48 p. 122, 21 -us, quem Graeci fassan appellant (GLOSS. φάσσα [*distinguitur saepe* columba: περιστερά]). AGROEC. gramm. VII 118, 17 'columbae' quae mansuefieri possunt ..., '-es' ferae saxis silvisque inhabitantes (*cf.* DIFF. ed. Beck p. 46, 33 inter columbas [-bos *trad.*] et -as [-os *trad.*]: columbae sunt, quae mansuefieri possunt, -ae sunt silvestres). GLOSS. -es: cuscotae (*vel* cuscutan; *anglosax.*). -us: colu⟨m⟩bus maior. -es: quae (*vel* qui) in arboribus degunt (*affertur* VERG. ecl. 1, 57 PLAVT. Bacch. 51). V 318, 44 -a: columba silvestris grandis (*inde* GLOSS.ᴸ Corp. P 103 -a: columba).

pammūsus, -a, -um, *πάμμουσος. i. q. in omnibus artibus versatus:* **1** *de dea omnium artium patrona:* CIL III 14195[9], 10 *(a. 104)* imaginem arg(enteam) Minervae -ae . . . fecit *(gr. ibid. l. 20 Ἀθηνᾶς παμμούσου).* **2** *de hominibus in omnibus artibus versatis:* INSCR. Dessau 8482a *(Puteolis)* Hilarioni -o, quem di appetiverunt, qui vixit annis XV. CIL VI 10159 d. m. Erotis, alumno dulcissimo et -o gymnico Valentines filies mees; vixit annos XVI.

cf. Onom.

† **pamnu:** virtus Graece est GLOSS.[L] I Ansil. PA 239 (rome, *i. ῥώμη, suspicatur Lindsay*).

pampa, -ae *f. vox peregrina videtur.* PAENIT. hibern. p. 138, 7 Bieler si quis capud alterius percusserit usque ad cerebri -as *(cf. p. 150, 29* sic ut cerebri cutem inspiciat. 'i. squamas' *explicant duo codd. et Du Cange s. v.*).

pampanus *v.* pampinus. *Gatti.*

? **pampināceus,** -a, -um. *a* pampinus, *si recte trad. i. q. e pampinis confectus vel pampinorum similis:* COLVM. 12, 20, 5 ad praedictum . . . modum musti adici debent hi odores: . . . amomi pondo quadrans, croci quincunx, †erispae† -ae libram *(sic SA[2] [ubi scribitur* panp-]; eris *A[1],* cripe, eripe *sim. recc.;* sertae Campanicae *H. Barbarus*).

pampinārius, -a, -um *et* pampinārius (-um), -ī *m. (n.). a* pampinus. *scribitur in codd. etiam* panp-, *e. g.* COLVM. 3, 10, 21 *S. de genere v. infra ad 2. de notione:* COLVM. 5, 6, 29 palmitum duo genera sunt: alterum, quod ex duro provenit, quod, quia primo anno plerumque frondem sine fructu adfert, -um vocant; alterum, quod ex anniculo palmite procreatur, quod . . . fructuarium appellant *(cf.* PLIN. nat. 17, 181 sic duo genera palmitum: quod e duro exit materiamque in proximum annum promittit, -um vocatur *eqs.*).

i. q. solis pampinis praeditus, uva carens (non nisi de sarmentis vitium): **1** *iuxta subst.:* COLVM. 3, 10, 7 ne -am virgam deplantet. 4, 24, 5 -us palmes innatus *trunco vel cruribus* ([*Pallad. 3, 12, 4* circa crus quicquid nascitur]. 5, 6, 31). arb. 3, 1 -a sarmenta deponi non placet, quia sterilia sunt. **2** *solum ponitur, sc. subaudiendis vocibus q. s. palmes, malleolus vel sarmentum sim. (masc. l. 77. 79. p. 182, 2. 3, neutr. l. 76. 83. p. 182, 1, cetera ambigua):* COLVM. 3, 10, 5 ex duro trunco enatum *sarmentum,* quod -um vocant. 3, 10, 15 confiteor -os . . ., cum e duro processerint, tempore anni sequentis adquirere fecunditatem *eqs. (cf.* PLIN. nat. 17, 157 serere e -is sterile est, nec nisi fecundo oportet. PALLAD. 3, 9, 8 -us, qui de duro nascitur, etiam si adtulit, *sc. fructum,* pro frugifero non est ponendus). 3, 10, 21 -um et sagittam velut inutiles ad deponendum prudentissime damnaverunt *maiores (antea:* e duro natam virgam). 4, 11, 3 e duro quae pullulant . . . -a saepissime fructu carent *(inde* PALLAD. 3, 15, 1). 4, 24, 11 *proximae duro materiae* exiguum fructum praebent, simile⟨s⟩ scilicet -is *(cf.* PALLAD. 3, 12, 6 haec *sarmenta circa durum* velut -a minus adferunt). 5, 6, 31 viti novellae -um inmitti non oportet, nisi necessario loco natus est, ut viduum ramum maritet. 5, 6, 35 -us.

pampinātio, -ōnis *f. a* pampinare. *scribitur in codd. etiam* panp-, *e. g.* COLVM. 11, 2, 38 *S.* GLOSS. *βλαστολογία.* pampini collectio.

i. q. actio pampinandi (plur. COLVM. 4, 10, 2. 4, 17, 3; *accedit gen. obi.* COLVM. 5, 5, 19): **1** *strictius, pampinantur vites:* VARRO rust. 1 capp. p. 4, 22 de -e *(item* COLVM. arb. capp. 14). COLVM. 4, 6, 1 ut frequenti -e supervacua detrahamus *malleolis et viviradicibus (cf.* 11 capp. 4 eandem -em malleolis adhibendam). 4, 7, 1 omnis . . . -is ea est tempestivitas, dum adeo teneri palmites sunt, ut levi tactu digiti decutiantur *(inde* 11 capp. 4 PALLAD. 6, 2, 2. *cf.* COLVM. 11, 2, 38 prima -o recte inchoatur, dum prorepentes oculi digito decuti possint). 4, 10, 2 *vitium semina* -ibus adiuvanda, ut robur accipiant. 4, 14, 3. 4, 17, 3 -es . . . saepe adhibendae; neque enim satis est semel aut iterum tota aestate viti detrahere frondem supervacuam. 4, 27, 2 magis -o quam putatio vitibus consulit. 4, 28, 1. 5, 5, 19 de -e talis *(sc. prostratae)* vineae parum inter auctores convenit. PLIN. nat. 17, 165. 17, 190 -o verna. 17, 193 in -e *vitis macrae* non hos detrahere pampinos, qui cum uva sint. **2** *laxius, pampinantur arborum stolones:* PLIN. nat. 17, 7 Stolonum *cognomen fuit* Liciniae genti: ita appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis; inde et -o inventa primo Stoloni dedit nomen *(ad rem v. Varronem rust. 1, 2, 9).*

pampinātor, -ōris *m. a* pampinare. *i. qui pampinat:* COLVM. 4, 10, 2 autumno vel vere . . . *vitium semina* nepotibus, quos -r (-ione *SA*) in superiore parte omiserat, liberanda censemus. 4, 27, 5 id *(sc. etiam partem uvae decutere)* . . . faciet variis de causis -r industrius. 5, 5, 13 -r . . . supervacuos deterget, fructuosos palmites summittit.

1. pampinātus, -a, -um *v. sub* pampino.

2. pampinātus, -a, -um. *a* pampinus. **1** *i. q. pampini forma praeditus, pampini similis:* PLIN. nat. 16, 225 abies . . . spectabilis ramentorum crinibus, -o semper orbe se volvens ad incitatos runcinae raptus. **2** *i. q. instructus pampinis (sc. caelatis, arte factis):* TREB. Claud. 17, 5 *(enumerantur dona)* discum corymbiatum argenteum . . ., lancem argenteam -am . . ., patenam argenteam hederaciam. SIDON. carm. 24, 71 pomaria prisca regis Indi, *sc. Pori,* . . . aureasque vites electro viridante -as *(cf. epist. Alex. p. 193, 3* in qua *vinea* folia aurea fuerunt).

pampineus, -a, -um. *a* pampinus. *scribitur in codd. etiam* panp-, *e. g.* SEN. Phaedr. 755 *E. de notione:* ISID. diff. 1, 449 *v. sub* pampinosus. *legitur in poesi inde a* VERG. *(vocem ab eo formatam esse existimat Norden ad Aen. 6, 281), in oratione prosa singulis locis apud* PLIN. nat., TAC., FIRM., VICT. VIT. *et gramm.* [*invenitur in textu manco:* CIL X 7134, 5 *(carminis frg. esse iudicat Mommsen). e suppl. dub.* ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5[a], 67 Pighi Bacchum pa⟨mpineis red⟩imitum cor⟨nua sertis⟩ *(suppl. Diehl,* pa⟨trem⟩ *Funaioli*).]

1 *adi.:* **a** *i. q. ad pampinum pertinens:* *α ratione sollemni:* umbra -a: VERG. ecl. 7, 58 aret ager, vitio moriens sitit aeris herba, Liber -as invidit collibus u. *(inde* HIL. gen. 107). PRIAP. 86 (Verg. 3), 14 uva -a rubens educata sub u. (COPA 31 -a fessus requiesce sub u. [*inde* NEMES. ecl. 4, 46]. OV. trist. 3, 10, 71 non hic -a dulcis latet uva sub u. [*cf. p. 183, 12*]). MART. 4, 44, 1 -is viridis modo Vesbius *mons* u. *de rebus e pampino manu confectis (de thyrso v. sub b):* VERG. Aen. 6, 804 -is victor iuga flectit habenis Liber, agens . . . tigris. SEN. Oed. 430 Silenus . . . -is redimitus tempora sertis *(cf.* VAL. FL. 5, 79 *Bacchum* -a nectentem cornua vitta. TAC. ann. 11, 4, 2 -am coronam albentibus foliis. FIRM. err. 6, 7 -is coronarum circulis). *de rebus naturalibus quae constant e pampino (an ex hedera l. 70 sq.?):* CVLEX 75 *pastorem in gramine iacentem* viridi cum palmite lucens Tmolia -o subter coma velat amictu. OV. met. 3, 667 *Bacchus* racemiferis frontem circumdatus uvis -is agitat velatam frondibus hastam. STAT. Theb. 4, 386 *(ad Bacchum)* -um . . . iubes nemus inreptare Lycurgo. CYPR. GALL. gen. 1221 *(describitur vitis)* -os inter flexus tris adfore fundos *(cf. Itala gen. 40, 10* [*cod. 101*] in ea vinea tres fundi erant). DRAC. laud. dei 1, 173 vinea -os subarundinat . . . campos. Romul. 6, 67 Liber -is ornatus fronte corymbis intrat et uviferas vibrat . . . thyrsos (-is c. *fortasse i. q. pampinis, cf. laud. dei 1, 171* torta per obliquos it vitis in orbe corymbos *et vol. IV 1081, 63 sqq.; an de hedera accipiendum?*). *β intercedente respectu vitium, uvarum fere i. q. vineus:* PROP. 2, 33, 30 Icare Cecropiis merito iugulate colonis, -us nosti quam sit amarus odor. SIL. 7, 188 fagina -o spumarunt pocula suco.

b *i. q. pampino ornatus (utrum thyrsus totus e pampino constet necne, non liquet, cf. tamen* SERV. *l. 84 et* OV. *supra l. 65):* *α de rebus variis (de Baccho* SIDON.): VERG. georg. 2, 5 tuis hic omnia plena muneribus, tibi, *Bacche,* -o gravidus autumno *(ὀπώραν intellegit Heyne, cf. supra vol. II 1605, 1 sqq.)* floret ager, spumat plenis vindemia labris (SERV.: '-o' pro pampinoso, ut nemus frondeum [*Aen. 1, 191*] pro frondosum). Aen. 7, 396 *matres Latinae* -as . . . gerunt incinctae pellibus hastas ([SERV.: pampinis tectas]. OV. epist. 13, 33

[*Somazzi*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VAL. FL. 2, 269 SCHOL. Hor. gloss. Γ carm. 2, 19, 18. *item de thyrso*: SEN. Phaedr. 755 tu, thyrsigera Liber ab India ..., tigres -a cuspide territans. STAT. Theb. 7, 654 pilo. Ach. 1, 634 thyrsis [CLAVD. 8, 603 ANTH. 941, 34 DRAC. Romul. 10, 275]). PROP. 3, 17, 26 Tyrrhenos ... nautas in vada -a desiluisse rate *Bacchi*. CALP. ecl. 2, 59 inter -as ... ulmos (*cf.* MART. 10, 93, 2 picta ... -is ... arva iugis [*i. vineis iugatis*]). SIL. 17, 648 descendens Liber ab Indis egit -os ... currus (STAT. Theb. 4, 656). SIDON. carm. 7, 29 longo veniunt post ordine divi: -us Liber, Mars trux *eqs.* β *de vitibus earumve partibus* (*aliter p. 182, 62sqq.*): Ov. met. 10, 100 flexipedes hederae ... et ... -ae vites et amictae vitibus ulmi *eqs.* (trist. 2, 143. Pont. 3, 8, 13 non hic -is amicitur v. ulmus. CYPR. GALL. exod. 895 num. 606). Pont. 3, 1, 13 *non* tibi, *Pontica tellus*, -as autumnus porrigit uvas. PRVD. cath. 3, 53 ubi vitea -o bracchia palmite luxuriant. VICT. VIT. 3, 55 non vitis tegebatur aestate -is opacata virgultis.

c *i. q. pampini similis*: PLIN. nat. 37, 150 Botryitis alia nigra est, alia -a, incipienti uvae similis.

2 *neutr. pro subst.*: GLOSS. II 380, 49 οἰνάνθη τὸ ἄνθος τῆς ἀμπέλου: -um. GLOSS.[L] II Philox. PA 69 -um: οἰνάνθινον (*an e falsa interpretatione* PLINII [*v. sub 1c*] *ortum?*).

pampino, -āvī, -ātum, -āre. *a* pampinus. *scribitur in codd. etiam* panp-, *e. g.* VARRO rust. 1, 31, 1 COLVM. 11, 2, 44. 11, 2, 79 *cod. S, in quo saepius.* *de notione*: VARRO rust. 1, 31, 2 -are est e sarmento coles qui nati sunt, de iis, qui plurimum valent, primum ac secundum, non numquam etiam tertium, relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare sucum. GLOSS. βλαστολογῶ. φυλλολογῶ.

1 *absolute i. q. vitium germina vel folia supervacua decerpere* (*distinguitur* putare COLVM. 4, 29, 12. *hic illic obi. e contextu suppleri vel subaudiri posse haud negaverimus, e. g.* CATO agr. 33, 4 *bis.* COLVM. 5, 5, 19): CATO agr. 33, 4 (*affertur* Plin. nat. 17, 197) ubi vinea frondere coeperit, -ato. *ibid.* ubi uva varia fieri coeperit, vites subligato, -ato uvasque expellito. COLVM. 4, 7, 3 in malleolo similis ratio est -andi *atque in palmitibus.* 4, 29, 12 *in surculo* -andum non aliter est, quam in novella viviradice. 5, 5, 14 -andi ... modus is erit, ut opacis locis umidisque et frigidis aestate vitis nudetur foliaque palmitibus detrahantur ..., locis autem siccis calidisque et apricis e contrario palmitibus uvae contegantur *eqs.* (*inde* PALLAD. 1, 6, 4. *cf.* 9, 3 *mense Augusto* locis frigidis -atur, locis vero ardentibus ... obumbratur potius uva [*sec. Colum. 11, 2, 61* pampinis vitem spoliant]). 5, 5, 19 alii negant esse nudandam vitem ...; aliis placet parcius -are, ut ... vitis non in totum supervacuis frondibus oneretur *eqs.* 11 capp. 4 arb. 5, 1. 6, 2. PLIN. nat. 17, 190 cum *uva* defloruerit, aliqui -andum putant. PALLAD. 6, 2, 2 *mense Maio* -ari conveniet.

2 *cum obiecto i. q. germinibus supervacuis decerpendo purgare* (*distinguitur* putare VARRO rust. 1, 31, 1 COLVM. arb. 11, deputare *l. 55. 68*): a *strictius, pro obi. sunt vites earumve partes vel vineta*: VARRO rust. 1, 31, 1 *inter vergiliarum exortum et solstitium oportet* vites -ari, sed a sciente (PALLAD. 6 capp. 2. 9 capp. 3. 10, 18 v., cuius fructus umore putrescit, per latera -anda est [*cf. Geopon.* 5, 29, 2 προκαθαίρειν ... ἐκ πλαγίου]). COLVM. 4, 6, 3 quem *malleolum* et ipsum -are censemus. 4, 6, 4 sarmentum ... ab imo usque in tres pedes et semissem -bimus et omnes eius intra id spatium nepotes enatos saepius decerpemus. 4, 6, 5 magis ... conveniet proximo autumno falce deputari superiorem partem *sarmenti* quam aestivo tempore -ari. 4, 29, 11 *truncus* saepius -andus est, cum germinat. 11, 2, 44 omnes vineas identidem -are (11 capp. 4. arb. 11 *bis.* PLIN. nat. 18, 254. 257). *ibid.* puerilis una opera iugerum vineti -bit (PLIN. nat. 18, 254). 11 capp. 4 viviradices. arb. 3, 5 *semina.*

b *laxius, pro obi. sunt aliae plantae earumve partes* (*hic illic vites comprehenduntur; cautius additur* veluti COLVM. 5, 10, 21): COLVM. 4, 31, 2 *perticalis salix non* minus quam vinea -atur. 5, 10, 21 danda est opera, ut *pomorum rami*, dum teneros ramulos habent, veluti -entur et ad unum stilum primo anno semina redigantur (*eadem* arb. 25, 2). 11, 2, 79 seminaria, quae suo tempore -ta non sunt, arbusculaeque ficorum in seminariis putari et ad singulos stilos redigi debent; quae tamen melius, dum tenera sunt, per germinationem -antur. PLIN. nat. 17, 214 -ari ea, *sc. arbusta*, non est moris ...; deputantur cum vite pariter *eqs.*

deriv.: pampinatio, pampinator.

pampinōsus, -a, -um. *a* pampinus. *de notione*: ISID. diff. 1, 449 pampineum est totum de pampinis, -um quod pampinis plenum est. *i. q. pampinis, germinibus abundans*: 1 *proprie, respiciuntur plantae*: COLVM. 5, 5, 14 si parum -a vitis est, advectis frondibus ... fructus muniatur. PLIN. nat. 23, 21 *vitis albae* folia -a ad magnitudinem hederae dividuntur ut vitium. SERV. georg. 2, 5 *v. p. 182, 82.* 2 *translate, respicitur genus scribendi* (*cf.* pampinus *sub IIC*): VEN. FORT. epist. (carm. 5, 1) 6 (*ad Martinum episcopum Galliciae*) quo volueris colae (*i. coli, membri orationis*) -ae diffundis propagines, quod vero libuerit acuti commatis falce succidis.

***pampinus**, -ī *m. et f.* [*vox peregrina. Sch.*] *de origine*: ISID. orig. 17, 5, 10 dictus -us, quod de palmite pendeat. *scribitur in codd. etiam* panp- (*e. g.* COLVM. 3, 2, 13. 3, 10, 13 *cod. S, in quo saepius*), -pan- (*e. g.* HIER. epist. 112, 22, 2 *cod. D.* DIOSC. 1, 62 p. 35, 7 M. *cod. M*), -pen- (*e. g.* PS. ASPER gramm. suppl. 46, 26 *cod. A, in quo semper.* ORIBAS. eup. 3, 7, 5 La p. 520 *cod. G*). NOT. Tir. 105, 50. 105, 51. 130, 87 (*ubique* -um). *de genere et formis*: *doctrinae gramm.*: DON. gramm. IV 375, 33 sunt ... nomina incerti generis inter masculinum et femininum, ut ... -us (*sim.* DIOM. gramm. I 327, 12 SERV. gramm. IV 432, 6. *al.*). SERV. ecl. 7, 58 sane sciendum, Vergilium -os numquam cum genere dicere, sed Varronem uti frequentius feminino (*cf.* SERV. Aen. 5, 380 -i supprimit genus, quia dubitatur [*sed masc. apud Verg. legi putat* POMP. gramm. V 160, 14, *si recte trad., v. Keil ad l.*]. *Varronem adhibere fem. testantur etiam* SCHOL. Verg. Bern. georg. 1, 448 GLOSS.[L] I Ansil. PA 240 GLOSS. V 128, 38). DVB. NOM. gramm. V 588, 2 -us generis feminini *est* (*item* PS. ASPER gramm. suppl. 46, 26, *quartae declinationi tribuens*). *auctorum usus*: *masc. apparet* CATO agr. 33, 4 ACC. trag. 257 COLVM. 3, 6, 2. 3, 10, 11 *et saepe.* *fem.*: LVCIL. 1270 CORN. SEV. carm. frg. 8 CLAVD. 24, 367. carm. min. 25, 5 SIDON. epist. 5, 17, 4. *nota abl. sg.* -a ORIBAS. eup. 3, 7, 5 La p. 520 (*iuxta* myrta, rosa). *nom. pl.* -us PS. ASPER gramm. suppl. 46, 26 (*cf. var. l.* -us *pro* -os COLVM. 6, 9, 1. 11 capp. 4). *neutr. nom. sg.* -um (*nisi latet acc. masc.*) GLOSS. III 300, 72. 427, 61 NOT. Tir., *nom. pl.* -a ARNOB. ad Greg. 20 p. 429, 13 (*iuxta* nemora). *de notione*: ISID. orig. 17, 5, 10 -us est folia, cuius subsidio vitis a frigore vel ardore defenditur atque adversus omnem iniuriam munitur; qui ideo alicubi intercisus est, ut et solem ad maturitatem fructus admittat et umbram faciat. GLOSS. ἀμπελόφυλλον. βλαστός. βλαστὸς ἀμπέλου. ἕλιξ. ἕλιξ ἀμπέλου. οἴναρον. πέταλον. φυλλάμπελον. flosculus vel ubi aperiuntur frutices. folia vitis. initium folii vitis. GLOSS.[L] Corp. PA 69 crous (*anglosax.; item* GLOSS. V 380, 53, *ubi var. l.* cros). *legitur in poesi semel vel bis apud* PLAVT., ENN., LVCIL., ACC., VERG., HOR. carm. *al.*, *ter apud* CLAVD. *et* DRAC.; *in prosa oratione inde a* CATONE, VARRONE, CIC. (*singulis locis*), *frequentatur a* COLVM. *et* PLIN. nat., *sed bis tantum apud* PALLAD. [*it.* pampano, pampino; *sard. centr. et mer.* pámpinu; *raet. or.* pámpul; *francog.* pampre; *var. prov., vasc.; cat.* pámpol; *hisp.* pámpano; *port.* pâmpano. *cf. M.-L. 6185 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2739sq. Wagner II 210. Wartburg VII 532sqq. Corominas III 632. Machado[3] IV 288. St.*]

i. q. plantarum flexuosum germen, sarmentum fere foliis ornatum: I *proprie*: A *vitium* (*in lapide sculptarum* APVL. met. 2, 4, 6; *in comparatione* AMBR. hex. 3, 14, 60 HIER. in Ion. 4, 6 l. 128 [*inde* epist. 112, 22, 2]): 1 *strictius, de parte vitis. de rationibus quae intercedunt inter* -um *et alia vocabula ramulos vitigineos significantia*: -us *exit e* palmite *e. g.* COLVM. 4, 24, 20 PLIN. nat. 17, 175. 180 (*distinguitur* palmes *e. g.* Ov. met. 4, 397 PLIN. nat. 17, 153. *v. etiam supra p. 151, 82sqq.*), *ex* malleolo COLVM. 4, 7, 3, sarmento COLVM. 4, 24, 20 DRAC. laud. dei 1, 629, virga COLVM. 5, 6, 36; *contra* -i *ornati sunt* capreolis, claviculis, nepotibus *e. g.* COLVM. 4, 6, 1 sq. 4, 14, 1. 4, 29, 11 (*de foliis v. infra*) *nec non fundere possunt* materiam, *v.* COLVM. 4, 22, 4. 5, 6, 32. *ceterum* COLVM. *variationi sermonis studentem voces q. s.* materia, palmes, sarmentum, virga *eadem fere notione permutare apparet e. g.* 3, 6, 2. 4, 17, 4 arb. 5, 1. *iuxta ponitur* folium COLVM. 11, 2, 67 -os ac folia. PLIN. nat. 17, 153 folia, -i. 23, 3 folia ... et -i, *cf.* PLAVT. Cist. 729 -i folio (THEOD. PRISC. eup. faen. 77 -orum folia. VEN. FORT. vita Radeg. 20, 47. *vice versa* COLVM. 4, 22, 4 unius ... folii -us); *ceterum distinguitur* frons VERG. georg. 2, 333 COLVM. 3, 10, 11. 6, 9, 1. *uvis instructus est e. g.* LVCIL. 1270 COLVM. 3, 6, 2. 3, 10, 11. 4, 17, 4. *accedit gen.* vitis (vitium) COLVM. 6, 9, 1 (*cf.* VEG. mulom. 4, 6, 2). PLIN. med. 2, 10, 3 HIER. epist. 60, 12, 4 MARCELL. med. 34, 63. 36, 65 ORIBAS. eup. 3, 7, 5 La p. 520.

a *potius respiciuntur ipsa sarmenta* (*maxime plur.; e sing. certiora tantum huc inseruimus, sc. l. 64. p. 185, 7. 30, cetera ad b relegantes*): α *exempla varia*: PLAVT. Cist. 729 involvolum *bestiam*, quae in -i folio intorta implicat se (*pendent, sed vocem q. e.* folium *omittunt* PAVL. FEST. p. 112 *involvus* se involvit -o. ISID. orig. 12, 5, 9 *eruca* -o involuta [*affert* PLAVT.]). ENN. (?) scaen. 152 (= TRAG. inc. 134) *non intermittunt* vites laetificae -is pubescere. FRONTO p. 147, 24 v. d. H. *vitis gloriatur* -os suos ita pulchros esse, ut necterentur ex eis Libero thyrsi, corona Sileno *eqs.* APVL. met. 2, 4, 6 pone tergum deae saxum insurgit ... foliis et virgulis et sicubi (*trad.*; alicubi *vel* hic ibi *Helm*) -is et arbusculis alibi de lapide florentibus. ISID. diff. 1, 449 *v. sub* pampinosus. β *in doctrina vitium colendarum*: *plur.*: CATO agr. 33, 4 *vineae* -os teneros alligato leviter corrigitoque, uti recte spectent. COLVM. 3, 10, 11 *natura viti* primum radices velut quaedam fundamenta iecit, ut is quasi pedibus insisteret, truncum deinde superposuit velut quandam staturam corporis et habitus, mox ramis diffudit quasi brachiis, tum -os elicuit velut palmas eorumque alios fructu donavit, alios fronde sola vestivit. 4, 6, 1 bini -i summittuntur *eqs.* ([*resp. Pallad. 6, 2, 1* materiae]. 4, 17, 4 oculi ... b. -os emiserunt). 4, 14, 1 quem *cantherium* teneri adhuc -i capreolis suis inligent, ne ventis explantentur. 4, 17, 8 in omnem partem iugum porrigendum est, ut prorepentes undique -i iungantur *eqs.* (*cf.* PLIN. nat. 17, 180 densiores ... citra -i exultant). 4, 27, 2 vinitor ... supervacuos -os deturbet (*cf.* PLIN. nat. 17, 175

[Somazzi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-os . . . detergere. 17, 193 detrahere. 17, 212 recisis . . . -is). 4, 29, 17 enascentis in arcu propaginis -os educare, quos possis . . . vel propagare vel ad fructum relinquere (*cf.* PLIN. nat. 17, 153 palmites, nepotes, uvae, folia, -i gignuntur *e gemmis*). 11, 2, 67 tempestivam esse vindemiam, . . . cum -os ac folia decidere considerassent. *al.* PLIN. nat. 14, 13 (*contextu corrupto*). 18, 254 cum -i quattuor digitos longitudine explleverint. *sing.* (*collective* COLVM. arb. 5, 1 PLIN. nat. 18, 316): COLVM. 3, 6, 2 si per unumquemque -um maior numerus uvarum dependet (*cf.* 3, 17, 3 omnis . . . fecundus -us *eqs.*). 3, 10, 13 cur, quamvis non sit e duro -us sed e tenero natus, si tamen orbus est, . . . quasi sterilis damnatur a nobis? (5, 6, 32 quisquis . . . -us loco n. in exputando vel alligando fractus est). 4, 7, 3 cum *malleolum* ad unum -um iam redegeris et is ipse excesserit pedalem longitudinem (*cf.* arb. 5, 1 simul atque -us instar quattuor digitorum erit). 4, 12, 2 *aliquid* esse, quod . . . prorepens -us statim adprendat (4, 22, 4 unius . . . folii -us prorepsit e duro *eqs.* 5, 5, 8). 4, 22, 3 ut . . . vitis possit . . . ab ea maxime parte, quae vulnerata est, -um fundere ([*resp. Pallad. 12, 3* germen]. *de re cf.* 4, 24, 17 -um . . . elicere). 4, 29, 11 ne vento . . . explantetur tener -us. PLIN. nat. 18, 316 vindemiare incipito, cum ad palmitem -us procumbere coeperit (*ad rem cf. l. 5*). *γ in arte medicinae*: PLIN. nat. 23, 3 (*cf.* 1, 23, 3) folia vitium et -i capitis dolores . . . mitigant. *ibid.* -i triti et inpositi tumorem omnem siccant (*inde* MARCELL. med. 34, 63 *et* 36, 65, *qui praebet tantum* -i vitium [*contra Plin. med. 3, 1, 2 omittit* -os]. *cf. Diosc. gr. 5, 1, 1 τὰ φύλλα καὶ αἱ ἕλικες, lat. 5, 1 p. 166, 12* folia et caprioli). *ibid.* sucus eorum (*sc. -orum*) dysintericis infusus medetur (*inde* PLIN. med. 2, 10, 3). 23, 4 -i sanguinem excreantibus . . . diluti potu prosunt. 23, 14 *contra serpentium ictus* -os quoque eius (*sc. uvae theriacae*) edendos censent inponendosque (*cf. Pallad. 3, 28* sarmentorum cinis). MARCELL. med. 2, 11 -um continuo de vite lectum cum oleo coques atque simul trito diligenter tempora inlines (THEOD. PRISC. eup. faen. 76 -os molles tritos cum alfitis adhibemus. 77 -orum folia molliora trita. *v. etiam l. 22*). VEN. FORT. vita Radeg. 20, 47 offerebat ministra sanctae folium -i, *sc. pustulae imponendum.*

b *potius respiciuntur folia, frons*: *α sing.* (*huc spectat p. 184, 65sq.; fere collective; de singulis foliis e. g.* COLVM. arb. 11 TERT. pall. 3, 3 AMBR. hex. 3, 14, 60): LVCIL. 1270 purpuream . . . uvam . . . albam -um habere (*de colore v. Marx ad l.*). ACC. trag. 257 *Bacchae* pectus glauco -o obnexae obtegunt (obnoxae obtexunt *trad.*). VARRO rust. 1, 48, 2 vitis seritur, non ut -um ferat, sed ut uvam. VERG. georg. 1, 448 male tum mitis defendet -us uvas *a grandine*. PRIAP. 85 (Verg. 2), 8 virente dulcis uva -o. HOR. carm. 3, 25, 20 *Bacchum* (*an poetam?*) cingentem viridi tempora -o (4, 8, 33 ornatus. *cf.* PRIAP. 83 [Tib. 2], 7 revincte -o caput). CORN. SEV. carm. frg. 8 ⌊thelua⌋ purpureis gemmavit -us uvis (⌊ ⌋*Mazzarino, sc. pro* helva, *coll. Varrone rust. 2, 5, 8*; therva *trad.*; *v. Dahlmann, Corn. Sev. 1975, 46sqq.*). OV. met. 4, 397 pars *vestis* abit in vites et, quae modo fila fuerunt, palmite mutantur; de stamine -us exit. COLVM. 3, 2, 12 propter -i densitatem. 3, 2, 13 specie -i et trunci. 4, 26, 4 quae vinea cum accipit -i et uvarum pondus, infringitur. arb. 11 uvas . . . suo sibi -o tegito. SIL. 7, 167 -us umbras nondum uvae viridis . . . texebat. TERT. pall. 3, 3 est sub -o *chamaeleon*. AMBR. hex. 3, 14, 60 scissum atque divisum *-um* (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 5, 8, 3 multifida formatione perfectus est [*gr. τῆς ἀμπέλου τὸ φύλλον*]. ISID. orig. 17, 5, 10 *v. p. 184, 22*). *ibid.* ficulneae quoque folium aeque prope ut -us quadrifida rescinditur divisione *eqs. ibid.* in -o (*opp.* in ficulneae folio). HIER. in Ion. 4, 6 l. 128 lata . . . folia in modum -i (*inde* epist. 112, 22, 2). CLAVD. carm. min. 25, 5 crispatur opaca -us et mites undatim ventilat uvas ([*cod. Cuiacii, def. Schmid, Stud. Ital. 27/28, 1956, 508sqq.; variant ceteri*]. DRAC. Romul. 3, 8 *ut* ventilet . . . matrem gravidam pendentibus uvis -us exultans). DIOSC. 1, 62 p. 35, 7 M. vas, quod (quos *trad.*) -o cooperis (*sed gr. 1, 57 τῶν στεμφύλων, Plin. nat. 15, 29* vinaceis *ut infra l. 79*). DRAC. laud. dei 1, 629 -us uviferae vitis sarmenta revestit. *al.* -us *indicium est autumni recurrentis* CE 1443, 2 (*fort. saec. V*) ter rosa vix fuerat, ter spicae et -us, ex quo tradita Gregorio, Festa, iacet tumulo. *β plur.* (*exempla certiora; ambigua v. sub a*): CIC. Cato 53 *uva* vestita . . . -is nec modico tepore caret et nimios solis defendit ardores (PS. CYPR. laud. mart. 7 erumpentibus -is . . . uva vestitur). COLVM. 4, 24, 20 *palmes* paucis frondescet -is. 6, 9, 1 febricitanti bovi convenit . . . tenerrimam quamque frondem ac -os vitis obici (*inde* VEG. mulom. 4, 6, 2). 11, 2, 61 multi etiam . . . -is vitem spoliant, ut percoqui fructus possint. PALLAD. 11, 22 (*in uvae passae faciendae praecepto*) substernis -os sicco algore frigentes . . . et, ubi vas inpleveris, item -os addis nihilo minus non calentes (*cf. Geopon. 5, 52 φύλλων ἀμπελίνων . . . φύλλα τῆς ἀμπέλου. item ad conservandum adhiberi videntur*: DIOSC. 5, 4 p. 167, 14 de uba, qui in panfinis . . . servantur [*cod. Paris.* paup-. *gr. 5, 3, 1 ἐκ τῶν στεμφύλων, Plin. nat. 23, 11* vinaceis *ut supra l. 64*]). SERV. Aen. 7, 396 'pampineas hastas': -is tectas. SCHOL. Pers. 1, 101 (*addunt inter alia codd. duo*) edera et -is induta *lynx Bacchi*. HIER. epist. 60, 12, 4 arborum comis vitiumque -is.

2 *laxius, cum respectu totius plantae*: **a** *usu vario* (*exempla non carent ambiguitate, sc. ita ut parte virenti, frondenti tota vitis repraesentetur*): VERG. georg. 2, 333 nec metuit surgentis -us austros . . ., sed trudit gemmas et frondes explicat omnis. DIRAE 12 non arbusta novas fruges, non -us uvas *parturiat*. NEMES. ecl. 3, 37 *Baccho adulescente* primum laetas extendit (ostendit *var. l.*) -us uvas. AVSON. Mos. 195 (*de vitium imagine undis repercussa*) tremit absens -us et vitreis vindemia turget in undis. CLAVD. 24, 367 *in nave Bacchi* transtra ligant hederae, malum circumflua vestit -us. rapt. Pros. 2, 111 hic hederae serpunt, hic -us induit ulmos. ARNOB. ad Greg. 20 p. 429, 13 huic, *sc. corpori*, nemora pomis, huic -a uvis . . . procuramus. CORIPP. Ioh. 3, 324 tunc fecunda *erat* Ceres, tunc laetus -us uvis. **b** *singulariter fortasse de vite silvestri*: COLVM. 7, 9, 6 nemora sunt convenientissima, quae vestiuntur . . . pomiferis . . . silvestribus, ut sunt albae spinae, Graecae siliquae, iuniperus, lotus, -us *eqs.* (pinus *edd. vet.*, spinus *temptat Schneider*).

attributa notabiliora: CATO agr. 33, 4 teneros (COLVM. 4, 14, 1. 4, 29, 11. 11, 2, 38 arb. 15 PLIN. nat. 17, 197. *al.*). LVCIL. 1270 albam. ACC. trag. 257 glauco. PRIAP. 85 (Verg. 2), 8 virente (*cf.* HOR. carm. 3, 25, 20 viridi [4, 8, 33]). CORN. SEV. carm. frg. 8 thelua (*sc.* helva). CLAVD. carm. min. 25, 5 opaca. THEOD. PRISC. eup. faen. 76 molles.

B *aliarum plantarum* (*cautius additur* velut PLIN. nat. 27, 93. *in similitudine* HERM. sim. 8, 1, 17. *al.*): PLIN. nat. 16, 153 similis est hederae . . . quam vocant smilacem . . ., folio . . . a pediculo emittente -os (*cf. Theophr. hist. plant. 3, 18, 11 ἴουλος λεπτὸς καὶ ἑλικτός*). 27, 93 adhaerent his *foliis Ideae herbae* velut -i, in quibus flos (*cf. Diosc. gr. 4, 44 ὡς ἕλικες, lat. 4, 41 p. 25, 21* aste [*i.* hastae]). 27, 94 isopyron aliqui phaselion vocant, quoniam folium . . . in passeoli -os torquetur (*cf. Diosc. gr. 4, 120 ἕλικα, lat. 4, 116 p. 57, 8* capriolu). HERM. vulg. (*cf.* Pal.) sim. 8, 1, 17 alii afferebant virgas suas virides et -os habentes (*de sarmentis salicis, ut* 8, 1, 18 ex quibus *virgis* excreverant -i earum, qui -i afferebant quendam fructum. *et saepius ibid.*, *gr. resp. παραφυάς*). PLIN. med. 1, 12, 2 rubi, *in quo mora nascuntur*, teneri -i decoquuntur ex vino ([*Plin. nat. 24, 118* caules]. 1, 13, 5 ruborum . . . -i [*Plin. nat. 24, 119* cauliculorum. *pendent* MARCELL. med. 12, 63 rumicum . . . -i. PLIN. phys. Bamb. 36, 15]).

II *translationes variae, quae fiunt cum respectu*: **A** *formae*: PLIN. nat. 9, 163 polypi . . . pariunt vere ova tortili vibrata -o (*cf. Arist. hist. anim. 544a9 καθάπερ βοστρύχιον. 549b33 ὅμοιον βοστρυχίοις οἰνάνθης*). **B** *vilitatis*, *sc. opposito fructu*: ITALA iud. 8, 2 (Lugd.; *Gideon, vir gentis Abiezer, laudat viros Ephraim*) nonne melior -us Efrem quam vindemia Abiezer? (*gr. ἐπιφυλλίς, Vulg.* racemus). **C** *ubertatis*: VEN. FORT. vita Marcell. 1, 2 inlustrium oratorum ingenia sermonum flore variante distincta et eloquii vernantibus -is obumbrata (*cf.* pampinosus *sub 2*).

deriv.: pampinaceus, pampinarius, 2. pampinatus, pampineus, pampino, pampinosus.

? compos.: dipampinum, epipampinum. *Somazzi.*

1. pān *v.* pas. **[2. pan** *v.* panaces *p. 187, 29.***]**

1. pana *v.* 2. panna. **2. pāna** *v.* panus.

panaca, -ae *f.* *genus vasis potorii*: MART. 14, 100 -a (*var. l.* -ga): si non ignota est docti tibi terra Catulli, potasti testa Raetica vina mea. *orig. incertae; gr. πανάκη subesse suspicatur Frei-Korsunsky, Griech. Wörter aus lat. Überlieferung, Diss. 1969, 80; vocem peregrinam putant alii.*

panacē *v.* panaces.

panacēa, -ae *f.*, *πανάκεια.* *scribitur* panecia PHILVM., panacia PS. DIOSC., ORIBAS. syn. 9, 1 add. Aa p. 268, panalea MISC. Tir. (*?, v. infra l. 78*), punacia GLOSS. V 545, 6. *acc. gr.* -an *restituit Marx* LVCIL. 1367. *de notione*: SERV. Aen. 12, 419 -am genus herbae; sciendum tamen Lucretium (*trad.*, Lucilium *corr. Pius*) -am ubique salem dicere; unde possumus et hoc loco salem intellegere, nam omnem pellit dolorem; sed melius herbam, quia ait 'odoriferam'. *add.* auct. alii -am medicamentum dicunt ex conpluribus herbis conpositum, quod ad omne vulnus facit. GLOSS.[L] I Ansil. PA 249 radix salutaris herbae. GLOSS. V 545, 6 salutaris. *legitur inde a ?* LVCIL., VERG., LVCANO, PLIN. nat.

? 1 de sale: LVCIL. 1367 *cf. l. 59.*

2 *nomen herbarum*: **a** *i. q. panaces*: VERG. Aen. 12, 419 *Venus* spargit . . . salubris ambrosiae sucos et odoriferam -am (panacem *cod. P*, *corr. P*[1]. *cf.* SERV. *supra*). LVCAN. 9, 918 -a potens et Thessala centaurea . . . sonant flammis. LACT. Phoen. 88 addit teneras nardi . . . aristas et sociam myrrae vim, -a, tuam. PELAGON. 400 herbam, quae Heraclea et -a dicitur, teres (*Hippiatr. gr. I p. 399, 21 πανάκειαν*). MARCELL. med. 1, 80 -ae radix in oleo conteritur et deinde capiti instillatur (*Plin. nat. 25, 134 et Plin. med. 1, 1, 4* panacis). med. carm. 52 adde . . . -am. PS. DIOSC. herb. fem. 64 (63) nomen herba panacia . . . eadem folia cum melle mixta cancri dentium . . . sanat (*cf. Diosc. 3, 48, 1 W. πάνακες*). MISC. Tir. p. 65, 20 ad gutta frenitica herba panalea et agrimonia (panacea *intellexit Moore, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 265*). **b** *i. q. cunila bubula*: PLIN. nat. 20, 169 *cunila bubula vescuntur* testudines cum serpentibus pugnaturae; quidamque in hoc usu -am vocant (*cf. Diosc. 3, 29 W.*).

3 *genus medicamenti* (*cf. supra l. 62*): PHILVM. med. 3 p. 143, 10 *qualia emplastra* sunt diaiteas (*i. διὰ ἰτέας*) et panecia et

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(H)icesius et . . . Mnaseus. ORIBAS. syn. 9, 1 add. Aa p. 268 *catapotia quoddam* vocatur -a Galenu (*item* eup. 4, 49 Aa p. 568).

cf. Onom.

ˣ**panaces,** -is, *πάνακες et* ˣ**panax,** -cis, *πάναξ* (*de genere et ceteris formis v. infra*). *scribitur* -nic- ORIBAS. syn. 5, 40, 4 G. GLOSS. III 573, 69. 574, 15. 614, 23. 626, 12. *al.* *de genere: neutr.* PLIN. nat. 20, 168. 25, 30. 25, 32. *al.; fem.* PLIN. nat. 25, 42. 25, 165. 26, 113. *al.* Ps. APVL. herb. 96 l. 11; *masc.* CAEL. AVR. acut. 3, 17, 170. *formae notabiliores: tertiae decl. nom.* -es CELS. *sexies.* PLIN. nat. *saepe.* Ps. APVL. herb. interpol. 123 l. 8. 13 Ps. DIOSC. Vind. 3, 51 p. 64, 18 ISID. orig. 17, 9, 28 (*cf.* -is PLIN. nat. 26, 119 [*codd.*, -es *edd. vet.; sim.* 26, 152]. GLOSS. III 626, 52. *al.*), -x COLVM. 11, 3, 29 PLIN. nat. 19, 187 Ps. APVL. herb. 96 l. 11 DIOSC. 3, 51 p. 401, 9 GALEN. alfab. ('de panace'). *gen.* -os (-is *passim*): GLOSS. III 632, 45 -os rizos (*πάνακος ῥίζα subesse videtur*). *fort. etiam* III 541, 53 patanos id est panatu ('-os id est -u?' *Goetz*). *acc.* -en PLIN. nat. 12, 127 (-em *var. l.; cf.* 20, 168). -e DIOSC. *ter.* *plur. non nisi* LVCR. 4, 124 (-es). *primae et secundae decl.: nom.* panace (*sec. πανάκη?*): MARCELL. med. 28, 14 DIOSC. 3, 50 p. 399, 25 GLOSS. III 552, 38. 39. *al.; inde fort. gen.* -e (*i.* -ae) ORIBAS. syn. 3, 17, 1 GLOSS. III 614, 23. 623, 4 (-is *Goetz*). *al.*, *vel* -es ORIBAS. syn. 3, 17, 2. *nom.* panacus *praebent* GLOSS., *sc. gen. gr.* -os *pro nom. accipientes, v. l. 75. p. 188, 15, adde* III 562, 44 -os. *inde etiam abl.* -o GLOSS. III 593, 25 opopanacus ius (*sc. sucus*) de -o (*item* 615, 13. 627, 14). *de notione*: GALEN. alfab. ('de panace') -x radix est herbae, de qua opopanax conficitur; quae et ipsa etiam, etsi infirmius, eadem praestat, quae opopanax. ISID. orig. 17, 9, 28 -es (-is *var. l.*) herba fragrantis odoris, thyrso ferulae similis, ex quo profluit sucus, qui dicitur opopanax. GLOSS. III 195, 3 apopanacion: pan (*ὀποπανάκιον* -x *dub. Goetz*). *legitur inde a* LVCR., CELSO, COLVM., *maxime apud scriptores rerum naturalium.*

nomen herbarum variarum, quae ad omnes morbos utiles putantur (*cf.* PLIN. nat. 25, 30 -es ipso nomine omnium morborum remedia promittit, numerosum et dis inventoribus adscriptum. *ad rem v. Gossen, RE XVIII 3, 446 sqq.; André, Lex. des termes de botan. 236. saepe invenitur in compositionibus; gr. fere respondet πάνακες, πάναξ. ceterum cf.* panacea): 1 *usu vario*: LVCR. 4, 124 odorem expirant acrem: -es, absinthia taetra habrotonique graves et tristia centaurea. CELS. 3, 21, 7 videntur . . . hanc facultatem habere iris, nardum . . . -es *eqs.* (-is *var. l.*). 5, 4 aperiunt tamquam ora in corporibus . . . -es, iuncus quadratus, *eqs.* 5, 18, 11 cerae . . . *sextans*, -is *selibra eqs.* 5, 19, 3 -is *denarium* (opop- *Linden, item* 5, 19, 15). 5, 25, 3ᴮ -is radicis (COLVM. 6, 5, 2 -is et erungii radices [*inde* PALLAD. vet. med. 5, 3 PELAGON. 21 VEG. mulom. 1, 17, 14, *Hippiatr. gr. I p. 38, 2 πανακείας*]. SCRIB. LARG. 117 -is r. 236 PLIN. nat. 20, 178. 25, 99 -is omnium generum radix [*item* 25, 134. 26, 107. 139; *sed* 26, 75 e -e omnium generum radix]. *al.* PELAGON. 78. *et saepius apud medicos et mulom.* [*cf. Niedermann, Mus. Helv. 1, 1944, 231 sqq., sed v. etiam l. 65*]. *adde* GLOSS.). *al.* COLVM. 10, 103 medica -em lacrima . . . spargite. 11, 3, 17 licet . . . transferre . . . -em ultima parte Martii mensis. 11, 3, 29 -x utroque tempore levi et subacta terra rarissime disseritur. SCRIB. LARG. 5 ad capitis dolorem . . . bene facit haec conpositio: . . . -is *denarium* (*item* MARCELL. med. 1, 5). 260 -is *aliquantum* (*Marcell. med. 21, 14* opop-). *al.* PLIN. nat. 12, 127 (1, 12, 57 de -e) -en et unguentis eadem *Syria* gignit, nascentem et in Psophide Arcadiae circaque Erymanthi fontem et in Africa et in Macedonia, ferula sui generis quinque cubitorum, foliis primo quaternis, mox senis *eqs.* 19, 187 -x piperis saporem reddit. 23, 16 *uvae passae* inlinuntur . . . podagris et unguium mobilibus cum -e (*Diosc. 5, 3, 3 W. μετὰ ὀποπάνακος*). 26, 137 ruptis convulsisque . . . sucus Vettonicae . . ., -es, scordium *eqs.* (*aliter distinxit Mayhoff eumque sequentes Ernout-Pépin, in versione contra Plinii usum* -es *intellegentes 'medicamentum omnia sanans'*). 26, 151 menses ciet -is semen cum absinthio (GLOSS. III 623, 4 dancocretico [*sc. δαῦκος κρητικός*] id est -e [*trad.*, -is *Goetz*] s.). *al.* CHIRON 831. 841. 897. VEG. mulom. 4, 3, 6 -em a seplasiariis comparas. MARCELL. med. 7, 19 umorem -is, id est opopanacem. 30, 42 vinis . . . factis ex . . . -e (*cf.* DIOSC. 5, 83 *sub* panacites). *al.*

2 *manifestius indicatur certa species*: PLIN. nat. 1, 25, 19 Achillea sideritis sive -es Heracleum (GLOSS. III 552, 63 acillea. *cf. Plin. nat. 25, 42*). 19, 165 ligusticum silvestre est in Liguriae suae montibus: . . . -em aliqui vocant ([*cf.* DIOSC. 3, 53 p. 401, 24 sq. cives -e illum vocant inde, quia radix eius alba est . . ., similis -i, cui et virtus una est cum -e]. 20, 168 aliqui -es vocant [-en *var. l.; inde* 1, 20, 60 ligustico sive -e]. Ps. DIOSC. Vind. 3, 51 *λιγουστικόν· οἱ δὲ πανάκειαν καλοῦσι, Ῥωμαῖοι πάνακες.* GLOSS. III 632, 45 -os rizos: libertici radicis [*in eadem glossa* 573, 73 -us rignus. 593, 49 -us regius. *sim. al., sc. forma* -us *pro nom. accepta. addas* 548, 39 panougirius]). 25, 30 (1, 25, 11 -es Asclepion) -es . . . numerosum et dis inventoribus adscriptum: unum quippe Asclepion cognominatur (Ps. APVL. herb. interpol. 123 l. 8 *et* 13 [*de tertia specie origani*]. DIOSC. 3, 51 p. 401, 9 de -e Asclepii. GLOSS. III 552, 38 A. id est -e). 25, 31 id, *sc.* -es, quod e Macedonia adfertur, bucolicon vocant. 25, 32 (1, 25, 12 -es Heraclion) alterum genus -*is* Heracleon vocant et ab Hercule inventum tradunt, alii origanum Heracleoticum aut silvestre (25, 42 aliqui et hanc -em Heracliam, alii sideriten [*cf.* GLOSS. III 577, 11] . . . vocant. 26, 113 -is, quam Heraclion diximus, radice. DIOSC. 3, 30 p. 390, 23 origano agreste aut -e aut heraclia [*sim.* 3, 51 p. 401, 16]. 3, 50 p. 399, 25 GLOSS. III 552, 39. 562, 44. *cf.* DIOSC. 3, 53 p. 402, 3 radix eius *ligustici* alba est, similis -i eracleotico [CAEL. AVR. acut. 3, 4, 42 GLOSS. III 565, 22]. *v. et p. 187, 69*). 25, 32 (1, 25, 13 -es Chironion) tertium -es Chironium cognominatur ab inventore (25, 131 -es, Ch. praecipue. 25, 165 Chironiae [*item fem.*: 26, 139. Ps. APVL. herb. 96 l. 11 *innula campana* a Graecis dicitur -x Cironia, alii centauria -x]. DIOSC. 3, 52 p. 401, 17 GLOSS. III 558, 15. 622, 9). 25, 33 (1, 25, 14 -es Centaurion sive Pharnacion) quartum -es, ab eodem Chirone repertum, Centaurion cognominatur, sed et Pharnaceon (GLOSS. III 573, 69. 574, 15). GLOSS. III 577, 12 scoporegia (*i.* scopa regia) id est -is. 626, 52 meo (*i.* meum) id est erba -is (*cf.* 614, 48 meu id est erba -us vel radix levistici).

deriv.: panacinus.

panacia *v.* panacea.

panacinus, -a, -um. *a* panaces. *ad panacem pertinens, sc. de oleo*: CAEL. AVR. chron. 4, 7, 95 iniciunt . . . etiam rutacium aut anethinum aut -um *oleum* (*in serie simili*: 4, 7, 100 oleo . . . -o. 4, 7, 104 -i olei).

panacītes, *acc.* -ēn, *πανακίτης.* *i. q. panace conditum, sc. de vino*: DIOSC. 5, 83 p. 197, 3 de bino -en: vinu -en conficitur sic: panacis . . . *uncias decem* mittis in uno urceo *eqs.* (*gr. 5, 62 πανακίτης· πάνακος κτλ.*).

? **panacosceras** Ps. APVL. herb. interpol. 65 p. 121 adn., *inter nomina herbae paeoniae; fort. depravatum ex Πανὸς κέρατα, quod praebet Ps. Diosc. Vind. 3, 140 p. 149, 11.*

panacus *v. sub* panaces *p. 187, 21.*

panagorace *v.* panegorace.

panalēa *v.* panacea.

ἀρτοπώλης: ? **pānārārius** GLOSS. III 307, 9 (panarius *Goetz in indice*). *formam a* panis *derivandam collatis ceteris vocibus in* -ararius *pro* -arius *desinentibus (v. Svennung, Kleine Beiträge, 1936, 54 sqq.) agnoscere mallem, nisi in eadem glossa quinquies traderetur* panarius (*v. ibid. sub 2*).

panaretos, *acc.* -on *vel* -um, *adi.*, *πανάρετος* (*cf.* GLOSS. I p. 162 -os conpositum est pan, graece omne, arethis virtus). *scribitur in codd. etiam* par-, -ere-, -thos; *litteris gr.* HIER. praef. Vulg. *i. q. omni virtute plenus* (*sc. epitheton librorum quorundam scripturae sacrae; cf. Lampe, Patristic Gr. Lex. s. v.*): HIER. chron. a. Abr. 1785 (*inde* PROSP. chron. I p. 400, 251) Iesus filius Sirach Sapientiae librum componens, quem vocant -on (*sc. ecclesiasticum; de eodem libro*: praef. Vulg. Salom. p. 4, 9 -*ος* . . . liber. CASSIOD. inst. 1, 5, 6 quem propter excellentiam virtutum suarum -um [-on *var. l.*] appellat *Hieronymus*, id est ⌊virtutum omnium capacem⌋ [*inde* GLOSS. IV 137, 35, *add. in cod.* a]). ISID. praef. test. 40 liber sapientiae, qui vocatur -on (*sic tradi affirmatur Migne 83, 166ᶜ; respicitur liber sapientiae Salomonis*).

cf. Onom.

pānāria *v.* panarius. **panaricium** *v.* paronychium.

pānāriolum, -ī *n.* *a* panarius (panarium). *i. q. parvum panarium, sportula*: MART. 5, 49, 10 tum, cum prandia misit imperator, cum -is tribus redisti.

pānārius, -a, -um. *a* panis. [*notione q. e. 'canistrum, corbis' (v. infra sub 1): a* -um: *it. vet. et dial.* panaro; *francog.* panier; *prov. vet.* panier, *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* paner; *hisp.* panero; *a* -a: *sard. centr.* panárdza. *M.-L. 6187. Battisti-Alessio IV 2741 sq. Wagner II 212. Wartburg VII 535 sqq. St.*]

non nisi pro subst.: 1 *i. q. receptaculum panibus et aliis cibariis servandis, portandis aptum* (*sc. neutr.* -um, *sed masc.* -us CIL IX 2854, 3; *fem.* -a *subiacet l. 58; respicitur genus quoddam canistri, velut sportula sim.* [*distinguuntur* SVET. Dom. 4, 5], *sed de genere et de materie parum constat infra* CIL IX, PAP.; *ad rem v. Hug, RE XVIII 3, 456*): **a** *testimonia notionis*: VARRO ling. 5, 105 hinc (*sc. a pane*) -um, ubi id (*sc. panem*) servabant, sicut granarium, ubi granum frumenti condebant. CHAR. gramm. p. 140, 19 B. pomaria . . . ubi servantur *poma*, ut -a (pena-, penu- *trad.*). GLOSS. *ἀρτοθήκη. ἀρτοφόρον. κρεμάστρα. κρεμάθρα.* canistrum panum. excipulum. **b** *exempla cetera*: CIL I² 1206, 5 (*sepulcrum uxoris pistoris ad similitudinem -i aedificatum*) corporis reliquiae quod superant sunt in hoc -o. STAT. silv. 1, 6, 31 -a candidasque mappas subvectant *pueri* (*epulo publico ut*: SVET. Cal. 18, 2 -a cum obsonio viritim divisit. Dom. 4, 5 senatui equitique -is, plebei sportellis cum obsonio distributis). PLIN. epist. 1, 6, 3 cum venabere, licebit . . . ut -um et lagunculam sic etiam pugillares feras. ITALA deut. 26, 2 (Lugd.) *primitias* inmittis in -um (*gr. κάρταλλον, Vulg.* cartallo *ut* 26, 4 [*ibid.*] accipiet sacerdus -um ex manibus tuis). CIL IX 2854, 3 (*contextu mutilo*) -os fabricandos . . . curaverunt *aediles.* PAP. Tjäder 8, 2, 12 -o rupto uno (*dub. an recte alveum pani faciendo adhibitum intellexerit editor*). NOT. Tir. 104, 61. *abiit in sermonem gr. πανάριον, v. Daris, Less. Lat. nel Greco d'Egitto, 1971, et Lampe, Patristic Gr. Lex., s. v.*

2 *i. qui (quae) panem vendit*: *fem.* -a: MIRAC. Steph. 1, 3 mulier quaedam nomine Hilara . . ., civibus nota -a. *masc.* -us:

[Galli]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GLOSS. II 246, 17 ἀρτοπώλης: -us (*item* III 459, 2. 487, 7. 489, 40. 509, 2. *de* III 307, 9 *v.* panararius). 588, 67 -us: panum venditor.
deriv.: panariolum.

panathēnaicus *v. Onom.* **panatrion** *v.* pancration.

[**panatros** id est zura GLOSS. III 541, 52 (*corruptum videtur pro* paliurus, *v. supra p. 118, 70 sq.*).]

panatu *v.* panaces *p. 187, 16.*

panax *v.* panaces.

pancarpineus, -a, -um. *derivatum lat. a gr.* πάγκαρπος *iuxta* pancarpius *formatum potius intellegendum videtur quam vox a gr. mutuata.* *i. q. omnibus fructibus commixtus*: VARRO Men. 567 -o cibo coacto (*var. l.* parc-).

pancarpius, -a, -um. *a gr.* πάγκαρπος (*auctum suffixo lat.* -ius *compositionibus apto*). [*restituebatur olim vix recte pro cognomine iocoso Iesus Valentinianorum* Pancapipannirapiam TERT. adv. Val. 12 p. 192, 1, *v. Onom.*] PAVL. FEST. p. 220 -ae dicuntur coronae ex vario genere florum factae (*inde* GLOSS.). *intellegasne potius i. q. fruges omnis generis habens?*

pancarpus, -a, -um, πάγκαρπος. PROB. app. gramm. IV 197, 32 -us non parcarpus (*cf. l. 12 et v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 11, 1900, 308*). *formis graecis*: AVG. c. Secundin. 23 p. 941, 5 -ος (*editor*, -os *cod.*), -on NOVELL. Iust., PS. APVL.; *cf. l. 31.*

1 *adi.*, *i. q. fructibus omnis generis plenus*: AVG. c. Secundin. 23 p. 941, 5 ubi (*sc. infra l. 34*) te ... gratulor congruum posuisse vocabulum: -ος enim omnis est fructūs, quod in ecclesia spiritaliter verum est (*inde* GLOSS. V 525, 18 -us: omnis fructus). *ibid.* p. 941, 9 *deus Manichaeorum* non -us sed plane camparcus (*codd.*; compartus *ed. princ.*) factus est, qui omni feritate discerptus est *a gente tenebrarum.*

2 *neutr. pro subst.* (*vix masc. sub b; cf. tit. libri gr.* GELL. praef. 8 -ον): **a** *genus spectaculi circensis, quo variae bestiae inter se vel cum hominibus pugnantes edebantur* (*fere per imaginem lancis fructuum variorum plenae*): SECVNDIN. epist. p. 897, 1 (*cum ludibrio*) an -um in arca Noe conspicere disposueras? AVG. c. Secundin. 23 p. 940, 27 tanta ... deformitate captivo nomine -i, qui in ludicris muneribus edi solet, propter omnium generum quae inerant bestias exagitas arcam Noe, *figuram ecclesiae* (*quae sequuntur v. sub 1*). CASSIAN. conl. 5, 14, 2 qui ... omnigenis congredi bestiis praemiorum contemplatione consuerunt, quod spectaculi genus vulgo -um nuncupatur (*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PA 254). NOVELL. Iust. 105, 1 multa delectatione complebit populum hoc, quod vocatur -on [Latine silva] (*del. vulgo; gr.* -ov *tantum*) conspectum, et cum bestiis pugnantes homines *eqs.* (*cf.* IVLIAN. epit. novell. 98, 1 quod -um vocant, celebrandum est). **b** *nomen herbae*: PS. APVL. herb. interpol. 110 l. 11 (cardus silvaticus) Graeci ... -on, ... Latini cardus vari⟨an⟩us *eqs.* (pancration *trad.*, *restituitur sec. Ps. Diosc. Vind. 3, 9 p. 16, 16* χαμαιλέων μέλας: οἱ δὲ πάγκαρπος [-ον *var. l.*]).
cf. pancarpineus *et v. Onom.*

pance *v.* panza.

? **panceps:** ἕλκος κτήνους ἐπὶ τραχηλίου GLOSS.[L] II Philox. PA 82. *compos. a* panus *et* capere *agnovit Skutsch, Plautin. und Romanisches, 1892, 41; sed eadem explicatio legitur in eodem glossario PA 157 ad formam plur.* patices; *rem similem significare videtur* pa(n)tex *apud Chironem* (*v. sub* pantex). *corruptumne igitur* panceps *pro* pantex? *de nom.* panceps *a plur.* pantices *formato sec.* forceps: forfices *cogitatur apud Walde-Hofmann II 248 sub v.* panus.

[**pancharis** *v. p. 190, 32.*] **panchratium** *v.* 2. pancr-.

panchrēstārius, -ī *m.* *a* panchrestus. *i. q. confector panchrestorum*: ARNOB. nat. 2, 38 fullones, lanarios, phrygiones, cocos, -os (-chry- *cod.*, -chri- *edd.*), muliones. INSCR. Année Epigr. 1957 n. 111 (*Carnunti*) Vlpius V⟨it⟩alis -us (-cre- *lapis*).

panchrēstus (-os), -a, -um, πάγχρηστος. *scribitur* -cri- ANTIDOT. Brux., ORIBAS., GLOSS. *traduntur formae gr. vel ambiguae praeter* ANTIDOT.; *fem.* -os *sec. gr. l. 69. 71.*

i. q. ad omnia utilis: 1 *adi.*, *non nisi de medicamentis*: CIC. Verr. II 3, 152 (*ironice*) adventu L. Metelli praetoris, cum omnes eius comites iste *Verres* sibi suo illo -o medicamento, *sc. pecunia*, amicos reddidisset (PLIN. nat. 36, 146 medicamentis ..., quae -a appellat). PLIN. nat. 23, 136 (*cf.* 1, 23, 71) -os stomatice. ANTIDOT. Brux. 4 hygra (ygna *cod.*) dicitur quasi solutum collyrium; nam dicitur -um (*cod.*, -on *ed.*; *cf.* ORIBAS. syn. 3, 135 ygra ... -os, mirabilis [*gr.* -ος]). *loco dubio*: GLOSS. III 572, 2 pancrista i. semen rutae (*accepitne glossator pro appellatione quod de utilitate medicamenti dictum erat? cf. e. g. Plin. nat. 20, 131* in praecipuis ... medicaminibus ruta est). 2 *n. plur.* -a *pro subst. indicat dulcia quaedam*: SALV. gub. 6, 92 parvulos contumaces, quos morigeros minae ac ferulae non efficiunt, interdum -a atque blanditiae ad oboedientiam trahunt.
deriv.: panchrestarius.

panchristārius *v.* panchrest-.

panchrōdes *m.*, παγχρώδης (*gr. alibi non legi videtur*). *nomen gemmae q. e. panchrus*: DAMIG. lapid. 37 lapis -es: -es (*restit. Abel; utroque loco* panchrodo *cod.*, panchrodus *Pitra*) lapis habet colorem omnem, ... facit ... ad victoriam, est enim invictus et sacer.

panchrōma *n.*, πάγχρωμα (*gr. alibi non legi videtur*). *nomen herbae* (*cf. André, Notes de lexicogr. botan. grecque, 1958, 47*): PS. APVL. herb. 3 l. 49 a Graecis dicitur hierobotane, ... alii -a (*om. rec.* α) ..., Itali verbenaca (*gr. Ps. Diosc. Vind. 4, 60 p. 214, 11* δίχρωμον). GLOSS. III 573, 61 -a i. verbena.

panchrōmaton *n.*, παγχρώματον (*gr. alibi non legi videtur*). *nomen herbae* (*cf. André, Notes de lexicogr. botan. grecque, 1958, 47*): PS. APVL. herb. 14 l. 10 (herba dracontea) a Graecis dicitur dracontea, ... alii -on (*rec.* β, sanchomaton *cett.*). GLOSS. III 573, 29 pagromaton ho⟨c⟩ dragantea.

panchrūs *m.*, πάγχρους. *nomen gemmae* (*cf.* panchrodes; *sunt qui opalum intellegant*): PLIN. nat. 37, 178 (*cf.* 1, 37, 66) -us fere ex omnibus coloribus constat (-c(h)rum *var. l.*). ISID. orig. 16, 12, 1 (*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PA 257) -us varius ex omnibus pene coloribus constans; unde et nominatus (*scribitur etiam* -gr- *et* -cr-).

panchrȳsos (-on), πάγχρυσος. *i. q. in omnibus aureus* (*non nisi epitheton oppidi cuiusdam, a plerisque ut nomen proprium explicatum, v. vol. II 1924, 47*): PLIN. nat. 6, 170 Berenicen *oppidum* ..., quae -os cognominata est.

[**panclo** *v.* 1. pando *p. 192, 48.*]

pancra: rapina GLOSS. (*scribitur etiam* -chra, -gra, -cras *sim.*). *obscurum; cf.* impancro *vol. VII 1, 516, 61 sqq.*

pancratiārius, -ī *m.* *a* 1. pancratium. *scribitur in* GLOSS. *etiam* prancat-, pacrat- *sim.* [*vix recte coniecit Vallarsi pro* pammacharii HIER. tract. in psalm. I p. 241, 24.] *i. q. pancratiastes*: VITAE patr. 5, 5, 15 sunt enim in saeculo -i, qui cum nimis caesi steterint, et fortes apparuerint, coronas accipiunt (*gr. Nau 1908 p. 54 n. 166* παμμαχάριοι). GLOSS. III 372, 6 -i: παγκρατιάρ⟨ι⟩οι. IV 373, 30 -us: pugil (382, 30 V 379, 44 GLOSS.[L] Corp. P 715. 849). V 383, 16 prancatrius (*var. l.* prancatarius. *sine interpr.*). GLOSS.[L] I Ansil. PA 256 -i flagellis aut tormentis subiecti aequo animo tolerantes coronantur. V Aa P 1684 pugil: -us, ⌊pancharis⌋ (παγκρατιαστής *Theander dubitanter; an* pancratias? [*v. infra*]).

pancratiās, -ae *m.*, παγκρατίας (*gr. alibi non legi videtur*). *i. q. pancratiastes* (*cf. l. 32*): GLOSS. III 302, 49 παγκρατίας (*immo* -ίαι *in serie plur.?*): -ae. *dubium, an recte tradatur* GELL. 13, 28(27), 3 animo prompto semper atque intento, ut sunt athletarum qui -ae vocantur (*codd.* [*scribitur etiam* -grat-], *tuetur Gronov*; pancratiastae *ed. Iuntina et edd. rec. coll. 3, 15, 3, v. sub* pancratiastes).

pancratiastēs, -ae *m.*, παγκρατιαστής. *scribitur in codd. etiam* pranca-, -cras- *sim.* NOT. Tir. 107, 72 -is. *de formis: sing. nom.* -es ENN., FIRM., PLIN. med. (-is NOT. Tir.), *acc.* -en QVINT., GELL., HIER., GLOSS., *abl.* -e PLIN. nat. 34, 59 NON., *plur. nom.* -ae SEN. contr., GLOSS., *acc.* -as SEN. contr. exc., PLIN. nat. 34, 57. *de notione*: GLOSS. -en: luctator. -ae: παγκρατιασταί. οἱ παλαισταί. *cf. etiam l. 60.*

i. q. athleta pancratio certans (*hucine etiam* GELL. 13, 28 [27], 3? [*v. sub* pancratias]): ENN. com. tit. -es (*affert* NON. p. 506, 2 Ennius ... -e [-is *codd.*; *restit.* -e *sec.* p. 513, 12. 517, 12]. *in titulo controversiae*: SEN. contr. exc. 5, 3 fratres -ae). SEN. contr. exc. 5, 3 (thema) quidam duos filios -as instituit. PLIN. nat. 34, 57 *Myro* fecit ... -as (*item de statua*: 34, 59 -e Delphis posito). QVINT. inst. 2, 8, 13 si *quis* docendum -en susceperit. GELL. 3, 15, 3 Diagoras tris filios ... habuit, unum pugilem, alterum -en (-em *var. l.*), tertium luctatorem. FIRM. math. 8, 27, 6 erit -es sine filiis (pancrastes *sim. trad.*). PLIN. med. 3, 30, 11 -es de nobilissimis. HIER. in Tit. 1, 7 p. 567[B] ('episcopum ... esse ... non vinolentum, non percussorem') *non* vetat esse pugilem et -en, quod etiam in ... gentili, si fuerit, reprehenditur, sed *eqs.* (*Vallarsi in margine ed. 1769[2] addit* -ὴν id est athletam, *non indicans unde*).

pancraticē *adv.* *a* παγκράτιον *more graeco-latino formatum* (*v. Frei-Korsunsky, Griech. Wörter aus lat. Überlieferung, Diss. 1969, 31*). *i. q. ut pancratiastes* (*iocose; v. Fraenkel, Plautinisches im Plaut., 195, 1*): PLAVT. Bacch. 248 benene usque valuit?:: -e atque athletice (*cf. Epid. 20* valet pugilice atque athletice).

1. pancratium (-on), -ī *n.*, παγκράτιον. *scribitur* prancati CIL VI 10154, 6; pac(h)ra- PLIN. nat. 20, 74; panatrion *et* pantracion GLOSS. *sub 2 allatae.* NOT. Tir. 107, 71 -um. *forma gr.* -on *traditur in nomine herbae* PLIN. nat. (*iuxta* -um), PS. APVL. herb., *v. sub 2; forma* -u(m) *etiam pro abl. adhibetur* DIOSC. *sub 2.*

1 *genus certaminis, quo lucta cum pugilatu iungebatur* (*ad rem v. Jüthner, RE XVIII 3, 619sqq.*): VARRO Men. 519 (*in imag.*) in charteo stadio ... magis delectatus Stoicorum -o quam athletarum. PROP. 3, 14, 8 *Spartae* femina ... patitur duro vulnera -o. SEN. benef. 5, 3, 1 Lacedaemonii vetant suos -o[s] aut caestu decernere, ubi inferiorem ostendit victi confessio. PLIN. nat. 34, 79 -i (-ti, -tio, -tis *trad.*) victorem. 35, 139 qui -o Olympiae citra pu⟨lv⟩eris iactum, quod vocant ἀκονιτί, vicit. HYG. fab. 273, 5 pammachum, quod nos -um vocamus. VLP. dig. 9, 2, 7, 4 si quis in colluctatione vel in -o, vel pugiles dum inter se exercentur alius, alium occiderit *eqs.* CIL VI 10154, 6 (*a. 367/75; lapis periit*) in omni aclhetico certamine ... victorem pammacho, lucta ⌊prancati⌋ cestibusq(ue), id est pygme [⌊⌋*immo* -i⟨o⟩? *displicet gen.* -i *iungendus cum* lucta, *quod est aliud*

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

genus certaminis; de differentia cum pammachum *v. sub illa voce*). AVG. in psalm. 57, 7 pugilari . . . est -um facere (serm. coll. Morin p. 602, 28 cum aliquo homine. p. 603, 2).

2 *nomen herbarum quarundam* (*earum genera distinxit André, Lex. des termes de botan. 237*): PLIN. nat. 20, 74 (*cf.* 1, 20, 30 *ex* cichorio sive chresto sive -o) *cichorium* propter singularem salubritatem aliqui chreston appellant, alii -on. 27, 118 (*cf.* 1, 27, 92 -on) -um aliqui scillam pusillam appellare malunt (*item* DIOSC. 2, 158 p. 240, 24 de -u: -u multi sc. dicunt [*gr. 2, 172* παγκράτιον]. GLOSS. III 573, 42 pantracion i. squilla). PS. APVL. herb. 42 l. 16 *herba scilla* a Graecis dicitur bulbus scilliticus, . . . alii -on, . . . Itali scilla rubra mascula, alii bulbus scillites ([*cf. Ps. Diosc. Vind. 3, 26 p. 37, 11* στοιχάς· οἱ δὲ . . . παγκράτιον]. GLOSS. med. ed. Heiberg p. 51, 8 panatrion bulbi scilletici). *falso trad.* PS. APVL. herb. interpol. 110 l. 11 -on *pro* pancarpon, *q. v.*

deriv.: pancratiarius.

2. pancratium, *de metro trochaico quodam, v. Onom.*

pancrēstārius *v.* panchr-. **pancrīstus** (-os) *v.* panchrestus.

pancrūs *v.* panch-.

pānctilis, -e. *a* pangere (panctus). *i. q. pangendo plantatus* (*sc. non silvestris*): SERV. georg. 4, 130 'rarum holus' id est -e (*var. l.* planctatile; *ed. Fabricii 1575* plantatile).

pānctio, -ōnis *f.* *a* pangere. *i. q. actus pangendi, plantatio*: PALLAD. 11, 3 tit. de notanda vitium fertilitate, quam providebimus -i (*var. l.* pac-; *cf. 3, 9, 7* ad pangendum . . . *talis* palmes debet eligi *eqs.*).

pānctus, -a, -um *v.* pango.

pancugirius *v. sub* panaces *p. 187, 77.*

? **pandātilia,** -ium *n.* *formatione et notione parum dilucida; vulgo a* pandare *derivatur* (*cf. Walde-Hofmann et Ernout-Meillet sub* pandus, pando), *fortasse iuxta* aquatilia *formatum. genus morbi iumentorum*: CHIRON 578 (*in capp. libri sept.*) de -bus. 639 si quod iumentum -a fecerit et genua laxavit (pandat ylia *trad.*).

pandātio, -ōnis *f.* *a* pandare. *i. q. actus (se) pandandi* (*respicitur materia lignea*): VITR. 7, 1, 1 contignationibus arescentibus aut -e sidentibus (7, 1, 5 c. umore crescentes . . . seu -bus sidentes).

[pandatitiae GLOSS. I p. 246 (*sine interpr.*). *legendum videtur* Pandatiriae (*cf. Not. Tir. 63, 29* Pandatjriae, *ubi seq. 63, 30* pandium, *ut in* GLOSS. I p. 246), *cf. Onom.* Pandateria.**]**

pandecta *v.* pandectes *l. 56.*

pandectēr, (-ēris) *m.*, πανδέκτηρ (*quae vox gr. alibi non invenitur*). *i. q. pandectes*: APIC. 4 tit. -r (*i. liber, quo de diversis ferculis agitur*). GLOSS.^L I Ansil. PA 259 -r: omnia ferens et veterum et novum testamentum (-es *corr. Lindsay sec. l. 80*).

***pandectēs,** -is *m.* (*de plur. f. v. infra*), πανδέκτης. *litt. graecis* TIRO tit. (*affert* Gell. 13, 9, 3). PLIN. nat. praef. 24 (*inter tit. graecos ut*: GELL. praef. 5). CHAR. gramm. (*ex Romano*) p. 247, 13. 15 B. p. 249, 22. *al.* *de genere: accedit adi. vel pron. masc.* CASSIOD. inst. 1, 5, 2. 1, 12, 3. 1, 14, 4. 1, 15, 11, *adi. fem.* INST. Iust. 1, 10, 11 (*vix* CASSIOD. in psalm. 86, 1, *v. l. 77*). *formae praeter nom. sing.: tertiae decl.: gen.* -is CASSIOD. in psalm. 14, 1, *acc.* -em CASSIOD. inst. 1, 12, 3. *al.* (*sed* -en CHAR. gramm. p. 252, 29 B. [*ex Romano*]. *al.*), *abl.* -e CHAR. gramm. p. 269, 14 B. (*ex Romano*). *al.*, -es *pro nom. plur. intellegit* GLOSS. IV 548, 37 (*v. l. 81*); *formae primae decl.* (*vix gen.* -ae, *v. l. 77*): *plur. gen.* -arum VLP. tit. (*affertur* dig. 12, 1, 24). *al.*, *abl.* -is GELL. 13, 9, 5. *legitur inde a* TIRONE, GELL., VLP., MOD., CHAR. gramm.

i. quod omnia capit: 1 *in titulis librorum, sc. qui varia continent* (*tit. gr. v. l. 47*): TIRO tit. (*affert* Gell. 13, 9, 3 quos *libros* graeco titulo -ας inscripsit, tamquam omne rerum atque doctrinarum genus continentis. *eodem spectant*: GELL. 13, 9, 5 Tiro in -is. CHAR. gramm. p. 269, 14 B. [*ex Romano*] Tiro in -e). VLP. tit. (*affertur* dig. 12, 1, 24 Vlpianus in libro singulari -arum [*item* 40, 12, 34]. *sed sing. graece* DIG. tit. libr. 24, 7). MOD. tit. (*affertur* dig. 1, 5, 23. 1, 6, 11. *et saepius. sed sing. graece* DIG. tit. libr. 31, 2). COD. Iust. 1, 17, 1 (=DIG. de conc. dig.), 12 nostram . . . consummationem . . . digestorum vel -arum nomen habere sancimus *eqs.* (de confirm. dig. 1 nomen . . . libris imposuimus d. seu -arum, quia omnes disputationes et decisiones in se habent legitimas *eqs.* [*gr. sing.* πανδέκτην]. *al.* INST. Iust. de inst. promulg. 4 libros . . . d. seu -arum, in quos omne ius antiquum collatum est. 1, 10, 11 d. seu -arum ex veteri iure collectarum. *al.*). *de sacra scriptura uno volumine comprehensa*: CASSIOD. inst. 1, 5, 2 in -e latino corporis grandioris. 1, 12, 3 hunc . . . -em. 1, 14, 4 graecum -em (*item* 1, 15, 11). in psalm. 14, 1 *tabernaculum* fecimus pingi et in -is maioris capite collocari. 86, 1 in -e nostro corpore grandiore (*v. Halporn, Rev. Bénéd. 90, 1980, 291sqq.*, -ae nostrae *edd.*). CASSIOD.(?)epil. Esth. l. 8 summo studio . . . editiones perquisivi et in unum collexi corpus, et scribens transfudi fecique -em. GLOSS.^L III Abstr. PA 33 -es: omnia ferens, et veterum et novum testamentum (*item* V Abba PA 101. GLOSS. IV 548, 37 -es: omnia ferentes *eqs.*; *cf.* pandecter).

2 *t. t. gramm. Stoicorum de adverbio*: CHAR. gramm. (*ex Romano*) p. 247, 13 *et* 15 B. quod . . . -ης a Stoicis ea pars orationis habeatur . . .; nam cum -ης iure dicatur *eqs.* p. 249, 22 absurdum . . . nec socium isti -η . . ., quod interiectionis propria vis . . . adgnoscat. p. 252, 29 cum adverbium Stoici . . . -en vocent; nam omnia in se capit *eqs.*

pandēmos (-on), πάνδημος. *i. q. generalis, communis* (*de pestilentiis*): AMM. 19, 4, 7 prima species luis -os (*trad.* -us) appellatur, quae efficit in aridioribus locis agentes caloribus crebris interpellari, secunda epidemos . . ., tertia loemodes. ORIBAS. syn. 6, 24, 1 Ab egritudines, quas Grecis -us appellant, id est omnis populus simile vexantur egritudinem (*gr.* πανδήμους).

pandex *v.* -ox.

pandīa, -ae *f.*, *?* πανδία. *nomen gemmae*: CASSIOD. var. 5, 34, 3 quam . . . -ae gemmae dicimus esse consimilem, in qua unus se fulgor non potest continere ('*fortasse legendum* panchriae' *Fridh, coll.* panchrus). *vix conferas* pandium.

cf. Onom.

pandiculāris, -e. [*cf.* pandicularius. *etiamsi propter formam coniunctio utriusque vocis cum* pandiculor *arrideret, tamen differentiae usuum et notionum obstant. Sch.*] *i. q. communicarius, sc. dies*: PAVL. FEST. p. 220 -is dicebatur dies idem et communicarius, in quo omnibus dis communiter sacrificabatur.

pandiculārius, -a, -um. *cf.* pandicularis. GLOSS.^L II Philox. PR 187 -us (pr- *trad.*): ἡ μετὰ μνηστείαν ἡμέρα (νηστ- *edd.*, *ut sit dies, qui post ieiunium stomachum pandit*). [-um *suspicatur Bannier pro* partiarium GLOSS.^L I Ansil. CO 572 (*et* GLOSS. V 596, 18), *cf. supra vol. III 1952, 80.*]

pandiculor, -ārī. [*a* pandere *derivandum videtur, cf. fortasse* gesticulari. *Sch.*] [*abrut.* pandekkiyá. *cf. M.-L. 6191 et Faré, Postille. St.*] *i. q. porrigi sim.* (*in oscitationibus*): PLAVT. Men. 833 ut -ans oscitatur (*explicat*: PAVL. FEST. p. 220 -ari dicuntur, qui toto corpore oscitantes [oscillantes *codd.*] extenduntur, eo quod pandi fiunt).

pandīrium *v.* pandurium.

pandium NOT. Tir. 63, 30 (*item* GLOSS. I p. 246 *sine interpr.*). pansum *cum duobus cod. legendum suspicatur Kopp, Palaeographia critica II, 1817, 286; ex 63, 32* dispandium *exemptum putat Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 65; herbam apud Hedfors, Compos. ting. mus., 1932, 156 memoratam confert dubitanter André in plagulis.*

Gatti.

1. pando, -āvī, -ātum, -āre. *a* pandus. 1. *et* 2. pando *afferuntur tamquam verba diversae coniugationis ad eandem positionem pertinentia*: DON. gramm. IV 383, 15 (*inter* '*verba inaequalia*'). CHAR. gramm. p. 336, 10sq. B. -o, pandis et -as ἐξαπλόω, διαστρέφω, infinitivo pandere, -are. MART. CAP. 3, 324. EXPLAN. in Don. gramm. IV 557, 12 -o facit *perf.* pandi ⟨-avi⟩ (*cf.* CONSENT. gramm. V 384, 25sq. pandi et -avi). *stirps perf. non occurrit extra gramm.* (*v. supra*). *de notione*: CHAR. gramm. *v. supra* (*inde corrigas* GLOSS. I p. 248 panclare: διαστρέφειν). GLOSS. -at: διξᾶται (λοξᾶται *Iunius in marg. ed. Stephani; utraque vox gr. ceterum non legi videtur*). -it (-et *Bücheler*): συνσπᾷ (*si recte huc trahitur*; pangit *dub. coni. ed.* GLOSS.^L II Philox. PA 73). [*legebatur olim* PLIN. nat. 19, 66 *pro* pendere.]

i. q. pandum reddere vel fieri, incurvare, incurvari: 1 *respicitur lignum, quod onere imposito incurvatur* (*vel arescendo se torquet* PLIN. nat. 16, 189, *an et* 16, 219*?*): **a** *intransitive*: VITR. 2, 9, 11 *ulmus etiam fraxinus in operibus* non habent rigorem et celeriter -ant (*syn. 2, 9, 6* flectitur. *hinc l. 66*). 6, 8, 2 limina enim et trabes structuris cum sint oneratae, medio spatio -antes frangunt sub lysi (*v. vol. VII 2, 1952, 16*) structuras. 6, 8, 3 non -bit materies levata onere. **b** (*medio*) *passive*: COLVM. 4, 16, 4 *iuga vitium* ut rigorem habeant nec -entur onere fructuum (-antur *codd.*, *tuentur Hedberg et Richter vix recte; ad ind. et coni. in codd. confusos v. Dahllöf, Tempora och Modi, 1931, 75*). PLIN. nat. 16, 189 robur vere caesum teredinem sentit, brumā autem neque vitiatur neque -atur, alias obnoxium etiam, ut torqueat sese findatque. 16, 219 (*pendet e l. 57*) ulmus et fraxinus lentae, sed facile -antur, flexiles tamen (*16, 218* torquendo sese). 16, 223 palmae arbor valida; in diversum enim curvatur . . .: cetera omnia ⟨in⟩ inferiora -antur, palma ex contrario fornicatim (*Theophr. hist. plant. 5, 6, 1* κάμπτεται . . . εἰς τὰ ἄνω). *ibid.* facile -atur iuglans.

2 *respiciuntur animantes*: PETRON. 102, 15 numquid et labra possumus tumore taeterrimo implere, *ut servi peregrini videamur?* . . . numquid et crura in orbem -are? numquid et talos ad terram deducere? (pandere *trad.*, *corr. Stowasser*; *cf. Arist. probl. 909a 27sqq.* διὰ τί Αἰθίοπες . . . βλαισοί εἰσιν; ἢ διότι ὑπὸ θερμοῦ, ὥσπερ καὶ τὰ ξύλα διαστρέφεται ξηραινόμενα κτλ.). PLIN. nat. 11, 21 *apes*, quae flores comportant . . ., onustae remeant sarcinā -tae. QVINT. inst. 11, 3, 100 manus leviter -ta, qualis voventium est (*item [medio]pass.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 93, 25 *metra quaedam* anaclomena appellant, quod retrorsum inclinentur, ut in quibusdam saltationum gesticulis nostra corpora pone -antur). 11, 3, 122 pectus et venter ne proiciantur observandum *ab oratore*: -ant enim posteriora et est odiosa omnis supinitas (*intrans. potius quam act.*).

deriv.: pandatio; *cf.* pandatilia.

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2. *pando, pandī (pandidī), passum (pānsum), -ere. [*cum patēre coniungere student viri docti. Sch.*] *vocem derivant: a* panem dare (*sc. iis, qui asylum petebant in templo Pandae ad id patente*) STILO, *quem affert* VARRO frg. (201 F.) Non. p. 44, 2, *ab* aperire *quidam apud* SERV. auct. 6, 283; *cf.* -ssum *a* pati *p. 200, 84.* *scribitur*: -ire CE 1356, 4 (*Arausione, saec. V exeunte, scriptura deterrima*). NOT. Tir. 63, 27 -it. *de formis (doctrinas gramm.* 1. pando *conferentium v. illic): perf. act.* pandi *testantur*: CHAR. gramm. p. 320, 23 B. CONSENT. gramm. V 384, 26 (*sed formam exstare negat idem* 378, 9). PRISC. gramm. III 504, 16 (*qui fusius de coniugatione agit*). *apud ceteros scriptores non legitur nisi forma aucta* pandiderunt CASSIOD. hist. 5, 43, 6 *et falsa var. l.* pandiderant *pro* perdiderat LEO M. serm. 74, 1 (*formas similes congessit Rönsch, Itala und Vulg., 288*). *p. p. p.* -ssus *et* -nsus: GELL. 15, 15, 1 -ssum veteres dixerunt, non -nsum (*formam* -nsus *plane admittit* CHAR. gramm. p. 322, 24 B., *eandemque damnant*: DIOM. gramm. I 377, 23 SERV. Aen. 1, 480. PRISC. gramm. III 504, 29 [*ut a nomine* Pansa *distingui possit*]. *al.*). *usus auctorum*: -ssus *trad. passim inde a* NAEV. trag. 16 PLAVT. Stich. 369, *v. maxime p. 194, 35sqq. 195, 68sqq.*; -nsus *legitur* VITR. 3, 1, 3 (*bis, sed* span- *H altero loco*). PLIN. nat. 7, 77 -nsis manibus (-ssis, sparsis *var. ll.; sed non nisi* pass- *trad., ubicumque respiciuntur fruges siccandae* 14, 16.41. 18, 35). VOPISC. Aurelian. 5, 3 (span- *et* exspan- *trad.*). AMM. 16, 5, 11. 24, 2, 10. 19. 29, 5, 48 (span- *cod.*). 29, 6, 17 (*sed* 30, 5, 18 -ssis). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 2, 3 (span- *var. l.*). PRVD. cath. 12, 170. AVG. serm. 234, 3 (paucis *var. l.*). HIL. gen. 40 GILD. Brit. 3 chron. III p. 28, 16. *v. etiam p. 200, 37.* *de notione* (*cf. etiam p. 195, 69. 200, 26*): VARRO frg. (201F.) Non. p. 44, 7 (*e Stilone*) -ere, quod est aperire. GELL. 15, 15, 3 'capillo ... -sso' ... quasi porrecto et expanso, et '-ssis manibus' et 'velis -ssis' ..., quod significat diductis atque distentis. NON. p. 370, 9sqq. (*distinguitur* passum: perpessum) -ssum dicitur genus liquoris, quod ex uva -ssa cogitur (*affertur* VERG. georg. 2, 93); -ssum: dispersum, solutum (*afferuntur* VERG. Aen. 1, 480 crinibus Iliades -ssis. TER. Phorm. 106 capillus -ssus. *Caecil. com. 197* flammeum expassum); -ssum: extensum, patens, unde et passus dicimus, quod gressibus mutuis pedes patescunt (*afferuntur* ENN. ann. 349 *et* 350, *v. p. 195, 71, nec non* NAEV. trag. 16, *v. p. 194, 11*). CHAR. gramm. p. 320, 23 B. ἁπλόω (*cf.* p. 336, 10 ἐξαπλόω). SYNON. Cic. p. 439, 22 -it: aperit. ostendit. patefacit. extendit. recludit. diducit. reserat (*sim.* p. 416, 1 aperit *eqs.*). GLOSS. ἀνοίγω, σαφηνίζω. ἀναφέρω. φανερῶ. ἁπλῶ. expono. -ere: aperire. ostendere. *et al.; v. etiam l. 62.* *legitur in poesi inde a* NAEV., PLAVTO, ENN., TER. (*frequentant* VERG., OV., VAL. FL., SIL., STAT.); *in oratione prosa inde a* CATONE, STILONE *supra l. 4*, QVADRIG., CIC., VARRONE (*frequentant* PLIN. nat., AMM., *non habent e.g.* SALL., SEN. *rhet.*, CELS. [*sed v. p. 200, 83*], SVET.) *per totam latinitatem, longe praevalentibus formis temporis praes. et p. p. p., quod praeter usum p. 200, 23sqq. descriptum legitur fere de textis, membris, crinibus, v. p. 194, 10. 35. 195, 67; ceterum occurrit singulis tantum locis inde a* PLIN. nat. 18, 127, *ceterum v. 194, 76. 195, 18. 42. 43. 196, 18. 21. 197, 38. 59. 198, 5. 80.* [*var. langob., venet., raet. or. et centr. cf. M.-L. 6189. St.*] [*confunditur in codd.* -ere *maxime cum* expandere (spandere) *e.g.* CIC. Tusc. 1, 119 CYPR. unit. eccl. 5 (*restituitur* VOPISC. Aurelian. 5, 3), pendere LVCAN. 5, 428 IREN. 2, 28, 7 (2, 43, 2 H.). *al.*, tendere LVCAN. 5, 428 PRISC. perieg. 578. *al.* (*falsa var. l.* VERG. georg. 2, 296 AETNA 244), pangere *e.g.* OPT. PORF. carm. 7, 15 (*falsa var. l.* LVCR. 4, 8 PRVD. perist. 4, 153; *e coni. vix recta* TERT. anim. 30, 3), *p. p. p.* -ssus *cum* sparsus CAES. Gall. 7, 48, 3 OV. am. 3, 2, 45 LIV. 26, 9, 7. *et saepe. dub. var. l.* MART. 14, 106, 1 *p. 203, 55; falsa var. l. pro* pexus TER. Haut. 290; *e coni. dub.* COMM. apol. 301 (*pro* quasso). *vix recte trad.* PETRON. 102, 15 *v. p. 192, 74*, DIOSC. 4, 76 p. 44, 9 (*pro* patitur). *coll. p. 195, 70 restituendum vid.* -ssis GLOSS.L I Ansil. PA 558 parsis: sparsis solutis (*sim.* 559 parsit: solvit exparsit. III Abol. PA pars: solutus vel sparsus. *v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 516; de verbo quodam vulgari* pargere *pro* spargere *posito cogitaverat Landgraf ibid. 9, 1896, 408*).]

refertur fere ad ea, quae antea complicata, in unum collecta aut clausa, operta erant, ita ut significet i. q. sive extendendo, diducendo sim. sive reserando, detegendo sim. patefacere.

I *transitive* (*reflexive e.g. p. 194, 77. 195, 16. 198, 14, medio-passive e.g. p. 194, 61. 195, 20. 197, 1 [c. acc. relationis, p. 194, 74. p. 195, 69]*). *cum obi. effecto p. 194, 27. 195, 46sqq. 196, 32. 82sqq. et p. 199, 37; ceterum effectus vel etiam modus actionis indicatur abl.* OV. ars 3, 500 curvato ... sinu (RVT. NAM. 1, 278 obliquo ... s.). SIL. 2, 548 vasto ... rictu. AVIEN. orb. terr. 223 tenui ... oris hiatu (*cf.* CLAVD. carm. min. 26, 28 immenso ... ore. *aliter* PLIN. nat. 3, 4); *praepos.* in *c. acc. p. 194, 67. 75 nec non* AVIEN. Arat. 1482 in ... reclinem ... habitum; *cf. adv.* late (*v. p. 195, 23*). laxius AMM. 24, 2, 10, porrectius AMM. 29, 5, 48; *finis actionis indicatur praepos.* in *c. acc.* SIL. 10, 295, ad *c. gerund.* EVSEB. EMES. serm. 29, 23, *dat.* STAT. Theb. 3, 534; *accedit praedicativum* CHALC. *p. 195, 32.* PAVL. NOL. carm. 16, 87 locum, qui ... paventi -itur effugium. CONC.S I 5 p. 278, 14.

A *in universum*: 1 *praevalente notione extendendi, explicandi, spargendi sim. (accedit color dilatandi l. 60 et p. 195, 22; ceterum quaedam a 2 haud facile distingui posse vix mireris [cf. p. 196, 34]). indicatur unde quid extendatur praepos.* ex LIV. 28, 30, 3 CHALC. comm. 220. *al.*, ab PLIN. nat. 3, 6. 6, 1. *al.* (*cf. etiam* VERG. *p. 196, 83*); *adv.* unde COLVM. 4, 24, 11, deinde PLIN. nat. 3, 29 *sim. al.; quo vel qua directione praepos.* ad VERG. georg. 1, 398. 4, 28 PLIN. nat. 3, 6. *al.* (*cf.* SEN. *p. 197, 9*), in *c. acc.* LIV. 22, 4, 4. PLIN. nat. 6, 25 in laeva (AMM. 23, 6, 27). *al.*, *dat.* CARM. adv. Marc. 3, 212 simulacro (*abl. loci intellegas potius* SEN. Med. 318).

a *-untur quae tendi, porrigi possunt*: α *texta, vestes, retia sim.*: (I) *vela*: NAEV. trag. 16 (*v. app. crit.*) -sso velo ..., Aquilo, me ... ⟨in⟩ portum fer (PLAVT. Stich. 369 [*perperam* NON. p. 11, 28 *ad l.*: laxo et rugoso]. PROP. 2, 21, 14 PLIN. nat. 19, 5 VAL. FL. 7, 474 FRONTIN. strat. 2, 5, 45. *al.; in imagine*: CIC. Tusc. 1, 119 *in portum mortis* v. -ssis pervehi. 4, 9 v. orationis [*antea*: v. facere]. OV. ars 3, 500 curvato -ere v. sinu. QVINT. inst. 6, 1, 52 PLIN. epist. 8, 4, 5. FRONTO p. 90, 31 v. d. H. [*antea*: ad eloquentiam velificaris]. *al.*). VERG. Aen. 3, 520 velorum ... alas. SEN. Med. 318 ausus Tiphys -ere vasto carbasa ponto (*321* tendere. *cetera v. vol. III 429, 8sqq.*). LVCAN. 5, 428 sipara velorum (pendens, tendens *var. ll.*). IVV. 1, 150 (*in imag.*) utere velis, totos -e sinus. AVSON. 394, 28 p. 253 P. lintea veli (RVT. NAM. 1, 278 obliquo ... sinu. CORIPP. Ioh. 1, 240 flabris. *cf. etiam var. l. pro* tendant AETNA 244). *part. praes.* -ens *fere pro subst. masc.*: SEN. dial. 9, 9, 3 (*in imagine*) ut non multum procellarum *fortunae* inruat magna armamenta -entibus. (II) *quaelibet*: PLIN. nat. 9, 29 locum ... -endis (-entis *trad.*) retibus habilem. 29, 87 telas muscis in parietibus latissime -it *aranea*. VOPISC. Aurelian. 5, 3 pallium purpureum, quod in honore eius -nsum fuerat (spansum, exspansum *trad.*). LACT. Phoen. 128 cum -it vestes Flora rubente solo. AMM. 16, 5, 11 -nsa chlamyde *aurum accipere*. 16, 12, 39 purpureum signum draconis summitati hastae longioris aptatum velut senectutis -entis (pend- *var. l.*) exuvias. 24, 2, 10 ⟨per⟩ propugnacula ciliciis undique laxius -nsis, quae telorum impetus cohiberent. 29, 5, 48 sago puniceo porrectius -nso.

β *membra corporis* (*saepe p. p. p. fere pro adi.*): *palmas*: ENN. ann. 350 (*v. p. 195, 71*) -ssis late palmis ([NON. p. 370, 23: patentibus et extensis]. *gestus fere supplicantis; item p. p. p.*: CIC. nat. deor. 2, 111 CAES. civ. 3, 98, 2. VERG. Aen. 3, 263 [SERV.: solutis. auct.: apertis]. GERM. 68 ad numina [*Arat. 68* ἀείρονται]). LVCR. 5, 1200 -ere palmas ante deum delubra (*inf. ut* CARM. adv. Marc. 3, 212 simulacro). *manus*: CIC. Sest. 117 manibus -ssis gratias agentes (*item p. p. p.*: CAES. Gall. 1, 51, 3 [*ad supplicandum ut*: 2, 13, 3. 7, 47, 5]. VITR. 3, 1, 3 et pedibus. *ibid. iterum.* PLIN. nat. 7, 77 [sparsis *var. l.*]. *al.*). ITALA psalm. 43, 21 (cod. 136 Cas.) ad deum alienum (*aliae vers.* expandimus, *gr.* διεπετάσαμεν). RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 47, 24 ad sola dei opera -endae *sunt*. PASS. Andr. long. 5 in cruce (*var. l.* pend-, tenderet; *postea*: extensis). *alia*: VERG. georg. 1, 398 ad solem pinnas in litore -unt *alcyones* (OV. am. 3, 2, 45 -ssis ... p. [sparsis *var. l.*]. PS. QVINT. decl. 13, 4 [*pendet e loco seq.*]. *cf.* VERG. georg. 4, 28 alas -ere ad ... solem *apes* [PLIN. nat. 6, 122. *al.; cf. l. 18*]). MANIL. 5, 550 per duras -untur bracchia *Andromedae* cautes (GERM. 205 districta ... -it b. [*fusius gr.*]. PLIN. nat. 11, 88. *al.*). PLIN. nat. 9, 94 *a nauplio* pandi ... buccarum sinus aurae *tamquam vela*. STAT. Theb. 6, 754 *Capaneus* tanta ... -it membrorum spatia *quanta Tityus. al.* *part. praes.* -ens *fere pro subst. masc.*: DRAC. laud. dei 2, 756 suppliciter ... suas -entis fletibus ulnas exaudit *deus*.

γ *loca, regiones, aquae sim.* (*gentes pro regione* AMM. 22, 8, 29; *cf. regnum p. 195, 27; sive mero respectu situs, ut e.g.* VERG., STAT., *sive accedente notione dilatandi, ut l. 65. 68. 76. al.*): (I) *medio-passive*: VERG. georg. 1, 34 qua locus Erigonen inter chelasque ... -itur. LIV. 28, 30, 3 *Carteia* in ora Oceani sita est, ubi primum e faucibus angustis -itur mare. 32, 4, 4 *fauces* transeunti ... repente velut maris vasti sic universa -itur planities (*vergit ad Blaß*). CVRT. 7, 11, 3 *specus* os artum ... est; paulatim deinde ulteriora -untur. PLIN. nat. 3, 4 tam modico ore (*sc. freto Gaditano*) tam inmensa aequorum vastitas -itur. 6, 1 a Bosporo quoque in aliam vastitatem -itur *mare* (*cf.* in latitudinem: PLIN. nat. 6, 38 -i *mare*. APVL. mund. 6 p. 299 [*gr. 393a20* ἐπιπλατυνόμενος ἀναχεῖται]. AMM. 22, 8, 29 -untur in l. Sauromatae. *al.*). VAL. FL. 4, 99 proxima Bebrycii -untur *navigantibus* litora regni (*vergit ad Blaß*). STAT. Theb. 10, 5 -itur inmenso deformis sanguine campus (*aliter* SCHOL.: abscessu militum patefactus est). SOL. 11, 1 qua Aegaeus sinus -itur. AVIEN. ora 152 Ophiussa ... tanta -itur latus, quantam iacere Pelopis audis insulam. 679 *amnis* -itur in decem flexus (vexis *trad.; lacunam statuerunt alii*). AMM. 29, 6, 17 Tiberis ... supra amnis speciem -nsus omnia paene contexit. *al.* (II) *transitive (et reflexive)*: PLIN. nat. 3, 6 Tarraconensis ... ad Gallicum oceanum Hiberico a mari transversa se -ens (*sim.* AVIEN. orb. terr. 631 Ausoniam se -it in oram tellus Trinacria et patulo distenditur agro [*Dionys. perieg. 468* ἐκτέταται, *Prisc. 478* distenditur]). 3, 29 *Hispania citerior* paulatim deinde se -ens, qua contingit ulteriorem Hispaniam. 6, 25 *Armenia maior* transversis iugis inclusa latitudinem in laeva -it ad Cyrum amnem ..., longitudinem vero ad minorem usque Armeniam

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(cf. p. 194, 68). Ivv. 10, 194 -it Thabraca saltus (cf. Avien. orb. terr. 81 Pamphylia glaebam. 145 Illyris in dextris -it regionibus agros [aliter Dionys. periheg. utroque loco]). al. -itur area aedificiorum: Pavl. Nol. carm. 28, 9 vestibula simul astra oculis, ingressibus atria -unt (per zeugma simul pertinet ad p. 198, 22). 28, 55 parte alia patet ... area ... maior; ante sacras aedes ... -it vestibulum, ... quae (sc. area) extructis ... cellis ... castelli speciem meditatur ... (59) conciliisque forum late spatiabile -it (versum 55 notione intrans. [v. sub II] explicavit von Hartel in indice; vix recte).

δ herbae, arbores earumque partes (aliter p. 197, 67; v. etiam l. 33): Verg. Aen. 6, 282 ramos annosaque bracchia -it ulmus (Serv. auct.: '-it' non aperit, sed expandit, id est extendit. cf. var. l. georg. 2, 296 nec non Ps. Apvl. herb. interpol. 75 l. 29 herba solata frutex est ramos plurimos -ens [Diosc. 4, 72, 1 W. κλάδους ἔχων πολλούς]). Colvm. 4, 24, 11 caput vitis pede infra iugum constituto, unde se -ant ... bracchia (item reflexive: 11, 3, 7 virgeam sepem ..., quam super se -ant sentes. Plin. nat. 19, 134 in binos pedes ... se -unt betae [exp- var. l.]). Ser. Samm. 333 caules, si frondet -ssa, sabuci decoctos (i. quae se in ramos explicavit; Plin. nat. 24, 52 foliorum mollissima ... eduntur. item mediopass.: Clavd. 3, 211 hic ... -itur herba).

ε varia: (i) notione communi extendendi, distendendi sim.: late -ere (ceterum v. p. 194, 36. 196, 4. 5. 8. 11. al.): Cic. Tusc. 5, 76 bona corporis iaceant humi ..., bona animi longe lateque se -ant caelumque contingant. Cypr. unit. eccl. 5 (in imagine) ecclesia tamquam fons profluentes largiter rivos latius -it (exp- vel spandit var. ll.; antea: ramos extendit). Amm. 17, 4, 3 inter exordia -entis se l. Carthaginis. Cod. Theod. 8, 5, 5pr. si haec licentia latius -retur. Novell. Valent. 27, 3 via, qua beneficia eius latius -rentur. Cassiod. hist. 6, 1, 8 dum latius -retur fama. vario usu: Verg. Aen. 6, 740 animae post mortem veterum ... malorum supplicia expendunt: aliae -untur ... suspensae ad ventos, aliis sub gurgite ... eluitur scelus. Chalc. comm. 220 (Chrysippo vindicat Waszink ad l.) anima sensus ... velut ramos ex principali parte illa tamquam trabe -it futuros ... nuntios. 236 cum ... delicatior simulacri moles erit, separatur -iturque visus ... et candida tunc, quae sentiuntur, videntur; si corpulentior, confundunt aciem et videntur atra (resp. Plato Tim. 67^d τὰ ... διακρίνοντα αὐτήν, sc. ὄψιν). Avien. Arat. 1482 lunae hanc ubi partem pone supinari conspexeris inque reclinem sponte habitum -i. Amm. 20, 11, 26 iris in nostro -itur mundo. Pavl. Nol. carm. 27, 486 spatium tecti, quod in atria iuncta -itur. Plac. med. 7, 11 rec. α vesica apri cum suo lotio infusa si suspenderis et -ssa fuerit, donec aquaticus humor afluat. Oribas. syn. 3, 200 Aa scilla mittis in -sso fermento et coquis in forno et, cum panis coctus fuerit, tollis (intellexerim massam extentam; gr. ζύμη tantum). (ii) i. q. tendendo, explicando efficere sim. (fere cum obi. effecto. cf. Hor. sub B1aβ): vario usu: Gratt. 276 canis, qui lata -it vestigia planta (Avien. Arat. 567 ingenti ... v. passu ... -it [gr. 253 ἴχνια μηκύνει]. in imagine: Ter. Mavr. 1604 etsi non valebo plurima, attingam vel pauca ...: nam -ere prima prodest frequenter artium v. aliter p. 197, 24. 198, 58). Val. Fl. 2, 502 -ssos ... sinus rapit ardua cervix anguis monstruosi (v. Langen ad l.). technice in arithmetica respiciuntur numeri pertinentes ad figuras geometricas (gr. conferre licet e. g. Nicom. arithm. 2, 7, 3 ἀριθμοῦ ἐφ' ἕτερον διάστημα ἐπιπέδως πλατυνομένου): Boeth. arithm. 2, 4 p. 86, 15 nobis de his numeris sermo futurus est, qui circa figuras geometricas et earum spatia demensionesque versantur, id est de linearibus numeris et de triangularibus vel quadratis ceterisque, quos sola -it plana demensio. 2, 10 p. 95, 9 quadratus ... numerus est, qui ... quidem latitudinem -it, sed non tribus angulis ut superior forma, sed quattuor ipse quoque aequali laterum demensione porrigitur, 2, 14 p. 98, 3 numeri, qui extensi in latitudinem v angulos -unt. 2, 33 p. 129, 29 qui numeri cum superioribus iuncti xvi tetragonum -unt (item 2, 46 p. 151, 6 bis ... bini ter xii -unt).
? (iii) i. q. extendendo imponere: Oribas. syn. 5, 20 La ad membrorum rugas smygma frequenter -ssa (gr. σμῆγμα ... σμηχόμενον, Aa supersparsa. an corruptum putes pro sparsa coll. p. 193, 58?).

b -untur quae diducuntur, sparguntur sim.: α crines soluti, non compti (non nisi p. p. p. -ssus plus minusve pro adi.; cf. Non. p. 193, 33. Gloss. II 359, 23 λελυμένη τοὺς πλοκάμους: -ssa crines. 363, 19 λυσίκομος: -ssis crinibus. IV 138, 2 -sso capillo: soluto crine. addas p. 193, 62): Enn. ann. 349 (trad. una cum 350, v. p. 194, 36, tamquam unum frg.) aegro corde comis ⟨-ssis⟩ (si recte suppl. Vahlen, duo frg. perperam coaluisse contendens; alii aliter; ad iuncturam cf. Ov. met. 2, 238 -ssis ... c. trist. 1, 1, 12 [sparsis var. l., edd.; cf. Diggle, Class. Quart. 74, 1980, 401—403]). Ter. Phorm. 106 capillus -ssus, nudus pes ([Don. ad l. 2 temere dispersus. 3 ad luctum pertinent]. Qvadrig. hist. 19. Caes. Gall. 7, 48, 3 more Gallico [sparsum var. l.]. Hor. sat. 1, 8, 24. Ov. epist. 6, 89 discincta Medea. ars 3, 709 furibunda [met. 8, 107. cf. 4, 521 male sana]. met. 7, 257 bacchantum ritu Medea. al. Sen. Med. 803. al.; cf. falsam var. l. pro pexus Ter. Haut. 290). Verg. Aen. 1, 480 ad templum ... Palladis ibant crinibus Iliades -ssis (2, 403 trahebatur -ssis ... c. a templo Cassandra. Ov. fast. 1, 645 -ssos Germania c. porrigit auspiciis ... tuis [sparsos codd. potiores, sed cf. in eadem re trist. 4, 2, 43]. Liv. 1, 13, 1 c. -ssis scissaque veste. 7, 40, 12. 26, 9, 7 Petron. 54, 2. 111, 2 funus -ssis prosequi c. al.). β multitudo hominum, maxime militum (aliter p. 194, 58): Liv. 2, 31, 2 dum se cornua latius -unt (item reflexive: Amm. 20, 11, 21 latius ... sese -ente exercitu. 27, 10, 13 latius sese -ens exercitus. 29, 6, 8 cum Sarmatis Quadi. 31, 4, 8 gentes -entes ... se in spatia ampla camporum). 22, 4, 4 in patentiorem campum -i agmen coepit (CE 1356, 17 si recte suppletur). 28, 33, 12 latius -ere aciem non poterat (41, 26, 4 ut -ere a. et exaequari cornibus hostium ... possent. Tac. hist. 2, 25, 2 aperiri campum, -i a. iubebat. 4, 33, 1). Sen. dial. 7, 4, 1 exercitus modo latius -itur, modo in angustum coartatur (syn. diffundi ... et exporrigi. cf. Amm. 27, 10, 13 supra). Clavd. 1, 248 niveos iam -ite coetus, Naides, et totum violis praetexite fontem. γ fruges sole siccandae (cf. p. 200, 25): Colvm. 2, 21, 3 mala, pira, ficos -ere, caseum facere eqs. 12, 9, 1 caules lactucae ... expressos in cratibus -ere, dum assiccescant. 12, 39, 1 in sole -ere uvas, et noctibus tegere, ne irrorentur. Plin. nat. 18, 127 rapa durant et in sua terra servata et postea -ssa paene ad alium proventum. δ varia: Laber. mim. 131 arboris decidua folia -it ventus (si recte huc traximus contextu foede corrupto). Apvl. flor. 15, 19 Pherecydes primus versuum nexu repudiato conscribere ausus est -ssis verbis, soluto locutu, libera oratione. Vvlg. Ier. 8, 2 -ent ea ossa e sepulchris eruta ad solem et lunam (span-, expan- var. ll., unde receptum est vol. V 2, 1598, 33. cf. Hier. ad l. patentia soli). Mart. Cap. 7, 725 (vers.) Pallas sic abacum perstare iubet, sic tegmine glauco -ere pulvereum formarum ductibus aequor. Inscr. christ. Rossi II p. 248, 13 (nisi carmen codice saec. X traditum est medii aevi) Hieronymus Hebraeas Latio -it in orbe gazas (lectio ... gratas trad.: trahasne potius ad 2?).

2 praevalente notione aperiendi, recludendi sim., fere ut aditus praebeatur (vi locali et usu inde derivando; evanescit notio patefaciendi p. 197, 39; sine respectu aditus praebendi adhibetur aut de ipsa re patefaciendo effecta [v. l. 79. 82 et p. 197, 27], aut mera vi aperiendi de convolutis sim. explicandis [maxime p. 197, 38. 67. 68. cf. p. 198, 14], ut propius accedat ad 1); a -untur res quaelibet: α fores et res claudentes: (i) ianuae sim. (saepius in imag.): Plavt. Bacch. 368 -ite atque aperite ... ianuam hanc Orci (Prop. 4, 11, 2 -itur ad nullas i. nigra preces. Tert. anim. 53, 4 mors tantam i. -ens. adv. Marc. 4, 16 p. 470, 20 violentiae i. -ere. Firm. math. 1, 8, 5 fatum hominibus vitae i. -it. al.). Pacvv. trag. 360 valvas (Nemes. cyn. 168 aut vexare trabes, laceras aut -ere v. mens erit canibus [def. Verdière, Prolégomènes, 1974, 82; mandere Heinsius et vol. VIII 270, 38]). Varro ling. 7, 108 sera remota fores -untur (Ov. am. 1, 6, 2 Stat. silv. 1, 2, 17. 4, 8, 1). Verg. Aen. 2, 27 -untur portae (v. vol. X 2, 8, 54 sq.). 6, 109 sacra ostia -as inferni (Avg. in euang. Ioh. 120, 2 [ad 19, 34 unus militum lancea latus eius aperuit] ut illic quodammodo vitae ostium -retur. CE 757, 2 ⟨caelor⟩um o. al.; allegorice -untur ipsi apostoli tamquam o.: Greg. M. moral. 28, 38 [Iob 38, 10 posui ... o.] per vos ingrediuntur ad me hi, quibus vosmetipsos -itis; repellentur, quibus obseratis). 6, 525 limina (v. vol. VII 2, 1409, 19). (ii) varia: Catvll. 61, 76 claustra -ite ianuae (Verec. in cant. 1, 6D. abyssi c. [respicitur apoc. 20, 3]). Liv. 21, 37, 3 (Carthaginienses Alpes transcendunt) ardentia ... saxa infuso aceto putrefaciunt; ita torridam incendio rupem ferro -unt. Sil. 2, 241 (ad ianitorem) ut -as ... tua moenia leto. Prvd. tituli 196 Christus qui evolvere librum et septem potuit signacula -ere solus (apoc. 5, 2 solvere, 5, 9 aperire).

β regiones naturales vel fabulosae, urbes, aedificia: Plavt. Curc. 56 (in imag. obscena) qui volt cubare, -it saltum saviis. Verg. Aen. 2, 234 dividimus muros et moenia -imus urbis (v. vol. VIII 1327, 63). 7, 641 (=10, 163) -ite nunc Helicona, deae, cantusque movete (Clavd. 4, 1). 8, 262 -itur ... foribus domus atra revolsis (10, 1 Olympi. Lvcan. 7, 716 templa, domos. al.; potius in imag. de hospitio praebendo: Cod. Iust. 12, 40, 10, 6 [a. 450—455] suas domus hospitibus ... -ant pro tertia portione). Prop. 4, 9, 34 fana viris. Sen. Herc. O. 1711 -e ... Stygios lacus (item de inferis: Octavia 136 Stygios sinus tellure rupta. Petron. 121 vers. 116 regna [Stat. Theb. 8, 46]. Stat. Theb. 4, 520 Elysium chaos [12, 772 Tartareum ch.]). 1725 vocat ... me genitor et -it polos (sim. Apvl. met. 6, 6, 4 caelum filiae [i. Veneri] -itur. CE 1530 B, 2 Iuppiter aethram -it, Feste, tibi). Octavia 405 aetate aurea tellus ... fecundos sinus -bat ultro (Colvm. 10, 157 tellus. Plin. nat. 2, 166 terra s. -ente. Stat. Ach. 1, 101 conubialia -unt antra s. al.; cf. p. 197, 75). Val. Fl. 1, 526 (Sol ad Iovem) flecte ratem ... nec vulnere nostro aequora -e viris (7, 553 Acetes effusis -i iubet a. tauris. in imag. de materia carminis: Clavd. 21, 22). 2, 649 hospita ... tecta. 7, 46 lucos Iasoni. Sil. 1, 367 Poeni ... -unt prolapsam suffossis moenibus urbem. 5, 269 bellator ... -bat campum caede (cf. p. 197, 10). 11, 253 carcer. Stat. silv. 3, 3, 68 (in imag.) Tibereia ... aula tibi ... -itur. al. accedit respectus parandi, efficiendi: Lvcr. 5, 1248 silvis combustis -ere agros pinguis et pascua reddere rura.

γ via, aditus, exitus sim. (sc. sive actio vel facultas adeundi sive ipse trames; saepe per obi. effectum, quod frustra separare temptaveris; passim in imagine; aliter p. 198, 48): viam: Verg. Aen. 6, 97 via prima salutis ... Graia -etur ab urbe. 12, 626 qua prima viam

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

victoria -it. OV. fast. 4, 449 -itur . . . Diti via. LIV. 4, 15, 5 ad dominationem. 10, 5, 11. 10, 41, 9 -untur inter ordines v. (*antea*: ut viam . . . patefaciant). GRATT. 360. LVCAN. 3, 467 lancea . . . -ens perque arma v. perque ossa (*sim.* PRVD. ham. 602 lacerata per ilia *viperae*). VAL. FL. 2, 612 (*navibus ut*: TAC. hist. 2, 4, 1. *cf. l. 11. p. 196, 13*). FLOR. epit. 2, 2, 3. *al.* *iter*: SEN. Herc. f. 667 vorago faucibus vastis patet latumque -it omnibus populis i. (*item ad inferos*: SIL. 12, 127 Acherontis ad undas. 14, 240 ad manis. *cf. l. 1*). Herc. O. 1988 i. ad superos gloria -et. LAVS Pis. 224 si famae mihi -is i. VAL. FL. 4, 197 SIL. 2, 356. 5, 393 ferro . . . latum -it i. *Flaminius* (CLAVD. 28, 478 ense. *cf. p. 196, 77*). MART. 12, 98, 4 navigerum per freta -it i. *Neptunus. al.* *varia*: SEN. Tro. 9 septena Tanain ora -entem (*cf.* VAL. FL. 8, 187 *Hister* septem exit aquis, septem ostia -it). LACT. ira 7, 10 sunt animalia, quae latibulis suis diversos . . . exitus -ant, ut . . . fuga pateat obsessis. IVVENC. 1, 669 (*Matth. 7, 7* pulsate et aperietur vobis) pulsanti . . . aditus foribus -etur apertis (HIL. psalm. instr. 24 *psalmi* a. propria . . . clave -amus [*antea*: aperire]. trin. 10, 51 impiissimae intellegentiae. PAVL. NOL. carm. 28, 38 *ad basilicas*. COD. Theod. 1, 2, 5 a. supplicandi. *al.*). RVFIN. hist. mon. praef. p. 387/8 virtutis iter agere volentibus . . . tramitem -at *doctrina*. CE 1918, 1 (*saec. IV/V*) -itur introitus, sacrata limina Cr⟨isto⟩ (SACR. Gelas. 489 M. ad caeleste regnum [*sim.* 525. *al.*]. BOETH. categ. 3 p. 252^{B} *liber* in altiora philosophiae i. -it). ARATOR act. 1, 525 carcer clausus apostolicis vestigia -it aperta gressibus (*aliter p. 198, 59*). *al.*

δ *varia*: (I) *vigente respectu aperiendi, patefaciendi*: LVCAN. 6, 39 per ardua Caesar ducit opus: -it fossas turritaque . . . disponit castella (ADNOT. aperit, extendit. *item cum obi. effecto*: AMM. 17, 7, 12 Anaximander ait arescentem . . . terram rimas -ere grandiores). VAL. FL. 1, 397 plenas nectare cellas -it *apes dimittens*. STAT. silv. 5, 2, 178 (*in imag.*) si tibi -ret ipse Bellipotens aquilas *legionum* (*cf. 165* aquilas tibi . . . et castra recludit). APVL. mund. 23 p. 341 occidentium numerus nascentibus locum -it. AVSON. Mos. 57 ut . . . almus aperto -itur ⌊intuitu⌋ . . . aer, nec placidi prohibent oculos per inania venti (⌊⌋*dat., v. Tränkle, Mus. Helv. 31, 1974, 159*). COD. IVST. 6, 32, 4 (*a. 379*) testamenta -untur (*sim. aperiuntur libri*: PRVD. apoth. 594 promite secretos fatus, date, -ite librum. CLAVD. 18, 11 -ite pontifices Cumanae carmina vatis. *cf. imag.*: HIL. gen. 40 primum caeli -nsus liber . . . celso suspenditur orbe). (II) *respectu patefaciendi minus perspicuo vergit in notionem q. e. (recludendo) praebere sim.*: STAT. Theb. 4, 849 (841; *ad Langiam fontem*) fessis . . . hospita -as flumina. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 180, 20 Marti aper caeditur, . . . Mercurio mella -untur (*nisi cogites de melle cellis expromendo*). IVVENC. 1, 573 sicubi iustitiae -etur (-itur *var. l.*) pulchra facultas, devitate oculos hominum (SVLP. SEV. chron. 1, 15, 3 ne . . . redeundi . . . f. -retur). AVIEN. orb. terr. 1303 *Arieni* invenere corallo -ere vivendi commercia (*gr. Dionys. periheg. 1106* βιοτήσιον ὦνον ἔχουσιν). CLAVD. 24, 107 virtutibus . . . materiam -it Stilicho ('*dat materiam exercendi virtutes*' *Burman*). COD. Theod. 14, 3, 11 edicimus nulli omnino ad ecclesias ob declinanda pistrina licentiam -i.

b *-untur animantes eorumque partes vel sinus sim.* (*herbae, res personatae; cf. l. 4. p. 196, 45. 58*): α *proprie*: *-ere partes suas*: ENN. ann. 532 -ite . . . genas et corde relinquite somnum (CVLEX 185). VERG. Aen. 6, 421 *Cerberus* tria guttura -ens (SIL. 2, 548 Mors . . . vasto cava -ens g. rictu. *al.; sim.* SEN. Oed. 165 *Mors* oris hiatus -it [SIL. 5, 136. 10, 295 *tigris moriens* -it h. in vanos morsus. TER. MAVR. 1294. BOETH. cons. 2 carm. 2, 14 rapacitas]. LVCAN. 4, 329 -unt ora *sitientes* [STAT. Theb. 3, 534 caedibus *aquilae. al.*]. SIL. 13, 560 *Mors* rictum. *al.*). NEMES. cyn. 135 lumina -ssa (ARATOR act. 2, 532. *cf.* oculos: CYPR. epist. 58, 8 [sp- *var. lect.*]. HIL. in psalm. 52, 20 o. intellegentiae). *reflexive et mediopass.*: PLIN. nat. 9, 107 *conchas* -entes se quadam oscitatione inpleri roscido conceptu (*cf. Sol. 53, 23* hiant. *item de conchis*: PLIN. nat. 9, 142 -it se pina. EVSTATH. Basil. hex. 7, 3, 8 ostream se . . . sub sole -entem [*opp.* tegimenta concludere. *gr.* τὰς πτύχας . . . διαπλώσαντα, *Ambr. hex. 5, 8, 22* diptychum . . . aperiat et reseret]). 21, 14 *rosa* paulatim rubescens dehiscit ac sese -it (*sim.* CARM. de resurr. 211 rubent, mox ut rosa -itur, arva [pingitur, fronditur *var. ll.*]). *-ere partes alienas*: SER. SAMM. 965 -ere quae *medicamenta* poterunt ulcus patuloque mederi (*963* si conclusum servabit tibia *vulnus*). IVVENC. 3, 394 -antur scissi *piscis* penetralia ventris (*ad Matth. 17, 27*). PRVD. perist. 11, 58 altos -ere secessus et lacerare iecur. CLAVD. 5, 414 hic fracti reserat curvamina dorsi *Rufini*; hic iecur, hic cordis fibras, hic -it anhelas pulmonis latebras. β *in imagine et translate*: VERG. Aen. 8, 712 Nilum -entem . . . sinus et tota veste vocantem . . . in gremium . . . victos (SEN. Phaedr. 1190 o mors . . . confugimus ad te: -e placatos s. TAC. hist. 1, 52, 3 -ret modo sinum et venienti fortunae occurreret *Vitellius. cf. p. 196, 70*). SIL. 9, 57 aures -e deo (IVVENC. 2, 547 dictis . . . vitalibus. 2, 812 cordis . . . a. AVIEN. Arat. 292 sacris. CLAVD. 22, 48 rumoribus. APRING. in apoc. 1, 11 p. 8 [*seq.*: oculi reserantur]. *cf.* SACR. Leon. 629 -as tuae propitiationis auditum). IVV. 14, 327 si nondum implevi gremium, si -itur ultra (*aliter*: PRVD. perist. 11, 229 *ecclesia* maternum -ens g. OROS. hist. 5, 2, 2 ad suscipiendos socios . . . g. -it *Africa*. PETR. CHRYS. serm. 108, 3 distendit membra, dilatat viscera, pectus porrigit, offert sinum, g. -it *deus*). IVVENC. 2, 212 quis vestrum duram poterit mihi -ero mentem? AVIEN. Arat. 1445 praeceptis . . . sitientia pectora -e (POMER. 3, 8, 1 *superbia diabolo* immunitum pectus . . . -it). AVG. serm. 234, 3 dominus paratus est dare: nos -nsis (paucis *var. l.*) cordibus optemus accipere (PETR. CHRYS. serm. 79, 4 aperiunt oculos, c. -unt). *reflexive*: EVSEB. EMES. serm. 29, 23 ut sese -rent ad dandum (*cf. 29, 26 de pecuniis dandis erat ei sermo*, pigebat autem divites aperiri *eqs.*). ENNOD. carm. 2, 145, 1 si te, Messala, studiis mihi -ere velles *eqs.*

c *-untur tempora, initia sim.* (*sc. vi locali ad tempus translata*): Q. CIC. carm. frg. 4 arida . . . aestatis Gemini primordia -unt (*cf.* CLAVD. carm. min. 30, 34 nobilitas cunctis exordia -it laudibus). LVCR. 6, 359 tempora se ⟨ve⟩ris florentia -unt. NEMES. cyn. 105 cum Ianus, temporis auctor, -it inocciduum bis senis mensibus aevum. IVVENC. 2, 292 Christus . . . adventu proprio vitalia saecula -et. MEROB. carm. 4, 1 annus -itur ecce iam secundus.

B *speciatim -untur, quae sensibus vel animo percipienda praebentur* (*sc. tam explicando, porrigendo sim. quam reserando, aperiendo, sed colores frustra separare temptaveris*): 1 *quolibet modo*: a *strictius -untur quae imprimis oculis subiciuntur*: α *sidera, caelum, lux sim.* (*cf. p. 195, 4. 197, 38; gr. non respondet verbum notionis similis nisi l. 36*): CIC. Arat. 320 aestifer est -ens ferventia sidera Cancer. 335 quantus terris consectus pellitur orbis (*sc. zodiacus*), tantundem -ens supera mortalibus edit (*gr. 554* τόσσον . . . φέρεται). 380 exoritur -ens inlustria lumina Virgo (frg. 22. LVCR. 5, 657 *Matuta* auroram differt et l. -it. *cf.* OCTAVIA 232 vidimus caelo . . . cometam -ere infestam facem). 406 secum medium *Nixum* -et Nepa (*gr. 622* οἱ γάρ μιν φορέουσιν). 449 cum cauda . . . omnis iam -itur Hydra (*gr. 660* οὐρανὸς ἀντιφέρει). 452 *Centaurus* simul cum lumine -it . . . feram. SEN. Herc. O. 1708 nube discussa diem -e, ut deorum voltus ardentem Herculem spectet (STAT. Theb. 4, 486 Tisiphone, dux -e diem *Manibus, ut appareant*. APVL. mund. 29 p. 355 sol . . . ortu suo d. -it, occasu noctem reducit. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 51 incipiente . . . iam -i die [*gr.* ὑποφαίνειν]). AVIEN. Arat. 722 celso late se cardine -it *Orion* (*gr. 324* ὑψοῦ πεπτηῶτα, *Cic. Arat. 105* late dispersum). PRVD. perist. 3, 63 prius . . ., quam plaga -at Eoa polum. CYPR. GALL. Ios. 383 roseus cum primum -itur axis.
β *varia*: CATVLL. 6, 13 non tam latera ecfututa -as, nei tu quid facias ineptiarum (*sim. partes corporis*: CIL XI 6721, 14 [*glans Perusina; a. 41/40 a. Chr.*] culum pan⟨dite⟩. PERS. 4, 36 populo marcentis -ere vulvas. HOMER. 831 Apollo mentitos vultus simulati -it Achillis denudatque virum. STAT. silv. 2, 3, 32 niveos ne -ret artus *nympha*. AMM. 27, 10, 15 -bant sequentibus . . . dorsa *fugientes*). HOR. sat. 2, 2, 26 pictā -at spectacula caudā *pavo*. VAL. FL. 5, 203 vos etiam, silvae, . . . -ite, dives ubi pellis micet arbore sacra. STAT. Theb. 4, 815(807) *a nautis* salutatus cum Leucada -it Apollo. 10, 284 Iuno lunarem quatiens exerta lampada dextra -it iter . . . et corpora monstrat (*cf. 12, 266* [*verba Argiae ad Polynicem mortuum*] tu mihi -e vias tuaque ipse ad funera deduc. *aliter sub A2aγ*). HIER. in Ezech. 1, 2 ('aperti sunt caeli et vidi visionem dei') quibus reseratis -untur visiones (*antea*: reserata mysteria). CASS. FEL. 20 p. 30, 14 fistulam ferro nudare et omnem callositatem occultam artificio manus visibus -ere. CASSIOD. hist. 6, 1, 40 *philosophantes*, qui magis habitu quam magisterio -bantur (*Socrat. 3, 1 p. 380*^{A} ἐδείκνυντο). ARATOR act. 2, 1126 velamine noctis aperto -ere visa solum, quod praebuit hospita nautis . . . Melite. *al.*

b *laxius -untur, quae maxime intellegenda praebentur*: VERG. georg. 2, 258 piceae . . . aut hederae -unt vestigia *terrae frigidae* (*Serv.* hederae indicant frigus. *aliter p. 195, 47*). SIL. 15, 626 lux urget -itque fugam *Poenorum Romanis*. APVL. mund. 26 p. 346 *ut* nulli temere notitiam oris sui -ret *Xerxes* (*gr. 398a14* παντὶ ἀόρατος). SOL. 1, 84 *servi duo gemini* viderentur, nisi solus sermo fidem -ret ([*Plin. nat. 7, 56* sermone puerorum detecta fraude]. 53, 1). AMM. 15, 8, 16 *physiognomici libri*, quorum lectio per corporum signa -it animarum interna (*cf.* ENNOD. epist. 4, 20, 1 p. 113, 7 animorum secreta). RVFIN. Orig. in Ios. 23, 3 p. 443, 11 dei iudicium, quod in occulto est, sors -it in publico (-et *var. l.*). MACR. Sat. 3, 5, 1 *etiam* de sacrificiorum usu . . . diligentiam suam -it *Vergilius* (*aliter* ENNOD. epist. *infra*). DIONYS. EXIG. Conc.^{S} I 5 p. 235, 11 desiderium, quod erga vestram paternitatem . . . gero, quo possum studio -ere non desisto (*cf.* ENNOD. epist. 3, 14, 2 p. 82, 4 muta . . . diligentia quo teste -atur?). ENNOD. carm. 2, 111, 16 gramina cultorem praenoscunt, muta locuntur: . . . monstrat cui creverit arbor: fetibus et genio -itur hic dominus. CORIPP. Ioh. 1, 565 cauti fortesque . . . -ite quisque suas belli in discrimine vires (*eadem fere* 4, 440). 6, 558 ite per hostes intrepidi . . .: patrias . . . -ite laudes. PASS. Petr. Paul. long. 14 *ut Simonis* iniquitas manifestata omnibus -retur (*gr.* κατάδηλος γένηται). *al.* ? *neutr. plur. p. p. p.* -ssa *pro subst. i. q. aperta, cognita sim.*: ARNOB. nat. 2, 4 cum imminentia et nondum -ssa nullis possunt rationibus refutari (*sic Reifferscheid in indice sec. Hildebrand, cui minus placet part. perf. verbi q. e. pati passive adhibitum; parum considerate Bulhart, Wien. Stud. 71, 1958, 168*).

2 *dictis, scriptis* (*sive mero respectu eloquendi, proferendi [fere*

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

argumenta, e. g. infra l. 11. 22., sed ipsam orationem l. 35. 37], sive cum colore explicandi, illustrandi e. g. l. 6. 28, quem frustra ab illo separare temptaveris; notionem patefaciendi se verbis v. sub aβ):

a c. acc. obi.: α usu communi: ① vario respectu: LVCR. 1, 55 de summa caeli ratione deumque disserere incipiam et rerum primordia -am (SIL. 12, 87 templorum p.). 5, 54 rerum naturam -ere dictis (item c. abl. instr.: PETRON. 89, 1 opus versibus. PLIN. nat. 18, 35 hoc exordio praecepta -ere. STAT. silv. 1, 5, 30 carmine molli domum. al.; cf. MANIL. 1, 12 per carmina caelum). VERG. georg. 4, 284 inventa magistri (v. sub b). Aen. 3, 179 Anchisen facio certum remque ordine -o (HOMER. 132 omnibus [B 55 ἀρτύνετο βουλήν]. cf. STAT. Theb. 5, 244 scelus o. -o, quis dolor, unde animi). 6, 267 -ere res alta terra et caligine mersas (antea: audita loqui). OV. met. 4, 680 (v. infra sub b) nomen (SIL. 13, 724 ora ... docet ... et nomina -it). 14, 221 -e tuos ... casus. GRATT. 107 gentibus artes (item c. dat.: PLIN. nat. 14, 3 praecepta agricolis. SIL. 6, 206 ductori singula. 9, 261 [v. infra]. HOMER. 132 [v. supra]. STAT. Ach. 2, 89. al.; v. iam OV. sub b). MANIL. 3, 157 stellarum effectus. SEN. Herc. f. 647 virtutum ordinem. Thy. 633 effare et istud -e ... malum. VAL. FL. 1, 12 versam ... Idumen (cf. STAT. silv. 1, 4, 92 Arctoas acies ... et ... depositam Dacis pereuntibus urbem -ere. loci vix ad c pertinent). 3, 16 causas infandaque proelia, Clio, -e virum (item -unt Musae sim.: HOMER. 1 iram [gr. A 1 ἄειδε]. STAT. Theb. 4, 34 Fama ... -e viros. NEMES. cyn. 98. al.; cf. infra l. 75 sq.). SIL. 9, 261 culpam deflendaque facta ductori -unt (12, 389 STAT. silv. 5, 3, 235). 10, 503 talia dum -it Cinna Hannibali eqs. al. STAT. Theb. 5, 46. 5, 218. 11, 735 quid crimina gentis -ere, quid casus iuvat ostentare pudendos? silv. 3, 2, 40. 5, 3, 156 -ere doctus carmina Battiadae latebrasque Lycophronis atri Sophronaque implicitum tenuisque arcana Corinnae. HIL. trin. 1, 25 sextus ... liber omnem haereticae assertionis fraudulentiam -it. VEG. mulom. 3, 3 nervorum ... numerus ... ac mensura -enda est (3, 2, 1 exponi. 3, 4 indicandus est numerus). MIRAC. Steph. 1 pr. (ad Tob. 12, 7 opera ... dei revelare et confiteri) ut opera dei ... in aperto -amus. VEN. FORT. carm. 10, 8, 1 praeconia -ere regum. et saepe. ② respiciuntur vaticinia et mysteria religiosa: CATVLL. 64, 325 accipe, quod laeta tibi -unt luce sorores (i. Parcae), veridicum oraclum (in comparatione de dictis imperatoris: CLAVD. 28, 37). VERG. Aen. 3, 252 quae ... mihi Phoebus Apollo praedixit, vobis Furiarum ego maxima -o. 3, 479 Ausoniae pars ..., quam -it Apollo. 6, 723 Anchises ... ordine singula -it: '...' (seq. oratio recta ut: VAL. FL. 1, 740 [in necyomantia] talia libato -bat sanguine Cretheus. al.). LIV. 5, 16, 10 oraculo -untur fata (LVCAN. 6, 590 STAT. Theb. 10, 162. CLAVD. 19, 37 [ironice de Eutropio]). VAL. FL. 4, 559 (vaticinatur Phineus Iasoni) sua -ere terris saecula (SIL. 3, 11 venientia. sim. 3, 630 seriem venturi ... aevi. STAT. Theb. 3, 627 ventura atque omne quod ultra est [625 arcana profari]. 4, 621 venturas ... vices et funera belli. al.). STAT. Theb. 10, 193 nox ... accommoda fraudi -itur augurio divum (dub. an recte huc referatur; fortasse cogites de nocte, quae bono omine intenditur). PS. APVL. Ascl. 19 magna tibi -o et divina nudo mysteria. IVVENC. 2, 555 (sec. Matth. 11, 27 cui voluerit filius revelare) deum patrem videbit, -et cui talia natus. IVVENC.(?) praef. pr. 8 aeternae -ens mysteria vitae Iohannes (HIL. trin. 9, 55. HIER. in Is. 29, 9/12 l. 61 aperire signacula et m. -ere scripturarum. al.; hucine PS. APVL. supra? cf. RVFIN. Orig. in Ios. 20, 6 p. 425, 21 cui revelat secreta et -it arcana deus [APRING. in apoc. 4, 1 syn. reserantur]). HIL. in psalm. 118 phe 4 in euangeliis legis occulta et abscondita prophetica mandata ... -untur. trin. 9, 31 divinitatis nobis gloriam -ens sermo Christi. HIER. epist. 65, 5, 1 spiritu sancto futura Christi sacramenta -ente (in Ezech. 1, 3 CASSIOD. in psalm. praef. l. 60. al.) hom. Orig. in Luc. 38 p. 213, 9 speramus -ente deo aperiri posse quod latitat (cf. RVFIN. hist. 6, 23, 2 cui, quidquid arcanum ... in sacris litteris tectum est, -retur). al.

β -ere se vel mentem suam sim. (notione se patefaciendi sim.): IVVENC. 4, 564 vestram ... -ite mentem (respicitur Matth. 26, 66 quid vobis videtur?). CLAVD. rapt. Pros. 1, 215 Iuppiter ... Veneri mentis penetralia -it (sed var. l. nudat fortasse recte praetulit Hall, ad l., 1969, post alios). AVG. beat. vit. 2, 10 tibi ... verba defuerunt, ut non sicut Tullius te modo -res.

b cum enunt. interrog. (fortasse interrog. recta iuxta imperat. SEN. Herc. f. 1301; cf. VAL. FL. 5, 203 sub 1aβ): VERG. georg. 4, 284 Arcadii ... inventa magistri -ere quoque modo ... apes tulerit cruor boum (IORD. Rom. 2 meo ... eloquio -am [antea: referam]. PS. VIGIL. THAPS. trin. 2, 41). OV. met. 4, 680 -e requirenti nomen terraeque tuumque et cur vincla geras (fast. 4, 193 Musae, -ite ..., c.). 15, 622 -ite nunc Musae ..., unde eqs. (STAT. Theb. 5, 46. 244). fast. 5, 693 Mercuri, mihi pande ..., in Geminos ex quo tempore Phoebus eat. SEN. Ag. 404ᵃsq. Herc. f. 1301 -e, quid fieri iubes? (SIL. 7, 346 SYMM. epist. 5, 43 SCHOL. Stat. Theb. 4, 773. et saepius). STAT. Theb. 1, 671 tu -e, quis Argos advenias (5, 244 silv. 5, 1, 95). CONSVLT. Zacch. 2, 1 p. 49, 20 -e, an sit tertia ... persona eqs. (sc. spiritus sanctus). enunt. supplendum videtur ex antecedentibus: SEN. Phaedr. 860 effare aperte, quis gravet mentem dolor.: haut -it ulli; maesta secretum occulit Phaedra. STAT. Theb. 1, 561 forsitan ..., quae sint ea sacra ..., exquirant animi; ... animos advertite, -am: postquam eqs.

c cum inf. vel acc. c. inf. (vix huc p. 199, 20sq.): ARNOB. nat. 7, 17 p. 363, 3 M. istud non ludere est, non confiteri, non -ere, quid sit deus nescire? HIL. trin. 8, 2 ut ea ipsa ... ridicula esse et inepta -amus (item acc. c. inf.: IVLIAN. in Ioel 2, 26–27 [respic. IV reg. 18, 3–7] quem Ezechiam magno circa cultum dei studio ferbuisse fides -it annalium [gr. ἐδήλου]).

d cum oratione recta (per obi. praeparatam ad a relegavimus, e. g. p. 199, 41): CYPR. GALL. gen. 103 (gen. 3, 13 respondit) Eva sub haec -it: 'serpentis suasa loquellā accepi pomum'.

II intransitive: ?**A** i. q. patere sim. (de PAVL. NOL. carm. 28, 55 v. p. 195, 8): HIL. (?) hymn. de Christo 43 (respic. Matth. 27, 51) vela templi scissa -unt (tuetur Feder; var. ll. pendens, pendunt sim.; pendent Meyer; templum ... -unt Walpole, Early Latin Hymns, ad l. haud inepte). MAR. VICTOR aleth. 3, 390 (ad gen. 13, 8sqq.) nullo nam limite cuiquam discretus -bat ager. **B** i. q. extendi (sc. longiorem sim. fieri; fortasse per usum mediopass. [v. p. 193, 71] explicandum): MAR. VICTOR aleth. 1, 367 quae costa -ens varios mox et digesta per artus accepit formam mulieris, sc. Evae.

part. praes. -ens pro subst. masc. (accedit tamen obi.) p. 194, 24. 56.

p. p. p. ***passus**, -a, -um pro adi. notione originaria i. q. extentus, apertus sim. v. supra, e. g. p. 193, 47; huc relegavimus notionem secundariam q. e. aridus sim. (sc. de iis, quae ad siccandum strata erant, v. p. 196, 14; cf. NON. p. 11, 28 -um est proprie rugosum vel siccum [perperam affertur PLAVT. Stich. 369, v. p. 194, 11]; unde et uva -a dicta est, quod sit rugis implicata [afferuntur PLAVT. Poen. 312 LVCIL. 557]. fere pro syn. exstant infra aridus l. 42, rugosus l. 48. 74, siccus l. 46 [cf. l. 59. 62. 67]): **1** notione communi (sc. proprie praeter LVCIL. sub b): **a** uva -a (ordine inverso -a uva VAL. MAX. 9, 12 ext. 8 COLVM. 12, 59, 5 PLIN. nat. 31, 101. al.; de confectione agunt COLVM. 12, 16, 1sqq. PLIN. nat. 15, 67 PALLAD. 11, 22; explicationes: PLIN. nat. 23, 15 u. -a, quam astaphida vocant [1, 23, 12 GLOSS.]. GLOSS. u. -a: σταφυλή, σταφίς [sim. al.]. desiccata. racemus tortus. huc referam contextu lacunis depravato SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 93 ['passo'] seu quod expandi soleat πάνσα [i. -nsa? sed v. quae monuit Hagen ad l.]): PLAVT. Poen. 312 ausculta mihi modo ac suspende te.: siquidem tu es mecum futurus pro u. -a pensilis. CATO agr. 7, 2 quas uvas suspendas duracinas ..., vel ad fabrum ferrarium pro -is ea⟨e⟩ recte servantur. 143, 3 pira arida, ... u. -as vilica habeat (item syn. aridus: PRIAP. 32, 1 infra. COLVM. 11, 2, 62 tempus est aridis u. ficisque conficiendis, de quibus quemadmodum -ae fiant, suo loco dicemus. 12, 58, 2). VARRO rust. 3, 16, 28 u. -am et ficum cum pisierunt, adfundunt sapam (ad pascendas apes ut: COLVM. 9, 14, 16. PLIN. nat. 21, 82 u. -as siccasve ficos). frg. Diom. gramm. I 486, 9. PRIAP. 32, 1 u. aridior puella -is (item in comparatione: CLAVD. 18, 111 -ā facies rugosior u.). VAL. MAX. 9, 12 ext. 8 -ae u. suco (narratur mors Anacreontis ut PLIN. nat. 7, 44 acino u. -ae). COLVM. 9, 13, 5 grana ... u. -ae cum rore Syriaco ... pinsitae dantur apibus laborantibus (item pro remedio est: SCRIB. LARG. 9 u. -am cum piperis albi granis ... dabimus: ... haec deducunt pituitam. 56 u. -ae sine granis tantum. 233 u. -a enucleata contusa [v. vol. V 2, 615, 42sqq.]. al. PLIN. nat. 20, 162. 23, 15. al. PELAGON. 24, 2. et saepius). 12, 16, 3 quidam u. -am foliis ficulneis involvunt et adsiccant. 12, 44, 4 acina uvae in horreo suspensae paene tam dulcia quam est u. -a (item respicitur dulcedo: PLIN. nat. 15, 17). al. PETRON. 56, 9. 69, 6 turdi ... u. -is ... farsi. PLIN. nat. 15, 67 uvas in sole siccant -asque in aqua calida mergunt. al. AVR. Fronto p. 61, 12 v. d. H. ITALA num. 6, 3 (Lugd.) qui deo consecratus est, u. recentem et -am non manducabit (gr. σταφυλὴν πρόσφατον καὶ σταφίδα, Vulg. u. recentes siccasque. inde HIER. in Am. 2, 12 l. 360 u. -am ac viridem. cf. VVLG. num. 6, 4 omnia, ab u. -a usque ad acinum [aliter Itala]). EDICT. imp. Diocl. 6, 92 L. u. -ae fabriles (cf. l. 40). 6, 93 u. -ae maximae. et al., saepius apud APIC. **b** varia: CATO agr. 125 murtam nigram arfacito in umbra; ubi iam -a erit eqs. (inde Plin. nat. 15, 123 siccata usque in ariditatem). VERG. georg. 4, 269 -os de vite racemos dare apibus aegris (PETRON. 135, 8 vers. 14). FEST. p. 253 ficus. PLIN. nat. 14, 16 a patientia nomen acinis datur -is (14, 41). CARM. de resurr. 364 propheta stupuit ... cineribus creta iacuisse corpora -is (dubitanter huc traximus coll. Vulg. Ezech. 37, 2 sicca ossa. 37, 4 ossa arida. an cogites de cineribus passim sparsis?). iocose transfertur ad senes macie torridos (cf. comparationes l. 47): LVCIL. 557 rugosi -ique senes (sunt qui ad patior referant).

2 notione deflexa: vinum -um, sc. de ipso liquore uva -a confecto (nisi intellegas subst. passum appositione additum; vix huc p. 201, 65): PELAGON. 89, 1 (inde VEG. mulom. 2, 131, 5) pastillos, quos ... in melle, oleo et v. -o ... deicies (sim. ibid. 2; sed in Hippiatr. gr. I p. 113, 9 adn. bis distinguuntur οἶνος et ἕψημα). MARCELL. med. 30, 17 veratrum potum ex v. -o (ibid. postea: potus ex passo). in explicatione glossarum: GLOSS. II 401, 28 πεπανός: maturus, mitis, -us (item III 263, 56 ad πέπανος, πέπειρος).

p. p. p. neutr. ***passum**, -ī pro subst. (aliter, sc. notione participii communi, p. 198, 79). derivatur a pati praeeunte VARRONE
[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*v. l. 33 et cf.* PLIN. nat. *p. 200, 69*): SERV. georg. 2, 93 -um ... dicitur a patiendo; nam decoquitur mustum et inde fit -um (*inde* ISID. orig. 20, 3, 14). *ceterum cf.* PS. CYPR. cena 143 -um bibebat Iesus (*'sc. propter passionem' Strecker ad l.*). *scribitur litt. gr.* POLYB. *sub 1. de formis: abl. sing.* -u CHIRON 506 (-o VEG. mulom. 2, 142). *plur. non exstat praeter formam corr.* GLOSS. III 628, 14 -is id est sapa (*v. etiam l. 12*). *de notione*: VARRO frg. Non. p. 551, 26sq. vino addito loram -um vocare coeperunt; muriolam nominabant quod ex uvis expressum erat -um. NON. p. 370, 9 -um dicitur genus liquoris, quod ex uva passa cogitur (*cf.* ISID. orig. 20, 3, 14 quidquid ex uva passa conpressum effluxerit). GLOSS. ἕψημα (II 321, 39 *add.* pluralia non habet). σταφυλίτης. σταφίς (*in capite 'de potionibus', ne cogites de uva passa*). sapa. defretum. *et sim.; v. etiam l. 33.*

significatur liquor ex uvis passis confectus (*fusius de confectione agunt* COLVM. 12, 39, 1sqq. [*e Magone; cf.* PALLAD. 11, 19] *et* PLIN. nat. 14, 81sq.; *cf. e. g. Blümner, Privataltertümer 202*). *nominantur -i genera haec*: Psithium (*v. l. 35*), Creticum (*v. Onom. vol. II 711, 19, ubi addas* SCRIB. LARG. 65. 74 MARCELL. med. 8, 84. *al.; cf. l. 50*), Myconium SCRIB. LARG. 86 MARCELL. med. 17, 25, Cilicium ... et Africum PLIN. nat. 14, 81, Lycium CIL IV 5594 (*in amphora ut* 9327 Rhod(ium)); *ceterum cf.* mixtum (*sc. aqua*) CELS. 6, 7, 1^C MARCELL. med. 26, 11, secundarium PLIN. nat. 14, 82, protropum MARCELL. med. 20, 26. *distinguuntur saepe* vinum, mulsum, mustum (*e. g. l. 48, sed cf. p. 202, 7*), defrutum *sim.*

1 *in universum* (*non iteravimus l. 16sqq. allata*): PLAVT. Pseud. 741 (*iocose de oratione*) quid, si opus sit, ut dulce promat indidem (*sc. e pectore*), ecquid habet?:: rogas? murrinam, -um, defrutum, mellam *eqs.* POLYB. 6, 11^a, 4 παρὰ Ῥωμαίοις ... ἀπείρηται γυναιξὶ πίνειν οἶνον. τὸ[ν] δὲ καλούμενον πάσσον πίνουσιν. τοῦτο δὲ ποιεῖται μὲν ἐκ τῆς ἀσταφίδος κτλ. (*in eadem re*: VARRO frg. NON. p. 551, 15 GELL. 10, 23, 2). VARRO frg. Non. p. 551, 22 -um nominabant, si in vindemia uvam diutius coctam legerent eamque passi essent in sole aduri. VERG. georg. 2, 93 -o psithia *vitis* utilior (*cf.* PLIN. nat. 14, 80 psithium et melampsithium -i genera sunt suo sapore, non vini. 14, 81. STAT. silv. 4, 9, 38 -um psithiis suis recoctum). CELS. 2, 18, 11 ex potionibus ... mulsum, defrutum, -um ... valentissimi generis est (*item in praeceptis diaeteticae sim.*: 2, 20, 2 *est boni suci.* 2, 22, 1 lenes ... sunt ... lac, defrutum, -um. 2, 25, 1 aliena ... stomacho sunt ... omnia praedulcia ... mulsum, defrutum, -um. 2, 30, 3 *inter ea, quae alvum adstringunt. al.*). 6, 7, 2^C *medicamento cuidam* adicitur acetum ..., donec crassitudo ... -i fiat (*sim.* SCRIB. LARG. 37 spissitudinem -i [MARCELL. med. 8, 120. 9, 58. 61]. 228 temperamentum [MARCELL. med. 34, 76. *cf.* 9, 54 medicamentum tam temperatum, ut simile sit -o]). PROC. dig. 33, 6, 16, 1 mulsum, -um, defrutum et similes potiones *continentur inter 'dulcia' legata.* PLIN. nat. 1, 14, 11 de -i et hepsematum et dulcium generibus XVII. 23, 29 *musta* alia ex quibus vinum fiat, alia ex quibus -um. MART. 13, 106 tit. -um: Gnosia ... genuit vindemia Cretae hoc tibi, quod mulsum pauperis esse solet (*cf.* IVV. 14, 271 pingue ... de litore Cretae -um ... advexisse). VLP. dig. 33, 6, 9 pr. si quis vinum legaverit, ... et -um ... continebitur. ACT. Arv. a. 240 (Inscr. Dessau 9522) II 32 ad aram ... scyfis vini mulsi lactis mellis -i fecer(unt) *sacrificium.* CYPR. GALL. num. 77 *acinus, qui* solibus aret in -um (sparsum *A*) crispo concretus margine rimae.

2 *adhibetur ad cibos conservandos, conficiendos sim.*: CELS. 2, 24, 3 oleae ..., quae in -o defrutove servatae sunt (COLVM. 12, 16, 5 pomum. PLIN. nat. 15, 61 *pira. cf.* PALLAD. 3, 25, 10 in sapa vel -o vel dulci vino mersa custodiunt *pira*). COLVM. 12, 10, 4 *pira in* fidelia componito et aut -o aut defruto completo (*cf.* 12, 48, 1 adiecto -o vel defruto. *sim. al. ibid.*). PLIN. nat. 14, 135 quod supersit *in doliis vino impletis* -o aut defruto perunguendum. PALLAD. 3, 25, 25 si defrito incoquantur aut -o *cydonea.* APIC. 2, 2, 10 ammiscebis uvam passam, caroenum vel -um. 3, 2, 1 suffundes liquamen, -um, ut quaedam dulcedo sit (4, 2, 14 s. liquamen, vinum, -um [*item* 4, 2, 15. 8, 2, 1. *vix ad p. 200, 75; cf. l. 67 et* 4, 5, 2 v. et -um]. *al.*). 4, 2, 4 adicias ... vini cyathum, -i cyathum (4, 2, 8. 4, 3, 8. *al.; cf. l. 61. 69*). 4, 3, 2 *ius* vino et -o temperabis (4, 3, 7. 4, 5, 1 vel vino dulci. 4, 5, 3. *al.*). 8, 4, 1 adicies ... -um ad colorem *iuris* (*in eadem re fortasse etiam* 3, 20, 5 mittes in caccabum oleum, liquamen, piper; -o [*Hummelberg*, -um *trad.*] colorabis et obligas. *ceterum cf.* 8, 7, 11 colorabis defrito. *sim. al.*). *al. apud eundem.*

3 *adhibetur in re medica* (*cf. etiam supra l. 38*): **a** *conficiuntur medicamenta, compositiones*: CELS. 4, 9, 2 nuces Graecae ... cum -o mixtae (6, 7, 1^E MARCELL. med. 20, 74. *al.; cf.* CELS. 5, 25, 4^A cum eo umore -i par[i] mensura miscetur. SCRIB. LARG. 246 *sulphur, opium* -o miscentur). 5, 25, 17 *substantiae quaedam* ex -i tribus sextariis decocuntur (6, 7, 1^C COLVM. 6, 12, 4 PLIN. nat. 25, 153. *al.; cf.* CELS. 6, 6, 22 cum -i tribus heminis. 6, 10, 1 in -o mulsove [PLIN. nat. 31, 116. 117]). 5, 28, 11^F semen ex -o coctum (5, 28, 16^C SCRIB. LARG. 44 MARCELL. med. 1, 18. *al.*). 6, 6, 1^I cum -o conterantur *medicamenti elementa* (6, 7, 1^F contrita -o. PLIN. nat. 30, 48 ex -i cyathis *tot*). 6, 7, 1^D deinde adicitur his -um (6, 7, 2^B -i heminae tres. SCRIB. LARG. 31). 6, 18, 2^D teruntur ex -i tribus cyathis (PLIN. nat. 24, 89 cum -o. SER. SAMM. 648 ex -o. MARCELL. med. 28, 65. *al.*). *al.* SCRIB. LARG. 134 omnia contusa ... macerantur -o et vino (148 in -i sextario. MARCELL. med. 1, 15. *al.*). *al.* **b** *vario usu*: CELS. 4, 27, 1^E cummis ... cum cyatho -i datum (SCRIB. LARG. 189. 195 PLIN. nat. 29, 47. *cf.* CELS. 5, 27, 9 dandus ... murrae et uvae taminiae par modus ex -i hemina [SCRIB. LARG. 109 *pastilli* dantur ... ex Cretico musto, quod est -i genus. 121. *al.* PELAGON. 94. *al.*]). SCRIB. LARG. 180 prodest ... vini cyathus et -i et olei cyathus *contra opium potum* (*item adiuvat contra venena*: 190. 194 PLIN. nat. 23, 15). 186 *cedriam picem* si quis ... sumpserit per se vel ex -i cyathis duobus (PLIN. nat. 20, 105 cum sapa aut -o. PS. APVL. herb. 107 l. 3 ex [cum *var. l.*] -o potui sumpta. *al.*). PLIN. nat. 20, 30 inlitum ... e -o ventri ... prosit *alterum genus pastinacae* (27, 128 ex -o. *verbo supplendo*: 28, 172 ad caligines fel cum -o [*antea*: fimum ex melle inlitum]). 20, 158 *nepetae radix* cum myrti semine in -o tepido gargarizata (30, 32 fimum columbinum cum -o). 20, 210 *porcillaca* pota e -o expresso suco (*item* ex: 23, 143. *al.* MARCELL. med. 30, 17. *al.*; p. cum -o: PLIN. nat. 24, 106. *cf.* bibere in -o: PLIN. nat. 22, 46. 24, 18. 25, 39. *al.*; bibere e -o: PLIN. nat. 23, 150. 30, 66 MARCELL. med. 16, 87. *sim. al.*). *et saepius.*

4 *adhibetur in re rustica*: **a** *ad apes potionandas*: COLVM. 9, 9, 6 *apium discordantium pugna compescitur* aqua mulsea -ove ... respersa. 9, 13, 7 -o ... et defruto vetere fessas sustinere. 9, 14, 15 *hieme apibus* defrutum aut -um praebere. PLIN. nat. 21, 82. **b** *ad semina praeparanda*: PALLAD. 9, 5, 3 *si radicem* dulcem fieri velis, semina ... melle macerabis aut -o.

p. p. p. masc. passus, -ī *pro subst.*: GLOSS. III 585, 25 -us: sapa (*item* 594, 25. 616, 13).

p. p. p. fem. passa, -ae *pro subst.*: GLOSS. II 436, 51 σταφίς: -a. III 574, 41 -a id est uva torta (*cf. p. 200, 36*). 595, 53 sapa: -a. *vix huc p. 200, 40.*

deriv.: pansura, passim, 2. passivus, passor, 3. passus (-ūs); *cf.* pandiculor, pandium, pansa *et v. Onom.* (Panda).

compos.: dis-, ex-, ob-, prae-, pro-, repando. *deleatur* compassum, *quod affertur vol. III 2023, 76, coll.* PLIN. phys. Bamb. 36, 11 consparso. *Kruse.*

pandochīum, -ī *n.*, πανδοχεῖον (*et* πανδοκ-?, *cf. l. 38. 41*). *scribitur*: panthocea PROB. app. gramm. IV 196, 11 (*cf. Foerster, Wien. Stud. 14, 1892, 318; Heraeus, Arch. Lat. Lex. 11, 1900, 69*); pantochia GLOSS. V 574, 57; patochia GLOSS. IV 135, 8 *app. crit.*; pandotium GLOSS. II 588, 64. *de notione*: HIER. *v. infra.* GLOSS. diversorium. ubi generaliter homines hospitantur. V 574, 57 -a palinodia (*duo lemmata sine interpretamentis*). GLOSS. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie (Musée Belge 26, 1922) p. 264, 49 -um est omnium receptaculum. *inter nomina pluralia tantum enumerat* PROB. app. gramm. IV 196, 11.

i. q. stabulum, deversorium sim.: HIER. hom. Orig. in Luc. 34 p. 191, 1 -um, id est stabulum, quod universos volentes introire suscipiat, ecclesiam interpretari ([*gr.* πανδοχεῖον]. *cf.* p. 194, 1 inducit in -um, id est in e.). OP. imperf. in Matth. 2 p. 642 *magi viderunt* -um tenebrosum et sordidum, et magis animalibus quam hominibus aptum. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 276 quae de cauponibus et -is (pandocibus *cod. S saec. VIII/IX*) vitam agunt (*gr.* ἐκ καπηλείας καὶ τοῦ πανδοκεύειν).

pandonia *v. Onom.* Pandionia. **pandōr-** *v.* pandur-.

pandotīum *v.* pandochium.

? **pandox,** (-cis) *m.*, πάνδοξ. GLOSS. V 607, 15 -x (*scrib.* -ex) qui semper pandit ora ad potandum (*cf. etiam Du Cange sub voce; sed* pandex *formatione iocosa ortum putat Landgraf, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 372*). [*cf. fortasse var. l.* pandocibus *l. 53.*]

pandūra, -ae *f.*, πανδοῦρα. *scribitur in var. l.* -dor-. [*it. vet.* pandora; *francog.* mandore (>*it.* mandora, mandola, mandolino); *ad* pandurium *referendum: hisp.* bandurria. *cf. M.-L. 6192. Battisti-Alessio IV 2744 sq. (III 2342). Wartburg VII 540 sq. Corominas I 388. Machado*[3] *I 384 sq. St.*]

genus instrumenti musici, i. q. pandurium (*v. infra*): VARRO ling. 8, 61 cur non a cithara et psalterio et -a dicamus citharicen et sic alia (*sc. ut* 'tibicen'). MART. CAP. 9, 906 semidei, quorum hircipedem -a, Silvanum ... fistula ..., rurestris Faunum tibia decuerunt. 9, 924 -am (-um *var. l.*) Aegyptios attemptare permisi.

pandūrium (-us), -ī *n.* (*m.*), πανδούριον. *de origine*: SCHOL. Hor. carm. 4, 12, 10 a quo, *sc. Pane*, -um dicitur inventum (*affert Verg. ecl. 2, 32* calamos; *item* ISID. orig. 3, 21, 8 -us ab inventore vocatus [*describit syringem; inde* GLOSS.^L I Ansil. PA 270]). *scribitur*: -or- LVX., CASSIOD. inst. (*var. ll.* -ur-, -yr-), ISID., GLOSS.; -ir- SCHOL. *supra. genere masc.*: -orius ISID., GLOSS. (*v. supra*). *corripitur* -o- *fort.* LVX. anth. 371, 3 (*nisi* pandōrī *legendum pro tradita forma* pandorii, *quam def. Tandoi loco infra cit.*). [*vocem rom. inde ductam v. sub* pandura.]

genus instrumenti musici, i. q. fides (*v. Reinach apud Daremberg-Saglio III 2, 1450, cf. l. 67; attamen per veriloquium falsum ad calamos transfertur* SCHOL., ISID. *supra et* CASSIOD. inst. *infra, v. etiam l. 69*): LVX. anth. 371, 3 illum *satyrum* -ii solatur voce Cupido (*ad rem cf. Tandoi, Riv. Fil. Class. 92, 1964, 397sqq.*). *[Gatti]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CASSIOD. inst. 2, 5, 6 *instrumenta musica* inflatilia sunt, quae spiritu reflante completa in sonum vocis animantur, ut sunt tubae, calami, organa, -a et cetera huiuscemodi (*item* ISID. orig. 3, 21, 1). in psalm. 146, 1 psalmus ... est ... organum musicum, sicut cithara, -um aliaque, quae vocibus nostris dulcissima modulatione respondent.

pandūrizo, -āvī, -āre, πανδουρίζω (*vox gr. alibi non inventa, v. Leumann, Kl. Schr. 166*). *i. q. pandura canere*: LAMPR. Heliog. 32, 8 ipse cantavit, saltavit, ad tibias dixit, tuba cecinit, -vit, organo modulatus est.

pandus, -a, -um. [*orig. inc. Sch.*] *derivatur a* pandere: PRISC. gramm. II 137, 1 EVTYCH. gramm. V 453, 21. 454, 29. *compar.* LVCIL. 943. *de notione* (SERV. *v. infra sub 2*): PRISC. gramm. III 505, 11 (*interpolatum*) est ... verbale -us -a -um (*affert* OV. met. 3, 674 *et* DON.). SYNON. Cic. p. 424, 18 flexum. curvum. -um. pravum. perversum. sinuosum. GLOSS. -us: σκελλός. λορδός. -um: flexum, curvum. -is: curvis. GLOSS.^{L} I Ansil. PA 262 -um est quasi recurvum. GLOSS.^{L} Corp. P 85 -is: geapum (*anglosax.*). *legitur inde a* LVCIL. (*dub.*), VERG., OV. (*16^{ies}*), VITR., PAVL. FEST., SEN. *trag.*, SIL., MART., QVINT. [*var. it. mer.; hisp.* pando. *cf. M.-L. 6193 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2744. Corominas III 637 sq. Machado^{3} IV 291. St.*] [*vix fide dignum* ENN. ann. 573 (*ad rem cf. Timpanaro, Contributi di filol., 1978, 653sq.*). *dubium an ad aetatem vetustiorem pertineat* APVL. met. 10, 21 (*app. crit.*) ipso, *sc. Priapo*, ... -o et repando (*ad rem cf. S. Mariotti, Stud. Ital. 27—28, 1956, 229sqq., et Pennisi, Apuleio e l' 'additamentum' ..., 1970*). *var. l. vix recta*: TIB. 1, 10, 46. CHALC. transl. p. 45^{C} (*item* comm. 247).]

i. q. curvus, flexus sim. (*cf. Wölfflin, Arch. Lat. Lex. 1, 1884, 329sqq. et 576; distinguitur* curvus *l. 45. 46*): 1 *de animantibus et eorum partibus*: LVCIL. 943 nasum deductius quam -ius ⟨si⟩ paulo vellem (*Lucretio tributum in cod. Probi, Lucili esse suspicatur Keil*). OV. ars 1, 543 -o Silenus asello vix sedet (*de eodem*: met. 4, 27 senex ... ebrius ... -o ... haeret a. fast. 1, 399. 3, 749). met. 3, 674 -a ... naris *Lycabae in delphinum mutati*. 10, 271 -is inductae cornibus aurum ... iuvencae (blandis *trad., corr. Gronovius; aliter v. l. 60*). 10, 713 excussit -o venabula rostro (*item suis*: 14, 282. 15, 112). trist. 3, 10, 43 delphines. PAVL. FEST. p. 220 pandiculari dicuntur, qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo quod -i fiunt (*item de hominibus*: QVINT. inst. 6, 3, 58 hominem nigrum et macrum et -um. AMM. 31, 2, 2 *Huni* prodigiose deformes et -i). SEN. Ag. 450 *piscis* -o transilit dorso mare. QVEROL. p. 33, 3 R. *cynocephalis sunt* alvi ⟨gran⟩des, -ae manus (a. -ae, curvae m. *var. l.*). PELAGON. 266 orthocylli sunt, quibus pedes priores -i fuerint introrsum contra ventrem ungulis tortis. CHIRON 602 articulos *equi*. SIDON. carm. 2, 54 ebur (*i. dentes elephantorum*). epist. 3, 13, 9 femur. 4, 8, 5 vel ventribus -is ... vel curvis ... capitibus *concharum*. 9, 9, 14 pingantur ... curva cervice Speusippus, Aratus -a. 2 *de rebus*: VERG. georg. 2, 194 lancibus ... -is (*var. l.* patulis) fumantia reddimus exta *dis* (SERV.: aut patulis aut extorum pondere curvatis. SERV. auct.: cavis). 2, 445 -as ... carinas ([SERV.: curvas]. OV. am. 2, 11, 24 epist. 15 [16], 112 ars 2, 430 SIDON. carm. 15, 134. *cf.* epist. 8, 6, 13 myoparones. 8, 12, 5 -i carinarum ventres). OV. am. 1, 13, 16 vocas tardos sub iuga -a boves (epist. 6, 10 ORIENT. comm. 1, 149). met. 14, 660 -os autumni pondere ramos. VITR. 2, 9, 12 *cupressus et pinus* propter umoris satietatem in operibus solent esse -ae (*contradicit Cet. Fav. 12* non ... curvantur). SIL. 3, 277 cateia. MART. 14, 106, 1 ansa (pansa *var. l.*). DON. gramm. IV 372, 1 *accentus* brevis virgula ... iacens, sed -a et contractior ◡ (*item* DIOM. gramm. I 434, 5). AVSON. Mos. 224 umbras (*sc. de formis, quas aquae speculum reddit*). AMM. 21, 10, 4 planities ... resupina et -a. 22, 8, 37 *Scythici arcus* -is et patulis cornibus (*de eadem re*: 24, 2, 13. *aliter supra l. 33*). 22, 16, 9 *naves* per -as oras et patulas ... frangerentur. SIDON. carm. 2, 404 catenas (*quibus calcei ligantur*). 7, 380 aratro. epist. 1, 6, 3 falce. IORD. Get. 16 (*de insula Scandza*) lateribus -is.

deriv.: 1. pando (-are).

compos.: repandus.

pāne *v.* panis. **panecīa** *v.* panacea. **panecis** *v.* pantex. **panēcyris** *v.* panegyris. **pāneficium** *v.* panificium.

GLOSS. med. ed. Heiberg p. 51, 9 **panegorace**: calidam virtutem habet *eqs.* (*sim. in aliis collect. rec., v. Heiberg ad l. et* GARG. MART. med. 39 p. 177, 19 [*excerpta Sangall.*], *ubi* panag-). *nomen herbae ortum ex iunctura* πάνακος ῥίζα, *cf. p. 187, 15. 25. 42 et André, Lex. des termes de botan. 237.*

panēguris *v.* panegyris.

panēgyriculus, -ī *m.* *a* panegyricus. GLOSS. IV 547, 35 panegericulum: laudem.

***panēgyricus,** -a, -um (*subst. v. sub IA*), πανηγυρικός. *litt. graecis* PRISC. gramm. III 319, 14; *scribitur* panygyracus ADNOT. Fronto p. 89, 29 v. d. H. 94, 31. 96, 27; *in codd. medii aevi scribitur etiam* panegi-, panagi-, panage-, panige-, panege-, panigi- *sim.* (*de e pro v Graecorum v. Loewe, Prodromus 425*). *abbreviatur* pan ADNOT. Fronto p. 194, 31 v. d. H. 196, 28. *de notione*: ISID. orig. 6, 8, 7 -um est licentiosum et lasciviosum genus dicendi in laudibus regum, in cuius compositione homines multis mendaciis adulantur (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 302. *al.*). GLOSS. -um: laudem. -is: laudabilibus. ⌊-um eucharistias⌋: laudabilem eruditionem (⌊⌋ *ex* HIER. vir. ill. *l. 20; cf. etiam* GLOSS.^{L} Corp. P 23 *cum adnot., unde fort. corrigendum* gratiarum actionem *pro* eruditionem). GLOSS. I p. 162 -is: in laudibus. GLOSS.^{L} II Abav. PA 27 laus in principe dicta. I Ansil. PA 301 exultatio in laude cuiuslibet. *v. etiam sub II.* *legitur inde a* CIC., QVINT. (*in sermone poetico apud* AVSON. *tantum*).

i. quod (qui) pertinet ad genus orationis laudativae: I *de oratione sim.*: A -us *pro subst.* (*vix neutr.* -um CORIPP. *sub 3* [*suppl. 'carmen'?*], ISID. *supra* [*suppl. 'genus'?*]): 1 *tit. orationis (inde et carminis), i.* πανηγυρικός: a *Isocratis*: CIC. orat. 37 Isocrates fecit -um (*postea*: eius ... generis, quod graece ἐπιδεικτικόν nominatur). QVINT. inst. 3, 8, 9 Isocrates ... in -o. 10, 4, 4 -um Isocratis ... decem annis dicunt elaboratum. PRISC. gramm. III 295, 19. 319, 14. b *aliorum* (*cf. Ziegler, RE XVIII 3, 570sqq.; dub. an omnes tit. genuini; restituit ed.* MEROB. poet. tit., pros. fr. 1A tit.; *tradit pars codd.* OPT. PORF. tit. [*v. Polara in ed. p. VIIIsqq.*]):

PLIN. paneg. 1, 1 C. Plini Caecili Secundi -us Traiano imperatori dictus. PORPH. Hor. epist. 1, 16, 25 qui *versus* sunt notissimo ex -o Augusti (*sc. a Vario conscripto*). PANEG. 2 tit. (*item tit.* 4. 6. *al.*). SYMM. epist. 2, 31. HIER. vir. ill. 65 -um εὐχαριστίας *Theodori*. GENNAD. vir. ill. 49 -um super victoria tyrannorum (*sc. a Paul. Nol. conscriptum*). CLAVD. 1 tit. (*item in aliis tit.*). SIDON. carm. 1 tit. (*item in aliis tit.*). epist. 1, 9, 8 (*respicitur* carm. 2). ENNOD. opusc. 1 tit. CORIPP. Anast. tit.

2 *de qualibet oratione laudativa* (*nonnumquam de malis adulationibus, e. g.* LACT., LAMPR., HIER. epist. 108, 21, 5): QVINT. inst. 2, 10, 11 iis actionibus, quae in aliqua sine dubio veritate versantur, sed sunt ad popularem aptatae delectationem, quales legimus -os totumque hoc demonstrativum genus, permittitur adhibere plus cultus omnemque artem. 3, 4, 14 an quisquam negaverit -os ἐπιδεικτικούς esse? (*cf.* CIC. *supra l. 11*). 3, 8, 7 in -is petatur audientium favor, ubi emolumentum non utilitate aliqua, sed in sola laude consistit. LACT. inst. 1, 15, 13 qui apud reges ... malos -is mendacibus adulantur. SPART. Pesc. 11, 5 cum ... quidam -um recitare vellet. LAMPR. Alex. 35, 1 oratores et poetas non sibi -os dicentes (AVG. c. Iulian. 5, 3, 8 dicere -um satanae et angelis eius. CASSIOD. in psalm. 20 praef. -us de incarnatione ipsius *domini* dicitur). HIER. epist. 65, 11, 2 more ... -i, quo laudatores loquuntur. 108, 21, 5 historiam scribere, non -um (in Gal. lib. 3 praef. me non -um aut controversiam s., sed commentarium). AVG. doctr. christ. 4, 25, 55 qui ... se in -is ... iactant. ADNOT. Fronto p. 89, 29 v. d. H. -us (*al. ibid.*). VEN. FORT. epist. (carm. 3, 4)12 quantum in mea persona -um poetice tangitis.

3 *appendicula structurarum* (*ad 1 et 2*): PORPH. Hor. epist. 1, 16, 25 ex -o Augusti (*item cum gen.*: ADNOT. Fronto p. 194, 31 v. d. H. Vologesi. p. 196, 28 Traiani). GENNAD. vir. ill. 49 super victoria. CLAVD. 6 tit. -us de tertio consulatu Honorii Augusti (8 tit. 27 tit.). CORIPP. Anast. tit. -um in laudem Anastasii quaestoris et magistri.

B *pro adi.* (*sc. de dictis, scriptis*): IVL. VICT. rhet. 24 p. 441, 21 quam maximas vel -as dictiones. 25 p. 446, 6 sermo. AVSON. 191, 13 p. 49 P. libris. RVFIN. hist. praef. p. 952, 6 tractatibus.

II *de oratore*: GLOSS.^{L} V Abba PA 48 -i: laudatores vel adulatores.

deriv.: panegyriculus. *cf. Onom.*

panēgyris, -eōs *f.*, πανήγυρις. *scribitur* -gu- INSCR., -cy- GLOSS. IV 456, 46; *ut voce graeca utitur* CIC. Att. 1, 14, 1 erat ... illo die nundinarum -ις. *i. q. nundinae*: INSCR. Année Epigr. 1969/70 n. 592 (*a. 142, Sinopae*) IIviro III-i (*sc. qui ter duumvir nundinis instituendis factus est*). GLOSS. IV 456, 46 -in: conventiculum. V 318, 51 -is: nundina graece.

cf. Onom.

panēgyrista, -ae *m.*, πανηγυριστής. *variae scripturae in codd.*: -nuger-, -nagir-, -nycir-, -niger-. *i. q. auctor panegyrici, laudator*: SIDON. epist. 4, 1, 2 si quid ... orator declamatorium, historicus verum, satiricus figuratum, grammaticus regulare, -a plausibile, sophista serium ... multifariam condiderunt *eqs.*

panēmos *m.*, πάνημος. *nomen mensis*: POL. SILV. fast. Iul. praef. (= INSCR. Ital. XIII 2, 43) Iulius ... vocatur ... apud Graecos -os (GLOSS. III 210, 37 [*de mensibus Antiochiensium*] -os I.; *sed cf.* III 72, 23 *menses* secundum Graecos: ... -os november). GLOSS.^{L} I Ansil. PA 280 (= GLOSS. V 230, 24) -os Perinthinorum lingua december mensis dicitur. 281 (= GLOSS. V 230, 25) -os Macedonum lingua september mensis dicitur.

cf. Onom.

? **paneos** graece similitudo dicitur GLOSS. I p. 163 (*? παρόμοιον Goetz; fortasse* parison, *i.* πάρισον).

? ad **pānepingere** utere felix INSCR. Dölger, Antike und Christentum I, 1929, 18 (*separatim legendum videtur, i.* panem [*vel* pane] pingere).

panerastos, (-ī) *f.*, πανέραστος (*vox gr. alibi non inventa*). *nomen gemmae q. e. paneros*: PLIN. nat. 37, 178 hanc paneroton ... -on vocant (panebaston *trad., corr. Sillig ex* 1, 37, 66 paneros sive -os).

panerōs, -otis *f.*, πανέρως (*vox gr. alibi non inventa*). *nomen gemmae* (*cf.* panerastos): PLIN. nat. 37, 178 -os qualis sit ...

[*Gatti*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

carmen Timaridis reginae ... ponit, ex quo intellegitur adiutam fecunditatem; hanc quidam paneraston vocant (*cf.* 1, 37, 66 -os sive panerastos).

cf. Onom.

[*pro* **paneum** ITALA gen. 11, 2 (Chron. Alex. chron. I p. 94, 22) *restituit* planum *ed. Beuron.* (*sec. gr.* πεδίον, *Vulg. et aliae vers.* campum).]

paneuma *v.* pneuma.

? **pangātōriō:** plantorio GLOSS.[L] I Ansil. PA 284 (*fort.* pactorio: plantatorio *vel* plantario, *cf. sub* pactorium).

pangitāre: laudare GLOSS. V 608, 25. *a* pangere (*ad notionem cf. quae attulimus p. 208, 12sqq.*). *Gatti.*

***pango** (pago, paco), pepigī (pēgī, pānxī), păctum (panctum), -ere. [*v. sub* paciscor. *Sch.*] *de scriptura et formis: praes.* pago *et* paco (*de hoc non satis constat, utrum primitivum sit vocis q. e.* paciscor *an -c- pro -g- positum sit; v. l. 20 et e. g. Sommer, Laut- u. Formenl. 503. Lindsay-Nohl, Lat. Spr. 535*): *in* LEGE XII tab. 1, 6 *et* 1, 7 *testatur* pagunt RHET. Her. 2, 13, 20 (*quem affert* PRISC. gramm. II 524, 1; *de var. ll.* pangunt *et* paciscuntur *v. app. crit.*), pacunt SCAVR. gramm. VII 15, 12 (*ubi -g- trad., sed agitur de c littera, quae per g pronuntianda est*), *utrumque exhibent codd.* QVINT. inst. 1, 6, 11; *in* LEGE XII tab. 8, 2 *testatur* pacit FEST. p. 363 (e pacto GELL. 20, 1, 14); *praeterea adde:* QVINT. inst. 1, 6, 11 prima positio, etiamsi vetustate exoleverat, apparebat 'pago' (paco *var. l.*) ..., unde ... -igi. SERV. Aen. 8, 144 pago ..., unde multi volunt venire -igi, nusquam est lectum. PRISC. gramm. II 523, 24 antiqui 'pago' quoque dicebant pro 'paciscor'. ISID. orig. 5, 24, 18 pactum ... ab eo quod est paco, unde et -igi. GLOSS.[L] I Ansil. PA 440 pa[r]cit: pac[a]tum fuerit. IV Ps. Plac. P 15 pacere: pacisci; *vix huc* FEST. p. 250 pacionem ... unde et pacisci ... et paceo (pacto *vel* paco *Antonius Augustinus,* '*vix* paco' *Lindsay in ed. 1930*); *per meram ellipsin litterae n interpretamur* pagat CE 2165, 14 (*coll.* attigo *pro* attingo *sim.*); *item* pagit GLOSS.[L] I Ansil. PA 77. *perf.* pepigi *grammatici ducunt aut a praes.* pango, *e. g.* SCAVR. gramm. VII 15, 14 SACERD. gramm. VI 490, 28, *aut a* paciscor, *v. supra p. 18, 33, aut a* pago (paco), *v. supra; sunt qui perf. defectivum intellegant, e. g.* SACERD. gramm. VI 431, 1 (*iuxta* odi, *ad quod affert part.* osurus, odendus). CHAR. gramm. p. 337, 16 B. (*postea:* nec participia fere habent), *unde explicari potest gerund.* pepigendus MARCELL. chron. II p. 96, 504 (*v. Heraeus, Kl. Schr. 130*); *de usu auctorum v. supra p. 18, 50sqq.; scribitur* pepegi *in var. l. e. g.* AVSON. 419, 13 p. 356, 89 P. HEGES. 1, 41, 7. panxi *testantur* CHAR. gramm. p. 323, 2 B. perfecta duplicia, velut pango ... -igi ... et -xi (*sim.* DIOM. gramm. I 372, 12 PRISC. gramm. II 523, 24); *e coni. dub.* CARM. Cic. Tusc. 1, 34 (= ENN. var. 16; *ubi* pinxit *trad., fort. recte, cf. Timpanaro, Contributi di filol., 1978, 668sq.; adde, quod perf. de cantu insolitum est, de quo v. l. 79*), *certe trad.* COLVM. 11, 2, 42. pegi *testatur* PRISC. gramm. II 523, 17 III 513, 29; *legitur* PACVV. trag. 218 CIC. leg. 1, 56 (*var. ll.* pepigerit, peregerit). *de part. perf.* pactus *propter ambiguitatem radicis* (pac-, pag-; *v. p. 18, 24 et 50sqq.*) *non constat, utrum* păct- *an* pāct- *legendum;* panctus PALLAD. 2, 14, 1 (*var. l.* pactae; *cf. var. l.* pancturus 3, 9, 10); pangitum GLOSS.[L] I Ansil. PA 297. ? *notatur* pa *v. p. 208, 47.* NOT. Tir. 94, 91 -igit.

de notione: FEST. p. 213 -ere figere; unde plantae -i dicuntur, cum in terram demittuntur (*pergit* PAVL.: inde etiam versus -i vel figi in cera dicuntur). PAVL. FEST. p. 108 inpages dicuntur, quae a fabris in tabulis figuntur, quo firmius cohaereant, a -endo, id est figere; unde et poetae -ere versus dicuntur et agricolae -ere plantas. GLOSS. -o: συντίθημι ἐπὶ τοῦ συναινῶ ἤτοι συμφωνῶ. -it: πήσσει πάλον, πηγνύει. aut palum figit aut citharam tangit. carmina coniungit aut fingit in cithara. coniungit vel conligat. carminat vel componit, iungit. -at: cantet sive psallat. -ere: ordinare, a plantando. -igi: συνεθέμην. συνεφώνησα. pactum feci aut spondi. -igit: συνέθετο, συνετάξατο. constituit vel pollicitus est. pactuatus est. GLOSS.[L] I Ansil. PA 286 -ere litteras: figere (fing- *ed., sed cf.* FEST. *supra et* COLVM. *p. 208, 8*), id est scribere. 291 plantat (*cf.* III Abstr. PA 50, *ubi* parg- *trad.*). 292 definit. PE 436 -igi: placui (*cf.* 990 perpegi: pl.). *legitur inde a* LEGE XII tab., ? *lege vetusta* (*v. p. 208, 40*), PLAVTO, ENN., PACVV., AFRAN., VARRONE, RHET. Her., CIC.; *admodum raro in sermone iuris, ubi frequens* paciscor (*praes. et perf.*) *et p. p. p. pro subst.* pactum (*v. p. 209, 17sqq.*). [*confunditur in codd. cum* pandere *e. g.* LVCR. 1, 933 = 4, 8 CALP. ecl. 2, 49; *cum* pingere *e. g.* COLVM. arb. 3, 3 STAT. Theb. 7, 558 (*de* ENN. var. 16 *v. l. 45*); -ctus *cum* factus *e. g.* CIC. off. 1, 33 (*restituitur* -ctus *e. g.* PLAVT. Stich. 566 PHAEDR. 1, 8, 10); -ctum *e coni. pro* pacatum CAES. Gall. 7, 50, 2.]

i. q. figere, statuere sim. (*non sine ratione tempora significationibus iungi videntur; sub I invenies formas perf. act. et pass., praes. non nisi quater v. p. 206, 9. 71. 207, 57. 58, sub II non nisi formas stirpis praes.* [*itaque dubitamus de* ENN. var. 16], *quae etiam sub III praevalent* [*perf. act. non nisi p. 208, 39. 45. 51 bis. 70. perf. pass. et part. fut. p. 208, 74sq.*]): **I** *spectat ad iura, foedera sim. constituenda* (*fere per conventionem sim. inter duos vel plures factam; partes postulantis et praebentis non discrevimus* [*postulatur* ab aliquo *l. 44. 50. p. 207, 39. al.*]; *accedit praepos.* inter *l. 16. 58. p. 207, 30. 42. al.*, cum *passim, e. g. l. 18. 55. 61. p. 207, 58, dat. saepe, e. g. p. 207, 3 sqq.; indicatur pretium sim. l. 10. p. 207, 33. 49sqq. 53. 63; praepos.* de [*sc. re*] *l. 16. p. 207, 46. 59sqq.; conventio fit cum dis e. g. l. 25sqq. 58. 59. 72sqq. p. 207, 10. 67, cum rebus vel a rebus l. 61. p. 207, 40. 59*):

A *accedunt obi.* (*sc. acc. subst., pron.*): **1** *pertinet ad quamlibet conventionem:* **a** *obi. sunt varia:* LEX XII tab. 1, 6 rem ubi pagunt, orato; ni ita pagunt *eqs.* ([*de scriptura -g- vel -c- v. p. 205, 15;* ita *add. Quint.*]. PLAVT. Bacch. 879 ducentis Philippis rem -igi. Poen. 854 habe rem -ctam [1157. Stich. 566, *ubi* fact- *trad.; dub.* Trin. 500, *v. Brix-Niemeyer ad l.*]. COD. Iust. 5, 12, 31, 1 sibi ... omnem rem [*nisi ad b*]). PLAVT. Asin. 735 has *minas* tibi nos -ctis legibus dare iussit (SEN. contr. 9, 3, 2 cum educatore). AFRAN. com. 51 quod vult ... -ctum (*item cum neutro pron.*: RHET. Her. 2, 13, 20 quid inter se. SALL. hist. frg. 1, 26 nihil ... de re publica. VERG. Aen. 12, 12 LIV. 23, 7, 3. *et saepius*). CIC. Catil. 1, 24 -ctam et constitutam cum Manlio diem (VERG. Aen. 11, 133 bis senos -igere d. [SERV.: pacti sunt *eqs.*]. TAC. ann. 13, 38, 4. 15, 28, 3). CAES. Gall. 7, 50, 2 insigne -ctum (pacatum *trad.*). OV. epist. 2, 4 litoribus nostris ancora -cta tuast (*i. promisisti te rediturum*). 6, 5 -cta tibi ... mea regna (STAT. Theb. 7, 558 [pict- *var. l.*]. *cf.* SEN. Phoen. 324 regna repetens ... et -ctas vices *Polynices.* STAT. Theb. 2, 398 -ctae ... aulae). met. 4, 116 ad -ctae ... arboris umbram (*sc. ad quam se venturos promiserant*). trist. 5, 2, 52 ad -cta tibi *Augusto* sidera (*item obi. est res a dis promissa vel destinata:* SEN. dial. 6, 21, 1 in -ctum ... hospitium [*si recte legitur, v. app. crit.*]. SIL. 3, 356 nomen *Viriathi* Romanis -ctum [factum *codd. rec.*] mox nobile damnis. *vice versa:* STAT. Theb. 10, 764 date gaudia Thebis, quae -igi et ... quae sanguine ... emi [*morte sua Menoeceus quasi pactum cum dis iniit*]). LIV. 8, 24, 8 -cto ... reditu *legatorum.* STAT. Theb. 10, 584 -ctum ... annum. PORPH. Hor. sat. 1, 5, 12 quod plures navi imponat *nauta,* quam -igerat. CLAVD. 28, 305 tunc mihi ... letum -igi (*i. foedere facto mortem mihi paravi*). 28, 452 lucis amor -igit dispendia famae (*i. amore vitae adducti pactum infame inierunt*). CARM. de Sod. 42 -cta libido (*de qua inter se convenerant iuvenes Sodomitarum; nisi corr.* prava *cum Gronovio*). *al.* *mera vi constituendi* (*sc. de eo, qui quasi secum paciscitur, aliter* SERV.): VERG. Aen. 8, 144 non legatos neque prima per artem temptamenta tui -igi; me, me ipse ... obieci (SERV.: cum nullo ante pactus sum *eqs. v. comm. ad l.*).

b *obi. est pretium, summa pecuniae sim.*: PLAVT. Persa 767 cedo parem, quem -igi (*sc. cadum*). CIC. off. 3, 107 -ctum pro capite pretium (VAL. MAX. 4, 3 ext. 3 TAC. ann. 14, 42, 1). ad Q. fr. 3, 3, 2 -ctorum a candidatis praemiorum (PHAEDR. 1, 8, 10, *ubi* factu *trad.*). SALL. hist. frg. 4, 81 sestertium tricies -igit a C. Pisone (SVET. Vit. 15, 2 salutem sibi et milies s.). HOR. carm. 3, 3, 22 mercede -cta (LIV. 5, 50, 7. 10, 10, 8. 44, 26, 7 QVINT. inst. 11, 2, 11. *al.*). OV. am. 1, 10, 49 armillas ... -igisse (*de Tarpeia ut:* LIV. 1, 11, 8). LIV. 8, 2, 4 quod -igerat consul (*sc. stipendium frumentumque ut:* 10, 5, 12). 34, 19, 4 quantum a Turdetanis -igissent. SEN. benef. 6, 17, 1 plus ... debere, quam -igit (MARCELL. dig. 8, 6, 11 pr.). SVET. Vesp. 23, 2 exacta ... pecunia, quantam ... cum suffragatore ... -igerat.

c *obi. est foedus, societas sim.*: *α* foedus: CIC. Sest. 33 -cto iam foedere provinciarum. LVCR. 3, 781. 5, 1443. VERG. georg. 4, 158 *inter populos apium.* Aen. 10, 902 tecum. LIV. 38, 37, 7 cum L. Scipione. SIL. 13, 730 f. bello Phoenicum -igit. AMM. 22, 15, 17. HIER. psalt. sec. Hebr. 83, 6 contra te (*Vulg.* testamentum disposuerunt). VVLG. gen. 9, 16 f. sempiterni, quod -ctum est inter deum et inter omnem animam viventem. 15, 18 -igit dominus cum Abram f. *sim. al.* OROS. hist. 3, 7, 2 (*antea:* ictum ... f.). *al.* *fit foedus cum rebus:* VVLG. Iob 31, 1 -igi f. cum oculis meis *eqs.* *β alia:* CIC. off. 1, 33 quod ... essent -ctae ... indutiae (LIV. 27, 30, 14. 30, 29, 5 TAC. hist. 2, 15, 2 AMM. 28, 5, 4. 29, 1, 4). LIV. 1, 30, 7 -cta cum Romulo indutiarum fides (PHAEDR. 3, 13, 17 *inter fucos et apes.* SEN. Phaedr. 953 redde ... -ctam f. SIL. 14, 82 per aras. PORPH. Hor. sat. 1, 5, 27 AMM. 31, 3, 1). 9, 11, 7 pacem nobiscum -igistis (24, 29, 7 cum Romanis. 31, 29, 13. 16 -ctam et compositam. *al.* TAC. ann. 5, 1, 1 IVST. 3, 7, 1. PS. AVR. VICT. epit. 48, 5 cum Persis. OROS. hist. 3, 23, 46 [*sec. Iust. 15, 4, 21* facta pactione]). 34, 19, 8 communi -cto commercio. 38, 9, 8 qui cum ea gente ... amicitiam -igerat. TERT. apol. 46, 6 gratiam -it apud insectatores veritatis (CASSIOD. var. 10, 2, 1 vobiscum). VVLG. deut. 4, 23 pacti ..., quod -igit tecum *dominus* (9, 9. 29, 25. *al.*). I par. 16, 16 pacti eius, sermonis, ... quem -igit cum Abraham (HIER. in Agg. 2, 2–10 l. 108 *et* 155, *sc. ad* VVLG. Agg. 2, 6 verbum, quod -igi [*ita ed. Clementina,* placui *codd., ed. Weber, cf. p. 205, 67*]. *sim.* HIER. psalt. sec. Hebr. 105, 9 pacti sui, verbi, ... quod -igit [*Vulg.* disposuit, *cod. 136 Cas.* sanxit]). EPIST. pontif. 286 Migne 20, 480[A] ista pollicitatio, quam cum deo -igit *monacha* (*cf. pactionem nuptiarum sub 2b*). *per enallagen quandam explicandum videtur:* PROP. 3, 20, 25 qui -ctas in foedera ruperit aras (*v. Brink, Rhein. Mus. 115, 1972, 31sqq.*).

2 *pertinet ad nuptias* (*ad foedus amantium p. 207, 28. 29*): **a** *obi. sunt homines* (*fere fem.; viri p. 207, 22; femina paciscitur* se *p. 207, 10,* nuptias *p. 207, 32. 33; cf.* NON. p. 439, 8 *virgo promissa*

[Fröhlke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-cta vel sponsa dici potest. SERV. Aen. 10, 722 -ctae coniugis hic ordo est: conciliata primo, dein conventa, dein -cta, dein sponsa): PLAVT. Trin. 1183 haec tibi -ctast Callicli . . . filia (CIC. Att. 5, 21, 2 cuius filio. TAC. ann. 1, 55, 3 alii. 2, 43, 2 Neroni. *al.*). VERG. Aen. 10, 722 -ctae coniugis ([SERV. *v. supra*]. OV. met. 14, 451 VAL. FL. 6, 44. 274). PRIAP. 16, 6 -cta puella viro est ([*nisi depon., sc. indicata altera parte per dat. ut p. 20, 28*]. OV. epist. 20 [21], 187. QVINT. decl. 343 p. 355, 10 alii destinatam, alii -ctam. *al.*). OV. epist. 8, 95 nec -cta marito intravi thalamos. 10, 92 tibi -cta fui. 15(16), 35 quam -igit lecto Venus . . . nostro. 19(20), 159 haec mihi se -igit, pater hanc tibi. LIV. 1, 2, 1 cui *Turno* -cta Lavinia . . . fuerat. PLIN. nat. 15, 136 Caesari. VAL. FL. 3, 495 thalamis virgine -cta (CYPR. GALL. gen. 957). HIER. epist. 22, 40, 1 -cta uxore. CLAVD. 10, 22 iungere . . ., quam -igit *socer*. -cta *pro subst.* (*accedit tamen dat. l. 18. 20*): VERG. Aen. 10, 79 abducere -ctas (SERV.: id est sponsas). VELL. 1, 1, 3 -ctae eius, . . . Hermiones. VAL. FL. 5, 240 quemcumque procorum -cta petat *Medea* (*Burman* quicumque *legens* -cta *ad foedera sponsalia refert*). IVV. 6, 200 tibi legitimis -ctam iunctamque tabellis. IVVENC. 1, 139 coniugium nullo cum crimine -ctae. PRVD. c. Symm. 1, 258 haud sterilem certus *sponsus* fore iam sibi -ctam. 1, 471 sponsus foedera -ctae intercepta gemens. ENNOD. opusc. 3, 163 p. 373, 17 (*in imag.*). -ctus *dicitur vir*: VAL. FL. 6, 585 -cti coniugis. STAT. Theb. 3, 172 -ctum Phyllea. **b** *obi. sunt variae res*: CATVLL. 62, 28 conubia . . ., quae -igere viri, -igerunt ante parentes. VERG. Aen. 4, 99 -ctos . . . hymenaeos. 10, 649 thalamos . . . -ctos (*cf. supra l. 12*). PROP. 4, 3, 11 -ctae . . . noctes ([*vel* noctis, *siquidem iure e lect. cod. N correctum; v. app. crit. et comm.*]. OV. rem. 505). OV. epist. 6, 41 ubi -cta fides? ubi conubialia iura . . .? (19[20], 9 fast. 3, 485). ars 3, 462 gaudia -cta. met. 9, 722 -ctae . . . taedae. VAL. FL. 8, 154 nil tecum . . . -igere parentes. TAC. ann. 12, 5, 1 -ctum inter Claudium et Agrippinam matrimonium. HEGES. 1, 41, 7 quod Syllaeo Arabi -igisset nuptias *Salome* ([*gr. 1, 534* γήμασθαι σπουδάζουσα]. OROS. hist. 3, 12, 3 *Eurydice* mariti morte [*sec. Iust. 7, 4, 7* pacta *depon.*]). PRVD. apoth. 603 *Ioseph*, -cti cui cura pudoris.

B *pro obi. accedunt enunt. vel (acc. c.) inf.* (*addas fortasse* CIC. Cael. 61): CIC. off. 3, 92 si quis . . . -igerit . . ., ne . . . uteretur (TAC. hist. 4, 54, 3 ann. 13, 14, 1. IVLIAN. dig. 12, 2, 39 cum debitore . . ., ne . . . pecunia peteretur *eqs.* 46, 3, 34, 11 PAVL. dig. 2, 14, 27, 1 *et* 5. MARCIAN. dig. 20, 5, 7, 2 si -ctum sit a creditore, ne *eqs.*). LVCR. 1, 1023 (=5, 421) nec quos quaeque darent motus, -igere *primordia rerum* (*item cum interrog.*: SVET. rhet. 25, 9 [*e vetere controversia*] -igerunt, bolum *piscium* quanti emerent). LIV. 28, 21, 5 -cto inter se, ut victorem res sequeretur (34, 31, 8 ut . . . mitterem . . ., -igistis. SIL. 13, 264. TAC. hist. 2, 3, 1 ita -ctum, ut *eqs.* ann. 12, 15, 2 [ut *om. M*]. 15, 6, 1. *al.; verbo suppl.*: TERT. adv. Marc. 5, 3 p. 576, 8 de officii distributione -igerunt, ut Paulus in nationes). 43, 21, 3 obsides dare -igerant (*item cum inf.*: TAC. ann. 11, 9, 3 complexi dextras apud altaria deum -igere fraudem . . . ulcisci. 14, 31, 2. APVL. met. 2, 28, 1 mecum . . . grandi praemio [*item indicatur pretium*: AVR. VICT. Caes. 8, 5 ab Sabino . . . sestertium milies -igerat . . . imperio decedere; *de eadem re p. 206, 46*]. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 2 p. 756 [*gr. 4, 382* συνθήκας πεποιημένοι]). GAIVS inst. 4, 147 (=INST. Iust. 4, 15, 3) quas *res* . . . pro mercedibus fundi pignori futuras -igisset (*item acc. c. inf.*: IVVENC. 4, 515 oscula . . . -igit sese contingere Christi *Iudas*).

C *intransitive vel absolute* (*obi. suppl.* VAL. FL.): LEX XII tab. 1, 7 ni ita pagunt (*v. sub A1a.* LIV. 32, 5, 4 -igerant). 8, 2 ni cum eo pacit (*v. p. 205, 22*; CIC. off. 3, 92 ab eo, quicum -igerat. *accedit* de: TERT. apol. 50, 7 cum gladio . . . de laude. VIR. ill. 43, 6 de redemptione . . . cum hostibus. OROS. hist. 3, 1, 7 cum hoste . . . de foederis condicione. 6, 2, 9 cum Sulla de pace [*Liv. perioch. 83* pacem . . . fecit]). CIC. Q. Rosc. 26 dic pactionem fecisse . . .; non -igit. LIV. 22, 58, 5 pretium, quo -igerant dedentes se. 38, 24, 8 tanti (*gen. pretii*). VAL. FL. 7, 652 si . . . terga ingerat ultro, qui -igit (*sc. terga*). VLP. dig. 24, 3, 22 pr. si, cum dotem daret pater . . ., in unum casum -igit (*sim. ibid. iterum*). COD. Iust. 4, 49, 2, 1 (*a. 259*) in bonae fidei contractu. CE 420, 13 (*Puteolis*) non ut votis -igi, me fata tulerunt.

panicinum *v.* pannuceus. **pānīcium** *v.* 1. panicum.

pānīcius, -a, -um. *a* panis. *i. q. ex pane factus*: SERV. Aen. 1, 736 tangit ritum Romanorum, qui -as sacratasque mensas habebant, in quas libabant *eqs.* (3, 257 [-eas, -ies *var. ll.*]. 7, 111 id est epularum sustentaculum [-tias *var. l.; cf. Verg. Aen. 7, 109sq.* adorea liba ... subiciunt epulis]. *ad rem v. vol. VIII 738, 69sqq.*). *haud scio an hac voce ludat iam* PLAVT. Capt. 162 *parasito* opus est Pistorensibus ...: opus Paniceis est, opus Placentinis quoque.

pānicoctārius, -a, -um. *a* panis *et* coquere; *cf.* coctarius. *i. q. panem coquens*: PETR. CHRYS. serm. 99, 2 *Christus* in hospitio pauperis, in manu -ae (panecoct-, panem coct- *sim. var. ll.*) mulieris regni sui invenit ... exemplum (*ad Luc. 13, 21*).

pānicoqua, -ae *f.* *a* panis *et* coquere. *i. quae panem coquit, efficit*: ITALA I reg. 8, 13 (codd. 91. 94. 95) *rex* filias ... vestras faciet ... focarias et -as (-quoquas *cod. 91. gr.* πεσσούσας, *Vulg.* panificas).

1. *pānicula (pānucula, pānucla *sim.*), -ae *f.* *a* 1. panus *deminutive, sed genus praeter morem mutatum est.* *derivatur a* 1. panus PAVL. FEST. p. 220 (*et al., v. p. 242, 37*), *a* Pan SCHOL. Verg. *infra sub 2, a* pannus ISID. *infra sub 2.* *traduntur codd. formae hae*: panicula: FEST. p. 310 SCRIB. LARG. 82. PLIN. nat. (*omnibus locis, v. infra sub 4*). GARG. MART. med. 8. 49. *et al.; cf.* pannicula POTAM. subst. 9 Migne suppl. 1, 205. Ps. APVL. herb. tit. morb. l. 79 (*cod. Voss. saec. VII; sed* pani- *trad. in ipso opere e. g.* 13 l. 2). ALEX. TRALL. 1, 126; panicola GLOSS. III 93, 4. 369, 33. panucula: PAVL. FEST. p. 220 (-ic- *var. l.*). PLIN. phys. Bamb. exc. 93 (*inde* PLIN. VAL. 2, 27 panniculos). PRISC. gramm. II 115, 15 (*correctum in codd. e* panni-, pannu-, paenun-). DVB. NOM. gramm. V 586, 19 GLOSS.; *cf.* panuculum GLOSS.[L] Corp. P 113 (*neutr. perperam restitutum e forma obliqua?*); pannucula NOT. Tir. 99, 20 (*corr. K ex* -uncula, *quod fere exhibent cett.*). panucla: NON. p. 149, 17 MARCELL. med. 15, 11 ORIBAS. syn. 3 add. 73 La p. 925 GLOSS.; *cf.* penucla GLOSS. III 296, 60; panocla ORIBAS. syn. 3 add. 2 Aa p. 894 (*restituasne eandem formam* SCHOL. Ter. p. 177, 16, *ubi* panodas, fanodas *codd.*, panuclas *ed.?*). panulia: ISID. orig. 19, 29, 7. *vix agnoscas formas masc.* -us *l. 63. p. 217, 76 et neutr.* -um *l. 65 (cf. tamen l. 76 et p. 242, 12).* *de notione v. infra.* *legitur inde a* FESTO, SCRIB. LARGO, PLIN. nat., GARG. MART. (*sc. apud med. et gramm. excepto* POTAM.); *abiit in sermonem gr.* πανίκουλα, πανοῦκλα (πανούκλα *exhibet Lampe, Patristic Gr. Lex.*), πανούκλιον *v. p. 217, 22. 23. 242, 12.* [*a forma* panucula: *it.* pan(n)occhia; *sard. centr.* pannukra, *mer.* pannuga; *raet. or.* panola; *prov. vet.* panolha, *var. francog. mer., francoprov., prov., vasc.; cat.* panolla; *hisp.* panoja. *i. q. tumor sim.: val. maced.* pănuele *'pestilentia'; var. langob., venet.; var. prov., vasc.; cf. M.-L. 6209. Battisti-Alessio IV 2749. Wagner II 214. Wartburg VII 570 sq. Corominas III 639 sq. St.*]

i. q. panus parvus (*evanescente saepe vi deminutiva, maxime sub 3*): **1** *de qualibet parte crassiore, turgida sim.* (*dubium,*

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

utrum recte hanc notionem generalem postulemus, an potius per similitudinem dictum sit secundum unam aliquam ex notionibus infra illustratis): FEST. p. 310 strues genera liborum sunt, digitorum coniunctorum non dissimilia, qui superiecta -a in transversum continentur (*pars massae crassior significari videtur; vix recte quidam de voce a* panis *derivanda cogitant*).

2 *de globo subteminis convoluti et inde de ipso subtemine*: PAVL. FEST. p. 220 *et alios gramm. v. p. 242, 37sqq.* POTAM. subst. 9 Migne suppl. 1, 205 (*contextu vix sano*) -as decurrentes accipiunt (*sc. stamina?*). SCHOL. Verg. Bern. georg. 3, 391 quod lanificii inventor sit *Pan*, unde et -ae dicuntur (*sim., sed contextu lacunis depravato* SCHOL. Verg. Veron. georg. 3, 391). SCHOL. Ter. p. 117, 16 ('subtemen nebat') tramam, -as. DVB. NOM. gramm. V 586, 19 sunt et panuculae in lanificio. ISID. orig. 19, 29, 7 panuliae quod eis (ex eis *var. l.*) panni texantur; ipsae enim discurrunt per telam. GLOSS. -a: *πηνίον*. trama. GLOSS.[L] Corp. P 113 -um (*pro* -a): wefl (*anglosax.*).

3 *de genere abscessus, tumoris (vox substituta est aetate posteriore pro* panus, *q. v.; haud aliter ac ibi distinguuntur etiam hic varia genera tumorum, e. g.* struma SCRIB. LARG. 82, parotis GARG. MART. med. 49 *al.*): *explicationes sim.* (PLIN. med. 3, 5 tit. *et* MARCELL. med. 32, 1 *v. p. 242, 47. 56*): ALEX. TRALL. 1, 126 -as i(d est) glandulas circa inguina induratas vel ascellas (*gr. II 113 P. ἀρχομένας πανικούλας*). GLOSS. -a: *ἀπόστημα*. tumor, duritia in corpore. ⌊*πανούκλι(ο)ν. πανοῦκλα*⌋ (*huc traxi coll.* ALEX. TRALL. *supra; an coll. p. 242, 12 ad 2?*). *ἀπόστημα μηροῦ. φύτειρον* (*in capitibus* de medicina *et* de membris humanis). *exempla varia*: SCRIB. LARG. 82 malagma ad strumas ... et ad -as et ad tubera et cetera, quae subito adnascuntur. GARG. MART. med. 8 *lapathus* -as rumpit (49 *fici* panno inlitae et inpositae -as, parotidas, furunculos rumpunt [*Plin. nat. 23, 122* panos]). MARCELL. med. 7, 20 si fauces ... parotides occupaverint aut inguina -ae temptaverint (32, 8 adversum inguinum -as. Ps. APVL. herb. 13 l. 2 ad -am quae in inguine nascitur. *sim. al.; cf.* ALEX. TRALL. *supra*). 32, 6 -a ne ad sectionem veniat *eqs.* 32, 14 *medicamentum* cohibet -arum tumorem. Ps. APVL. herb. 13 l. 6 inponis *medicamentum* super -am et panno ligabis. ANTIDOT. Brux. 161 ad -am: meum et cedriam cum axungia imponis. *al.*

4 *de floribus vel fructibus*: **a** *harundinum, calamorum*: PLIN. nat. 16, 158 geniculata ... gracilitas *harundinis* ... leni fastigio tenuatur in cacumina, crassiore -ae coma. 19, 15 genus *lini* ... fit e palustri velut harundine, dumtaxat -a eius. 32, 141 *calami Cyprii* -ae flos aures si intravit, exsurdat. 35, 179 *bitumen* harundinum -is colligunt, citissime sic adhaerescens (*inde Sol. 5, 22* h. comis). MARCELL. med. 34, 101 illam lanuginem, quae viridi papyro in summitate est quasi -ae eminentis. *-arum formae comparantur prima cornua cervi*: PLIN. nat. 8, 117 *cornua cervi* teneris increscunt ferulis harundineas in -as molli plumata lanugine. **b** *variarum plantarum* (*cautius additur* modo *l. 48*): PLIN. nat. 16, 49 e ramis *abietis sim.* ... -arum (pini- *pars codd.*) modo nucamenta squamatim compacta dependent; ... piceae ... totis -is, minoribus gracilioribusque, *habent nucleos* minimos ac nigros, propter quod Graeci pthiropoeon eam appellant. 18, 53 panicum a -is dictum (*in eadem herba* 18, 54, *v.* 1. panus *sub 2b*). 21, 18 *rosa graecula* convolutis foliorum -is nec dehiscens nisi manu coacta semperque nascenti similis. PLIN. phys. Bamb. exc. 93 ad fluxum ventris stringendum: -as nucis siccas exures *eqs.* (*inde* PLIN. VAL. 2, 27 panniculos; *cf. Plin. med. 2, 6, 5* flores vel cincinnos de avellana *nuce*).
deriv.: panicularium, ?paniculosus, ?panucella.

[2. pānicula *v. l. 5sq.*]

pāniculārium, -ī *n.* *a* 1. panicula. *i. q. locus (sc. scrinium sim.), ubi paniculae servantur*: GLOSS. II 407, 30 *πηνιστήριον*: panucul⟨ari⟩um (III 322, 1 *π.*: panucharium [*in capite* de superlectile; *iuxta sunt voces variae ad artem textrinam spectantes*]).

?pāniculōsus, -a, -um. *a* 1. panicula. *i. q. panicularum plenus, ulcerosus sim.*: ORIBAS. syn. 3 add. 8 Aa p. 895 emplastrum angelicon faciens ... ad sinus vulnerum et ad -a et multos sinus implicita[s] vulnera (pannoclosa *trad., quod ita explicant viri docti coll. p. 216, 69; sed fortasse cogitare possis de voce* panniculosus *a* panniculus *derivanda notionis q. e. ῥακώδης, si conferas* pannositas *et* pannosus *sub 2a*).

1. pāniculus, -ī *m.* *a* panis *deminutive*. *i. q. panis parvus, sc. cum respectu formae de pastillo* (*cf.* panis *sub IIA et* panicellus, panusculus): Ps. DIOSC. herb. fem. 46(45) l. 8 *papavera* debent ... teri et -i (pan(n)iculis *trad.*) ex his facti ... siccari et reponi (*cf. Diosc. 4, 60 p. 32, 16* terent capitella ... et trociscos faciunt, *gr. 4, 64, 2 τροχίσκους*).

[2. pāniculus, *vox a* 1. panus *derivanda notionis q. e.* panicula, *vix recte restituitur ab edd. plerisque* PLAVT. Mil. 18 *pro* peniculus, *v. Hall, Class. Quart. 17, 1923, 100sqq.*]

3. paniculus *v.* panniculus.

1. pānīcum, -ī *et* **pānīcium, -ī** *n.* (*?m. p. 218, 11*). [*orig. inc. Sch.*] *de origine*: PLIN. nat. 18, 53 -um a paniculis dictum. ISID. orig. 17, 3, 13 -ium dictum, quod multis in regionibus ex eo panis vice homines sustententur, quasi panivicium (panific(i)um, panecibium *var. ll.*). *de scriptura et formis: praevalet* -um *sim.*; -ium *sim. solum traditur*: EDICT. imp. Diocl. 1, 6L. -ii. DIOSC. 2, 80 p. 211, 13 (*bis, sc.* -io *et* -iu). CASSIOD. var. 9, 5, 1 -ii (*sed* -i: 12, 26, 1. 12, 27, 2 *et* 3). NOT. Tir. 68, 33. *inter* -um *et* -ium *variant codd.*: PAVL. FEST. p. 10 CELS. 2, 21. 2, 30, 1. 2, 33, 5 (-ium *sim. fere FV*, -um *sim. J*). COLVM. 2, 7, 1 (-ium *SA ut* 8, 4, 1). 2, 9, 17 (-ium *A*). 2, 9, 19 (-ium *recc. aliquot; ceteris septem locis* -um, -i, -o *tantum traditur*). PLIN. med. 2, 6, 1 DIOM. gramm. I 328, 21 PAVL. NOL. epist. 23, 6. 7 ANTHIM. 71 ISID. orig. 17, 3, 13. -eum *trad.*: CHAR. gramm. p. 38, 20B. EXC. Bob. gramm. I 550, 29. GLOSS. *saepius praebent* -ium (*nec non* -eum, -ctum; *v. etiam sub* paritio), *rarius* -um. *nom. sing.* -us: ORIBAS. syn. 4, 13, 6 Aa p. 12 (La -o). 4, 15, 8 Aa p. 17. 4, 32, 1 Aa p. 35. *plur. deest* (*inter semper singularia affertur* CHAR. gramm. p. 38, 20 B. DIOM. gramm I 328, 21 EXC. Bob. gramm. I 550, 29 GLOSS. II 295, 42). NOT. Tir. 68, 33. *litt.gr.*: Ps. DIOSC. Vind. 2, 98 p. 174, 20 *πάνικουμ*. *de mensura syllabae mediae textus latini nihil indicant, sed i longam testantur linguae romanicae. legitur inde a* CATONE, CAES., VARRONE, *sc. in oratione prosa.* [*val.* parînc; *it.* paníco; *raet. or. vet.* pani; *francog.* panic; *var. francoprov., prov., vasc. a forma* panicium: *var. it. sept.; raet. or.* paniz, *centr.* panits; *francog.* paniz; *prov. vet.* panitz *et var. prov., vasc.; cat.* panís; *hisp.* panizo; *port.* painço. *cf. M.-L. 6196, 6194. Wartburg VII 543, 542. Corominas III 639. Machado³ IV 280. St.*]

nomen herbae, frugis, 'Setaria Italica' P. B. saepius vix discernendum, utrum tota herba an solum granum respiciatur; praevalet illud nimirum sub 1, hoc sub 3. coniungitur passim cum milium. *nisi alia notavimus, gr. respondet μελίνη vel ἔλυμος (v. etiam* FEST. p. 157 CHAR. gramm. p. 38, 20 B. EXC. Bob. gramm. I 550, 29 PS. DIOSC. Vind. 2, 98 p. 174, 20 GLOSS.). *ad rem v. Orth, RE VIII 1950sqq.*

1 *de natura* (*numeratur inter legumina* COLVM. 2, 7, 1. 8, 15, 6, *inter frumenta* COLVM. 2, 9, 17 PLIN. nat. 1, 18, 25 [*aliter* PAVL. FEST. *infra*]): PAVL. FEST. p. 10 apluda est genus minutissimae paleae frumenti sive -i (*sim.* PLIN. nat. 18, 99). COLVM. 2, 13, 3 et milio et -o *ager infestatur*. PLIN. nat. 18, 52 verno tempore fastigantur in stipulam, quae sunt hiberni generis, at milium et -um in culmum geniculatum et concavum. 18, 53 milium et -um tantum pro indiviso et parvis avibus expositum est; indefensa quippe membranis continentur; -um ... cacumine languide nutante, paulatim extenuato culmo *eqs.* 18, 54 sunt et -o genera mammosa, e pano parvis racemata paniculis, et cacumine gemino; quin et colore distinguntur candido, nigro *eqs.* 18, 60 milium et -um ... XL diebus maturantur a flore. 18, 101 milium et -um aquis minime *gaudent*. *in comparatione*: PLIN. nat. 18, 153 nascitur et herba alba, -o similis.

2 *de cultura*: CATO agr. 6, 1 (*inde* VARRO rust. 1, 23, 7 PLIN. nat. 18, 163) ager si nebulosus est, rapa, raphanos, milium, -um ... seri oportet (132, 2. PLIN. nat. 18, 192 in stercorato. PALLAD. 4, 3 tit. 5, 2, 4. 6, 1, 1. *cf.* COLVM. 11, 2, 33 -i haec prima satio est [PLIN. nat. 18, 250]. PLIN. nat. 18, 111 *terra Campaniae* seritur toto anno, -o semel, bis farre. 18, 314 *seri rapa* praecocia cum -o). COLVM. 2, 10, 18 *sesami* tantum ... seminis quantum milium -umque ... in iugerum spargitur (*cf.* 11, 2, 75 [*inde* PLIN. nat. 18, 198]). 2, 12, 4 sextarii quattuor ... -i bubulcorum operas occupant quattuor, occantur operis tribus, sariuntur tribus *eqs.* (*cf.* PLIN. nat. 18, 185 occatur et saritur, non iteratur, non runcatur). 11, 2, 72 hoc tempore demetitur (*inde* PALLAD. 10, 12). PLIN. nat. 18, 49 *frumenta* aestiva ..., ut milium, -um (18, 96. *cf.* 18, 50 aliqui verna milium, -um ... appellant). 18, 61 milium, -um purgari nisi tosta non possunt (*sim.* SERV. auct. georg. 1, 267). 18, 160 pestem a milio atque -o, sturnorum passerumve agmina, scio abigi herba *quadam*. 18, 182 -um miliumque iam excrescens temptavere; postquam respuebat natura, inararunt. 18, 297 -um et milium singillatim pectine manuali legunt Galliae.

3 *de usu*: **a** *cibus est animalium*: CATO agr. 54, 4 *bubus* postea viciam dato, postea -um dato, secundum -um frondem ulmeam dato. COLVM. 8, 4, 1 cibaria gallinis praebentur optima ..., etiam milium aut -um (*cf.* 8, 15, 6 *anatibus* gratissima est esca terrestris leguminis -um. *de avibus feris -um in agro surripientibus v.* PLIN. nat. 18, 53. 160). **b** *cibus est hominum* (*v. etiam sub c et d nec non* ISID. *p. 217, 82*): CAES. civ. 2, 22, 1 -o ... vetere atque hordeo corrupto omnes alebantur *Massilienses obsessi*. COLVM. 2, 9, 19 -um pinsitum et evolutum furfure ... pultem ... praebet. PLIN. nat. 18, 54 panis ... et e milio fit, e -o rarus. 18, 101 -o et Galliae quidem, praecipue Aquitania utitur, sed et circumpadana Italia addita faba (*item admiscetur faba*: 18, 117. PAVL. NOL. epist. 23, 6 fabam intrivit -io, quo citius senatorium poneremus fastidium. 23, 7). *ibid.* Ponticae gentes nullum -o praeferunt cibum. **c** *in medicina vel in praeceptis diaeteticis*: CELS. 2, 21 mali ... suci sunt milium, -ium *eqs.* (*cf.* ORIBAS. syn. 4, 15, 8 Aa p. 17 *inter cacochyma* [*La* niger *sec. gr. μελίνη*]). 2, 30, 1 *adstringit* pulticula ... ex -io vel ex milio *eqs.* 2, 33, 5 calfacit ... ex qualibet farina cataplasma ... sive milii vel -ii *eqs.* (*cf.* CAEL. AVR. chron. 1, 1, 14 *cataplasma* ex -o ... emollito). PLIN. nat. 20, 241 *additur medicamento* (*inde restit. Rose* PLIN. med. 1, 25, 5, *ubi* pane *trad.*). 22, 131 (*cf.* 1, 22, 63) -um Diocles medicus mel frugum appellavit; effectus habet quos milium; in vino potum prod-

[*Clavadetscher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est dysintericis (*cf.* PLIN. VAL. 5, 27. ALEX. TRALL. 2, 74 [*gr. II p. 407 P.* κέγχρος]. ANTHIM. 71); similiter his, quae vaporanda sunt, excalfactum imponitur; sistit alvum *eqs.* (*inde* PLIN. med. 2, 6, 1. *cf. p. 218, 79 et* HIPPOCR. diaet. 2 [cib.] l. 220 M. DIOSC. 2, 80 p. 211, 13). ORIBAS. syn. 4, 13, 6 Aa (*sim.* La) p. 12 *inter ea*, quae minus nutriunt. 4, 32, 1 Aa p. 35 *inter ea*, quae infrigdant (*La* elismon *e gr.* ἔλυμος).
d *cetera exempla (sc. usu parum definito praeter* PLIN.): PLIN. nat. 18, 297 -i culmo non tegunt *domos.* GELL. 4, 1, 8 etiamne . . . milium et -um et glans et hordeum 'penus' est? EDICT. imp. Diocl. 1, 6 L. -ii k(astrensem) mo(dium) *denarios tot.* CASSIOD. var. 9, 5, 1 dum primo tempore -ii speciem coemptam in propriam recondidere substantiam spectantes caritatem *eqs.* (*vulgo intellegitur opus pistorium, sed v. Mus. Helv. 36, 1979, 124sqq. et cf.* 12, 26, 1 non vini, non tritici, non -i species . . . fuisse procreatas. 12, 27, 2 de horreis . . . -i speciem . . . esurienti populo . . . distrahi). 12, 27, 3 ex supra dicta quantitate -i.

2. pānicum, *sc. metrum, v. Onom.*

pānifex, -icis *m.* *a* panis *et* facere. *i. q. panem faciens, pistor*: VINDIC. med. 4 illud, quod in panificio separant -es, fermento relicto alterius panis confectioni profuturo.

pānifica *v.* panificus. **pānificāns** *v.* panifico.

pānificium, -ī *n.* *a* panis *et* facere (*cf.* VARRO ling. 5, 105 a pane et faciendo -um coeptum dici). *scribitur* panef- NON. *sub 1b*, COD. Theod. *sub 2.* [*falso trad.* GLOSS.[L] I Ansil. ME 512, *v. supra vol. VIII 738, 73. cf. p. 217, 83.*]

1 *i. q. res a panificibus facta, opus pistorium* (*cf.* SYNON. Cic. p. 426, 3 frustum carnis. crustum. -um. pars. portio. GLOSS. ποπανεῖον): **a** *usui profano*: CELS. 2, 18, 2 *scire* oportet . . ., quae . . . ex frumentis -a sunt, generis valentissimi esse (*cf.* 2, 18, 10 cum . . . -a omnia firmissima sint). ITALA III reg. 17, 13 (Aug. serm. Rev. Bénéd. 50, 1938 p. 190, 96) vade, fac -⟨i⟩um et affer mihi (*gr.* ἐγκρυφίαν μικρόν, *Vulg.* subcinericium panem parvulum).
b *usui sacro*: SVET. Vesp. 7, 1 *in templo Serapidis* verbenas coronasque et -a, ut illic assolet, Basilides libertus obtulisse ei visus est. ACT. Arv. a. 240 (Dessau 9522) II 32 corbul(is) cum -a pro tesauris ad aram fecerunt (canificia *legerunt alii, sed v. Dessau ad l. et Ernout, Rev. Phil. 25, 1951, 160*). IVST. 20, 2, 7 *Minervam* deam -is placant *Metapontini.* NON. p. 552, 3 turundam, ut libum, sacrum quoddam ex farre genus -i. PROB. Verg. ecl. praef. p. 325, 8 (*describitur ornatus pastorum in dedicatione templi Dianae laudes canentium*) cum . . . reticulo, quo -a haberent (*antea*: panibus figuras ferarum vel pecorum referentibus). CIL VIII 4585 (*titulus mutilus, in templo repertus*) -is et cetera qua⟨e ad dedicatio⟩nem pertinent.

2 *i. q. actio, officium panis faciendi* (*cf.* GLOSS. ἀρτοποιΐα. *addatur* VARRO *l. 23*): COD. Theod. 14, 3, 3, 1 -i necessitatem suscipere successionis iure coguntur *praedio pistoris donati.* 14, 3, 4 in tantam -i substantiam idoneos de suis subrogare cogantur, quantam ipsi exhibuere pistores *senatores facti.* 14, 3, 22 *qui* fraude pistorem concusserit, . . . perpetuis -i nexibus addicatur. VINDIC. med. 4 *v. sub* panifex. *collective de omnium pistorum actione* (*an de ipso collegio pistorum?*): COD. Theod. 14, 3, 21 *qui coniugio e corpore pistorio transire temptaverit*, sciat se . . . deportatione puniendum facultatesque suas -o sociandas.

? **3** *de loco (sc. furno sim.?), ubi panis conficitur*: GLOSS. II 246, 16 ἀρτοποιεῖον: -um (*cf.* ὀψο-, σιτοποιεῖον *sim. et fortasse l. 79*).

pānifico, -āvī, -ātum, -āre. *a* panis *et* facere. [*francog. med.* pannechier *et var.; hisp. vet. et dial.* (a) paniaguar (paniaguado). *cf. M.-L. 6197. Wartburg VII 543. Corominas III 634. St.*] **1** *act. i. q. panem facere*: CASSIOD. Ios. antiq. 15, 309 his, quantum potuissent per se -are, triticum divisit *Herodes* (*gr.* τὰ περὶ τὰς τροφὰς ἐκπονεῖν). *part. praes. fere pro adi.*: NOVELL. Iust. 80, 5 pr. praepositis -antium stationum (*gr.* ἀρτοποιητικῶν ἐργαστηρίων).
2 *pass., i. q. panem fieri* (*in allegoria christ. sec. Ioh. 6, 31sqq.*): PS. AVG. serm. ed. Mai 152, 2 (=CHRYSOST. hom. III 859[C]) salutare -batur nobis verbum crystallica prophetiae fermentatione formatum (firmatum CHRYSOST.).

pānificus, -a, -um. *a* panis *et* facere; *cf.* panifex. *scribitur* panef- GLOSS. V 510, 37. 576, 11. [*falsa var. l.* -o *pro* panico PLIN. nat. 18, 153.]

1 *subst. i. q. panem faciens: fem.*: VVLG. I reg. 8, 13 *rex* filias . . . vestras faciet sibi unguentarias et focarias et -as (*v. etiam* panicoqua. *allegorice explicat* GREG. M. in I reg. 4, 22. 4, 58 -ae fiunt, quando electas mentes verbi dei alimento reficiunt; . . . -ae . . . sunt, quando . . . altae scientiae verba proferunt *eqs.*). *masc.* (*v. Bader, Formation des compos. nom., 1962, 185*): GLOSS. II 246, 15 ἀρτοποιός: pistor, -us. V 576, 11 (*item* 510, 37 *manu sec.*) pistor pistrilla -us (*fortasse confusae sunt duae glossae, sc.* pistor: -us *et* pistrilla: panificium). **2** *adi. i. q. panem praebens*: PETR. CHRYS. serm. 166, 4 quadraginta annis populum Iudaeorum -us in eremo pavit imber (*sec. exod. 16, 4*).

NON. p. 114, 11 Laberius in **Panilicis** (*seq.* mim. 66). *vox incertae fidei, originis notionisque. formam vulgarem* aquilici (*pro* aquileges, *v. supra vol. II 374, 48*) *confert Heraeus in exemplari suo; an conferendum cum* coctiliciis*?* Pariliciis *coni. Ribbeck sec.* Compitalicia; *alii alia.*

*?***panios** tramarios vel ubi fila volvuntur in giro GLOSS. V 555, 41. *obscurum, nisi est gr.* πηνίον. *explicationem vix expedit* GLOSS. II p. XXXVII panion: pannus.

*˟***pānis,** -is *m.* [*formam* *pastnis *subesse deminutivo* pastillus *probatur; cetera incerta sunt. Sch.*] *de origine*: VARRO frg. Non. p. 63, 26 pastillos et -es; haec vocabula pastus, quod esse pascere dicebant (*inde* NON. p. 63, 24 GLOSS. V 651, 13). ling. 5, 105 *v. p. 234, 1.* PLVT. quaest. conv. 8, 6, 5 πᾶνεμ δὲ τὸν ἄρτον ὡς ἀνιέντα τὴν πεῖναν. CASSIOD. var. 6, 18, 6 Pan . . . primus consparsas fruges coxisse perhibetur, unde et nomine eius -is est appellatus. ISID. orig. 20, 2, 15 *a gr.* πᾶν *derivat.* *notatur* pan CIL IV 4888 Ivs colleg. eborar. (CIL VI 33885)16. *al.*, pane *v. infra.* NOT. Tir. 104, 60. *de genere: masc. testantur* QVINT. inst. 1, 6, 5 PROB. inst. gramm. IV 97, 9sqq. *al.; neutr. iuxta masc. inveniri affirmant* ARNOB. nat. 1, 59 p. 56, 2sq. M. (*nullo exemplo ut* VIRG. gramm. suppl. 193, 2). NON. p. 218, 10 (*affert* PLAVT., *v. infra*); *genera notione temere distinguuntur* DIFF. Suet. p. 311, 16 Roth. *vestigia neutri invenimus haec: nom. sing.* -e: PLAVT. Curc. 367 (*codd. Nonii et Charisii*, -em *codd. Plaut.; neutr. vituperat* CHAR. gramm. p. 113, 23 B.). LEX colleg. Aesc. et Hyg. (CIL VI 10234) 15 *et* 16 (*bis, nisi est acc.* -e(m) *per perseverationem positus, v. ibid.* l. 13). *acc.* -em *pron. neutr. excipitur* ITALA Marc. 7, 27 (cod. b). *ceterum saepius exstat acc.* -e, *qui pronuntiatione et scriptura neglegentiore explicari potest, e. g.* CIL IV 5380 (*quater decies*). *al.* PAP. Corp. 277, 1 (*saec. IV*). 304, 18 (*saec. I–II, cf.* 303, 13 -em), *in codd.* CATO agr. 157, 9 (*neutr. intellegit Mazzarino*, -em *recc. quidam, edd. plerique*). ITALA Marc. 6, 8 *et* Luc. 9, 3 (cod. e). ARNOB. nat. 5, 45. *al.* *de formis: gen. plur.* -ium *postulat* CAES. anal. frg. (8 F.) Char. gramm. p. 114, 3 = 178, 30 B.; *contra* -um *docent* VERR. FLACC. frg. (19 F.) Char. gramm. p. 114, 3 = 179, 1 B. CHAR. gramm. p. 112, 13 B. EXC. Bob. gramm. I 542, 33. *al.* *exstat* -um: ITALA II par. 13, 11 (Complut.). Matth. 16, 9 (cod. a *al.* = VVLG. [*ubi var. l.* -ium *ut* 16, 10. 12]). *al.* HIL. in Matth. 14, 12. *al.*; -ium: ITALA Matth. 16, 10 (cod. ff[2]; -um cod. a *al. et* VVLG., *v. l. 34*). HIL. trin. 6, 33 (*codd. antiquissimi*, -um *var. l.*). *ceterum gramm. improbant acc.* -im, *abl.* -i (*e. g.* PROB. inst. gramm. IV 97, 9 EXC. Bob. gramm. I 542, 33), *quos invenimus* IVV. 10, 81 (*var. l.*). ORIBAS. eup. 2, 1 A 40 Ab p. 441. syn. 6, 6, 13 Ab p. 102. *praeterea nota nom. sing.* -es ORIBAS. syn. 5, 53, 10 Ab p. 53 (La -e). *acc. plur.* -is *in cod. Lugd.* ITALA exod. 39, 18 lev. 2, 4. 7, 12. *de usu numerorum*: CHAR. gramm. p. 114, 5 B. *non* puto -em plurali numero dici posse . . . nec quisquam veterum nisi singulariter dixit. *apud auctores sing. longe praevalet, sed plur. invenitur inde a* PLAVTO, *v. p. 221, 9sqq., frequentatur in sacr. script. magisque in* ITALA *quam in* VVLG., *cf.* AVG. loc. hept. 2, 81 amat . . . scriptura pluraliter magis -em quam singulariter dicere. pan- *corripitur* CYPR. GALL. gen. 721. *de notione: v. l. 69. p. 221, 41. 222, 2. 10. 13. 16. 83sqq. 228, 27sqq.; addas* GLOSS. ἄρτος. τὸ ψῶμιν. -e: ψωμίῳ. *legitur inde a* PLAVTO, CATONE; *saepissime in script. sacr., cum antea pauci sint, qui frequentent, sc. praecipue* CELS. *et* PLIN. nat.; *in carminum genere grandiore substituitur vox q. e.* Ceres (*cf.* QVINT. inst. 8, 6, 24 ARNOB. nat. 5, 45 *et v. Onom. vol. II 343, 6sqq.*) *itaque* -is *omnino deest* LVCR., VERG., HOR. carm. (*septies in* sat. *et* epist.), TIB., PROP., MANIL., LVCANO, VAL. FL., SIL.; *semel praebent* CATVLL., MORET., CALP., STAT. silv., *quater* OV. fast., *sexies* MART., *duodecies* IVV. [*val.* pîne; *dalm.* pun; *it.* pane; *sard. centr. et mer.* pane; *ract. or.* pan, *occ.* pęm; *francog.* pain; *prov. vet.* pan *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pa; *hisp.* pan; *port.* pão. *cf. M.-L. 6198. Battisti-Alessio IV 2745. Wagner II 212. Wartburg VII 543sqq. Corominas III 633sq. Machado[3] IV 295sq. St.*] [*e coni. dub. pro* canis SALL. hist. frg. 2, 106, *pro* penus POMPON. Atell. 42, *pro* paene SVET. Vit. 13, 3; *falso trad. pro* panicum PLIN. med. 1, 25, 5.]

i. q. ἄρτος (*quod gr. fere respondet*).

I *proprie, sc. de cibo animantium corporeo* (*ad rem v. e. g. Blümner, Technol. I[2] 1sqq.; André, L'alimentation, [2]1981, 62sqq.*):
A *exempla notionem vocis illustrantia*: **1** *usu sollemni respicitur ipse cibus*: **a** *strictius de certo genere cibi*: **α** *e frumento confecti* (*cf.* AVG. quaest. hept. 2, 60 *non* -es eos modo dicit, qui fiunt ex frumentis; ipsos enim proprie -es appellare consuevimus):
① *sing.* (*specimina paucissima ad illustrandos colores selecta*):
Ⓐ *potius respiciuntur materiae singulae partes formatae*: PLAVT. Bacch. 580 comesse -em tres pedes latum potes. LVCIL. 502 decumano -e. OV. fast. 6, 311 coronatis -is dependet asellis (*sing. de pluribus partibus ut*: CVRT. 4, 2, 14 cum forte -em quidam militum frangerent. *cf. p. 223, 69*). SEN. benef. 3, 8, 3 beneficium est unus in fame -is (ITALA exod. 29, 23 [Lugd., *sim.* VVLG.]. *al.; cf.* APVL. met. 4, 22, 7 unico vel secundo -e contentus). PLIN. nat. 28, 49 si -is haereat *faucibus.* SVET. Aug. 94, 7 prandenti . . . aquila -em ei e manu rapuit. HIER. vita Pauli 10 dimidii . . . -is fragmentum (SVLP. SEV. dial. 1, 4, 4. REGVLA mag. 26, 3 tertia quadra ipsius d. -is). *al.*
Ⓑ *potius respicitur ipsa materies* (*sc. cuiuslibet quantitatis*): PLAVT. Asin. 142 sordido vitam oblectabas -e. CATO agr. 56 compeditis per hiemem -is p(ondo) IIII *eqs.* LVCIL. 200 deficit alma Ceres nec

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

plebes -e potitur (*cf.* SVET. Cal. 39, 1 *ut* -is Romae saepe deficeret). HOR. epist. 1, 10, 11 liba recuso: -e egeo iam mellitis potiore placentis. CELS. 1, 3, 34 multo -e uti. 2, 18, 4 plus alimenti est in -e. PLIN. nat. 1, 22, 68 -e *tot medicinae conficiuntur.* 19, 53 alio -e procerum, alio volgi *exsistente. al.* *breviloquentia quadam ponitur fere pro commercio ad -em spectante* (*alias breviloquentias v. sub c, e. g. p. 222, 56. 58*): CHAR. dig. 50, 4, 18, 7 episcopi, qui praesunt -i et ceteris venalibus rebus.

(II) *plur.* (*v. etiam p. 220, 41sqq.*): PLAVT. Persa 471 compendi feci binos -es in dies. MET. PIVS ind. cen. Macr. Sat. 3, 13, 12 in cena sumina ..., altilia assa, amulum, -es Picentes. VARRO frg. Non. p. 63, 26 pastillos et -es. CIC. Att. 10, 15, 4 VAL. MAX. 7, 4, 3. *al.*, *sc. fere de partibus materiae formatis. aliter, sc. potius de ipsa materia, haud raro in script. sacris, ceterum e. g.* SER. SAMM. 779 trita cupressus ... Baccho iungetur ... -bus et teneris (*e* PLIN. nat. 24, 15 cum II partibus -is mollis). *cum respectu variorum generum fortasse*: PLIN. nat. 20, 184 cum semen gratissime -es etiam condiat. APVL. met. 10, 13, 3 *v. p. 225, 54.* ARNOB. nat. 7, 8 *dei* -es accipiunt.

β variis rationibus confecti: (I) *de cibis ipsius -is similibus vel similiter confectis* (*in comparatione l. 21*): CAES. civ. 3, 48, 1 *milites genus radicis* ad similitudinem -is efficiebant (*de eisdem*: 3, 48, 2 ex hoc effectos -es. SVET. Iul. 68, 2 genere -is ex herba). PLIN. nat. 7, 30 quos *pisces* ... sole torreant atque ita -em ex iis faciant *Oritae.* 13, 27 ex iis *palmis* vina gentiumque aliquis -is (*cf.* 13, 47 *palma* farinae modo spissatur in -em. *sim.* 16, 15 *de glandibus*). 13, 108 *Aegyptii capita loti* siccata tundunt eoque -e utuntur (*ad rem cf. Herodot. 2, 92, 2 et* PLIN. nat. 22, 56 ex cuius *lotometrae* semine ... fiunt -es [*Diosc. 4, 113 W.* ἀλοῦσι πρὸς ἀρτοποιίαν, *sed* DIOSC. 4, 109 p. 55, 13 -i conmiscunt]). 18, 117 ex qua *faba* temptatus sit etiam -is. 22, 27 *Thraces tribuli* nucleo vivunt -em facientes praedulcem (*cf. Diosc. 4, 15, 2 W.* σιτοποιοῦσι κτλ., DIOSC. 4, 15 p. 16, 14 pro tridico de ipso -e faciunt). *al.*

(II) *de cibis, qui pro -e adhibentur, substituuntur*: (A) *variis: usu pleno* (*nisi sec. b explicandum*): OV. fast. 4, 395 -is erat primis virides mortalibus herbae (*in eadem re am. 3, 10, 10* cibus). VVLG. Is. 65, 25 serpenti pulvis -is eius (ITALA Hier. *ad l.* comedet ... terram quasi -em). *in locutione comparativa e. g.*: SEN. epist. 87, 3 *caricae*, si -em habeo, pro pulmentario sunt, si non habeo, pro -e. PLIN. nat. 15, 82 -is ... et opsonii vicem siccatae *fici* implent.
(B) *de esca Iudaeorum, quae manna vocatur* (*cf.* AVG. loc. hept. 2, 81 [*ad* exod. 16, 4 *infra*] locutio est, qua -is pro alimento ponitur. quaest. hept. 2, 60. *apud eccles. sec.* Ioh. 6, 41. 51 *saepe praefiguratio Christi eiusve verbi vel eucharistiae intellegitur, e. g.* AMBR. myst. 8, 47 AMBROSIAST. in I Cor. 10, 4 AVG. in euang. Ioh. 13, 4): ITALA exod. 16, 4 (Aug. quaest. hept. 2, 58 *al.* = VVLG.) pluam vobis -es de caelo (*cf.* EXPOS. mundi 4 -em ... eis *Camarinis* plui. EVCHER. laud. her. 12 -em pluvium. ARATOR act. 2, 61 inundant nubila -es). psalm. 77, 24 (Veron. *al.* = VVLG.) -em caeli dedit eis (104, 40 [*ibid.*]. QVODV. virtut. carit. 9, 4. *al.*; *cf.* ITALA psalm. 77, 24 [cod. 136 Cas.] celestem [CYPR. epist. 69, 14 LACT. inst. 4, 10, 10. *al.*]). 77, 25 (*ibid.*) -em angelorum manducavit homo (IV Esdr. 1, 19 Weber [= VVLG.]. TERT. adv. Iud. 3, 13 adv. Marc. 2, 18 p. 359, 29 AMBR. in Luc. 4, 15 off. 2, 4, 13. *al.*; *cf.* TERT. ieiun. 5 p. 279, 25 angelici [PRVD. tituli 41 VEREC. in cant. 4, 28 D.]). *al.*

b *laxius et sensu generali est cibus praecipuus, ut hac voce fere omnia alimenta hominis comprehendi vel significari possint* (*cf. l. 41*): *α exempla varia selecta* (*in re difficilius definienda e scriptoribus paganis pauca huc vergentia afferre ausi sumus, ut appareat, quatenus his exemplis usus sacr. script. iam praeparatus sit; ceterum huc trahi possunt nonnulla sub c allata nec non supra l. 34sqq.; in notionem substantiae, rei familiaris vergit fortasse l. 76. 77*): PLAVT. Trin. 253 *ad amatorem* ducitur familia tota *meretricis*: vestiplica, unctor ...: raptores -is et peni. SEN. contr. 1, 7, 18 ('liberi parentes alant') -em, quem cani das, patri non das? (*ex declamatione Albucii; sim. sententiam affert* QVINT. inst. 8, 3, 22 da patri -em). SEN. epist. 95, 51 *ut* cum esuriente -em suum dividat. IVV. 1, 120 *clientibus* hinc toga, calceus hinc est et -is fumusque domi. ITALA gen. 43, 31 (Lugd. *al.* = VVLG.; *Ioseph ad servos*) ponite -es. 47, 15 (Lugd. *al.* = VVLG.; *Aegyptii ad Ioseph*) da nobis -es (*ad 2b trahit* AVG.). 47, 16 (Lugd.) dabo vobis -es (*Vulg.* cibos). psalm. 104, 16 (Veron. *al.* = VVLG.) vocavit famem super terram, omne firmamentum -is contrivit. Matth. 6, 11 (cod. a *al.*) -em nostrum cottidianum da nobis hodie (*huc trahit e. g.* AVG. serm. 57, 7, 7 a parte totum intellegitur; quando -em petimus, ibi omnia accipimus [*sed cf. ibid. sequentia et* 59, 3, 6 de serm. dom. 2, 7, 25, *ceterum e. g. p. 228, 79. 229, 11*]). Luc. 20, 47 (cod. c *al.*) devorant -es viduarum (*cod. a al. et Vulg.* domos *sec. gr.* οἰκίας). *al.* TERT. monog. 7, 7 viduam ... de -e eius *patris* ali (*libere vertit lev. 22, 13, ubi gr.* ἀπὸ τῶν ἄρτων ... φάγεται, *Vulg.* aletur cibis). QVODV. grat. 2, 2, 4 cogitas nummum, -em, tunicam mundam. LEX Burg. lib. const. 6, 9 si ingenuus fugitivo ... -em dederit (LEX Sal. Merov. 55, 4. 56, 6 [*var. l.* paverit]. 98, 2 aut que(m)libet -em aut hospitalem). *al.*

β in iuncturis -em comedere, manducare (*in sacris script. praeter p. 222, 7*): (com)edere: ITALA gen. 39, 6 (Aug. loc. hept. 1, 141sq., *sim.* VVLG.) *Potiphar omnia* nesciebat ... praeter -em, quem ipse edebat (AVG. *ad l.* per -em utique omnia intellegi voluit ad victum eius pertinentia). I reg. 14, 24 (Tert. ieiun. 10, *sim.* VVLG.) maledictus homo, qui ederit -em (*quod votum violat Ionathan mel comedens*). psalm. 40, 10 (Veron. *al.* = VVLG.) qui edebat -es meos (*i. hospes sim., cf.* VVLG. Dan. 11, 26 comedentes -em cum eo). *al.* REGVLA mag. 1, 61 *gyrovagi* alieni laboris quaerunt -es comedere.
manducare: ITALA gen. 43, 16 (Lugd.; *Ioseph ad dispensatorem*) *fratres* mecum ... manducabunt -em ... meridie (*Vulg.* sunt comesuri meridie. *cf.* AVG. loc. hept. 1, 177 numquid -es tantum? sed ab eo, quod excellit, et cetera est complexa locutio). 43, 32 (Aug. loc. hept. 1, 182) non ... poterant Aegyptii manducare cum Hebraeis -es (*Vulg.* comedere *tantum.* AVG. *ad l.* illa locutio frequentatur, ut in -bus omnes escae intellegantur). exod. 34, 28 (Lugd. *al., sim.* VVLG.) -em non manducavit *Moyses ieiunans* (AVG. loc. hept. 2, 143 a parte totum, id est a -e omnem cibum ... significans). Tob. 1, 10 (Sangerm. 4 *al.*) manducabant de -bus gentium (*Vulg. 1, 12* ex cibis). II Thess. 3, 8 (cod. g *al.* = VVLG.) *non* gratis -em manducavimus ab aliquo, sed ... operantes. *et saepius.*

γ in locutionibus quibusdam, quae totam vitae condicionem circumscribunt (*sc. genetivo apposito; usus sacr. script. proprius; imitationes explicationesque ecclesiasticorum saepius transeunt ad IIB*): ITALA deut. 16, 3 (Lugd.) manducabis ... azyma, -em malitiae (VVLG. afflictionis). II par. 18, 26 (Complut.) *in carcere* -em tribulationis edat ([VVLG. date ei -is modicum]. VVLG. III reg. 22, 27. PAVL. NOL. epist. 23, 6 [*de -e ex panicio et faba confecto*] -es illos t. imitatus est. ORIG. in Matth. ser. 28 p. 50, 1). psalm. 79, 6 (Veron. *al., sim.* VVLG.) cibabis nos -em lacrimarum (*fort. in imag. sec.* psalm. 41, 4 [*ibid.*] fuerunt mihi lacrimae meae -is. *ad paenitentiam refert e. g.* AMBR. paenit. 1, 13, 59, *ad alias res tristes e. g.* AVG. in psalm. 79, 7 martyres cibati de -e l. PETR. CHRYS. serm. 27, 5 ut non -em vitae, sed -em l. conficeret, *per quem veniunt scandala*). 126, 2 (*ibid.*) qui manducatis -em doloris (*de variis vers. agit* HIER. epist. 34, 2, 1. *explicant e. g.* HIL. *ad l.* AVG. *ad l.* qui gemunt in ista peregrinatione. serm. 216, 10, 10 [*ubi syn.* -em tristitiae, -em luctus; *opp.* -is laetitiae, -em gaudii]). *sim. al. in vet. test. et apud ecclesiasticos, e. g.* PETR. CHRYS. serm. 99, 5 (*de Eva et Maria*) ut mulier, quae confecerat -em gemitus et sudoris (*v.* gen. 3, 19), -em vitae coqueret et salutis.

c *tropice et in locutionibus proverbialibus* (*notabiliora; nonnulla simul spectant ad b*): PLAVT. Aul. 195 altera manu fert lapidem, -em ostentat altera (*inde* HIER. epist. 49, 13, 1 -em, ut dicitur, ostendere, l. tenere. 81, 1, 4 adv. Rufin. 3, 38. *ceterum cf.* ITALA Matth. 7, 9 [cod. c *al., sim.* VVLG.] a quo petit filius eius -em, numquid l. porriget ei? [*sim.* Luc. 11, 11 *ibid.*] *nec non* SEN. benef. 2, 7, 1 beneficium ... aspere datum -em lapidosum vocabat *Fabius Cunctator*). CATO or. frg. 40, 2 (112 M.) frusto -is conduci potest, vel uti taceat vel uti loquatur (*cf.* PETRON. 69, 3 tace, lingua, dabo -em). VARRO frg. Non. p. 88, 16 *videri* esurienti -em cibarium siligineum (*cf.* SEN. epist. 123, 2 illum -*em malum* tibi tenerum et siligineum fames reddet). HOR. sat. 2, 2, 17 cum sale -is (*i. cibus tenuissimus, cf.* PLIN. nat. 31, 89 s. cum -e esitasse eos *veteres* proverbio apparet. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 13–14. *v. etiam p. 223, 24; aliter, sc. de symbolo communicationis*: RVFIN. epist. Clement. 9, 2 ORIG. in Matth. ser. 82 p. 194, 17sq.). PETRON. 37, 3 noluisses de manu illius *Fortunatae* -em accipere. 46, 7 habet haec res -em. 56, 4 boves, quorum beneficio -em manducamus. 62, 13 nec postea cum illo -em gustare potui. MART. 8, 16, 5 (*ad pistorem causidicum factum*) et -em facis et facis farinam (*i. victum paras et parta dissolvis. cf. alias locutiones ad victum parandum spectantes*: IVV. 14, 181 -em quaeramus aratro. APVL. met. 7, 15, 3 -em sibi suisque de meo parabat corio [*postea*: sui cibi]). QVINT. inst. 6, 3, 60 quamvis reus sum, ... et -em item candidum edo. 6, 3, 93 -e et aqua vivo. IVV. 10, 81 duas tantum res ... optat *populus*, -em et circenses (*cf. Fronto p. 200, 1 v. d. H.* annona et spectaculis). ITALA gen. 3, 19 (Cypr. patient. 11 *al., sim.* VVLG.) in sudore vultus tui edes -em tuum (*pendent e. g.* TERT. adv. Marc. 2, 11 p. 350, 18 sudor et labor -is. COMM. instr. 2, 17, 1). deut. 8, 3 (Lugd., *sim.* VVLG.) non solum in -e vivit homo, sed in omni verbo *eqs.* (*pendent e. g.* Matth. 4, 4 [cod. d *al.* = VVLG.]. TERT. bapt. 20 p. 218, 7 resurr. 26 p. 63, 11). *al.*

d *per prosopopoeiam iocosam*: QVEROL. p. 34, 17 R. observant unice -em deum (*luditur cum nomine dei q. e.* Pan, *cf. p. 220, 11 et lusum verborum* VESPA 45 illum praecedunt Panes: facio mihi -es).

2 *notione deflexa* (*v. etiam p. 221, 5. 223, 44*): **a** *magis respicitur forma ciborum* (*hinc transfertur ad alias res, v. IIA*): CATO agr. 75 (*compositio libi*) *omnia* permisceto bene; inde -em facito. MARCELL. med. 27, 63 inde -is formatus in foco coquitur (*sim.* 27, 110). **b** *metonymice de frumento*: VVLG. Iob 28, 5 terra, de qua oriebatur -is (*cf. Iulian. ad l.* frumenta. *aliter* PHILIPP. *ad l.* in qua *Iudaea* -is legis dei ... nascebatur [*sim.* AVG. *ad l.* GREG. M. moral. 18, 51]). Is. 28, 28 *in messe* excutietur ... cyminum in baculo; -is autem comminuetur (ITALA Hier. *ad loc.* cyminum cum -e comeditur. *explicat* HIER. *ad loc.* l. 44 -is ..., id est triticum de quo efficitur -is, rotis ferreis teritur *eqs.*). AVG. loc. hept. 1, 198 (*ad* gen. 47, 15 *quod*

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

v. p. 221, 69) per -es triticum significat, locutione per id, quod efficitur, id, quod efficit.

B exempla usum -is illustrantia: 1 adhibetur in vita profana: a generatim: α cibus hominum est: (I) exempla varia (pauca selecta): PLAVT. Asin. 200 quom a pistore -em petimus. TER. Eun. 939 quo pacto ex iure hesterno -em atrum vorent meretrices. CIC. Tusc. 5, 97 cum Ptolomaeo esurienti cibarius in casa -is datus esset, nihil visum est illo -e iucundius. Att. 10, 15, 4 -es et cetera in navem parantur (item adhibetur in itinere: HOR. sat. 1, 1, 47 reticulum -is [cf. IVV. 12, 60]. ITALA gen. 21, 14 [Aug. quaest. hept. 1, 53 al., sim. VVLG.] -es et utrem aquae. Iudith 10, 5 [Corb., sim. VVLG.] polenta et lapates et -es et caseum. al.). SALL. Iug. 44, 5 -em in dies mercari (est cibus militum ut: 45, 2 CVRT. 4, 2, 14 SPART. Pesc. 10, 6. COD. Theod. 7, 4, 4 in expeditione biduo expeditionalem annonam, tertio die -em consequantur [cf. 7, 4, 6 buccellatum ac -em]. v. etiam p. 221, 21sq. 226, 61). VAL. MAX. 2, 5, 5 ut frequentior apud eos veteres pultis usus quam -is esset (sim. PLIN. nat. 18, 83). SEN. epist. 83, 6 -is deinde siccus et sine mensa prandium. COLVM. 1, 8, 18 -is potionisque probitatem (est cibus captivorum ut e. g. p. 222, 24 et LVCIAN. Cypr. epist. 22, 2 modicum -is accepimus et aquam ad mensuram). IVV. 10, 277 mendicatus victa Carthagine -is, sc. a Mario exule. TERT. ieiun. 13 p. 291, 18 interdum -e et aqua victitantes (est cibus ieiunantium, sese castigantium ut: VITA Anton. 7 p. 23, 9 -is et sal [HIER. epist. 22, 36, 1. 24, 3, 1 RVFIN. hist. 2, 17, 22. al.]. HIER. epist. 52, 12, 2 fortissimum ieiunium est aqua et -is. CONSVLT. Zacch. 3, 3 p. 102, 18. al.). et passim.

(II) civibus, collegis sim. donatur (venit l. 55. 59): (A) variis occasionibus (pleraque spectant ad sportulas in dedicatione sim. distributas): CIL IV 429 Polybium aed(ilem) ... f(aciatis); -em bonum fert. IVS colleg. eborar. (CIL VI 33885) 11 a curatorib(us) praestari pl⟨a⟩c(uit) ⟨-em et⟩ vin⟨um et⟩ caldam epulatis (item suppletur l. 13. 15). 16 ut sport(ulae) ex arc(a) darentur ... pan(is) et vin(um) et cald(a) (CIL XIV 119 [a. 212]. X 3699 [a. 251]. IX 4215 [a. 338] plebi urbane ad aepulum. XI 3009 decurionibus [5215]. 6033 plebi. 6310. cf. X 5796 [a. 197] dedit denarios tres adiecto -e et vino [XI 4395. 4582. 6358. 6360. 6362]. XI 6014 denarios duos cum -e et vino). LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 2, 15 magistri cenarum ... ponere debeb⟨unt⟩ ... -es a(ssium) II (INSCR. Année Epigr. 1927 n. 124, 15 [Formiis]). LEX colleg. Aesc. et Hyg. (CIL VI 10234) 12 dividerent ... praesentibus ... -em ..., vinum (13. 15. 16). CIL V 7920 praebuit. (B) publice datur civibus urbium Romae vel Constantinopolis (multa spectant ad munus -is gradilis a Constantino institutum, de quo v. Kübler, RE XVIII 3, 606 sqq.; in notionem q. e. ius -is accipiendi vergit l. 55. 62. 65): VOPISC. Aurelian. 35, 1 coronas eum fecisse de -bus (sc. loco aurearum) ... et singulis quibusque donasse eqs. 47, 1 -bus urbis Romae unciam de Aegyptio vectigali auxit. 48, 1 oleum et -is et porcina gratuita praebentur populo Romano (sim. ORIGO Rom. chron. I p. 148, 11). HIL. c. Const. 11 Paulinum relegasti, ne -em ... de horreo tuo sumeret. COD. Theod. 1, 6, 7 pr. ut ex veterum more praefecto urbis per publicum incedente honoris eius et loci gratia expensio -is habeatur. 14, 16, 2 annona in -e cocto domibus exhibenda. 14, 17 rubr. de annonis civicis et -e gradili (al. v. vol. VI 2, 2137, 23 sqq. et cf. PRVD. c. Symm. 1, 582 gradibus dispensus ab altis). 14, 17, 1 nonnullos venditis aedibus -es earum penes se retinere eqs. 14, 17, 5 civis Romanus, qui in viginti -bus sordidis ... quinquaginta uncias comparabat, triginta et sex uncias in bucellis sex mundis sine pretio consequatur, ita ut ius in his ... habeat ... nemo, qui aedificiorum percipiat -em. al. ibid. 14, 19 rubr. de pretio -is Ostiensis (14, 19, 1 -em O. adque fiscalem uno nummo distrahi). CASSIOD. var. 6, 18, 1 ut ... urbi praeparetur annona, ubique redundet -is copia. 6, 18, 2 querela -is. 6, 18, 5. 6, 18, 7. 11, 5, 3. COD. Iust. 5, 12, 31, 5 si quis in dotem ... vel aedes vel -es civiles spopondit (ibid. iterum. 7, 37, 3, 1d qui ... accipiunt ... -es c. NOVELL. Iust. 7, 6 pr. in pignore ... accipere rem immobilem ..., in domibus forsan ... aut c. -bus).

β adhibetur ad varios usus: CAES. civ. 3, 48, 2 ex hoc genere radicis effectos -es ... vulgo in eos Pompeianos iaciebant Caesariani inopia laborantes, ut spem eorum minuerent (in eodem strategemate: LIV. 5, 48, 4 multis locis -is de Capitolio iactatus [item sing. -is: FRONTIN. strat. 3, 15, 1. al.]. VAL. MAX. 7, 4, 3 FLOR. epit. 1, 13, 15). PLIN. nat. 13, 82 ad glutinum conficiendum diligentior cura mollia -is fermentati colat. 22, 139 gravitatem odorum in cubiculis ustus emendat eqs. 23, 57 acetum mitigatur usto -e. SVET. Claud. 18, 2 artiore ... annona ... detentus ... a turba conviciisque et simul fragminibus -is ... infestatus (fere eadem OROS. hist. 7, 6, 17). VLP. dig. 33, 6, 9 pr. zythum in quibusdam provinciis ex tritico vel ex hordeo vel ex -e (panico Cuiacius) conficitur. PALLAD. 1, 35, 9 elleboro ... -em ... permisceas ad mures necandos. AVSON. 86, 2 et 87, 2 p. 317 P. (inter elementa potionis quae vocatur dodra). al.

b in re medica, praeceptis diaeteticis (in veneficio p. 224, 7, in facie curanda p. 242, 23sqq.): α estur, sumitur: CATO agr. 157, 9 aegrotus brassicam edit, si poterit, sine -e; si non, dato -e (-em var. l.) purum ibidem madefaciat (sim. medicamentum -e miscetur: CELS. 2, 12, 1^{A} cuius gutta -i adiecta ... purgat. 3, 18, 20 si in potione non accepit, in -e adiciendum est. SCRIB. LARG. 99. 136. 244 [bis] per se ... vel cum -e. PLIN. nat. 20, 30 et saepius. SER. SAMM. 324. al.). 157, 13 si esse non volet, dato ... -em (item in praeceptis diaeteticis sim.: CELS. 1, 3, 34 multo -e uti. 4, 11, 7 -is ex aqua frigida ... dari potest. 8, 9, 1^{D} -is ... ante septimum diem non adsumendus. al. SCRIB. LARG. 133 PLIN. nat. 20, 134. al.). CIC. Cluent. 169 venenum, quod ei datum sit in -e (de eadem re 173 ter. ceterum in veneficio adhibetur: PLIN. nat. 29, 75). CELS. 2, 18, 4 plus alimenti est in -e quam in ullo alio (agitur de vi vel effectu ut: 2, 25, 1 aliena ... stomacho sunt ... -is fermentatus eqs. 2, 30, 1 astringunt -is ex siligine eqs. al. PLIN. nat. 22, 56 negatur quicquam illo -e salubrius esse [sim. 22, 67]. 22, 138 sq. [fusius]. al. CAEL. AVR. chron. 5, 11, 136 ANTHIM. 1. al.). al. β imponitur corpori: CELS. 3, 10, 2 febricitantes iuvat etiam -is cum papavere iniectus. 6, 6, 1^{K} superinponere candidi -is interiorem partem ex vino subactam (cf. imponere: 6, 6, 31^{C} -e⟨m⟩ ex vino subactum super oculum. SCRIB. LARG. 227 [bis] super haemorrhoidas. 228. PLIN. nat. 20, 112 apium cum -e ... inpositum [sim. 20, 228 malva cruda cum -e. al.]. 22, 139 oculorum tumori. al.). 7, 7, 2 tuberculum calido -e ... foveri oportet. PLIN. nat. 20, 158 nepeta recens cum tertia parte -is temperata aceto illinitur (22, 138 callo pedum in aceto). 20, 248 -em addunt cataplasmati. 24, 15 cupressi folia cum II partibus -is. 27, 89. 28, 49. IVV. 2, 107 pressum in facie digitis extendere -em (de Othone effeminato ut: SVET. Otho 12, 1 faciem cotidie rasitare ac -e madido linere. SCHOL. Iuv. 2, 99. ceterum cf. IVV. 6, 462 multo -e tumet facies mulieris). PLIN. med. 1, 8, 2 apio ... trito cum -e oculi teguntur (sim. PS. APVL. herb. 119 l. 3, sc. sec. PLIN. nat. 20, 112 supra). al.

c cibus animalium est: VARRO rust. 2, 9, 10 ita -em hordeacium dandum, ut ... eum in lacte des intritum (sc. canibus ut: 2, 9, 11 SEN. contr. 1, 7, 18 PHAEDR. 1, 23, 3. 3, 7, 21. 4, 19, 4 furfuribus ... consparsum. al. SEN. epist. 72, 8 COLVM. 7, 12, 10 PETRON. 64, 6. 8. al.). 3, 7, 9 columbas manducato candido farciunt -e (cf. 3, 9, 21 triticeo -e intrito in aquam ... farciunt gallinas. COLVM. 8, 7, 4. 8, 9, 2). PHAEDR. 3, 2, 6 rustici misēre -em pantherae in fovea periturae (3, 2, 18 dederit). COLVM. 8, 17, 15 sordidi -is offae ... praebentur piscibus. PLIN. nat. 9, 25 fragmentis -is delphinum allicere (cf. 9, 32 intrita -is e vino satiantur delphini operam praebentes). 18, 74 quadripedum ... fere cibus est -is ex hordeo. 32, 17 melanuri in mari -em abiectum rapiunt. al.

2 adhibetur in cultu deorum, religione, ritibus: a apud paganos: CATVLL. 59, 4 devolutum ex igne prosequens -em bustirapa. OV. fast. 6, 311 coronatis -is dependet asellis (cf. 6, 347 asinum tu, diva Vesta, ... de -e monilibus ornas [in eadem re: LACT. inst. 1, 21, 26 -bus coronari asellum]. PAVL. FEST. p. 220 -bus redimibant caput equi immolati [si huc pertinet; v. Scholz, Glotta 43, 1965, 131sq.]). FEST. p. 253 (inter merces pollucendas) far, polenta, vinum, -is fermentatus eqs. CVRT. 8, 4, 27 Alexander iussit adferri patrio more -em — hoc erat apud Macedonas sanctissimum coeuntium pignus —, quem divisum gladio uterque libabat. PLIN. nat. 24, 103 sacro facto ... -e vinoque (cf. MACR. Sat. 3, 11, 10 Cereri faciunt sue praegnante, -bus, mulso). GAIVS inst. 1, 112 in quo sacrificio farreus -is adhibetur, unde etiam confarreatio dicitur (item VLP. reg. 9). ACT. Arv. a. 218 I 7 fratres arvales frug(es) arid(as) et virid(es) contiger(unt) et -es laureatos (sim. a. 240 [Inscr. Dessau 9522] I 29 et 31, ceterum a. 241 l. 12). a. 218 I 30 -es laureat(os) per public(os) partiti sunt. TERT. praescr. 40 l. 8 diabolus in cultu Mithrae celebrat et -is (et -es et A) oblationem. al.

b apud Iudaeos: α -es proponuntur in tabernaculo vel templo: ITALA exod. 25, 30 (Lugd., sim. VVLG.) inpones super mensam -es propositionis (40, 21 [ibid.]. Matth. 12, 4 [cod. a al. = VVLG.]. al. TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 454, 10. RVFIN. Orig. in lev. 13, 3 p. 471, 3 sqq. [allegorice referuntur primum ad duodecim tribus, deinde ad Christum]. ISID. nat. 1, 3. al.). num. 4, 7 (Lugd., sim. VVLG.) -es super eam mensam semper erint (Monac. -es sempiterni). I reg. 21, 4 (Cypr. testim. 3, 32, sim. VVLG.) -is sanctus (opp. -es profani). II par. 13, 11 (Complut.) propositionem -um super mensam ([VVLG. proponuntur -es]. Hebr. 9, 2 [cod. d al. = VVLG.] in tabernaculo erat p. -um). al. IVVENC. 2, 571 (sec. Matth. 12, 4) Davida ... -es sumpsisse sacratos. HIER. epist. 64, 9, 2 duodecim -es duodecim mensuum significant circulum. al. β cetera exempla: ITALA gen. 14, 18 (Cypr. epist. 63, 4 al., sim. VVLG.) Melchisedech ... protulit -em et vinum (sacramentum Christi praefiguratum intellegunt fere veteres, e. g. CYPR. epist. 63, 4 FIRM. err. 18, 3 AMBR.[?] sacr. 4, 3, 10 PAVLA Hier. epist. 46, 2, 4. ceterum pendent e. g. TERT. adv. Iud. 3, 1 PEREGR. Aeth. 13, 4). exod. 29, 2 (Lugd., sim. VVLG.) sumis ... -es sine fermento consparsos oleo ... et inpones ea in canistello ... et offeres ea. lev. 8, 31 (Lugd.; ad sacerdotes consecratos) manducate ... -es, qui sunt in vanno perfectionis (VVLG. -es ... consecrationis edite). et saepius in vet. test.

c apud Christianos (de cibo ieiunantium v. p. 223, 23): α respicitur eucharistia (v. quae ad II B monuimus): (I) in novo test.: ITALA Matth. 26, 26 (cod. c al., sim. VVLG.) accepit Iesus -em et benedixit et fregit et dedit discipulis suis dicens: accipite et manducate, hoc est corpus meum (sim. Marc. 14, 22 Luc. 22, 19 I Cor. 11, 23

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sq., *ceterum cf.* Ioh. 6, 51sq. 59). act. 2, 42 (cod. d *al., sim.* VVLG.) erant perseverantes ... in communicatione fractionis -is et orationibus (*sim.* 2, 46 [*ibid.*]). 20, 7 (cod. g, *sim.* VVLG.) cum venissemus frangere -em. I Cor. 11, 26 (cod. c *al.* = VVLG.) quotienscumque ... manducabitis -em hunc et calicem bibetis *eqs. al.*

b *ponitur in comparatione, parabola sim.*: **α** *comparantur varia*: CATVLL. 61, 195 uxor . . . ore floridulo nitens alba parthenice velut luteumve -r (*sim. comparatur color ruber* LACT. Phoen. 127). VERG. Aen. 9, 436 umeros cervix conlapsa recumbit . . . veluti cum . . . lasso . . . -a collo demisere caput, pluvia cum forte gravantur (*sec. Hom. Θ 306; explicat* CLAVD. DON. *ad l.; in eadem comparatione* Ov. met. 10, 190, *apertius e* VERG. *pendet* PETRON. 132, 11 vers. 3). Ov. trist. 5, 2, 24 quot . . . soporiferum grana -r habet . . ., tot premor adversis. LIV. 1, 54, 6 *Tarquinius* summa -um capita dicitur baculo decussisse (*sc. indicans ita proceres occidendos. eadem narrant* VAL. MAX. 7, 4, 2 FRONTIN. strat. 1, 1, 4 FLOR. epit. 1, 7, 7. *omissa voce* capita: PLIN. nat. 19, 169 decutiendo -a . . . altissima). PLIN. nat. 13, 98 (*inter vitia mensae*) variis . . . corticum punctis adprehensus -um modo . . . colos. 37, 173 meconitis -a exprimit. CLAVD. MAM. anim. 1, 8 p. 67, 20 granum -is *exemplum rei minimae est.* **β** *comparantur aliae plantae*: PLIN. nat. 18, 122 *fabae* caput -i *simile* (*cf.* 25, 66 in his capita ceu -um. 25, 76. 102). 20, 20 silvestre rapum . . . semine candido, duplo maiore quam -r (*cf.* 25, 89 *chelidoniae* semen -is. 26, 162 *thelygono* semen album -is modo. 27, 26. *cf. infra l. 49*). 27, 138 thalictrum . . . habet . . . caulem -is. *al.*

c *cetera exempla*: VARRO rust. 3, 16, 13 *inter herbas, quas apes sequuntur* (*sim.* COLVM. 9, 4, 5 nigri -is flores. PLIN. nat. 21, 70. *ceterum cf.* VARRO rust. 3, 16, 25 e -e cera⟨m⟩ et mel *carpunt apes*). VERG. ecl. 2, 47 pallentis violas et summa -a carpens (*cf.* PRIAP. 86 [Verg. 3], 12 [*inter dona Priapo oblata*] luteae violae . . . lacteumque -r). georg. 4, 545 inferias Orphei Lethaea -a mittes (*nisi ad 2*). PROP. 1, 20, 38 surgebant lilia prato candida purpureis mixta -bus. SCRIB. LARG. 22 ex lacte ipso silvatici -is capitum fit *opium* (*cf.* 180 -is . . . viridis, cuius sucus est, qualitatem repraesentat *opium*. PLIN. nat. 20, 198sq. [*agit de suco excipiendo ut*: DIOSC. 4, 60 p. 33, 24 GALEN. alfab. 'de opio']. *al.*). PLIN. nat. 19, 21 est . . . inter -a genus quoddam, quo candorem lintea praecipuum trahunt (*v. André ad l.*). 34, 77 simulacrum Boni Eventus . . . sinistra spicam et -a tenens. 37, 71 *smaragdi* rerum imagines complexi, -um verbi gratia. AVSON. 325, 6 p. 110 P. MACR. Sat. 1, 7, 35.

2 *significatur semen, granum* (*exempla certiora; huc etiam l. 31? iuncturas plenas* semen, granum -is *v. sub C2*): **a** *exempla varia*: PLAVT. Trin. 410 *pecunia a prodigo* non . . . minus . . . distrahitur cito, quam si tu obicias formicis -em. LVCR. 2, 453 -is haustus itemst facilis quasi aquarum . . . et perculsus, *sc. -r*, item proclive volubilis exstat (*locum explicat West, Class. Rev. 14, 1964, 4sqq.; sim. de granorum natura mobili*: 3, 196 -is aura potest cogere ut . . . diffluat altus acervus). PLIN. nat. 27, 119 *peplidi* semen . . . rotundum, minus candido -e (*item in comparatione*: 27, 125 *phylli* semen -i rotundo simile. PS. APVL. herb. interpol. 4 l. 32). APVL. met. 6, 10, 1 frumento et hordeo et milio et -e *eqs.* (*postea*: tantorum seminum). EDICT. imp. Diocl. 1, 31 L. (*inter varia semina sim.*) -is . . . mo(dium) unum.

b *cibus est vel cibis additur*: CATO agr. 79 *globos coctos* melle unguito, -r infriato (84 *savillo*. VARRO frg. Non. p. 220, 8 = Char. gramm. p. 105, 20B. *cf. infra l. 76 et* VERG. Aen. 4, 486 epulas . . . draconi . . . dabat . . . spargens umida mella soporiferumque -r [PETRON. 31, 10 glires melle ac -e sparsos]. PLIN. *infra*. SERV. auct. georg. 1, 212 quia pani aspergatur). HOR. ars 375 Sardo cum melle -r *offendit* (SCHOL. -r . . . posuit pro placenta). Ov. am. 2, 6, 31 nux erat esca tibi causaeque -a somni. fast. 4, 151 tritum niveo cum lacte -r sumere et . . . mella. PAVL. FEST. p. 39 cocetum genus edulii ex melle et -e factum. PLIN. nat. 19, 168 semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur; hoc et panis rustici crustae inspergitur. SERV. georg. 1, 212 est esui. APIC. exc. pim. *inter condimenta de seminibus.* *inde in imag. vel comparatione*: PLAVT. Poen. 326 ut mulsa loquitur!:: nil nisi laterculos, sesumam -emque, triticum et frictas nuces. PETRON. 1, 3 (*exempla declamationum vituperantur*) omnia dicta factaque quasi -e et sesamo sparsa.

B *adhibetur in re medica* (*in veneficio l. 82, ad faciem curandam* Ov.; *de vi soporifera v. p. 250, 76. ubi vox -r per se ponitur, haud raro ignoramus, quae pars herbae intellegenda sit; semen respicitur e. g. p. 252, 8. 12*): Ov. medic. 99 quae gelida madefacta -a lympha contereret . . . inlineretque genis. CELS. 2, 33, 2 et reprimunt et refrigerant . . . -is folia (6, 6, 9[A] adiciuntur *medicamento*. PLIN. nat. 23, 119 *cauliculi ficulni* extrahunt infracta ossa cum -is silvestris f. 23, 128). 3, 10, 2 *capitis dolorem* iuvat etiam panis cum -e iniectus. 3, 18, 13 decoctis -is corticibus *insanos fovent* (4, 31, 5 in vino coquendi. 4, 31, 6. 6, 7, 1[C] fricti. 6, 9, 2). 4, 17, 1. 4, 27, 1[E] *vesicae calculos discutit* nigrum -r cum melle adsumptum. 4, 31, 6 inducere articulis crocum cum suco -is (*item additur sucus medicamento*: PLIN. nat. 29, 43. 30, 59. 32, 77 [*in eadem re* CELS. 6, 7, 1[D] -is lacrimae]. MARCELL. med. 9, 52. *al.; adhibetur in veneficio*: APVL. apol. 32, 8 EVSTATH. Basil. hex. 5, 4, 2. *cf. p. 250, 80*). 5, 15 (*inter mollientia*) -is lacrima (*persaepe apud eundem, maxime in compositionibus* [*e. g.* 5, 23, 1[B]. 6, 6, 3. 6, 6, 5[A]]. MARCELL. med. 1, 18. *al.*). 5, 25, 4 silvestris -is . . . manipellus . . . coquitur. SCRIB. LARG. 73 -is silvatici . . . capita . . . vase fictili coniciuntur *eqs.* (220 PLIN. nat. 20, 208. 209 -is c. viride vel siccum inlitum epiphoras oculorum lenit. *al.; cf.* PLIN. phys. Bamb. 77, 2 capitella -is . . . decocta [DIOSC. 4, 60 p. 33, 24. *al.*]). 143 -is nigri seminis *aliquantum* (PLIN. nat. 20, 201 [*inde* PLIN. med. 3, 19, 4]. PELAGON. 406 [*in potione ut*: CHIRON 278 VEG. mulom. 2, 9, 6]. *al.*). 148 -is nigri *tantum* (*antea*: cucumeris . . . seminis. *sim. additur medicamento* -is nigri *aliquantum*: PLIN. nat. 26, 67. 30, 53. 71). PLIN. nat. 26, 74 interaneorum vitiis occurrit . . . plantago . . . II lingulis et tertia -is (*in eadem re* MARCELL. med. 27, 16 -is capita arida trita). *al.* SER. SAMM. 24 prosunt et amica -a somno, si prius . . . terantur (*sec. Plin. nat. 20, 201* semine . . . eius trito). *et saepius.*

C *appendicula ad A et B*: **1** *epitheta* (*addidimus appositiones l. 25sqq.*): **a** *genera indicantia*: CATO orig. 35 Gallicanus. CELS. 4, 17, 1 album (PLIN. nat. 1, 20, 76. 20, 198 PS. APVL. herb. 53 l. 13. *al.; cf.* PLIN. nat. 19, 168 candidum [27, 119]). 4, 27, 1[E] nigrum (COLVM. 9, 4, 5 SCRIB. LARG. 143. 148 PLIN. nat. 1, 20, 76. 20, 198. 26, 67. *al.* PS. DIOSC. Vind. 4, 64 p. 218, 15. *al.*). 5, 25, 4 silvestris (PLIN. nat. 1, 20, 76. 20, 204. 23, 119. *al.* CHIRON 286. MARCELL. med. 20, 68 quod Gallice calocatanos dicitur. *al.; cf.* SCRIB. LARG. 22 silvatici [73. 220 VEG. mulom. 2, 9, 6 PS. APVL. herb. 53 l. 3. *al.*]). PLIN. nat. 1, 20, 77 -e rhoea (19. 169. 20, 204. *cf.* erraticum: 19, 169. 20, 204 GALEN. alfab. ['de opio']). 1, 20, 78 -e ceratiti sive glaucio sive paralio. 1, 20, 79 -e Heraclio sive aphrode. 1, 20, 80 -e tithymalo sive paralio. 19, 168 sativi (20, 198. 202. 204). SER. SAMM. 269 agreste (LACT. Phoen. 127 SERV. auct. georg. 1, 78 PLIN. phys. Bamb. 57, 46. *al.*). MARCELL. med. 20, 121 nostrate. CASS. FEL. 62 p. 155, 10 hortini. **b** *varia selecta*: CATVLL. 61, 195 luteum (*cf.* PROP. 1, 20, 38 purpureis). VERG. georg. 1, 212 Cereale (*v. Onom. vol. II 343, 46sqq.*). 4, 545 Lethaea (SERV. georg. 4, 131. *cf.* VERG. Aen. 4, 486 soporiferum [Ov. fast. 4, 531 s. . . . lene -r. trist. 5, 2, 24 GLOSS. med. ed. Heiberg p. 52, 3]. SER. SAMM. 24 amica -a somno. AVSON. 325, 6 p. 110 P. [*si huc pertinet, v. vol. VI 2, 2272, 51*]). PRIAP. 86 (Verg. 3), 12 lacteum (*ad naturam suci spectare videtur, cf.* PLIN. nat. 19, 168 lacteus sucus). Ov. met. 11, 605 fecunda. SCRIB. LARG. 73 maturi, viridis tamen adhuc (180 PS. DIOSC. herb. fem. 46[45] l. 7. *al.*). MARCELL. med. 27, 9 -is capitati.

2 *gen.* -is *pendet ex subst. partem herbae indicantibus*: caliculus: PLIN. med. 1, 8, 3 (*var. l.* caulic- *praefert Önnerfors, sed cf.* PLIN. nat. 20, 209 -is caput *nec non* PS. APVL. herb. 53 l. 3 PLIN. phys. Bamb. 13, 19, *qui praebent* calic- *in eadem re*). CAEL. AVR. chron. 5, 2, 45 ex -is c., quos Graeci codias vocant. PS. THEOD. PRISC. add. p. 307, 16. calix: PLIN. nat. 20, 198. caput *et* capitellum: *v. l. 3 et 5. p. 251, 13. 21. 33.* caulis: PLIN. nat. 27, 138. cortex: *v. p. 251, 77.* flos: COLVM. 9, 4, 5 GLOSS., *v. supra vol. III 1407, 28sqq.* folium: *v. p. 251, 74.* granum: CLAVD. MAM. anim. 1, 8 p. 67, 20. lacrima: *v. p. 251, 84.* scapum: PLIN. nat. 19, 168. semen: *v. l. 6; adde* COLVM. 11, 3, 14 PLIN. nat. 25, 89. 27, 26 *et cf.* GLOSS. -is s. meconus sperma. meconos maiore id est s.-is. sucus: *v. p. 251, 80; adde p. 251, 34 et vol. IX 2, 733, 79sqq. 734, 6sqq.*

II *transfertur*: **A** *ad alias herbas* (*earum capita l. 54*): PLIN. nat. 13, 108 sole occidente -a ea comprimi et integi foliis (*sc. fructus loti, de quibus antea*: fructus in capite -i similis. *Theophr. hist. plant. 4, 8, 9* τὴν κωδύαν). 21, 165 *anemonen silvestrem* putant . . . alii . . . -r, quod rhoean vocavimus (*cf.* GLOSS. III 549, 34 anemone i. -r. *Diosc. 2, 176, 1W.* τὰ ἄνθη ὥσπερ μήκωνος). SCHOL. Verg. Bern. ecl. 2, 18 ligustra: flores -um. PS. APVL. herb. interpol. 68 l. 9 *herbam nymphaeam* -r palustrem dicunt (*cf. Diosc. 3, 132, 1W.* παραπλήσιον . . . μήκωνος κεφαλῇ). PS. DIOSC. Vind. 3, 79 p. 92, 17 μελάνθιον . . . Ῥωμαῖοι παπάβερ νίγρουμ. **B** *ad alia semina*: TERT. praescr. 36 l. 27 etiam de olivae nucleo . . . oleaster oritur; etiam de -e ficus . . . vana caprificus exsurgit.

deriv.: papaveratus, papaverculum, papavereus.

[papāverālis *falso affertur ex* PS. DIOSC. Vind. 4, 63 p. 217, 11, *ubi* παπάβερ ἄλβου *vel* ἄλλον *trad.*; *π.* ἄλβου⟨μ⟩ *corr. Wellmann.*]

papāverātus, -a, -um. *a* papaver. *i. q. papaveris ope confectus* (*'papavere tinctus' explicat André, Rev. Phil. 36, 1962, 30sq. coll. vocibus* miniatus, conchyliatus *sim.; cave conferas p. 251, 36*): PLIN. nat. 8, 195 *togae* -ae antiquiorem habent originem *quam rasae*, iam sub Lucilio poeta (1144) in Torquato notatae.

papāverc(u)lum, -ī *n.* *a* papaver *deminutive.* *nomen herbae*: PS. DIOSC. Vind. 3, 96 p. 109, 14 λεοντοπέταλον . . . Ῥωμαῖοι κουβίλια μαρίνα, οἱ δὲ σῆμεν λεωνίνουμ, οἱ δὲ παπαβέρκλουμ. *vix addas* PS. APVL. herb. 7 l. 10 add.; *v. sub* parcelalon.

papāvereus, -a, -um. *a* papaver. *i. q. ad papaver pertinens*: Ov. fast. 4, 438 illa legit calthas . . ., illa -as subsecat ungue comas (*cf. vol. III 1752, 77sqq.*).

papella *v.* papilla. *Hodges.*

papia *vox, qua more graeco augetur interiectio* papae, *v. p. 248, 79.* *Krömer.*

ᵃpāpilio, -ōnis *m.* [*litteris iteratis motus animalis exprimi videtur, cf. André, Les mots à redoublement en latin, 1978, 37sq., ubi*

[*Hodges*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diversissimarum linguarum nomina huius animalis afferuntur. Sch.] *scrib.* -pirio l. 24 et p. 258, 54. *notatur* papil Act. Arv. a. 240 (Inscr. Dessau 9522) II 42. Not. Tir. 109, 59. *de genere*: Don. gramm. IV 376, 18 nomen commune ut pomilio vel -o (Gramm. suppl. 110, 7 hic et haec -o [-rio trad.]). exempla generis feminini non inveniuntur. *legitur inde ab* Ov., Phaedro, Colvm.; *notione sub 2 illustrata abiit in sermonem gr.* παπυλιών, παπυλεών. [var. it. sept.; raet. or. pavee, centr. pavel; francog. papillon et var. dial.; prov. vet. papalhon, papilhon, var. francoprov., prov.; cat. paballó, papalló. i. q. tentorium: it. padiglione; sard. papidzone; raet. or. paveión; francog. pavillon; var. prov.; cat. paballó. cf. M.-L. 6211. Battisti-Alessio IV 2717, 2810. Wagner II 219. Wartburg VII 575sqq. St.] [e coni. dub. Tert. spect. 20 p. 21, 21, v. vol. II 1460, 82.]

1 *proprie de genere insectorum*, i. q. ψυχή. cf. Isid. orig. 12, 8, 8 -es aviculae sunt, quae maxime abundant florentibus malvis (cf. l. 49), quique vermiculos stercore suo faciunt nasci (cf. l. 45). 15, 10, 3 -es sunt aviculae, quae lumine accenso conveniunt et circa volitantes comburuntur. Gloss. -o: ψυχή (in capite: de avibus. huc pertinere videtur explicatio corr. III 361, 23 εσπινη). nomen vermis volantis, dictus a similitudine -is, id est tentorii. animal sicut apis tenuis, quas dicunt animulas (sim. ibid. iterum et Gloss.L Corp. P 168). buturfliogae (anglosax. ut fifaldae. eadem Gloss.L Corp. P 129 et 64). avis, est quae numquam crescit (item Gloss.L Corp. P 174 et Gramm. suppl. 110, 7 ad lemma papirio). v. etiam p. 258, 56. sing. collect. e. g. Ov. met. 15, 374 Plin. nat. 11, 65.

a *de variis generibus horum insectorum*: Ov. met. 15, 374 agrestes tineae ... ferali mutant cum -e figuram (sim. Lact. Phoen. 108). Plin. nat. 11, 77 (de bombycibus) fieri ... primo -es parvos nudosque, mox ... villis inhorrescere eqs. (ad rem v. Gossen, RE IIA 575sq.). 11, 100 insectis aliis cornicula ante oculos praetenduntur ignava, ut -bus (Arist. hist. anim. 532a27 ψυχαί. eadem vox respondet 551a24 ad 11, 112 [cf. 1, 11, 37] rupto ... cortice chrysallidis volat -o). 18, 209 sunt qui certissimum veris indicium arbitrentur ob infirmitatem animalis -es (-is trad.). 28, 162 -o ... lucernarum luminibus advolans inter mala medicamenta numeratur (nisi ad b). Mart. 8, 33, 8 (iocose) phiala tam tenuis potest ... minimi pinna -is agi. 12, 61, 6 (in comparatione respiciuntur adversarii indigni) in tauros ... ruunt leones, non sunt -bus molesti. Pol. Silv. chron. I p. 544, 1 (inter nomina insectorum). Not. Tir. 109, 59 (praecedit musca). **b** *de genere apibus infesto* (i. q. 'galleria mellonella' L., v. Gossen, RE IIA 581sq.; hucine Plin. nat. 28, 162 ex a?): Colvm. 9, 7, 5 obscenum scarabei vel -is genus. 9, 14, 2 -es enecandi sunt; quae pestes plerumque favis adhaerentes decidunt suffimento adhibito (sim. Plin. nat. 21, 81). 9, 14, 8 ut tiniae verrantur -esque necentur, qui ... apibus exitio sunt; nam et ceras erodunt et stercore suo vermes progenerant, quos alvorum tinias appellamus (eadem memorant: Plin. nat. 11, 65 -o ... ignavus et inhonoratus, luminibus accensis advolitans, pestifer eqs. Pallad. 4, 15, 4. Isid. supra). 9, 14, 9 quo tempore malvae florent, cum est eorum (-um; earum var. l.) maxima multitudo, si ... in vas lumen aliquod demittatur, undique -es concurrant et ... adurantur (sim. Plin. nat. 21, 81 Pallad. 5, 7, 7). Pallad. 6, 10 mense Maio -es abundant. **c** *de anima hominis mortui formam -is exhibente* (ad rem v. e. g. Waser apud Roscher, Lex. griech. röm. Myth., III 3234sqq.; huc spectat fortasse Gloss. l. 21; cf. etiam adi. feralis apud Ov. sub a): Phaedr. app. 29(31), 1 -o vespam ... viderat dixitque: ... dum vivebant corpora, quorum ex reliquiis animam nos accepimus, ego eloquens ... fui; ... nunc levitas putris et volito cinis. CE 1063, 1 -o volita(n)s texto religatus aranist (i. aranei est. praecedit Scita hic sit(a est)). 1851 adn. (= CIL II 2146) volitet meus ebrius libationibus -o.

2 *transfertur ad tentorium* (ut Hier., Isid. infra et Constant. Porph. caer. 1, 91 Migne gr. 112, 756A testantur, a similitudine formae [vix a varietate coloris] appellatum esse videtur [sc. in sermone militum, cf. l. 72 et Kempf, Rom. sermonis castrensis reliquiae, Neue Jahrb. für Philol., Suppl. 26, 1901, 394]; aliter Gloss. supra l. 20). *explicationes*: Hier. in Zach. 14, 16 l. 635 tabernacula atque tentoria, quae nunc a similitudine parvulae avis -es vocantur (sim. Isid. orig. 15, 10, 3). Avg. loc. hept. 1, 117 'domos' appellatas esse (gen. 31, 37), cum essent cubicula aut tentoria, quos etiam -es vocant. Gloss. -o: σκήνωμα. -es: tentoria. tenturia modica. tabernaculum: tentorium, -em. tentorium: casa militaris vel tabernaculum, quod dicunt mil⟨it⟩es -es. sim. al. pro syn. sunt tabernaculum, tentorium infra passim.

a *in re militari* (legebatur olim Pap. Corp. 106 V 20, 7 [act. imp. Dom.] falso pro s⟨t⟩a(tione) por(tae), v. Chartac Lat. antiq. I 7 IVb 20, 7): Hyg. mun. castr. 1 -um tensionem cohortium ... ostendimus (ibid. non plus quam octonos -es singulae centuriae tendunt [Veg. mil. 1, 23. 3, 8 p. 84, 19. cf. p. 254, 10. 19. 23]. 27 tendunt -bus tot [item 28]). ibid. -o unus occupat pedes x, ... tegit homines VIII. al. in eodem capite. 27 decuriones singulis -bus utuntur. Tert. mart. 3, 1 nemo miles ... de cubiculo ad aciem procedit, sed de -bus expeditis et substrictis, ubi omnis duritia ... constitit. Lampr. Alex. 51, 5 apertis -bus prandit (61, 2 [syn. tentorium utroque loco]. cf. Spart. Pesc. 11, 1 militarem cibum sumpsit ante -em). Treb. trig. tyr. 16, 1 Herodes, homo delicatissimus ..., cui erant sigillata tentoria et aurati -es. Veg. mil. 1, 3 interdum sub divo interdum sub -bus commorentur tirones. 2, 13 decem militibus sub uno -e degentibus. Hier. in Dan. 11, 44/5 l. 452 scripsit Symmachus ... τὰς σκηνὰς τοῦ ἱπποστασίου ..., quod in latino sonat ... '-es equitatus' ...; Aquila ita: ... tabernaculum praetorii (Vulg. tabernaculum suum Apedno). Vvlg. II reg. 11, 11 Iudaei bellum gerentes habitant in -bus ... et ego ingrediar domum meam? (Itala Vind. [cod. 115] in tabernaculis). Greg. Tvr. Franc. 4, 44 fixit tenturia; ... castra posuit; ... -es extendit. vit. patr. 5, 2 (syn. in tentoriis). **b** *vario usu*: Act. Arv. a. 218 I 20 promagister post sacra praetextam deposuit et in -e (papllione lapis) suo reversus est (cf. a. 240 [Inscr. Dessau 9522] II 42 in papil(iones) suos ad mutand(um) vestitum introier(unt)). Edict. imp. Diocl. 12, 25 (Zeitschr. Pap. Epigr. 26, 1977, 135) ligna ad -es sine ferro. 19, 4 (suppletur sec. gr. ἐνδρομὶς (ε)ἰς παπυλιῶνα). Vvlg. exod. 33, 8 (inde Greg. M. moral. 5, 66) stabat unusquisque in ostio -is sui (cf. num. 16, 27 in introitu -um. utroque loco syn. tabernaculum, quod respondet etiam in Itala [Lugd.]). Itin. Theod. 12 ⌊tenduntur ... -es⌋ et ponitur altaris (⌊ ⌋ extenditur tentorius var. l.). Gloss. II p. XIII tolus dicitur rotunditas illa, quae in rotundis contignationibus media ponitur et in -bus eminetur. *in comparatione*: Hier. in Is. 40, 21–26 l. 47 quasi tabernaculum et -em extendit caelum.

deriv.: papiliunculus. *cf. Onom.*

papiliunculus, -ī *m.* a papilio *deminutive*. *i. q. papilio parvus*: Tert. anim. 32, 3 (in refutatione metempsychoseos) siccitatibus gaudent lucustae, -i, chamaeleontes.

***papilla**, -ae *f.* a papula *deminutive* (item Gloss.L I Ansil. PA 343). *de origine*: Pavl. Fest. v. l. 37. Isid. orig. 11, 1, 75 dictae -ae, quod eas infantes quasi pappant, dum lac sugunt. *scribitur* papell- Theod. Prisc. eup. faen. 13 et 15 (var. l.). Diosc. passim. al. Not. Tir. 111, 90. *acc.* -um Soran. p. 38, 12 (-um vel -o trad., cf. ibid. p. 43, 5 ubi gen. -ae vel -i praebent codd.). *de usu numerorum*: omnino praevalet plur.; adhibetur sing. de alterutra -a Plavt. Cas. 848 Verg. Aen. 11, 803 et saepe, notione collect. vel generali e. g. Plavt. Asin. 224 Varro Men. 26 Prop. 4, 4, 54 Prvd. cath. 7, 165. *de notione*: Pavl. Fest. p. 220 ⌊-ae capitula mammarum⌋ dictae, quod papularum sunt similes (⌊ ⌋sim. Isid. diff. 2, 65 [sequitur: mammae autem tumores pectoris leviter exsurgentes]. orig. 11, 1, 75 Gloss.). Serv. Aen. 11, 803 mamilla est omnis eminentia uberis, -a vero breve illud, unde lac trahitur. Isid. diff. 1, 372 -ae ... sunt ⌊nuclea summa mammarum⌋, quae sugentes comprehendunt (⌊ ⌋item Gloss.L IV Ps. Plac. P 17). Gloss. -a: θηλή, μαζός. ἀκρομάσθιον. mamilla. mamma, ruma, mamilla. -ae: θηλαί. ἀκρομάσθια. mammae. *legitur inde a* Plavto, Lvcil., Varrone, Catvllo, *in hexametris semper ita, ut versum claudat; post* Apvl. *rarescere videtur* (cf. l. 55), deest Vvlg. (mamilla quater), quater exstat apud Avg. (m. novies), e scriptoribus artis medicae sex tantum exempla usus proprii nobis praesto sunt (cetera v. sub IIB). contra mamilla aetate priore perraro occurrit, sc. singulis locis apud Varronem, Pavl. Fest., Plin. nat. (mamma saepe), Tert., quinquies apud Ivv. (-a semel); postea aliquanto saepius invenitur, sc. et apud Christianos et apud medicos, sed deesse videtur poetis praeter Ser. Samm. (semel, -a semel usu proprio, quater sub II B). ceterum cf. mamma nec non dida et ruma. [sard. mer. pabedda. cf. M.-L. 6212. Wagner II 201. St.] [confunditur in codd. cum capillus Prop. 3, 14, 19 Ivv. 6, 122 Clavd. carm. min. 25, 28, pupilla Calp. ecl. 5, 53 Greg. Tvr. Franc. 10, 3 p. 484, 9 (restituitur pupilla fort. recte Apvl. met. 3, 22, 5), capella Calp. l. c.]

significat papulam parvam: **I** *proprie de eminentia pectoris, i. q. θηλή, mamilla* (sensu strictiore de apice mammarum e. g. l. 70. p. 255, 28. 64 [cf. distinctiones gramm. l. 37sqq., et Cael. Avr. gyn. 1, 126; paulo aliter Ennod. carm. 1, 4, 42 pectoris gemmae in roseis -is]. sed saepe idque maxime apud poetas sensu latiore tota mamma significari videtur, e. g. l. 72. p. 255, 4. 52; syn. est mamma e. g. p. 255, 2. 7. 62sq. adhibetur in comparatione p. 255, 32. 77, in imag. p. 255, 43): **A** *hominum vel deorum* (sideris Hyg. sub 1a): **1** *feminarum*: **a** *exempla varia*: Plavt. Friv. frg. 8 tunc -ae primulum fraterculabant — illud volui dicere, sororiabant. Lvcil. 859 invenies hic stare -as pectore marmoreo. Varro frg. Non. p. 548, 35 nudae infra -as praecinguntur cattula (cf. Catvll. 64, 65 strophio lactentis vincta -as. Apvl. met. 2, 7, 3 fasceola ... sub ipsas -as succinctula. 10, 21, 1 taeniā decoras devinxerat -as. Non. p. 538, 8 strophium virginalem horrorem cohibet -arum. Avson. 94, 1 p. 348 P. Hier. epist. 117, 7, 3. al.). Catvll. 55, 12 (iocose) hic in roseis latet -is, quem quaeris (cf. Apvl. met. 3, 16, 6 scrutatus e mediis -is meis abscondita abripit). Verg. Aen. 11, 803 hasta sub exertam ... perlata -am Camillae haesit (inde Clavd. Don. Aen. 11, 800 p. 531, 30. ceterum cf. Val. Fl. 6, 374 Amazonem ferit ad confine -ae. Apvl. met. 8, 14, 1 ferro sub -am dexteram transadacto corruit. v. p. 255, 11. 57). 11, 862 arcum tetendit, donec ... tangeret ... dextra nervoque -am (sec. Hom. Δ 123 νευρὴν ... μαζῷ πέλασεν. inde Clavd. Don. Aen. 11, 860 p. 538, 29). Prop. 3, 14, 19 Spartae Helene nudis capere arma -is (cap- recc.) fertur (4, 3, 43 Hippolyte n. tulit

[Hodges]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

arma -a. PAP. Corp. 19, 15 [saec. III/IV, paraphrasis Verg.] Penthesilea n. succincta -am [sec. Aen. 1, 492 exertae ... mammae]. DRAC. Orest. 739 Clytaemestra n. exerta -is orabat natum). OV. rem. 337 (de muliere mammosa) omne -ae pectus habent. MART. 8, 64, 10 v. sub 2. SVET. Nero 34, 2 Nero matris in digressu -as quoque exosculatus. HYG. astr. 3, 9 in -a dextra Cassiepiae. SER. SAMM. 353 castigatas ... praestare -as (348 et in tit. resp. mammae). REPOS. 59 teneras foliis rosarum constringe -as (sunt qui sec. IIC intellegant). HIER. epist. 1, 5, 1 martyris latus carnifex fodit nec -is dantur indutiae (cf. PRVD. perist. 4, 123 pectus abscisa patuit -a. 14, 77 [loq. Agnes] ferrum in -as omne recepero [mamilla cod. M utrobique]). SIDON. carm. 2, 429 (descriptio Aurorae) parvis ... -is invidiam facit ipse sinus. al. b in re amatoria (exempla significantiora, cetera v. sub a): PLAVT. Asin. 224 amator meretricis -am pertractavit (cf. Bacch. 480 manus ferre ad -as. Cas. 848 -am bellulam ...:: quid tu ... hanc ... tractas tam dura manu? [sim. Rud. 423]. Pseud. 68 -arum horridularum oppressiunculae [cf. 1261 mammam mammicula opprimit]. OV. am. 1, 4, 37 nec sinus admittat digitos habilesve -ae. 1, 5, 20. 2, 15, 11 cupiam ... tetigisse -as. MART. 14, 134, 1 MAXIM. eleg. 5, 27). CATVLL. 61, 105 vir nolet a tuis teneris ... secubare -is. 66, 81 (ad novas nuptas) corpora coniugibus tradite nudantes reiecta veste -as (PROP. 2, 15, 5 nudatis mecum est luctata -is). IVV. 6, 122 Messalina nuda -is prostitit auratis (cap- cod. unus). APVL. met. 3, 19, 5 tuis ... fraglantibus -is in servilem modum addictum. MART. CAP. 7, 726 (vers.) clam roseta parvae liliaque det -ae marito. CE 1988, 20 pectore ... in niveo brevis illi forma -ae. c respicitur -a lac praebens (cf. l. 65. p. 254, 30. 41sqq.): VARRO Men. 26 candidum lacte -a cum fluit. CVRT. 6, 5, 28 Amazonum altera -a intacta servatur, qua ... liberos alant; aduritur dextera, ut arcus facilius intendant. STAT. silv. 5, 5, 17 mater pueri mortui ardentes restinxit lacte -as. SVET. Tib. 44, 1 quasi infantes firmiores, necdum tamen lacte depulsos, inguini ceu -ae admoveret (in comparatione ut: APVL. met. 11, 10, 6 vasculum in modum -ae rutundatum, de quo lacte libabat. SORAN. p. 43, 5 vasculum vitreum ad similitudinem -ae formatum [gr. p. 86, 17 Ilb. θηλῶν]). PRVD. cath. 7, 165 sucum -ae parca nutrix derogat. perist. 10, 738 oblita lactis et -arum immemor aetas. AVG. nat. et grat. 21, 23 vix capaces -ae, cum esuriunt modo nati (sim. pecc. mer. 1, 38, 69). in psalm. 30, 2 serm. 2, 12 l. 21 ut aliqua amara ponant in -is suis (sc. nutrices infantes lacte depellentes; sim. serm. 311, 17, 14). SORAN. p. 38, 12 ori eius infantis adpositum -um (var. l. -o. antea: didam; gr. p. 80, 7 Ilb. θηλήν). GREG. TVR. glor. conf. 82 nec -am nec alium cibum sumere (post -am unus e codd. addit sugere). al. inde tropice et in imag.: QVODV. grat. 2, 12, 6 haeresis ut nutrix dulcedine -as suas forinsecus tangens ad se infantes ecclesiae ... applicat. ANTH. 941, 13 it Natura ... lactenti feta -a. MEROB. carm. 4, 33 Roma nutricem tibi filio Aetii Romae nato praebuit -am. ENNOD. carm. 1, 9, 122 euangelicis plena est cui Paulo dextra -is.

2 virorum (cf. LACT. sub 3): PAVL. FEST. p. 79 expapillato bracchio: exerto; quod cum fit, -a nudatur (sim. NON. p. 103, 3, qui affert Plaut. Mil. 1180, de quo loco v. vol. V 2, 126, 14 sqq.). PETRON. 86, 5 implevi lactentibus -is manus. MART. 8, 64, 10 Clyto tales tumor excitet -as, quales cruda viro puella servat. PLIN. epist. 3, 6, 2 (de statua senis) -ae iacent. SVET. Otho 11, 2 uno se traiecit ictu infra laevam -am. LAMPR. Heliog. 26, 5 cum ad meretrices muliebri ornatu processisset -a eiecta. GREG. TVR. Franc. 10, 3 p. 484, 9 iaculo sub -a sauciatus (pup- var. l.).

3 utriusque sexus (cf. MART. sub 2): PLIN. nat. 11, 181 cor ... est homini ... infra laevam -am (Arist. hist. anim. 496a17 μαστόν). TERT. carn. 9 l. 12 (elementa corporis elementis terrae comparantur) musculos ut glebas, ossa ut saxa, etiam circum -as calculos quosdam. GARG. MART. med. 12 cardiacis super sinistram -am ... imposita intiba prodest (sec. Plin. nat. 20, 77, ubi mammam). LACT. opif. 10, 27 -ae ... leviter eminentes et fuscioribus ac parvis orbibus coronatae non nihil addunt venustatis, feminis ad alendos fetus datae, maribus ad solum decus eqs. (cf. e. g. Cic. fin. 3, 18 mammae). CAEL. AVR. acut. 2, 34, 180 secundum -am ... gravedo est cardiacis.

B animalium sc. feminarum: VARRO rust. 2, 9, 5 canes feminas volunt esse mammosas aequalibus -is. PROP. 4, 4, 54 quem ... nutrit ... dura -a lupae. COLVM. 7, 3, 17 agni diductum os pressis umectare -is. CALP. ecl. 5, 33 tumidis spument tibi mulctra -is (var. l. capellis. sec. Verg. georg. 3, 309, ubi ubere). PLIN. nat. 11, 235 ursae mammas quaternas gerunt, delphini binas in ima alvo -as tantum eqs. (Arist. hist. anim. 504b22 μαστούς). MART. 13, 44, 2 sumen: esse putes nondum sumen; sic ubere largo et fluit et vivo lacte -a tumet. PROB. Verg. georg. 2, 102 bumastos uva dicta, quod imitetur -as vaccae. in comparatione: COLVM. 9, 11, 4 cella regios pullos apium continens in ipso fine cerarum velut -a uberis apparet eminentior.

II per similitudinem formae transfertur ad alia tubercula sim.: A de noneolis caprarum: PAVL. FEST. p. 175 noneolae vocantur -ae, quae ex faucibus caprarum dependent (cf. Gloss. V 602, 23 tubercula). B de pustulis, verrucis variis, quae qualibet parte corporis morbo efficiuntur (cf. GLOSS. ψυδράκιον. prius et saepius hoc usu occurrit papula, quae vox substituitur in ed. princ. DIOSC.): SER. SAMM. 129 lepra turpans infandis ora -is. 717 fotis dabitur medicina -is (cf. 709 papulas, in tit. et apud Plin. nat. 30, 108 resp. furunculus). 1092 existit turpi verruca -a (1102 de haemorrhoidibus). THEOD. PRISC. eup. faen. 13 achoras -as dicimus, quae ... umorem ... mittunt ...; quibus et ceterae -ae sunt similes, quas cerionas appellamus (inde Oribas. syn. 8, 28 Aa p. 245, ubi bis papulae). 15 hoc medicamentum ... -is ubique ... prodest. DIOSC. 1, 113 p. 57, 11 M. folia eius agni -as corporis limat ([gr. male resp.]. 2, 118 p. 225, 11 -as c. [gr. 2, 134 οἰδήματα]. al.; cf. 2, 69 p. 209, 18 -ae ebullientes corpori [gr. 2, 86, 1 οἰδημάτων]). 2, 86 p. 212, 29 semen lini -as vultibus ebullire prohibet (gr. 2, 103 ἐφήλεις καὶ ἰόνθους. cf. CASS. FEL. 7 tit. ad -as vultus [infra: ionthi]). al. apud eundem. C de gemmis, germinibus florum sim., quae statu quodam -is comparantur (cf. p. 255, 8 et papillatus): PERVIG. Ven. 14 Venus surgentes -as de Favoni spiritu urget in ⌊nodos patentes⌋ (notos penates sim. trad.). 21 ros mane virgineas -as solvit umenti peplo. REPOS. 59 destrictis teneras foliis constringe -as. ENNOD. carm. 1, 3, 1 exprimit in spicam tellus iam feta -as.

deriv.: papillatus, papillo, papillosus.
compos.: cf. expapillo.

papillātus, -a, -um. a papilla. i. q. papillis, parvis nodis ornatus (cf. papilla sub IIC et mamillatus, mammatus; alii intellegunt 'in speciem papillae formatus'): ANTH. 84, 3 (describuntur quattuor status rosae) prima -os ducebat ⟨tecta⟩ corymbos (HIER. epist. 66, 1, 2 parturientem rosam et -um c., antequam in calathum fundatur orbis ... inmature demessum).

papillo CHAR. gramm. p. 474, 5 B. inter verba activa coniugationis primae. a papilla, cf. expapillare (nisi verbum ex adi. papillatus fictum est). fortasse i. q. papillas tangere, cf. titillare.

papillōsus, -a, -um. a papilla. i. q. in speciem papillae, tuberculi formatum: HIPPOCR. mul. 1 l. 176 M. menstrua flegmatica ... vel putridinosa ... vel -a (gr. θρομβοειδέα. interpres vocem θρόμβος notione rariore papillae, non notione sollemni massae concretae intellexisse videtur).

papillum (-us?) v. papilla. **papilvus** v. papyrus. Hodges.
[**papīnas** v. sappinus.]
papir- v. papyr-. **papirio** v. papilio et papyreon.
papo, -āre v. pappo.
papotentia (?) ebrietas graece; **paponius** (?) ergo ebriosus GLOSS.[L] I Ansil. PA 342 ex gr. παροινία, παροίνιος ortum esse suspicatur Schoell; alii adi. cum bibonius conferunt. Baer.

1. pappa, -ae f. [vox infantium. Sch.] scribitur -p- l. 48. 49. 1 in lingua infantium i. q. cibus (perperam huc traxit IVV. 6, 633 Zacher, Rhein. Mus. 45, 1890, 53sqq.): VARRO frg. Non. p. 81, 2 (buas potionem positum parvulorum; Varro 'Cato vel de liberis educandis') cum cibum ac potionem buas ac -as (var. ll. pappo, papas) vocent et matrem mammam, patrem tatam (cf. GLOSS. V 638, 57 [glossae Nonii] buas potionem, papas manducare).
? 2 i. q. mamma: GLOSS. V 622, 37 -a (papula coni. Heraeus in exemplari nostro) vel papilla est mamma.
deriv.: ? papparium, pappo.

2. pappa v. sub 2. papa.

? **pappārium**, -ī n. a 1. pappa, cf. pappare. scribitur paparium. significare videtur cibum quendam, sc. gustum, promulsidem (cf. l. 59): SEN. contr. 2, 1, 35 arcessitum a domino servum, ut inter se medius et dominam recumberet; ... arcessitum servum, ut dominicae libidini -um faceret (varii varia proposuerunt, v. Birt, Glotta 17, 1929, 71 sqq.; ad interpr. cf. Petron. 24, 7 promulside libidinis; vix quicquam ad explicandum affert glossa, quam exhibet Du Cange s. v.: -um granche de oisel).

pappo, -āre. a 1. pappa. de orig. et script.: GLOSS. V 525, 15 papilla caput est mammae, de qua exit lac; unde factum est, ut dicamus infantibus papa id est manduca (ex contrario ISID. infra); papare enim dicimus, non -are; nam et ipso motu labiorum id ostendimus (cf. var. ll. infra allatas). GLOSS.[L] II Philox. PA 87 -at: μασᾶται. [val. pāpa; it. pappare; sard. centr. et mer. pappare; raet. or. papá; francog. vet. paper; var. francoprov., prov.; cat. papár; hisp. papar; port. papar. cf. M.-L. 6214. Battisti-Alessio IV 2758. Wagner II 219 sq. Wartburg VII 582 sqq. Corominas III 650. Machado[3] IV 297. St.] i. q. manducare: PLAVT. Epid. 727 tibi dabo ... libertatem.:: at postea? novo liberto opus est quod -et (papet var. l.). :: dabitur, praebebo cibum. PERS. 3, 17 cur non ... teneroque columbo et similis regum pueris -are (papare var. l.) minutum poscis et iratus mammae lallare recusas? (SCHOL.: -are pro comedere [papare SCHOL. ed. Kurz]). ISID. orig. 11, 1, 75 ita dictae papillae, quod eas infantes quasi -ant, dum lac sugunt (cf. l. 64).

pappulus, -ī m. ex pappus demin. i. q. flos, sc. lanugo, seminis cardui: SCHOL. Verg. Bern. georg. 1, 369 plumas aut revera plumas aut flores carduorum accipe, qui pappi vocantur sive -i (ita cod. Bern. 165; de aliis codd. v. pappus sub 2a). cf. Onom.

pappus, -ī m., πάππος. scribitur papus POMPON. Atell. tit. Non. p. 486, 17 (sec. Müller). GLOSS. III 574, 18 GLOSS.[L] I Ansil. PA 346 et hic illic var. l., e. g. PAVL. FEST. p. 220. nom. sing.
[Krömer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

graec. -os PLIN. nat. 1, 25, 106 (-um 1, 21, 57, ubi tamen vocem recte delevit Mayhoff). [val. vet. pap 'senex'; apul. pappu 'larva'; prov. vet. pat 'avus' et var. dial. (cf. e. g. francog. papa 'pater'). cf. M.-L. 6213 et Faré, Postille. Wartburg VII 588sq. St.]

1 de hominibus: **a** persona quaedam, sc. senex, fabulae Atellanae sim., nisi hi loci ad Onom. relegandi sunt (de hac persona v. Marx, RE II, 1919): POMPON. Atell. tit. hirnea -i (eiusdem tit.: -us agricola [om. Non. p. 503, 9]. -us praeteritus [Mapp- trad.; item NOVIVS Atell. tit.]. sponsa -i). 111 -us hicin medicus (medio trad., corr. Ribbeck^{3}, alii aliter) habitat, senica non sescunciae? VARRO Men. tit. -us aut indigena. ling. 7, 29 (de voce casnus) item significa[n]t in Atellanis aliquot -um senem quod Osci casnar appellant (textu vix sano). 7, 96 rustici -um Mesium, non Maesium dicunt (cf. Rowell, Am. Journ. Phil. 73, 1952, 277 sqq.; sed nescio an locus pertineat ad 2). **b** i. q. avus (GLOSS.^{L} I Ansil. PA 346 -us: avus graece. V Aa A 1472 avus: -us. 1326 atavus: propappus [-us var. l.]): AVSON. 322, 18 p. 262 P. -os aviasque trementes anteferunt patribus seri, nova cura, nepotes. CIL XII 391. 5813 Titus Flabius Glycon posit natis suis . . ., -o (sc. filiorum meorum) Expentanio Diocleti socro meo.

2 de herbis et arboribus earumque partibus (cf. l. 14): **a** i. q. seminis lanugo: LVCR. 3, 386 sentimus . . . nec plumas avium -osque volantis, qui nimia levitate cadunt plerumque gravatim (locum explicant PAVL. FEST. p. 220 -i carduorum flores; Lucretius eqs. GLOSS. V 525, 26 flores arborum. 572, 52. de carduo etiam: SCHOL. Verg. Bern. georg. 1, 369 plumas: . . . forte -os significat, id est cardui florem plumeum; Aratus ait [sc. 921 πάπποι, λευκῆς γήρειον ἀκάνθης. v. etiam sub pappulus]. GLOSS. V 379, 7 [= GLOSS.^{L} Corp. P 22] lanugo cardui). PLIN. nat. 13, 121 coccygiae lanuginem -um vocant. 21, 97 semen ei cacto lanuginis, quam -um vocant (in indice 1, 21, 57 -um seclusit Mayhoff). PS. APVL. herb. interpol. 76 l. 28 (de senecione) floribus . . . florescentibus summo tenus velut in canis, quos Graeci -os appellant, nos avos vocare possumus (Diosc. 4, 96 W. ἄνθη . . . ἐξανθοῦντα εἰς τοὺς λεγομένους πάππους. cf. sub b). **b** i. q. senecio (cf. l. 31): PLIN. nat. 25, 168 senecionis caput . . . numerose dividitur lanugine, qualis est spinae, inter divisuras exeunte; quare Callimachus eam acanthida appellavit, alii -um (in indice 1, 25, 106 erigeron sive -os sive acanthis, quae senecio. addas GLOSS. III 574, 18 -us i. sitionis [v. Goetz s. v. senecion], nisi excidit lanugo sim., ut ad a pertineat).

deriv.: pappulus. cf. Onom. Krömer.

papula, -ae f. [conferri possunt e. g. lett. pâpulis, -u]a; sed utrum hae voces ex eadem origine fluxerint an sicut angl. pap ratione quadam naturali formam similem receperint, vix diiudicandum. Sch.] scribitur: pab- saepius in codd. medii aevi (cf. pabol- ORIBAS. syn. 8, 28 Ab p. 245); pop- PLIN. nat. 24, 53 var. l. notatur: papu INSCR. Année Epigr. 1946 n. 9. NOT. Tir. 111, 89. gen. fem. testatur CHAR. gramm. p. 460, 11 B. (al.); more vulgari excipitur pron. rel. qui ANON. med. l. 86 (vix l. 73). de notione: CHAR. gramm. p. 460, 11 B. -a ψυδράκιον (al.). ISID. orig. 4, 8, 21 -a est parvissima cutis erectio, circumscripta cum rubore; et ideo -a quasi pupula. GLOSS. -a: ψυδράκιον. φλύ⟨κ⟩ταινα. φλοκτίς. uueartae vel uearte (anglosax., cf. GLOSS.^{L} Corp. P 67 wearte). -a vel pustula: spryng vel tetr (anglosax.). -ae: ψυδράκια. ἐκβράσματα τὰ ψυδράκια. -as: scabias, carbunculos. GLOSS. III 601, 25 phlyctaenas (flectinas cod.) similes -ae. legitur inde a LVCIL., AFRAN., VERG., CELSO. [sic. papura; raet. centr. pabla. cf. M.-L. 6215 et Faré, Postille. St.] [-arum falso trad. pro scapularum CAEL. AVR. acut. 2, 27, 143, cf. Drabkin, Transact. Am. Phil. Ass. 76, 1945, 307.]

de tuberculis, quibus varii morbi cutem afficiunt; fere i. q. pustula, impetigo (qui est gravior morbus CELS. 5, 28, 17^{B}. 5, 28, 18^{B}. nomina aliorum morborum similium v. sub 2a passim; afficiuntur et homines et animalia [COLVM., PALLAD., VEG.]. occurrit fere plur., sing. e. g. AFRAN., CELS. 5, 28, 17^{B}. 5, 28, 18^{B} ITALA p. 258, 37. ARNOB. nat. 1, 51. al.): 1 definitur, describitur sim. (manifestiora, cetera v. sub 2): CELS. 5, 28, 18^{A} -arum . . . duo genera sunt: alterum est, in quo per minimas pusulas cutis exasperatur et rubet leviterque roditur . . .; altera autem est, quam agrian Graeci appellant (fusius describitur). PLIN. nat. 23, 89 contra . . . sudores -asque sudorum. 24, 53 boa appellatur morbus -arum (pop- var. l.), cum rubent corpora (26, 120 b. sanant, id est rubentes -as). 28, 233 -is nigris. GARG. MART. med. 42 si quando verendis partibus condylomata vel -ae eminentes, quas exochadas (v. vol. V 2, 1540, 77) medici vocant, excreverint. HIER. in Nah. 2, 10 l. 318 -ae . . ., quae (qui cod. unus) post aegrotationem nascuntur in labiis, vocantur ἐκβράσματα, et sanitatis videtur indicium, morbum in superficiem prorupisse (cf. GLOSS. supra). THEOD. PRISC. eup. faen. 55 tit. de minutis -is in facie vel ubique nascentibus, quas ionthus dicimus ([de eodem morbo: 56 -as suprascriptas et scabias totius faciei]. ORIBAS. eup. 4, 52 Aa i. dicimus -as duras et spissas . . . in faciae natas eqs. [gr. 4, 51, 1 ὄγκος La tumor]. fort. ad eundem morbum spectat: ANON. med. ed. Piechotta 129 ad -as, qui in facie nascuntur eqs.). ORIBAS. syn. 7, 9 tit. Aa ad -as, quas Greci ⌊flictidas⌋ vocant (Ab flectitas, La flectinas, id est -as vissicosas [i. vesicosas], tit. gr. περὶ φλυκταινῶν, cf. GLOSS.). 8, 28 Aa p. 245 v. p. 256, 7.

2 exempla cetera: **a** varia: LVCIL. 741 aut verruca aut cicatrix melius (sc. appellatur morbus quidam?): -ae differunt (PLIN. nat. 24, 47 umor quidam . . . v. -asque . . . tollit. 31, 99. al.). 1195 inguen ne existat, -ae, tama, ne boa noxit (ad p. 257, 69 refert Marx. item iuxta voces tumorem sim. significantes: AFRAN. com. 217 plenam -am [pab- var. l.], panum, tympanum [in imag. de muliere?]). VERG. georg. 3, 564 ardentes -ae atque immundus olentia sudor membra sequebatur (carbunculi SERV. et GLOSS.^{L} V Aa P 1. cf. 3, 566 sacer ignis [in cuius descriptione Cels. 5, 28, 4^{A} pusulae. sed distinguitur idem morbus l. 18]. ad epitheton cf. AVG. sub c). PAVL. FEST. p. 220 (cf. papilla p. 254, 38). CELS. 5, 28, 17^{B} alterum genus impetiginis peius est, simile -ae fere, sed asperius eqs. 5, 28, 18^{B} levis -a . . . sanescit frictionibus. 7, 14, 8 -as, impetiginem similiaque habet corpus. COLVM. 6, 31, 2 (= PALLAD. vet. med. 24, 1) -ae (pab- codd. plerique) . . . strigile raduntur. SCRIB. LARG. 26 ad pustulas -asve . . . facit collyrium (ibid. item ad p. ex ovo tritum facit, ad -as vero eqs. al.; cf. PLIN. nat. 31, 99 pusulas -asve [31, 116. al.]). 106 ad -as et sacrum ignem vel quam zonam vocant (135 scabiem, i. s., -as habentibus. cf. VERG. supra). 243 tit. ad -as et porrigines (cf. PLIN. nat. 22, 155 -as pruritusque [23, 157. al.]. SER. SAMM. capp. 6 prurigini [al.]). 243 ad -as in capite effervescentes (cf. SER. SAMM. 81 fervente [CASS. FEL. 16 prorumpunt]. VEG. mulom. 1, 9, 2 -arum fervor emergit [Chiron 195 aspera fiunt]. PRVD. perist. 10, 489 -as . . . febris fervor aestuosus excitat). PLIN. nat. 20, 66 eruptiones -arum leniuntur (20, 71. cf. VVLG. lev. 14, 56 ista est lex . . . erumpentium -arum). 20, 219 atriplex lentigines et -as gignere. al. INSCR. Année Epigr. 1946 n. 9 (saec. I; in sigillo ocularii) thurin(um) ad papu(las). al. **b** proverbialiter (cf. Otto, Sprichw. n. 1811): SEN. dial. 7, 27, 4 -as observatis alienas, obsiti plurimis ulceribus? hoc tale est quale si quis pulcherrimorum corporum naevos aut verrucas derideat, quem foeda scabies depascitur. **c** allegorice (sc. in explicatione sacrae scripturae): AVG. serm. 8, 9 ardentes -ae (pab- var. l.) per totum corpus concepta homicidia; . . . fervet, sed non de spiritu dei (antea: sexta plaga pustulae in corpore eqs. [exod. 9, 8 sqq.]). HESYCH. in lev. 22, 22 p. 1075^{B} -am habens vel scabiem detractor intelligitur . . .; impetiginis habens fornicator est (explicatur ITALA lev. 22, 22 [ibid. p. 1074^{B}, sim. VVLG.] si -am habens fuerit . . ., non offeretis ea domino. eodem spectat ISID. in lev. 16, 5 reicitur et -am habens, qui pruritu libidinis et ardore concupiscentiarum exaestuat).

deriv.: papilla, papulo.

papulo, -āre. a papula. t. t. in re medicinali, i. q. papulis afficere: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 34 malagmata sunt adhibenda quae corpus valeant -are lacessendo (3, 4, 54 m. quae corpus valeant -are).

[**papulōsus** pro populosus ZENO 2, 15 (1, 15, 5 L.) afferunt quidam e coni. haud necessaria.]

pāpulus (-os) v. pōpulus. Baer.

papȳrāceus, -a, -um. a papyrus, cf. herbaceus. [e coni. dub. v. infra l. 76.] i. q. e papyro confectus: 1 sc. ex herba: PLIN. nat. 6, 82 -is navibus Aegyptiorum (SOL. 53, 4). 2 sc. e charta papyrina: PLIN. nat. 28, 168 ellychnio -o.

papȳreōn (-iōn, -io?), -ōnis m., παπυρεών (vulgo postulatur papyrio, sed cf. e. g. daphnōn, elaeōn nec non ornithōn Varro rust. 3, 2, 16). [non huc pertinet: GLOSS. V 555, 44 papirio idest epistolae vel naves (spectat ad Hier. in Is. 18, 2 p. 178^{D} in vasis papyri id est epistolis sive navibus) et intellegitur nomen avis propter velocitatem (spectat ad papilionem, v. sub papilio).] i. q. locus papyro consitus: VVLG. exod. 2, 5 cum vidisset fiscellam Mosis in papyreone (-pir- var. l., -ione plerique codd.) filia Pharaonis (sic Hier. hoc loco Aquilam sequens, sed 2, 3 in carecto; LXX ἕλος . . . ἕλει).

papȳreus v. papyrius.

papȳrifer, -a, -um. a papyrus et ferre. i. q. papyrum proferens: OV. met. 15, 753 -i . . . Nili. trist. 3, 10, 27 (de eodem) -o . . . amne.

papȳrīnus (-ĭ-?), -a, -um. a papyrus (nisi gr. παπύρινος). [e coni. dub. p. 259, 26; v. etiam GLOSS.^{L} II Philox. RE 260.] i. q. papyraceus: LAEV. carm. frg. 13 fac papyrin⟨a⟩ haec terga habeant stigmata (sic Morel sec. Leo, alii alia, v. Lunelli, Aerius, 1971, 115sqq., qui ipse proponit papyrin⟨o stilo⟩, adi. gr. intellegens).

papȳrio v. papyreon.

papȳrius, -a, -um. a papyrus. scribitur papirius vel papireus. ['ellychnium': dalm. vet. papiru; var. it. sept.; raet. paver 'canna'. *papelius: raet. occ. pavel, paval; francog. vet. paveil et var. francog. occ. cf. M.-L. 6217. Wartburg VII 589 sqq. St.] i. q. papyraceus, e papyro confectus: 1 sc. ex herba: FVLG. aet. mund. p. 147, 9 -ea cistula (papyracea suspicatur Helm). 2 sc. e charta: AVSON. 396, 48 p. 252 P. fac campum replices, Musa, -ium (papirum supra scr. ri cod.).

papȳrus, -ī f., πάπυρος, et **papȳrum**, -ī n. de orig.: ISID. orig. 17, 9, 96 -um dictum, quod igni et cereis est aptum; πῦρ enim Graeci ignem dicunt. scribitur bap-, vap- DIOSC. 1, 96 (etiam vapur- ut: COMMENT. Lucan. 4, 136). CASS. FEL. 20 p. 30, 19 (ubi et pabir-), -pir- in var. l. saepe, e. g. PLIN. nat. 13, 68, solum trad. CHIRON 92. al. (cf. p. 259, 25), ? -pil- v. infra (GLOSS.). genus fem.
[Paśkiewicz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

probatur per adi. (pron.) fem. LVCAN. 4, 136 (*cf.* ADNOT.). MART. 10, 97, 1 IVV. 4, 24. *al. (iuxta neutr.* VEG. mulom. 2, 13, 5. *de* PLIN. nat. 13, 76 *v. Holwerda, Zeitschr. Pap. Epigr. 45, 1982, 261), per formas non neutr.* CATVLL. 35, 2 -e (*voc.*). MART. 13, 1, 3 -os (ALC. AVIT. carm. 1, 295; *dub.* CHIRON 88). AVSON. 393, 99 p. 249 P. -i; *genus neutr. (non in poesi) probatur per adi. (pron.) non fem.* CELS. 5, 28, 12^K PLIN. nat. 13, 72. *al.* VLP. dig. 32, 52, 6. *al., nom.* -um PLIN. nat. 13, 71. 73 VLP. dig. 32, 55, 5. *al.; genus masc. non nisi* ORIBAS. syn. 9, 40 add. Aa p. 342 immissus (*fort. etiam* 7, 1, 4 La -as . . . infusus. *cf.* PASS. Matth. 18 p. 240, 26 -o, quem *eqs.*). *formae graecae* ITALA Iob 40, 16 (Priscill. tract. 1, 29) *acc.* -on, LIB. pontif. p. 60, 2 *gen.* -u. *plur. exstat extra poesin* PLIN. nat. 15, 117 SERV. Aen. 6, 154 PS. AVG. serm. Migne suppl. 1, 296 (*dub.* CHIRON 88). *in poesi* MART. 13, 1, 3 SER. SAMM. 10. 635 AVSON. 393, 99 p. 249 P. *al.* -y- *productum* (*cf.* PRISC. gramm. III 525, 18) *testantur omnia exempla poetarum* (*sed v. l. 27*). *de notione* (*v. infra l. 30*): GLOSS. πάπυρος (-ον). eorisc (*anglosax.*). *addas fortasse*: GLOSS.^{L} Corp. P 70 papilivus: wioluesel (*sim.*: GLOSS. V 381, 10 papilvus: ilugsegg. *cf.* GLOSS.^{L} Corp. P 76 paupilius: scaldhulas). *legitur inde a* CATVLLO (*v. sub IIA*), CELSO, COLVM., MELA, LVCANO, PLIN. nat., MART., IVV. [*fortasse sard. centr.* papiru; (*cf. e. g. francog.* papier). *papilus '*ellychnium*': *var. it. dial.; var. prov., vasc.; cat.* pábil; *hisp.* pabilo; *port.* pavio. pápyrus: *val.* papură. *cf. M.-L. 6218. Battisti-Alessio IV 2757. Wagner II 218. Wartburg VII 589 sqq. Corominas III 602 sq. Machado³ IV 325. St.*] [*in loco corrupto* VARRO Men. 58 papiri nolevi *trad.*, papyrino levi *Bücheler, alii alia; dub. trad.* SER. SAMM. 81 (-pȳr- *vix defendendum ex graeco Anth. Pal. 6, 249*); *coni. dub.* CIRIS 88.]

i. q. herba palustris, calamo harundinique similis, Aegypti Syriaeque propria (*cf.* GLOSS. V 509, 25 genus herbae, scirpus, id est iuncus. *ad rem v.* PLIN. nat. 13, 71sqq. [*v. et infra sub B2*]. 24, 88; *Blümner, Technol. I² 301. 313sqq.; Hehn, Kulturpflanzen und Haustiere, 1911, 312sqq.; Schubart, RE XVIII 3, 1116, 10sqq.*): **I** *de herba ipsa* (*ambigua v. sub B4 et IIC2*): **A** *generalia quaedam*: MELA 3, 96 *Nilus* alit . . . -um (*ad idem flumen spectant*: PLIN. nat. 13, 71 -um . . . nascitur in palustribus Aegypti aut quiescentibus Nili aquis. ADNOT. Lucan. 3, 132 *Memphi* -us nascitur. SCHOL. Iuv. 4, 24, 1 -um nascitur in Nilo). PLIN. nat. 5, 44 Nigri fluvio eadem natura quae Nilo; calamum ac -um . . . gignit (*cf.* SOL. 30, 1 *Nigrum* partem putant Nili: sic -o viret). 6, 205 *in Fortunatis insulis* -um . . . in amnibus gigni. 13, 73 in Euphrate nascens circa Babylonem -um. 13, 128 *sarīpha* comā -i *est.* 16, 157 calami Aegyptii maxime cognatione quadam -i. *al.* ITALA Iob 40, 16 (Priscill. tract. 1, 29) secundum silvam et -on et butomon (*cf.* Op. imperf. in Matth. 27 p. 773 secus calamum et -um, *gr.* παρὰ πάπυρον καὶ κάλαμον καὶ βούτομον, *Vulg. et Hier. aliter*). SERV. Aen. 6, 154 *palus* -is referta. *laxius de quovis genere iunci* (*cf. p. 260, 21*): ALC. AVIT. carm. 1, 295 *amnibus Gallicis* enodes ferre -os mos est. *in imagine et comparatione*: OP. imperf. in Matth. 27 p. 773 (*ad Matth. 11, 7* calamum a vento moveri) calamus . . . est vacuus, -us autem nimium levis . . .; sic omnis homo carnalis vacuus in fide et levis in sensu . . . calamus est et -us. VITAE patr. 5, 5, 33 cogitatio fornicationis fragilis est velut -us (-irum *Festschr. Bischoff, 1971, 37; gr. Nau 1908 p. 272 n. 185* βιβλίον).

b *respondent animantes* (*dextera hominis p. 269, 22*): **α** *animantibus* (*fere adversariis, aemulantibus, concertantibus sim.; in imagine l. 50*): (I) *relatione simplici* (*hic illic dat. e contextu suppl., e. g. l. 40. 42; substituitur* contra IORD. Get. 261; -r *ponitur fere praedicative, sed attributive e. g.* CIC. Pis.): (A) *exempla varia* (*selecta*): RHET. Her. 4, 18, 25 -es nobis esse (*postea*: superiores). CIC. Manil. 55 praedonibus. Pis. 28 cum -i gladiatore pugnabat (*cf.* LIV. 28, 32, 12 cum -i hoste). Scaur. 34 *fratrem non* -em Scauro (*in consulatu petendo ut*: Q. CIC. pet. 7). fam. 1, 8, 2 cum -es esse non possent *Pompeio*. *al.* CAES. Gall. 1, 40, 7 *Helvetii* nostro exercitui. BELL. Alex. 18, 3 in aequo loco . . . -es esse (*sc. nobis*). Hisp. 15, 1 eques *pediti*. NEP. Them. 4, 2 *Graecos* universos -es (*sc. hostibus*) esse posse. HOR. sat. 2, 6, 44 Thraex est Gallina Syro -r (*de gladiatoribus ut e. g.* SVET. Dom. 10, 1 Thraecem myrmilloni -em, munerario imparem. *cf. l. 38. 50*). LIV. 1, 25, 7 universis solus nequaquam -r *Horatius*. 23, 43, 12 *consules* Hannibali. PHAEDR. app. 30, 11 (*avis ad vulpem*) in campo non -r, ⟨-r⟩ sum sublimis tibi (*si recte restituitur*). SEN. benef. 4, 18, 2 qui *homo* -r esse nulli *animalium* posset. dial. 1, 3, 4 idem *atque gladiator* facit fortuna: fortissimos sibi -es quaerit (*eadem imagine*: 2, 8, 3). *al.* (B) *accedunt determinationes notabiliores* (*sc. indicatur, qua in re*): CIC. Font. 36 in bello gerendo ([belligerendo *vel* belligerando *codd.*]. LIV. 40, 12, 18 in certamine. *cf.* LIV. 9, 43, 11 ad certamen). fam. 4, 7, 2 quibus *lacertis et viribus* -es non eramus (*item abl. saepe, e. g.* SALL. Iug. 20, 5 armis. LIV. 1, 9, 1 bello. 45, 5, 9 nec causa nec gratia. SEN. contr. 3 praef. 9 luctando [luctandi *var. l.*]). MEROB. poet. 150 *hostes* bellare -es . . . superavit.

(II) *relatione mutua* (*exempla selecta; accedit* inter se CIC., bello LIV.): CIC. Att. 16, 13ᵃ, 2 si -es aeque inter se *Antonius et Octavianus*, quiescendum. CAES. civ. 3, 10, 7 tempus de pace agendi, dum . . . -es ambo viderentur. SALL. Iug. 52, 1 inter se duo imperatores . . . certabant, ipsi -es, ceterum opibus disparés. OV. ars 3, 3 (*in imagine de amantibus*) ite in bella -es (SEN. Herc. O. 312 [*loq. Deianira quasi cum Hercule morituro certans*] -es eamus [patre erimus *E*, -es eramus *A*, *alii alia emend., cf. Carlsson, Classica et Mediaevalia 10, 1948, 55*]. *cf. supra p. 265, 4. 38*). LIV. 34, 57, 8 cum -es bello aequo foedere in pacem . . . venirent. SEN. benef. 5, 3, 3 -es exisse *e certamine* (ROMVL. fab. 48, 9 rec. gall. -es exite [*sc. sententia iudicis; addas sententiam arbitri*: CALP. ecl. 2, 99 este -es]. *cf. p. 265, 40 et* ANTH. 115, 10 remeare . . . -es [*vix subst.*]). epist. 117, 20 tibi sapientia, mihi sapere contingat: -es erimus. LVCAN. 1, 129 nec coiere -es *Caesar et Pompeius* (*de isdem 5, 3, ubi sec. Barratt conferendus Cass. Dio 41, 55, 5 ἰσόρροποι*). 4, 636 conflixere -es *Hercules et Antaeus*. MART. epigr. 29, 8 *gladiatores* pugnavere -es, succubuere -es. QVINT. inst. 10, 1, 102 -es eos (*Sallustium et Livium*) magis quam similes. *al.*

β *rebus*: (I) *quae indicantur dativo*: (A) *forma brachylogica* (*ponitur dat. rei fere adiecto gen. pers. vel pron. poss. pro dat. pers.*): CIC. Sest. 88 gravitati hominis *Milonis* . . . se . . . -em esse non posse. de orat. 2, 364 de ingenio *Crassi*, cui -r nemo fuit. HOR. carm. 4, 13, 24 -em cornicis vetulae temporibus Lycen. OV. met. 4, 653 quis . . . -r esset Atlantis viribus? (IVST. 14, 2, 4. 39, 3, 4). LIV. 8, 5, 7 -em ferociae huius . . . consulem. PHAEDR. 4, 16, 6 *capellae* -es . . . hircorum fortitudini (-dine, -dinis *trad.*). CVRT. 7, 9, 17

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nullam gentem Macedonum armis -em. TAC. hist. 4, 2, 3 *Vitellius* -r vitiis fratris. ann. 14, 55, 4 plerique haudquaquam artibus tuis -es. *al.*

Ⓑ *forma sollemnis; aliquis respondet*: ① *quibuslibet rebus (fere rebus adversis; secundis vide l. 14 sqq.)*: CATVLL. 66, 42 qui se ferro postulet esse -em? BELL. Alex. 46, 1 neque navium se magnitudine neque numero -em esse ... dimicationi (*cf.* LIV. 24, 40, 17 certamini). POMP. TROG. Iust. 38, 7, 1 quae *gentes* non modo Romano imperio sint -es, sed Macedonico quoque obstiterint. SEN. epist. 117, 21 tot malis. 117, 33 fac *me* fortunae -em, fac superiorem. rem. fort. 9, 1 non potest homo -r dolori esse, nec rationi dolor (Ps. QVINT. decl. 8, 1). LVCAN. 4, 124 -r Phoebus aquis. SIL. 9, 371 periclo. MART. 1, 12, 10 invidiae (QVINT. inst. 11, 1, 18). TAC. hist. 1, 18, 3 cui *severitati*. 3, 64, 2 Vitellium ne prosperis quidem -em (*sim. rebus secundis*: Ps. CATO dist. app. 9 [11] fortunae donis ... -r esse [paruisse *A*]. PANEG. 2, 19, 2 gaudio). *al.* ② *honoribus, muneribus, officiis sim.*: LIV. 4, 17, 11 vir ... potestati -r. 7, 1, 10 titulo tantae gloriae (PLIN. epist. 7, 22, 3 omnibus honoribus, omnibus t.). SEN. contr. 1 praef. 11 ingenium ... -r imperio. VAL. MAX. 4, 2, 1 splendori ... honorum -r vita gravitate (*cf.* VLP. dig. 50, 4, 6 pr. honoribus [CASSIOD. var. 5, 4, 7. *v. et* PLIN. *supra*]). VAL. FL. 1, 111 dextera *Hylae* nondum -r oneri clavaeque capax (STAT. Theb. 8, 285. TAC. ann. 6, 28, 5 -r o., -r meatui *phoenix*). STAT. Theb. 5, 41 operi tanto (QVINT. inst. 10, 1, 55). QVINT. inst. 10, 1, 77 *Hyperides* minoribus causis ... magis -r (TAC. dial. 34, 6). TAC. ann. 1, 4, 3 tantae moli. 1, 12, 1 rei publicae. 6, 39, 3 negotiis (16, 18, 2). *al.* *accedit gerundivum*: AMBR. Tob. 23, 90 debito solvendo. COD. Theod. 3, 17, 3, 1 regendis pupillaribus censibus. EDICT. Theodor. 10 exigendae mulctae.

ⓘⓘ *quae indicantur aliis structuris*: CIC. fam. 12, 19, 2 -is copias ad confligendum (LIV. 1, 5, 7 ad vim apertam. 2, 11, 10 ad pugnam. 26, 16, 3 ad virtutem. 35, 38, 12 ad iustum bellum. VELL. 2, 121, 2 ad vindicandum honorem. *al.*). LIV. 43, 18, 9 adversus vim (*cf.* VEG. mil. 3, 16 adversum ... agmen). CASSIAN. inst. 5, 12, 2 -em virtutis eorum (conl. 24, 8, 5 constantiae atque v. *item gen.*: CLAVD. MAM. epist. 2 p. 205, 3 professionis. IORD. Get. 180 expeditionis [-i *var. l.*]. Rom. 172 calamitatis [*sec.* FLOR. epit. 2, 2, 23 calamitati]. VITA Marcell. Ebred. [BHL 5227] p. 753ᴰ populum iustitiae -em ac aequitatis consortem).

ⓘⓘⓘ *quae e contextu colligi possunt*: CIC. Att. 12, 15 cui *fletui* repugno, quoad possum; sed adhuc -es non sumus. TAC. Agr. 9, 5 quia -r videbatur *Agricola muneri*. hist. 2, 59, 2 largus animo et -r opibus (*i.* '-*r largitati per opes*').

B *de eis, qui (quae) sibi respondent vel aequabilitatem quandam in se continent*: **1** *per statum, qui idem manet variis in condicionibus, actionibus, temporibus*: **a** *de hominibus, deo*: CIC. off. 1, 1 ut -r sis in utriusque orationis facultate. OV. met. 12, 619 hac *gloria* est -r sibi Pelides *vivens et mortuus* (SEN. epist. 20, 2 ut ipse ubique -r s. idemque sit. 111, 4 in omni statu rerum. 120, 10 in omni actu. PLIN. nat. 36, 116. QVINT. inst. 12, 10, 71 non ubique similis, sed ubique -r sibi. *cf.* FRONTO p. 168, 18 v. d. H. semper et ubique eum -em sui). LIV. 4, 19, 1 *Cossus* animo ac viribus -r. SIL. 12, 579 (*Hannibal ad milites*) vobis ite -es. *al.* *de deo maris*: CLAVD. 3, 186 Nereus ... -r semper similisque manet (*sc. quamvis flumina influant*).

b *de rebus*: α *de actionibus, qualitatibus sim.*: CIC. de orat. 1, 153 retinet ... navis ... cursum suum ..., sic ... -em ... obtinet oratio ... cursum (*cf.* LVCAN. 5, 706 -i moderamine *navium*). NEP. Att. 14, 2 *ut* -i ... fastigio steterit in utraque fortuna. AETNA 214 violentia flammae ([*si vera lectio*]. FLOR. epit. 3, 5, 9 [*si recte interpr. Jal*]). OV. trist. 4, 6, 26 ut sit ... sibi -r *aerumna* (LACT. inst. 7, 10, 6 virtus perpetua et constans et -r s. semper). SEN. dial. 3, 20, 6 magnitudinem animi inconcussam ... et ... solidam et ab imo -em firmamque. nat. 3, 11, 6 per hiemem aestatemque -r est ... deiectus *aquae in flumine*. epist. 59, 14 per dies noctesque -r et aequalis animi tenor. PLIN. paneg. 64, 3 ingens ... et -r gloria tua, sive ... sive *eqs.* *al.* β *de aliis rebus*: VERG. georg. 1, 258 temporibus ... -em diversis quattuor annum (*cf.* SERV. *ad l.*). OV. met. 15, 196 nec -r aut eadem ... forma *lunae crescentis et decrescentis*. MANIL. 2, 77 nec staret summa per omnis -r (pars *var. l.*) semper partes. SEN. nat. 7, 23, 2 *cometae* tenorem suum servant -esque sunt; non alternis diebus maiores minoresve fierent, si ...? APVL. Plat. 1, 6 illa *essentia*, quae mentis oculis conprehenditur, semper et eodem modo et sui -r ac similis invenitur. *al.*

2 *per congruentiam partium (fortasse etiam de libra, v. p. 265, 75)*: **a** *de numero, qui in duas aequas partes dividi potest (et inde de rebus, quarum talis numerus est; gr. resp.* ἄρτιος, *e. g.* SEN.; *explicant* MART. CAP. 7, 748 BOETH. arithm. 1, 3 p. 13, 13. 1, 4 p. 13, 20 CASSIOD. inst. 2, 4, 3. *al.; legitur inde a* CIC., VARRONE, *v. sub* impar *vol. VII 1, 517, 72 sqq., quibus exemplis hic non nisi addenda adiecimus; disting.* aequalis Ps. AVG. categ. 10 [92 M.-P.]): α numerus: PLIN. nat. 28, 27 -i praesentium n. *in convivio (de omine infausto ut*: SCHOL. Stat. Theb. 5, 86 geminum hoc est -em ... n. vel dualem [*antea*: id ..., quod -r est]. *ibid. iterum*). MARCELL. med. 2, 4 vermes ... -i n. sinistra manu lecti. *cum ellipsi subst. q. e.* numerus *vel pro subst. (masc. vel neutr.)*: IREN. 2, 14, 6 (2, 18, 5 H.) initium ipsorum *numerorum* -em et imparem (*v. Harvey ad l.*). AVSON. 336, 59 p. 203 P. -bus triplex medium *eqs.* FAV. EVL. 6, 5 W. (= p. 4, 11 H.) *numerus dyadis* iunctus alteri -i -em creat ex sese. AVG. civ. 11, 31 p. 505, 25 D. *de quaternario*. QVODV. prom. 1, 7, 11 quinarius ... numerus ex -i et impari constitutus (*de eodem*: BOETH. elench. soph. Arist. lat. 166 a 34. *sim. de septenario*: GREG. M. moral. 1, 18). BOETH. categ. Arist. lat. 12a8 CASSIOD. in psalm. 89 l. 338.
β *de rebus variis (sc. quarum -r numerus est)*: CELS. 3, 4, 13 quartus decimus *dies* -r est (3, 4, 14 in die -i). SEN. epist. 82, 15 non ... sic mors indifferens est, quomodo utrum capillos -es ⟨an impares⟩ habeas (*sic ed. Préchac-Noblot coll. Diog. Laert. 7, 104* τὸ ἀρτίας ἔχειν ... τρίχας). SACERD. gramm. VI 524, 18 in locis ... -bus *versuum* (*item*: FORTVN. gramm. VI 286, 25. *al.*).

b *de forma perfecta*: α *de forma rotunda*: CIC. Tim. 20 *mundum* undique aequabilem et a medio ad summum -em et perfectum (*gr. 34ᵇ* ἴσον). VARRO ling. 5, 115 *parma* e medio in omnes partis -r. OV. fast. 6, 281 -r facies templi *Vestae* (*ambigue dictum putamus: forma et terrae comparanda et per se aequalis, i. rotunda, appellata*). MANIL. 1, 213 *forma rotunda mundi stellarumque* similis toto orbe manet perque omnia -r est. SEN. nat. 4, 11, 3 *lusoria pila* -r sibi ab omni parte. *al.* β *de alia forma perfecta*: OV. epist. 19 (20), 64 nec dubito, totum quin sibi -r sit opus (*i. forma Cydippae*). MELA 2, 123 Sardinia ... -r et quadrata undique. QVINT. inst. 1, 11, 8 ut -r sibi sermo sit (*nisi potius ad 1b; cf. 11, 3, 43* ne sermo subsultet imparibus spatiis ac sonis). Ps. QVINT. decl. 4, 14 dederat *deus* universitati -em dignamque faciem. PORPH. Hor. epist. 1, 12, 19 ('rerum concordia discors') tangit ... -em (partem *trad.*) conpagem rerum ex elementis IIII diversis aptam atque conexam. *al.*

c *de substantia sim. divina (spectat ad unitatem trinitatis; nisi ad aequitatem trium referendum, ut ad A1aβ pertineat)*: COD. Theod. 16, 5, 38 trinitatis -r sibique congruens sanctitas. CONC.ˢ I 5 p. 132, 7 quod ... divina trinitas una substantia sit -i virtute et operatione (*gr. I 1, 7 p. 52, 18* ὁμοούσιος ... ἰσοσθενής τε καὶ ἰσουργός). COD. Iust. 1, 1pr. patris et filii et spiritus sancti unam deitatem sub -i maiestate et sub pia trinitate credamus (*cf. Cod. Theod. 16, 1, 2* parili maiestate).

II *significatur identitas (individualis), sc. de una eademque re (parum constat de tit. recentiore* INSCR. christ. Gall. I 191. *vix huc referas p. 264, 42*): SIL. 14, 405 iterum fatoque -i nervoque sagitta ... transverberat *Taurum* (*intellegimus sortem aequalem et arcum eundem*). SVET. Nero 3, 2 qui -i lege (*sc. lege Pedia*) damnati erant. Tit. 2 educatus in aula cum Britannico simul ac -bus disciplinis et apud eosdem magistros institutus. CYPR. epist. 41, 2 p. 589, 7 -i se cum illo conspiratione (*sc. schismaticorum*) sociavit. HIER. epist. 3, 5, 2 scis ..., ut ego et ille ... eodem cibo, -i frueremur hospitio. ANTH. 936, 1 quos *Eteoclem et Polynicem* -bus nutrix eadem pavisse papillis ... probatur.

pro subst. (*appendix ad caput prius*): **I** *neutr.* (*v. et locutiones sub capite altero allatas; cf. supra l. 1*): **A** *exempla generalia selecta*: **1** *sine praepos.*: **a** *sing.*: PLAVT. Trin. 280 feceris -r tuis ceteris factis (*cum dat. ut e. g.* PANEG. in Mess. 25 tibi -r poterunt *Camenae*. PROP. 2, 3, 20 -r Aganippeae ludere ... lyrae [*sunt qui -r pro nom. fem. accipiant*]. SEN. epist. 79, 7 -r prioribus scribere). VARRO ling. 9, 53 verba ..., quorum -r reperiri *non possit* (*sim. de re analoga*: 9, 65 -r singulare [*nisi adi.; syn.* singulare compar]. TERT. adv. Marc. 1, 3 p. 294, 9 unicum sit ... summum magnum, -r non habendo [*item* p. 294, 23. 24]). AVSON. 319, 20 p. 22 P. iurare aut falsum dicere -r habui (*vix adi.; cf. p. 274, 59*). *al.* **b** *plur.*: CIC. de orat. 2, 166 maiora -ia minora quaeremus. top. 11 ex comparatione ... -ium *argumenta* (*item gen.*: 71 QVINT. inst. 6, 3, 66 AMM. 26, 3, 1). VAL. MAX. 4, 7, 5 -ia ... auso -r gloriae portio adserenda est. SEN. Ag. 952 me -ia metuentem tibi (*cum dat. ut*: Herc. f. 53 *Ditem* -ia sortitum Iovi. dial. 7, 20, 1 dictis. epist. 42, 4. *al.* SIL. 15, 283 haec atque his -ia. *et saepius, v. et l. 69*). Oed. 831 illinc publica, hinc regis salus: utrimque -ia. benef. 3, 18, 3 sub dispari titulo -ia ... licent. dial. 3, 17, 7 non -ia patiuntur, qui -ia commiserunt. nat. 2, 59, 5 -ia conantur. epist. 92, 30 ut -ia dis vellet *animus* (*cf.* ITALA II Macc. 9, 12 [rec. L *al.* = VVLG.] -ia deo sentire [*aliae rec.* aequalia, *gr.* ἰσόθεα *vel* ὑπερήφανα]). SIL. 11, 79 cum ... orarent -ia. TAC. hist. 1, 74, 1 -ia ... ostentabat. FRONTO p. 19, 25 v. d. H. remuneratus est ... mutuo; -ia (pa. r *trad.*) habet (*cf.* HIER. epist. 31, 2, 2 -ia recipies). APVL. apol. 30, 11 Theocriti -ia (*cum gen. ut*: TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 596, 22 -ia eorum, quae retractata sunt). *al.*

2 *cum praepos.*: **a** *sing.*: CIC. inv. 1, 47 ex -i sic *spectatur similitudo* (2, 33 de orat. 2, 172. *al.; cum iuxtapos.*: LACT. inst. 3, 12, 4 ex coniuncto et -i). MART. CAP. 5, 558 *loci* a dissimili, a -i *eqs.* (*sim.* EVGRAPH. Ter. Andr. 51 CASSIOD. in psalm. 18, 3 l. 55). **b** *plur.*: CIC. part. 41 ex -bus *definiendum* (QVINT. inst. 5, 10, 87. *al.*). SEN. clem. 1, 7, 4 leves inter -ia ictus sunt (epist. 33, 4). nat. 3, 28, 5 ut supra -ia veniat, leviter exsurgere. HYG. mun. castr. 8 numerus et dispositio dextra laevaque ... a -bus esse debent (*sim.* 31 quod a -bus tendant). SIDON. epist. 1, 9, 3 in -bus dispares.

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *specialia*: 1 *de genere iuris i. q. aequitas*: CIC. inv. 2, 67 quod genus *iuris est* pactum. -r, iudicatum. *ibid.* 68 -r *est*, quod in omnes aequabile est (*sim.* 2, 162; *cf. Rhet. Her. 2, 13, 19sq.* aequo et bono).

2 *de coniunctione duorum i. q.* ζεῦγος (*resp. in graecis, nisi aliud adnotatur*). *testantur* CHAR. gramm. p. 50, 10B. GLOSS.; *inter neutr. semper singularia* EXC. Bob. gramm. I 548, 15 GLOSS. II 322, 2 (*sed plur. inde a* CIC. Verr. II 2, 47); *formae minus solitae: acc. sing.* -ium GREG. M. epist. 9, 71. 13, 18 (-r *var. l., cf. Norberg, In reg. Greg. M. stud. crit. II 1939, 127sq.*), *gen. plur.* -ium AVR. VICT. Caes. 5, 7 (*dub.*). *?plur. pro sing. v. p. 272, 4.*

a *animantium* (*siderum l. 27, rerum per metaphoram l. 47sqq.*): α *hominum*: (I) *quolibet modo similium* (*ironice vel cum despectu e. g. l. 18. 22. 24. al.*): (A) *accedit gen.*: CIC. dom. 27 quod ... -r amicitiae consularis fuit ... coniunctius, quam fuimus inter nos ego et Cn. Pompeius? (VAL. MAX. 8, 8, 1 clarissimum. MACR. Sat. 1, 6, 4 insigne). fin. 1, 65 tria ... amicorum -ia (Lael. 15 PANEG. 3, 24, 5). HOR. sat. 2, 3, 243 (*ironice*) -r nobile fratrum, nequitia ... et amore gemellum (VAL. MAX. 4, 6 ext. 3. 5, 4 ext. 4 SEN. dial. 12 [11], 15, 2. ANTH. 457, 7 *postea*: gemini). LIV. 24, 9, 7 consulum (27, 34, 10 VELL. 2, 46, 1 AMM. 29, 2, 9). (B) *exempla varia*: CIC. dom. 70 (*cum despectu*) -r illud simile, Piso et Gabinius (EPICED. Drusi 83 -r i. ubi est totidem virtutibus aequum. PS. QVINT. decl. 8, 21 [*de gemellis*]). Phil. 11, 2 geminum in scelere -r. CAEL. Cic. fam. 8, 8, 3 recte hoc -r habet. OV. Pont. 3, 2, 88 -r (pars *trad.*) concors et sine lite fuit. LIV. 8, 29, 10 -r nobile rebus in eo magistratu gestis, discordia tamen ... nobilius. MANIL. 2, 167 (*de sideribus q. s. Gemini et Pisces*) haec *signa* ex -bus *constantia*. SEN. contr. 7, 1, 10 *de duobus fratribus*. 7, 4, 1 *de matre et filio*. VAL. MAX. 2, 9, 6 -r ... aequali iugo virtutis ... iunctum, instinctu autem aemulationis animo dissidens. STAT. Theb. 8, 608 *de filiabus Oedipodis*. 10, 443 -r insigne animis. *al.*

(II) *gladiatorum vel aliorum pugnantium, litigantium* (*fere more gladiatorum*): CIC. Pis. 27 (*per comparationem*) tamquam lanista in eiusmodi -i lucrum fieri putabat. opt. gen. 17 gladiatorum -r nobilissimum (*saepe, v. vol. VI 2, 2005, 50 sqq.; cf.* TERT. nat. 1, 10, 38 gladiatoria -ia). HOR. sat. 1, 7, 19 (*in comparatione*) Rupili et Persi -r pugnat *eqs.* LIV. 21, 43, 1 *de captivis in spectaculo pugnantibus*. 28, 2, 8 singuli binique velut cum -bus conserere pugnam cogebantur. 31, 50, 4 -ia quinque et viginti pugnarunt (*cf.* PERS. 6, 48 centum. PLIN. nat. 35, 52 triginta. *sim. al.*). SEN. contr. 4 praef. 1 nova -ia. VAL. MAX. 9, 2 ext. 2 -ia fere fratrum et propinquorum iungens ferro decernere cogebat. SEN. epist. 7, 4 ordinariis -bus et postulaticiis. *al.* LVCAN. 6, 3 admota ... comminus arma -rque suum videre dei (*de Caesare et Pompeio ut*: FLOR. epit. 4, 2, 35). PETRON. 19, 5 -ia composueram *eqs.* 80, 3 Thebanum -r (*sc. sicut Eteocles et Polynices; cf.* STAT. Theb. 11, 125 -r infandum. MIN. FEL. 18, 6 Thebanorum -r). *al.* *metaphorice de variis repugnantibus* (*sc. et animantibus et rebus*): CIC. ac. 2, 140 unum ... -r, quod depugnet, reliquum est, voluptas cum honestate. SEN. dial. 1, 2, 9 ecce -r deo dignum, vir fortis cum fortuna mala compositus. LVCAN. 6, 191 -r ... novum ..., bellum atque virum. 7, 695 -r, ... libertas et Caesar. PLIN. nat. 8, 34 discordiae causam ... naturam ... -ia componentem. 21, 46 -ia componuntur et natura atque luxuria depugnant.

(III) *coniugalium* (adulterorum SEN.): EPICED. Drusi 301 (*de Druso et Antonia*) -r bene compositum. SEN. benef. 3, 16, 3 unum adulterorum -r. IVVENC. 3, 468 principio deus ... -r dispare sexu constituit (*de Adam et Eva ut*: PAVL. NOL. carm. 25, 16 -r hominum). HIER. adv. Iovin. 1, 17 iunguntur -ia. ASTER. ad Renat. l. 77 -ia inveniuntur (*spectat ad matrimonium spirituale ut*: l. 214). PAVL. NOL. carm. 21, 837 -r inlustre deo, ⟨-r⟩ nobile nomine Christi (*de isdem*: 21, 840 -r benedictum). 25, 191 -r inviolabile. CIL XIII 6436, 14 -i incomparabili.

β *animalium* (*fere eiusdem speciei, sive eiusdem sive utriusque sexus*): (I) *exempla varia* (*accedit gen. limit.* SEN.): VARRO rust. 3, 7, 4 singulis -bus columbaria fiunt. 3, 7, 10 -ia singula ... veneunt *eqs.* (*inde* COLVM. 8, 8, 9 PLIN. nat. 10, 110). SEN. dial. 10, 12, 2 greges in aetatium et colorum -ia diducit (*nisi de servis*). PLIN. nat. 10, 159 *columbae* interdum ... terna educunt -ia. VLP. dig. 21, 1, 38, 14 si ... nondum sint -ia constituta, sed simpliciter quattuor mulae *eqs.* LACT. inst. 3, 22, 9 volucres ... matrimonia faciunt et -ia iungunt. CYPR. GALL. gen. 268 septenis -bus *pecudum in arca Noe* (*v. l. 84 et cf.* MAR. VICTOR aleth. 2, 444 per sexum septena *animantia* ..., bina -i [*intellegimus: 'bina quaeque, quae unum par constituunt'*]).

(II) *species indicatur*: (A) *per gen.* (*v. p. 272, 3*): OV. met. 13, 833 columbarum (PETRON. 85, 5. 6. *cf.* EDICT. imp. Diocl. 4, 29L. columbinorum). PLIN. nat. 10, 14 unum -r aquilarum. GAIVS inst. 3, 212 ex -i mularum (VLP. dig. 21, 1, 38, 14 PAVL. dig. 9, 2, 22, 1). ITALA iud. 19, 3 (Lugd.) iumentorum (*Vulg.* duos asinos). EDICT. imp. Diocl. 4, 23 L. pullo⟨r⟩um. 4, 28 palumborum. 4, 31 anatum. PALLAD. 1, 21 singulis boum -bus (VVLG. I reg. 14, 14 III reg. 19, 21 PAVL. NOL. carm. 18, 381. *al.*). QVODV. prom. 2, 6, 10 -r gallinarum (*sec. Italam lev. 14, 49* [*Lugd.*] duos pullos). SVLP. SEV. chron. 1, 3, 2 volucrum *eqs.* (*sc. in arca Noe ut*: PS. PROSP. carm. de prov. 338 spirantum. *v. p. 271, 72*). (B) *per appositionem*: ITALA Luc. 2, 24 (cod. b) ut darent ... -r turtures et duos pullos columbarum (cod. a *al. et* VVLG. -r turturum, *sec. lev. 12, 8* duos turtures; *inde* SIDON. epist. 8, 14, 5 -ia [*i. bina?*] turturum). 14, 19 (cod. a) iuga buum conparavi, -ia quinque (*sc. dupliciter vertit* ζεύγη, *aliae vers. et Vulg.* iuga boum *tantum*). GREG. M. epist. 9, 71 boves domitos -ium (*acc. sing.*) unum (*sim.* 13, 18. *v. p. 271, 9*).

b *rerum* (*fere arte factarum*; oculorum *l. 14, arborum vide l. 30; metaphorice de rebus v. p. 271, 47; explicat* LABEO dig. 32, 30 pr. qui quattuor pocula oleaginea habebat, ita legavit: pocula oleaginea -ia duo; respondi unum -r legatum esse, quia non ita esset: bina -ia neque ita: poculorum -ia duo): α *species indicatur*: (I) *per gen.* (*cf. l. 12*): CIC. Verr. II 2, 47 scyphorum -ia complura. SVET. rhet. 29, 1 oculorum. ITALA iud. 17, 10 (Lugd.) dabo tibi ... -r vestimentorum (*Vulg.* vestem duplicem). EDICT. imp. Diocl. 11, 7a L. zabernarum sive saccorum -r (*cf. Lauffer ad l.*). TREB. Claud. 14, 10 accubitalium Cypriorum -ia duo. (II) *per appositionem* (*cf.* LABEO *supra*): TEST. Galli (CIL XIII 5708) 1, 7 duo -(ia) cenato-r(ia). PAP. Corp. 208, 10 (*saec. II*) *argentea* claria (*i.* coll- ?) -r unum. 251, 10 (*saec. II*) habes amicla -r unu(m), amictoria ⟨pa⟩r unu(m), sabana -r unu(m) saccos -r unu(m) (*sim.* CHART. Lat. antiq. V 299, 3). *ibid.* 18 phialas quinarias p⟨ar u⟩nu(m) et calices -ia sex. *ibid.* 25 caligas cori subtalare(s) et udones -r (EDICT. imp. Diocl. 9, 5a L. 9, 10). EDICT. imp. Diocl. 9, 12aL. gallicae ..., -r (9, 13. 14). 9, 15 taurinae. *al.* TREB. Claud. 17, 6 zancas de nostris Parthicas -ia tria. VOPISC. Aurelian. 12, 1 mantelia Cypria -ia duo. (III) *per praepos.* de: GREG. TVR. Franc. 3, 24 tam de armis quam de vestibus ... terna ... -ia (*vix recte de tribus singulis Bonnet, Le Latin de Grég. 449, 5*). β *exempla cetera*: PLIN. nat. 17, 211 si -r (pars *trad.*) *arborum* quadrageno distet spatio (*v. André ad l.*). 33, 154 quattuor -ia (*sc. vasorum*) ab eo *caelatore* ... facta sunt.

3 *de scriptis i. q. exemplar* (*plur.; de apographis praeter* TAB. cer.; *cf. p. 273, 44 et formulam a -i p. 276, 7; hic illic fort. 'exemplaria' suppl., v. vol. V 2, 1324, 49 sqq.; adi. potius e. g.* COD. Theod. 7, 20, 13, 2 -ia scribta): TAB. cer. Dac. 13 (CIL III p. 951; *a. 167*) int. 20 de qua re dua -ia ⟨ta⟩bularum signatae sunt (*vix per pleonasmum ad 2*). CONC.[S] I 2 p. 107, 5 ex antiquis exemplariis ... tuae sanctitati -ia destinavimus ([= I 3 vers. Tur. p. 191, 20; *gr. I 1, 4 p. 20, 12* τὰ ἴσα. *cf. I 5 p. 337, 31* similia]. I 3 vers. Tur. p. 203, 16 ex codicibus ... -ia fieri et ... ecclesiae d. [*gr. I 1, 4 p. 30, 19* ἴσα. *cf. Dionys. Exig. Conc.[S] I 5 p. 306, 28* veracissima describentes]. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 160, 34. *al.*). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 140, 35 dum legeris -ia eorum, *quae scripsi*. p. 142, 30 quorum *statutorum* direxi et -ia (p. 226, 32 epistularum [*gr. I 1, 4 p. 32, 29* τὰ ἴσα]). CASSIOD. inst. 1, 8, 9 tria -ia, quae diximus, commentorum.

II *masc. et fem.* (*hic illic dub., an adi.; dat.* -e CIL III 7553, 9 [*nisi abl. abs.*]. *abl.* -e *et* -i *testantur e. g.* CHAR. gramm. p. 26, 13B. PRISC. gramm. II 339, 13; *trad.* -i CIC. Pis. 18. 20 PLIN. nat. 8, 86 [compari *var. l.*]. AVSON. 417, 24 p. 277 P. *in versu; trad.* -e OV. fast. 3, 193. 526. 4, 98 SEN. dial. 4, 34, 1. *al.; trad. et* -i *et* -e CIC. p. red. in sen. 17 PLIN. nat. 8, 79): A *de quibuslibet similibus, aequalibus sim.*: 1 *varia ratione similitudinis*: a *accedunt determinationes*: *gen.*: PLAVT. Rud. 49 ei *lenoni* erat hospes -r ⟨s⟩ui (SEN. epist. 109, 10 [*antea*: similes sui]. *cf.* PS. CIC. in Sall. 8, 20 similis ac -r tui). ACC. trag. 465 illius -r nemo reperiri potest. CIC. Pis. 8 cuius paucos -es haec civitas tulit. LVCAN. 10, 382 huius. PETRON. 92, 4 Ascylti. *al.* *pron. poss.*: CIC. p. red. in sen. 17 cum tuo illo -i (*var. l.* -e. *cf.* Pis. 18 cum illo suo -i). TERT. apol. 2, 1 aliter tractamur quam -es nostri, id est ceteri nocentes (*vix gen.; item*: 46, 3).

b *in formula* '-r -i' *sim.*: GRACCH. or. frg. Char. gramm. p. 313, 20B. videte, quam -r -i sim. CIC. Cato 7 -es ... vetere proverbio cum -bus facillume congregantur (*cf. Otto, Sprichw. n. 1335* [*v. etiam Nachträge 1968*]. *alludere videntur et*: LIV. 37, 45, 13 AMM. 16, 12, 47). HOR. epist. 1, 5, 25 ut coeat -r iungaturque -i (*v. Otto, l. c. adn.*). FRONTO p. 220, 21v. d. H. unus uni, -r -i resistebat. TERT. ieiun. 6 p. 281, 20 *deum ieiunanti* contubernalem, -em revera -i. AVSON. 313, 2 p. 407P. -r -i iugator (*imp. mediopass.*) coniunx. c *exempla varia selecta*: RHET. Her. 2, 30, 48 (*cf.* CIC. inv. 1, 101) utrum ad omnes ..., an ad superiores, ... an ad -es *eqs.* (*opp.* superior, inferior *saepius, v. e. g. vol. VII 1, 1393, 70; cf.* QVINT. inst. 12, 8, 14 superiores ... -es ... humiliores. TAC. ann. 11, 21, 3 superiores ... minoribus ... -es. *sim. al.*). CIC. Pis. 20 cum C. Mario ... aut cum aliquo -i (*cf.* QVINT. inst. 11, 1, 37 Diomedi aliive cui -i [*al.*]). Phil. 10, 22 T. Plancus et ceteri -es. PVBLIL. N 19 nulli facilius quam malo invenies -em. HOR. epod. 15, 14 quaeret iratus -em. carm. 1, 24, 8 veritas quando ullum inveniet -em? (*sc. Quintilio*). OV. epist. 9, 32 nube -i (*cf.* GRATT. 263 iunge -es [*sc. canes; vix de coaetaneis, cf. Verdière ad l.*]. QVINT. decl. 301 p. 190, 1 dignum, qui duceres -em). MANIL. 1, 787 Fabricius Curiusque -es (parens *vel* patens *var. ll.*). VELL. 2, 29, 3 ubi vereretur, ne quem haberet -em. SEN. Tro. 310 -em ... poscit Priamus. CVRT. 7, 8, 27 firmissima est inter -es amicitia (*proverb., cf. Otto, Sprichw. n. 1336 et formulam sub b*). *al.*

2 *cum respectu aetatis de coaetaneis*: HOR. ars 159 *puer* gestit -bus conludere. OV. met. 8, 308 Actoridae ... -es (*vix adi.; de*

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

geminis ut: INSCR. christ. urbis 18469, 5 parvulos ... duos -es). PETRON. 25, 5 (*Quartilla*) infans cum -bus inquinata sum. QVINT. inst. 1, 2, 22 cedere -i (*opp.* maiores).

3 *cum respectu certaminis sim. de adversariis* (*exempla selecta; opp.* collega LIV. 22, 35, 4): OV. met. 7, 785 *canis* sequitur ...-em (*i. vulpem*). LIV. 7, 33, 2 *in ludo militari* nec quemquam aspernari -em. 22, 35, 4 *Paulus* -r magis in adversandum quam collega datur consuli. 28, 44, 9 habebo, Q. Fabi, -em, quem das, Hannibalem. SEN. Herc. f. 84 quaeris Alcidae -em? ... bella iam secum gerat. dial. 1, 2, 3 *athletae*, si non inveniunt singulos -es, pluribus simul obiciuntur. LVCAN. 4, 620 *Antaeum* habuisse -em (*sc. Herculem*). PLIN. nat. 8, 79 *basilisco* mustellarum virus exitio est, adeo naturae nihil placuit esse sine -e (*var. l.* -i. *vix intellegas neutr.*). SIL. 16, 616 composuit ... dignum te fortuna -em. *al.*

B *de sociis, consortibus sim.* (*illustrant synonyma l. 30. 38. 70*): **1** *de altero duorum*: **a** *usu sollemni*: **α** *animantium* (*per iocum de re* PLAVT. Persa): ⓘ *convivarum, i. q.* ὁμόκλινος: PLAVT. Persa 767 (*metaphorice*) cedo -em (*sc. cadum; aliter Woytek ad l.*), quem pepigi. Trin. 469 si ... ad cenam veneris atque ibi opulentus tibi -r forte obvenerit *eqs.* ⓘⓘ *coniugalium, amantium* (*exempla certiora*): OV. ars 2, 483 cerva -em sequitur. fast. 3, 193 cum -e quaeque suo coeunt volucresque feraeque. 3, 526 accumbit cum -e quisque sua. 4, 98 docuit *Venus* iungi cum -e quemque sua. PLIN. nat. 8, 86 nec nisi cum -i (compari *var. l.*) vita est *aspidibus*. TERT. castit. 5 l. 4 *cum deus homini* -em necessariam prospexisset (*de Eva ut*: PAVL. NOL. carm. 25, 20 factam ... ab osse -em). *in tit.*: CIL III 7521, 12 coniux ... benemerito -i (*cf.* 7553, 9 benemerente ... -e [*dat. ?*]. INSCR. christ. urbis 3627 -i ... benemerenti). 7584, 2 iuncta -i (*sim.* l. 6). INSCR. christ. urbis 1617 vixit cum -em. ⓘⓘⓘ *quorumlibet sociorum*: AVSON. 417, 24 p. 277P. consorte laborum destituor, nec tam promptum gestata duobus unum deficiente -i perferre sodalem (*antea comparantur equi iugales*). CHIRON 280 morsu[s] appetit ...-em suum *equus* (*sim.* VEG. mulom. 2, 11, 1). BASIL. hom. Rev. Bénéd. 57, 1947 p. 75, 16 *bos* alter ... deseruit iugum et -em solum dereliquit (*Migne gr. 31, 248*[B] ὁμοζύγον). PAVL. NOL. carm. 21, 281 Albina ... cum -e Therasia (epist. 32, 17). epist. 18, 3 -e Paschasio et te ... magistro. AVG. serm. 183, 5, 6 Eunomianus, -r eius, socius eius. 328 Rev. Bénéd. 51, 1939, 19 l. 120 (*de altero latronum, qui cum Christo crucifixi sunt, ut*: l. 121. 123).

β *rerum* (*sc. quarum exstat exemplar alterum; sed fortasse vel per adi. explicandum vel ad A referendum*): PLIN. nat. 9, 121 detractum alterum *unionem* ... absorbuit *Cleopatra*; ... comitatur fama unionis eius -em. CONC. Carth. a. 411 (Corp. Christ. 149 A) 1, 14 huius notoriae -em apud nos retinuimus (*de apographo cf. I B 3*).

b *in formulis reciprocitatis* (*ab usu sub a illustrato derivat Svennung, Unters. Pallad. 318sq.*): ITIN. Theod. 2, 138, 8 *Ior et Dan* coniungunt ad -e (adparet *var. l.; cf. Itin. Anton. A 7* Ior et Dan quae in unum iunctae sunt). DIOSC. 3, 50 p. 400, 20 *sucus panacis* citius se separans a -e ([*gr. 3, 48, 3* διϊέμενος *tantum*]. 3, 118 p. 426, 20 plures *virgae* s. se a -e [*gr. 3, 108* ἀπ' ἀλλήλων]). 5, 129 p. 223, 5 *arsenicum* venas habet separabiles a se, ut posite super -e videantur (*gr. 5, 104, 1* ἐπικειμένας ἀλλήλαις).

2 *de sociis complurium*: **a** *de proximis* (*nisi intellegas 'eiusdem generis', ut pertineat ad A 1; usu christiano*; frater *syn. l. 57, disting.* AMBROSIAST.): TERT. bapt. 9 p. 208, 24 (*ad Matth. 10, 42*) aquae calicem -i (*Borleffs*, patri *codd.*) oblatum (*in Vulg. resp.* fratrem suum *ut*: PELAG. in I Thess. 4, 6). AMBROSIAST. in Col. 4, 1 a -bus suis, non dicam fratribus. AVG. in psalm. 72, 13 l. 25 adtende et illum -em (patrem *aliquot codd.*) tuum. serm. 17, 6 l. 143 homo sum, -r (pars, pater *var. ll.*) vester sum. 61, 2, 2 -es suos homines alios non agnoscunt *nisi divites* (61, 7, 8 -em tuum). ITIN. Theod. 13 p. 144, 4 homines -es suos comedebant. **b** *de variis varia ratione iunctis* (*in imagine de digitis* OPTAT.): OPTAT. 2, 5 p. 42, 16 cum unusquisque *digitorum* a -bus separari non possit. GREG. TVR. Mart. 3, 37 mulier ... discedentibus -bus sola ... remansit (*postea*: mulieres reliquae). LEX Sal. Merov. 113 *tres ex septem rachymburgiis* pro -es suos ... nuntiant. VEN. FORT. Mart. 4, 339 *de sectatoribus haereseos*. GREG. M. epist. 1, 25 patriarchis aliis, -bus (fratribus *var. l.*) vestris. PASS. Tarach. 7 p. 463 -es tui, qui sunt in vinculis (*gr.* οἱ ἕτεροι δεσμῶται). CE 698, 6 cum sociis -busque suis Vincentius. 1059, 8 tumulum ... -i composuere suo *fratres*.

CAPVT ALTERVM: ***locutiones, structurae, iuncturae sim.***: **I** *locutiones notabiliores*: **A** *verbales*: **1** *impers.* -r est, videtur *sim.*: **a** *i. q. dignum est, aptum est sim.* SYNON. Cic. p. 413, 25 aequum erat, aptum, rectum fuerat, -r fuerat, convenerat. *sim. al.* GLOSS.[L] 1 Ansil. PA 482 -r est. constat. 489 -r fuit. decuit. oportuit. *usus indicativi in sententiis q. d. potentialibus vel irrealibus inde a* PLAVT. Curc. 112 fuit (*al.*). Stich. 512 fuerat (TER. Hec. 561. 867 CE 167. 1. *al.*). CIC. Sull. 90 erat (*al.*); *coniunctivi e. g.* CIC. Rab. perd. 31 fuisset. PLIN. nat. 21, 184 -r esset. SIDON. epist. 1, 3, 3 fuerit.

α *accedit inf.*: Ⓘ *inf. solus*: PLAVT. Amph. 990 magis -r est viā decedere. CIC. Lael. 82 similem sui quaerere. off. 2, 83 sic -r est agere (*sunt qui iungant* sic -r est, *ut ad γ pertineat*). CATVLL. 62, 9 canent, quod vincere (visere *codd.*) -r est (*nisi acc. c. inf.*). LVCR. 2, 849 quaerere. 4, 289 minime mirarier est -r. 4, 1184 plus ... quam mortali concedere -r est. PERS. 5, 6. PLIN. nat. 9, 52 Graecis ... nominibus uti. 12, 2. 20, 78. 21, 184. FRG. Vat. 33 iudicem ... adire. SER. SAMM. 790. *al.* *accedit dat. pers.*: PLAVT. Poen. 1396 quid mihi -r facere sit. IVVENC. 2, 446 iustis. AVIEN. Arat. 561 tibi.

ⓘⓘ *acc. c. inf.*: Ⓐ *activo* (*vel depon.*): PLAVT. Amph. 61 me ... facere ... non -r arbitror (494 videtur. Capt. 147. TER. Hec. 739 [*postea*: iniquom est]. *al.*). 832 *Iunonem* me vereri et metuere est -r maxume. 959. Bacch. 619 malos quam bonos -r magis me iuvare ([*syn.* aequomst]. Curc. 112 Persa 801 Poen. 522 Stich. 512 Acc. trag. 137 LVCR. 2, 125). Trin. 230 potius -r (CATVLL. 111, 3). TER. Hec. 867 (*syn.* aequomst). CIC. Mur. 15. orat. 4 -r est omnes omnia experiri (*inde sim.* COLVM. 1 praef. 29). *al.* VARRO frg. Aug. civ. 6, 5 p. 254, 17 D. *al.* *in formula tit. sepulcr.* (*cf. infra l. 35*): CE 164, 1 quod -r parenti fuerat facere filium (*sim.* 165, 1. 166, 1. 168, 1).

Ⓑ *passivo* (*mediopass. e. g.* CIC. Sull.): TER. Hec. 561 fuerat ea -r prospici (SCHOL.: dignum). CIC. Rab. perd. 31 quod ... praemium dari -r fuisset? Sull. 90 te ... expletum ... esse (*postea*: oportebat). Lael. 65 simplicem ... eligi. *al.* NEP. Dat. 6, 4 relinqui eum. LIV. 7, 31, 2 amicitiam institui. COLVM. 4, 27, 6 vitem ... refici. PLIN. nat. 2, 1 credi (28, 159). 12, 42 plura dici. *al.* QVINT. inst. 5, 11, 9. 10, 1, 65. *al.* Ⓒ *in structura manca* (*sc. suppl. inf., cf. infra l. 57; sed sunt, qui me abl. putent sec.* dignus, *cf. infra l. 55*): PLAVT. Persa 834 me haud -r est (*sc. ludificare eum*). PS. CATO monost. 26 fac quod te -r sit (*sc. facere*).

β *accedit enunt.*: ⓘ *per* ut: PLAVT. Bacch. 139 non -r videtur neque sit consentaneum, ... paedagogus una ut siet. SYMM. or. 2, 30 ut eloquentiae usum redderes. PS. AVG. quaest. test. 1 95, 1 ut ... viderentur. CLAVD. MAM. anim. 1, 13 p. 57, 4 ut exaequetur. ENNOD. opusc. 1, 74 p. 281, 15 ut ... incitares. PASS. Thom. 59 Z. (= PS. GREG. TVR. Thom. 59) ut relinquas. ⓘⓘ *per coni. solum*: CE 167, 1 quot -r parenti fue⟨r⟩at faceret filius (*cf. supra l. 16 et per contaminationem quandam* CE 170, 1 quot -r parenti dequs facer⟨et⟩ filius). MART. CAP. 1, 33 (vers.) -r est convoces. 1, 39 -r est ... decernas.

γ *pro locutione verbali substituitur adv.* (*addas fortasse supra l. 7*): ⓘ *vario usu*: ut (uti): TER. Phorm. 155 ita eum expectarem, ut -r fuit (908 SALL. Iug. 39, 3 GELL. 13, 29, 5. TERT. ieiun. 6 p. 280, 15 ita ut decet, ita ut -r est, ita ut utile est). TVRPIL. com. 157 educta, ut -r est, expars malitiis. CIC. Verr. II 5, 10 LVCR. 1, 189. 458 VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 SIL. 11, 108 FRONTO p. 68, 5 v. d. H. p. 159. 18. 160, 6 APVL. met. 5, 10, 6. 5, 19, 1. sicut: VAL. MAX. 2, 7, 6 *ut* vestram virtutem, s. -r est, repraesentem. 5, 2, 4 CVRT. 6, 6, 33. ⓘⓘ quam *in structura comparativa*: ACC. trag. 152 plus, quam est -r, loqui (PVBLIL. C 46). NEP. Ham. 3, 2 turpius, quam -r erat. CVRT. 3, 2, 1 haud secus quam -r erat (6, 2, 18. 7, 6, 19. 8, 11, 17). 10, 5, 33 vehementius. PLIN. nat. 25, 4 minus. FRONTO p. 67, 10 v. d. H. tristior. ⓘⓘⓘ *indicatur, cui quid aptum sit*: *per dat.*: CIC. div. 2, 114 ita ut constantibus hominibus -r erat (*abl. putant quidam*). SALL. (?) in Tull. 2 obsequentior, quam parenti -r est. DECL. in Catil. 28 sicuti -r erat (erat -r *O*) homini *nobili*. TERT. pudic. 19 p. 262, 19 apud nos, ut ethnico -r, immo et super ethnicum. *per abl.* (*cf. Hofmann-Szantyr 111, qui huc trahunt etiam* PLAVT. Persa *l. 26 et* CIC. *l. 51*): MAT. Cic. fam. 11, 28, 1 ut -r erat tua ... bonitate (pro ... b. *del. Shackleton-Bailey*). ? *per acc.* (*nisi inf. suppl.*): PLIN. nat. 37, 20 Nero, ut -r erat principem, vicit omnes.

b *fere i. q. idem est* (*cf.* PLAVT. Bacch. 1109 pol mihi -r, idem est quod tibi): SIL. 14, 128 cui tarde vincere ...-r erat ac vinci. QVINT. inst. 8, 3, 48 humilitatis vitium, ..., cui naturā contrarium, sed errore -r est ... *eqs.* (*nisi iung.* -r *et* vitium). PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 335, 23 nam quod Anaxagoras νοῦν, hic spiritum dixit ..., -r est praesenti quaestioni *eqs.* (*affert Aen. 6, 726, ubi Serv.*: unum est sive mentem dicat ... sive spiritum). CLAVD. DON. Aen. 2, 5 p. 146, 7 audire tristia et ... dolores referre non est -r. CONC.[S] I 5 p. 329, 29 rec. *B* -r est, ut dicatur *eqs.* (*Migne gr. 26, 1064*[A] ἴσον ... ἐστιν εἰπεῖν, *cf. l. 9 rec. Q* simile est ... dicere).

2 *aliae locutiones* (*selectae*): **a** *cum neutr. pro subst.*: **α** -r *dare, referre sim., sc.* -i (-i *rei l. 73. 78; cf. p. 266, 73 nec non Otto, Sprichw. n. 1337. Kruse, 1974, ad* PLAVT. Truc. 939): PLAVT. Asin. 172 -r -i datum hostimentumst, opera pro pecunia. Merc. 629 ut -r -i respondeas (Persa 223 -r -i r. dicto. Truc. 939. TER. Phorm. 212 verbum verbo, -r -i. CIC. nat. deor. 1, 50 omnia omnibus, -bus -ia. Att. 6, 1, 22. 16, 7, 6). Pseud. 692 -r -i ... contigit. CIC. top. 43 cum una res uni, -r -i comparatur (FRONTO p. 173, 18 v. d. H. AVG. lib. arb. 2, 113 -ia -bus c.). AVR. Fronto p. 45, 17 v. d. H. quo modo tibi -r -i expendam. HIER. epist. 45, 5, 2 -r -i refertur sententia (*item* PS. HIER. epist. 18, 1 [*fort. genuina*]. *ceterum*: adv. Iovin. 1, 36 p. 255[C] -r -i referam. adv. Pelag. 1, 13 p. 505[A]. in psalm. 18 -ia -bus. AVG. civ. 21, 23 p. 529, 23 D. *cf. l. 82sqq.*). in Ezech. 48, 16 -r reddit -i. *forma peculiari*: TER. Eun. 445 -r pro -i referto (pro *om. pars codd., r. app. crit.; cf.* GLOSS. V 538, 61 -r pro -i: verbum ad verb[i]um). Ad. 73 studet -r referre (*sc.* '-i' *suppl., cf. Dziatzko-Kauer ad l.*).

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β -ia facere, reddere sim. fere i. q. exaequare: ① qualibet ratione (selecta): CIC. leg. 3, 19 omnia infima summis -ia fecit. fin. 3, 12 omnia sic exaequaverunt, ut in utramque partem . . . -ia redderent. PLIN. nat. 10, 211 utrumne sint . . ., an . . . sit, . . . -ia fiant. QVINT. inst. 2, 8, 13 ea curā -ia faciet iis, in quibus eminebat. decl. 258 p. 52, 23 (loq. pater) quantum . . . mihi praestare poterat filius, ut -ia redderet? al. ② debito solvendo (v. Axelson, Neue Senecastud. 1939, 228): SEN. benef. 2, 30, 2 eodem . . . momento, quo obligatus es . . ., cum quolibet -ia fecisti, quoniam, qui libenter beneficium accipit, reddidit (dial. 5, 25, 2 cum illo. 9, 7, 2 cum amicorum officiis. epist. 101, 7 cum vita. COLVM. 1, 8, 13 cum rationibus domini [11, 1, 24]. PLIN. nat. 2, 202 velut -ia secum faciente natura. al.). 3, 9, 3 cum aliter beneficium detur, aliter reddatur, -ia facere difficile est. al. QVINT. decl. 333 p. 313, 11 non continuo ingratus est, quia -ia non fecit. PLIN. epist. 7, 19, 10. paneg. 6, 5 pro munere tanto. SCAEV. dig. 40, 7, 40, 8 si heredi meo rationes reddiderit -iaque fecerit (sim. de rationibus solvendis: CALL. dig. 50, 6, 6, 10 -ia fisco fecisse. COD. Theod. 11, 19, 3 -ia concludantur. cf. COLVM. supra). AVSON. 419, 67 p. 370, 432 P. in officiis amicorum. al.

b in iunctura cum variis vocibus: α -em gratiam referre, praestare sim. fere i. q. remunerari sive beneficia (cf. CHAR. gramm. p. 412, 12 B. beneficium idem repraesentabo. -em g. referam) sive maleficia (sc. per ironiam, cf. Hofmann, Umgangssprache 152): PLAVT. Merc. 999 ut tibi g. referam -em (TER. Eun. 719. al. v. vol. VI 2, 2219, 35sqq. 2222, 76). BELL. Afr. 40, 5 -em g. in fide praebenda praestare. ITALA I Tim. 5, 4 (cod. 77. al.) -em g. reddere parentibus ([gr. ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι, Vulg. mutuam vicem reddere]. ROMVL. fab. 22, 11 recc. gall. et W). cf. -em vicem reddere: BOETH. cons. 3, 4, 10 W. reddunt . . . improbi -em dignitatibus vicem eqs. β -em rationem facere, habere sim. (-r ratio est; fere cum aliquo): CIC. Lael. 58 ut -r sit r. acceptorum et datorum (cf. Yon, Ratio . . ., 1933, 154 sq.). SEN. contr. 9, 1, 15 vult mecum -es r. facere (SEN. epist. 19, 10 tecum. COLVM. 12 praef. 8 cum forensibus negotiis. SCAEV. dig. 44, 4, 17, 3 cum coheredibus). SEN. benef. 6, 40, 2 cum . . . feneratore signare r. -em (cf. AFRIC. dig. 40, 4, 22 ei -em r. adscribit). TAC. ann. 13, 14, 1 ut -es . . . r. cum re publica haberet (CIL VI 11034, 8 [confert Mommsen 11035, 7 par, quod solvit pariatis, sed sufficit paribus]). cf. -em calculum ponere: PLIN. epist. 5, 2, 1 cum quibus muneribus -em c. p. . . . non possum. γ aliquem -em facere (sc. non attulimus nisi cum respectu pariter aestimandi, tractandi sim.): CIC. fam. 3, 7, 5 -em vobis me speravi esse factum. SALL. Iug. 14, 9 quem . . . -em cum liberis tuis . . . fecisti. LIV. 6, 17, 5 Iovi. SEN. dial. 4, 21, 11 multis. epist. 24, 10 maioribus. CVRT. 6, 6, 3 victores . . . captivis. 7, 6, 11 principibus humiliores. 10, 2, 25 vos . . . dis. LVCAN. 7, 457 superis. PLIN. paneg. 60, 4 ut privatos sibi -es faceret princeps. al.

B adverbiales: 1 cum substantivis (sc. adverbiorum more usurpatis): a -i ratione (syn. pariter FIRM. math. 6, 32, 38): α vario usu (selecta quaedam): CIC. inv. 2, 74 eius generis praecepta . . . -i r. transferre. off. 1, 10 primum . . . de honesto . . ., tum -i r. de utili . . . disserendum. LVCR. 4, 191. 4, 395 solque -i r. manere et luna vide⟨n⟩tur (sc. sicut cetera sidera). 6, 902 linum . . . accendier . . . taedamque -i r. BELL. Hisp. 5, 2 Pompeius -i r. castra ponit (sc. sicut Caesar). VITR. 2, 1, 5 -i similique. GAIVS inst. 1, 128 -i r. et si eqs. (VLP. dig. 17, 1, 29. 23, 2, 12, 4. al.). VLP. dig. 36, 1, 17, 6 -i r. etiam (HERMOG. dig. 21, 3, 3, 1. al.). al. β in correlatione: CIC. inv. 2, 46 -i r. ut eqs. (cf. COLVM. 3, 9, 5 velut. IVST. 8, 2, 5 sicuti. COD. Theod. 11, 36, 4 tamquam). CAES. civ. 3, 101, 4 -i atque antea r. (RVT. LVP. 1, 1). VLP. dig. 7, 1, 12, 3 qua ratione . . . retinetur possessio . . ., -i r. etiam usus fructus retinetur (15, 1, 11, 9. cf. 39, 5, 7, 4 -i autem r., qua eqs. [LACT. inst. 2, 4, 9]).

b -i modo (cf. SYNON. Cic. p. 431, 7 pariter. -i m.; syn. aeque VLP. dig. 43, 30, 1, 4 HIER. epist. 52, 9, 1): α vario usu (exempla selecta): NEP. Them. 5, 3 -i m. apud Salamina . . . classis est devicta. Epam. 1, 1 -i m. apud ceteros (2, 2 in c. artibus. Att. 13, 3 -i m. artifices c. cf. APVL. met. 5, 27, 4 -i m. soror . . . alia). PAVL. FEST. p. 31 -i m. rubens . . . burrus appellatur. p. 226 -i m. et prior (VVLG. II Macc. 6, 8 et ipsi [cf. Itala rec. B eodem more]). PLIN. nat. 8, 62 cavantem -i m. cornua. ITALA II Macc. 12, 8 (recc. L X = VVLG.) -i m. facere (gr. τὸν αὐτὸν . . . τρόπον, aliae rec. similiter vel similia). I Tim. 3, 8 (Ambrosiast. ad l.) diaconos -i m. pudicos (gr. ὡσαύτως, Vulg. similiter; sim. resp. I Tim. 5, 25). al. β in correlatione: VLP. dig. 21, 1, 38, 3 -i m. redhiberi . . ., quemadmodum eqs. 33, 6, 3, 1 velut (cf. CIL XI 6335, 11 [a. 256] Petronium quoque . . . -i m. sicuti et maiores fratres eius. HIL. in psalm. 13, 3 ut [AMM. 24, 5, 9]). EVGRAPH. Ter. Hec. 11 ut -i m. utatur senex benivolentia . . ., qua et adulescens.

c cum variis vocibus (sc. selectis): LVCR. 1, 88 Iphigeniai infula . . . ex utraque -i malarum parte profusast ('pariter' Ernout ad l., sed alii alia). BELL. Hisp. 12, 4 consuetudine (25, 1). OV. met. 3, 122 exemplo (APVL. flor. 7, 9 FRG. Vat. 35, 1). COLVM. 4, 24, 9 vice (TRACT. de indur. cord. Phar. 40 l. 17. 41 l. 25). APVL. Plat. 2, 10 pacto. ARNOB. nat. 5, 18 p. 272, 2 M. more (7, 29 p. 379, 16 ut . . ., -i etiam m. CONC. Thel. a. 418 [Corp. Christ. 149] p. 60 l. 51). AMM. 14, 8, 1 sorte (14, 8, 12. al. COD. Theod. 9, 26, 1 [resp. quam]). al.

2 abl. neutr. cum praepos. (sc. pro subst.; aliter p. 270, 76): a ex -i: inde a SEN. epist., v. vol. V 2, 1124, 73sqq.; adde e. g.: QVINT. decl. 379 p. 423, 25 TERT. adv. Hermog. 7, 2. patient. 16 p. 23, 21 quasi plane ex -i (postea: aequaliter. cf. ITIN. Alex. 8 velut ex -i). b a -i (-bus): SERV. auct. Aen. 10, 567 ut sit 'contra' non adversus . . ., sed similiter, a -i. SCHOL. Cic. Bob. p. 83, 7 (contextu lacunoso). saepe in formula epistularum (sc. pluribus pariter missarum; cf. p. 272, 32; ad rem v. Norberg, In reg. Greg. M. stud. crit. II 1939, 25. 47): EPIST. pontif. Arel. 2 p. 7, 21 Zosimus Aurelio et universis episcopis . . ., a -i. 5 p. 11, 16 eiusdem. LEO M. epist. 71 (CONC.S II 4 p. 32, 1) Fausto . . . et Iacobo. 117, 5 (ibid. p. 70, 14) duas a -i ad synodum epistulas feci. 147 (ibid. p. 97, 9). CONC.S I 3 vers. Tur. p. 41, 18 (gr. I 1, 1 p. 92, 24 τὰ ἴσα. item p. 50, 15 [gr. I 1, 1 p. 115, 26]). al. plur. a -bus: GREG. M. epist. 1, 24. 6, 5. 6, 49. 6, 52. 6, 63. 8, 13. 8, 14. al.

II structurae: A comparandi causa (sc. indicatur, cui vel cui rei respondeatur): 1 per casus: a dat. (testatur ARVS. gramm. VII 500, 1): saepissime inde ab ELOG. Scip. (CE 7) 3. PLAVT. Bacch. 956 Curc. 506 (accedit gerundivum CAPITOL. Pert. 9, 2. v. p. 269, 27). b gen. (cf. PRISC. gramm. III 219, 26. v. p. 270, 74): α pron. (hic illic vergit in vim pron. poss.): PLAVT. Rud. 49 hospes -r ⟨s⟩ui (SEN. epist. 109, 10 FRONTO p. 168, 18 v. d. H. APVL. Plat. 1, 6 SCHOL. Cic. Bob. p. 137, 13. cf. Ps. CIC. in Sull. 8, 20 similis ac -r tui). ACC. trag. 465 illius -r nemo. CIC. Pis. 8 cuius (cf. VARRO ling. 9, 53 quorum [PLIN. nat. 36, 25 TERT. carn. 3 l. 37 adv. Marc. 4, 39 p. 552, 19]). LVCAN. 10, 382 huius (cf. TERT. apol. 11, 3 horum). TERT. carn. 3 l. 36 eorum (pudic. 9 IORD. Get. 23. cf. TERT. carn. 15 l. 26 eius [16 l. 20 spect. 19 p. 20, 18]). adv. Marc. 5, 14 p. 623, 12 alterius. β subst. (dub. MART. et TERT. patient.): CIC. nat. deor. 2, 153 vita -r et similis deorum (Ps. CIC. in Sall. 2, 6 tu -r ac s. scelestorum civium). PETRON. 92, 4 Ascylti. MART. 14, 15, 1 non sim talorum numero -r tessera (nisi gen. pendet e numero). TERT. apol. 10, 11 carn. 15 l. 26 ieiun. 10 p. 288, 12. adv. Marc. 4, 15 p. 465, 7 creatoris (5, 16 p. 630, 2). 4, 29 p. 520, 11. patient. 16 p. 23, 21 magnitudinis (magnitudine var. l.). HIL. syn. 15 LVCIF. Athan. 2, 20 l. 33 D. al. c abl. (testatur ARVS. gramm. VII 500, 2, qui affert falso SALL. p. 266, 29 [abl. limit.]): MAT. Cic. fam. 11, 28, 1 (cf. p. 274, 56). OV. fast. 2, 758 (iuxta digna). 6, 804sq. addas fortasse: MANIL. 2, 413 mascula se (si trad.) -bus . . . respondent (v. Housman ad l.; alii alia). de ceteris dubia ratione huc relatis v. p. 274, 24. 55.

2 per praepos.: cum (testatur ARVS. gramm. VII 500, 3; relatione ambigua e. g. LIV.): RHET. Her. 2, 3, 5 -r vitium cum causa. CIC. Quinct. 71 -r . . . ius cum Alfeno (FEST. p. 314). Lig. 27 Brut. 215 al. SALL. Iug. 14, 9. LIV. 26, 9, 10 ut Q. Fulvio -r cum consulibus imperium esset (30, 27, 5 VAL. MAX. 8, 15, 8. al.). COLVM. 8, 17, 4. PLIN. nat. 11, 245 secum (HIL. in Matth. 31, 6. cf. VAL. FL. 5, 194 tecum. MIN. FEL. 1, 3 mecum. sim. al.). 35, 80 TAC. ann. 2, 59, 1 PLIN. epist. 5, 2, 1. et saepe. inter (fere vi reciproca; cf. infra ad invicem): CIC. de orat. 1, 83 virtutes esse i. se aequalis et -is (1, 236 artes. 2, 94 oratores. rep. 1, 49 iura civium. al. VARRO ling. 9, 97 RVT. LVP. 2, 15 SEN. epist. 12, 7. al.). leg. 1, 29 omnes i. nosmet ipsos (fam. 13, 4, 4 [iuxta mutua ut: 13, 65, 1]). PRVD. cath. 7, 214 unam -emque sortis . . . vicem i. potentes atque egenos. alia: ad v. p. 269, 31 (sc. ad res; ad invicem: CONC.S I 2 p. 47, 36 = I 3 p. 29, 27, gr. I 1, 1 p. 36, 15 ἀλλήλοις. ad Macedonas: EVSEB. EMES. serm. 29, 24). adversus: LIV. 43, 18, 9 IVST. 6, 4, 12; adversum: VEG. mil. 3, 16. contra: IORD. Get. 261. pro v. p. 267, 64. 274, 5.

3 per enunt. relat. (cf. p. 275, 60. 76; ut sim. v. sub 4b): PLAVT. Bacch. 1109 -r idem . . ., quod eqs. Poen. 1049 tessera -r . . ., quam eqs. (nam trad.). CAES. Gall. 5, 8, 2 -i numero . . ., quem eqs. SVET. Aug. 56, 2 -i iure . . ., quo ceteri. APVL. apol. 15, 15 -bus angulis, quibus inciderant radii. Socr. prol. 1 p. 104 -i labore, quo scribimus. al. responsione relativi non aequata: SIL. 13, 632 -es sedes, ubi . . . moratur Alcmene. TAC. ann. 6, 20, 1 qualem diem Tiberius induisset, -i habitu erat Gaius Caesar. COD. Theod. 4, 8, 5, 1 -i numero . . ., quot erunt eqs. (ubi Interpr.: tot . . ., quos).

4 per particulas: a copulativas (v. etiam p. 267, 55): α ac, atque: inde a PLAVTO, v. vol. II 1081, 58sqq.; in poesi non occurrit nisi singulis locis apud PLAVT., SIL., STAT.; fort. addendum LVCAN. 1, 282 -r labor atque metus (v. Mackay, Am. Journ. Phil. 79, 1958, 183sqq.); in prosa oratione adde e. g. VAL. MAX. 1, 1, 13. 1, 8, 2 SEN. nat. 2, 59, 5 COLVM. 3, 8, 1 TAC. hist. 1, 8, 1. β et (vi copulativa vigente, cf. vol. V 2, 894, 4; liberiore collocatione CIC. Brut. 43 PLIN. nat. 9, 124): CIC. Sull. 5 iudicium meum et horum -r. Planc. 60. Phil. 11, 28 -i magnitudine animi et consili. Brut. 43 omnia fuisse Themistocli -ia et Coriolano. top. 71 Lael. 58 VARRO rust. 3, 9, 21. SALL. Catil. 3, 2 haudquaquam -r gloria sequitur scriptorem et actorem rerum. epist. Pomp. 7 meo et hostium exercitui -r condicio est. VAL. MAX. 4, 1 ext. 2 SEN. epist. 66, 13. 71, 21 iacere in convivio et torqueri -ia sunt. PLIN. nat. 9, 124 quibus conchyliis . . . luxuria -ia paene et margaritis pretia fecit. TAC. ann. 11, 36, 3 -bus lasciviis ad cupidinem et fastidia. al. cf. et . . . et (v. etiam p. 267, 62): CAES. Gall. 5, 16, 3 proelii ratio et cedentibus et inse-

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *variata in variis membris orationis:* **α** *spectant ad I:* PLAVT. Asin. 15 item alias, -r nunc. ENN. scaen. 200 opulenti cum locuntur -r atque ignobiles, . . . eadem . . . oratio aequa non aeque valet (SEN. dial. 9, 10, 5. *cf.* VVLG. I par. 25, 8 ex aequo). PAPIN. dig. 45, 2, 9 pr. -r deposui . . . vel . . . similiter commodavi (VVLG. eccles. 2, 16). AVG. civ. 11, 5 p. 468, 4 D. (*l. 10* aequaliter). **β** *spectant ad II:* CIC. Phil. 12, 1 vobiscum -r et una cum . . . consule (LVCR. 3, 168. 445 VERG. Aen. 5, 830 SEN. epist. 49, 3 VAL. FL. 8, 244 STAT. Theb. 1, 457. *al.*). de orat. 3, 10 vixisse cum re publica -r et cum illa simul extinctus esse (LVCR. 3, 457 COLVM. 3, 21, 5 PLIN. nat. 36, 30 VAL. FL. 6, 343 SIL. 5, 198 STAT. Theb. 12, 425 QVINT. inst. 5, 13, 11 TAC. ann. 2, 5, 4. *et saepe*). FLOR. epit. 1, 18, 1 eodem tempore (PANEG. 3, 22, 5 uno t.). PS. QVINT. decl. 19, 3 non per partes, . . . sed semel, sed -r invado (TERT. coron. 5 l. 25).

2 *opposita* (*ad II solum*): SEN. dial. 11(12), 13, 3 non singula . . ., sed -r omnia (*item* -r o.: PLIN. nat. 37, 129 IREN. 3, 1, 1. *sim.* -r universae: VLP. dig. 41, 9, 1, 1. -r *per se ponitur:* PS. QVINT. decl. 8, 16. *cf.* PANEG. 4, 18, 1 singillatim). epist. 37, 4 interdum alternis imperantes, interdum -r (MELA 3, 1, 1 PLIN. nat. 11, 138). HIER. in Ezech. 23, 36 ut, qui . . . adulteria separatim descripserat, -r . . . supplicia nuntiaret (CIL VIII 23245, 5).

deriv.: pararius, paric(u)lum, parilis, pario (-are), paritas, 2. paro. *compos.:* com-, dis-, im-, semi-, suppar (*vix etiam* separ *Prisc. gramm. II 150, 8*). *cf.* parifico, parimembre. *Ramminger.*

para *praepos.*, παρά. *litteris lat. in versu gr.* CIL IV 2400a, 2; *in explicatione verbi gr.* GLOSS. II p. XIV parthenos. virgo quae coram cunctis verecundatur. -a enim coram est, thenos verecundia. [*cf. abrut.* mbara. *cf. M.-L. 6220 et Faré, Postille. St.*] [*de* CIL IV 9591a, 4 *v. sub* parasemum.]

1 *respicitur auctor, origo, fere i. q.* ab: ORIBAS. syn. 3 add. La p. 898 emplastrum -a Iohanne grammatico. **2** *respicitur tempus, fere i. q.* post: ALEX. TRALL. 2, 252 dabis . . . *potionem* die -a diem et in diebus CLX bibat potiones LXXX (*i. alternis diebus, gr. II 525 P.* μίαν ὑπὲρ μίαν. *cf. 2, 270* die post diem, *gr. II 573* παρὰ μίαν). *cf.* paraveredus. *Paśkiewicz.*

parabalanī *indecl.? m.*, παραβαλανεῖς. *scribitur* -bol- CONC.S (*var. l. ut:* COD. Iust. 1, 3, 17, 1 [*bis*]. 1, 3, 18 pr. [*bis*]). COD. Iust. 1, 3, 18, 1, -bai- *cod. E* COD. Theod. *ubique,* -balin- CONC.S (*var. l.*). *forma* -i (*in* COD. Iust. *meliores cod. praebent* -in) *usurpatur non modo pro nom. plur., sed etiam pro gen. plur. l. 10, acc. plur. l. 12, abl. plur. l. 11.*

significantur qui in ecclesia Alexandrina munere aegrotos curandi fungebantur (*ad rem v. Philipsborn, Byzantion 20, 1950, 185 sqq.; André, Rev. Et. Lat. 38, 1960, 167–169*): COD. Theod. 16, 2, 42 pr. terrore eorum, qui -i nuncupantur (CONC.S II 3, 1 p. 169, 17 irruebant . . . in ecclesiam milites cum armis, instabant . . ., qui -i n. [*gr. II 1, 1 p. 179, 28*]. *cf.* COD. Theod. 16, 2, 42, 1 = Iust. 1, 3, 17, 1 qui -i vocantur). 16, 2, 42, 2 (= Iust. 1, 3, 17, 1) si quis eorum haec violaverit, . . . brevibus -i eximatur (*huc spectat* 16, 2, 43 [*sim.* Iust. 1, 3, 18, 1] *ea quae lex* conplectitur super isdem -i). 16, 2, 43 (*sim.* Iust. 1, 3, 18 pr.) -i, qui ad curanda debilium aegra corpora deputantur, quingentos esse ante praecepimus; . . . *sed nunc* de his, qui . . . pro consuetudine curandi gerunt experientiam, sescenti -i ad huiusmodi sollicitudinem eligantur. *Krömer.*

? **parabaptizo**, -āre, παραβαπτίζω (*nisi est aetatis recentioris*). *i. q. baptizare extra leges ecclesiae:* NOVELL. Iust. 42, 3, 1 -are . . . aut sacram communionem sordidare (*exstat in altera editione, quam olim ed. Contius [inde Conc. Const. a. 536 Mansi 8, 1156C, ubi tamen legitur* perperam baptizare; *constitutionem non exhibet Conc.S IV], sed altera, cui nomen est Authentici, praebet* extranea baptismata facere; *gr.* παραβαπτίζειν).

parabata, (-ae) *m.*, παραβάτης. [*dub., num recte huc referatur* GLOSS. par⟨a⟩bata: cupidus (*ad Italam Iac. 2, 9 [cod. ff = Vulg.]* transgressores [*gr.* παραβάται] *refert e. g. Thomson* GLOSS.L III Abstr. PA 36; *Landgraf, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 444 coni.* puer alatus: Cupido).] *i. q. transgressor:* HIER. nom. hebr. p. 75, 4 Satanas -a vel contrarius (*cf. p. 76, 9* Satanas transgressor sive adversarius).

parābilis, -e. *a* 1. parare. *i. quod (facile) parari potest:* CIC. fin. 1, 45 natura divitias, quibus contenta sit, . . . -es (-is *var. l.*) . . . habet (*item in doctrina Epicuri spectat ad cupiditates explendas sec. gr.* εὐπόριστος [*cf. e. g. Epicur. sent. 15*]: 2, 90. 91 Tusc. 5, 93. *cf.* SEN. epist. 4, 10 -e est, quod natura desiderat, et adpositum. PS. SEN. mon. 21 necessaria -ia sunt). HOR. sat. 1, 2, 119 -em amo Venerem facilemque (SCHOL. viliorem pretio). SEN. dial. 9, 1, 6 cibus . . . -is facilisque nihil habens arcessiti pretiosique (*cf.* CVRT. 6, 2, 3 parco ac -i victu [8, 4, 28]). epist. 5, 5 res . . . usitatas et non magno -es (*cf.* 90, 18 *omnia necessaria* obvia erant et gratuita et opera levi -ia). CVRT. 3, 5, 2 levi et -i cultu corporis. *Paśkiewicz.*

***parabola**, -ae *f.*, παραβολή (*cf. e. g.* AVG. in psalm. 77, 1 -a . . . licet sit vocabulum Graecum, iam tamen pro Latino usurpatur). *scribitur saepe* -bul- (*e. g.* ITALA Marc. 3, 23 *et* 4, 2 [cod. e, *sed* 4, 33 -o-]. PRISCILL. tract. 1, 12 [*sed* 1, 13 -o- *ex* -u- *correctum,* 6, 91 -o-]), *interdum* -vola (*e. g.* ITALA Marc. 4, 30 cod. d), parala *var. l.* AVG. quaest. hept. 2, 164, palab- *var. l.* MACR. Sat. 4, 5, 7. NOT. Tir. 32, 70. 32, 70a summa -a (*vix exemplum notionis* permissus, licentia *medio aevo inde a saec. XII sollemnioris, sed potius respicitur* VVLG. num. 24, 15 sumpta . . . -a [*cf. p. 289, 9*]). 94, 11a. *formae graecae inveniuntur in textu gramm. et rhet.* (*et* CASSIOD.), *maxime nom. sing.* -e (*quasi indecl. pro acc.* CASSIOD. in psalm. 103, 2. 113, 8; -ae ISID. orig. 1, 37, 31 [*item* SCHOL. Verg. Bern. ecl. 8, 87*?*]) *et acc. sing.* -en; *abl.* -e QVINT. inst. 8, 3, 77. *ceterum nonnulli scriptores formas variare videntur, si codd. vel edd. fides habenda, v. e. g.* IVL. RVF. rhet. 22 sq. p. 44 παραβολή . . . -e . . . -a. *legitur vox sermoni pedestri propria inde a* SEN. *phil.,* QVINT. *maxime apud gramm. et rhet., ceterum saepe in sacris script., unde passim apud Christianos inde a* TERT. (*sed omnino deest* CYPR.). [*'Wort': dalm.* palaura; *it.* parola; *sard. centr. et mer.* paraula, peraula *'gegebenes Wort'; raet. or.* peraule, *occ.* parevla *'Märchen' (a sermone docto haud alienum); francog.* parole; *prov. vet.* paraula *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* paraula; *hisp.* palabra; *port.* palavra. *cf. M.-L. 6221. Battisti-Alessio IV 2780. Wagner II 221. Wartburg VII 603 sqq. Corominas III 616. Machado3 IV 283 sq. St.*]

I *notiones aut respicientes litteras ac orationem aut inde derivatae* (*gr. respondet* παραβολή, *nisi alia adnotavimus*): **A** *usu originario de comparationibus, similitudinibus, imaginibus, sive respicitur perfecta comparatio complectens et rem, de qua agitur, et rem, quae comparandi causa affertur, sive sola res comparandi causa allata* (*vix id quod comparatione aut explicatur aut velatur [v. p. 288, 8]*): **1** *quibuslibet* (*saepissime respiciuntur comparationes perfectae; raro apud ecclesiasticos, v. etiam p. 288, 75*): SEN. epist. 59, 6 *scriptores antiqui,* qui simpliciter et demonstrandae rei causa eloquebantur, -is referti sunt, quas existimo necessarias, non ex eadem causa qua poetis (*sc. ornandi causa*), sed . . . ut et dicentem et audientem in rem praesentem adducant (*item respicitur vis demonstrandi vel argumentandi e. g. l. 78 et* GAVDENT. serm. 18, 4 G. BOETH. top. Arist. lat. 157a 14; *at vis ornandi e. g. l. 83 et* CLAVD. DON. Aen. 10, 725 p. 382, 24. 11, 720 p. 523, 5). QVINT. inst. 5, 11, 23 *in argumentatione* proximas exemplo vires habet similitudo praecipueque illa, quae ducitur . . . ex rebus paene paribus . . .; nam -e, quam Cicero conlationem vocat (*cf. 5, 11, 1, ubi* -e *linguae graecae vindicatur*), longius res quae comparentur repetere solet (*cf. p. 287, 7*). 6, 3, 59 (*textu corrupto*). 8, 3, 77 (*de similitudinibus orationem ornantibus*) in omni . . . -e aut praecedit similitudo, res sequitur, aut praecedit res et similitudo [*Krömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sequitur (*cf.* SACERD. gramm. VI 464, 3 sqq.). SACERD. gramm. VI 463, 32 *homoeosis* dividitur tribus modis, in -am, in paradigma, in icona (*sim.* DON. gramm. IV 402, 22 MACR. Sat. 4, 5, 1. *al.; aliter* IVL. RVF. rhet. 22sq. p. 44 cuius species sunt primae duae *παράδειγμα* et *παραβολή*. harum distantia est, quod paradigma facit vera exempla, -e ficta ostendit [*ad rem v.* QVINT. inst. 5, 11, 1]; -a et ipsa tripartita est, per *εἰκόνα, ὅμοιον, ἐπαγωγήν*). 464, 1 -a est rerum dissimilium comparatio (*sim.* DON. gramm. IV 402, 24. *al.; aliter* IVL. VICT. rhet. 6, 3 p. 399, 20 sqq. *similitudo* ducetur aut ab exemplo aut a -a aut a fabula aut ab imagine ...; -a est res aut genere similis aut ratione *eqs.*). 464, 19 fit ... -a modis octo *eqs.* (*item* DIOM. gramm. I 463, 22). EPIST. Paul. et Cor. II rec. A 28 a seminibus ... facere -am (doctrinae *add.* rec. C; *rec. B* sumere exemplum). NOVATIAN. trin. 6, 2 D. SERV. Aen. 1, 497. SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 320 ('*ranae* a te non multum abludit imago') non a te discrepat -a. Stat. Theb. 6, 386 (408) 'tardius astra cadunt' (*sc. quam equi currunt*): -a per hyperbolen *eqs.* (*cf. p. 288, 66 et Diom. gramm. I 464, 13* conparatio per dissimilitudinem). CLAVD. DON. Aen. 10, 410 p. 345, 1 'non aliter ...': conplevit -am. HIER. adv. Iovin. 1, 11 p. 224C *Paulus* (*I Cor. 7, 18 sqq.*) infert ... -as circumcisi et ethnici, servi et liberi *eqs.* hom. Orig. in Ezech. 1, 11 p. 335, 4 iuxta aliam -am *ab Iohanne Baptista propositam* (*respicitur Luc. 3, 17*). 5, 5 p. 375, 31 (*de Ezech. 15, 1–5, quae explicantur 15, 6–8*) quae cum in -a audierit propheta, nos tantum sensum debemus exponere *secretiorem*. VVLG. Ezech. 17, 2 propone enigma et narra -am ... et dices: ... aquila grandis *eqs.* (*explicatur 17, 12 sqq.; aliter accipit* HIER. *p. 291, 17*). QVODV. prom. 2, 19, 35 unus ... sub quadam -a totum increpat Israhel (*respic. iud. 9, 8 sqq.*). MACR. Sat. 4, 5, 7 a -a ..., quoniam magis hoc poetae convenit (*cf.* SEN. *supra*), saepissime pathos movit *Vergilius* (*sequitur*: patheticae -ae). 5, 13, 30 quae animam -ae dabant *apud Homerum*. 5, 16, 14 hoc Maro non narrationis *ut Homerus*, sed -ae loco posuit. ORIG. in Matth. ser. 53 p. 119, 12 in aliqua -a ... Pastoris. *al.*

2 *a Iesu propositis* (-a dominica, euangelica *sim. e. g.* IREN. 1, 8, 1 [1, 1, 15 H.]. HIER. in Ier. 6, 16 p. 87, 19). *παραβολή exstat saepe apud Matth., Marc., Luc.* (*Ioh. utitur voce παροιμία, quae vertitur* similitudo *aut* proverbium); *in* Matth. *et* Marc. ITALAE *codd. plerique et* VVLG. *praebent semper* -a, *cod. k, ubi exstat, semper* similitudo (*cod. e variat*); *in* Luc. *plerique variant* (*etiam* VVLG., -a *ubique cod. a, d,* sim. *ubique cod. e*). *ecclesiastici vocem -a nimirum etiam de similitudinibus adhibent, quae in euangeliis non ita appellantur; ceterum multos locos ita tractant, quasi pertineant ad p. 289, 76 sqq., cum in euangeliis saepe comparationes non perfectae respiciantur et Iesus -is usus esse dicatur, ne intellegeretur (v. sub ba). ad rem v. Hauck, Theol. Wb. NT s. v.*

a *exempla varia*: ITALA Matth. 13, 3 (cod. d *al.* = VVLG.) locutus est eis multa in -is (13, 10 [*ibid.*]. Marc. 12, 1 [*ibid.*]. *al.; cf.* Matth. 13, 33 [*ibid.*] aliam -am locutus est. *sim. al.; ceterum cf. e. g.* Marc. 3, 23 [cod. f *al.* = VVLG.] in -is dicebat illis [cod. d *al.* in -am, cod. b *al.* ait ... in -is]. Luc. 15, 3 [aur. *al.* = VVLG.] ait ad illos -am istam). 13, 24 (cod. a *al.* = VVLG.) -am proposuit (HIER. epist. 21, 41, 1 [*subi. est Hier.*]. *al.*). 13, 53 (cod. b *al.* = VVLG.) cum consummasset ... -as. 21, 33 (cod. b *al.* = VVLG.) aliam -am audite (*cf. p. 288, 6*). TERT. adv. Prax. 26 p. 279, 6 inducens -am (IVLIAN. in Iob 8, 17. *al.*). pudic. 9 p. 236, 7 sunt ... *in -is*, quae et simpliciter posita sunt ad struendam et disponendam et texendam -am. IREN. 3, 14, 3 per solum Lucam cognovimus ... et de -a divitis illius *eqs.* ORIG. in Matth. ser. 9 p. 15, 18 praecedentem -am (*v. vol. X 2, 402, 25 sq.*) exponens Matthaeus scribit (*fere i. q. narrare ut* 75 p. 176, 12). p. 15, 23 narrationem -ae seminantis. 12 p. 23, 15 -arum euangelicarum cenas. *al.*

b *indicatur, quare Iesus -is usus sit*: **α** *ut doctrinam absconderet*: ITALA Matth. 13, 13 (cod. d *al.*) in -is loquor eis, ⌊ut videntes non videant et audientes non audiant et non intellegant, ne quando convertantur⌋ (⌊⌋ aur. = VVLG. quia v. n. vident et a. n. audiunt neque intellegunt. *cf. locos geminos* Marc. 4, 11 Luc. 8, 10). IREN. 4, 29, 2 (4, 45, 2 H.) qua ratione dominus in -is loquebatur et caecitatem faciebat Israel ..., sciens incredulitatem eorum, eadem ratione et cor Pharaonis indurabat *eqs.* HIL. in Matth. 13, 1 sedisse dominum in navi et turbas foris stetisse ex subiectis rebus est ratio; in -is enim erat locuturus et facti istius genere significat eos, qui extra ecclesiam positi sunt, nullam divini sermonis capere posse intelligentiam. AMBROSIAST. in I Cor. 14, 21, 2 ut quia multi Iudaeorum malivoli erant et propterea non erat dignum his in revelatione loqui euangelium, sed (*om. rec. γ*) in -is loqueretur ad eos et intellegentes ideo non sibi revelari, quia mali erant, nec sic se corrigerent, ut mererentur per explanationem audire verba dei. FVLG. RVSP. praedest. 3, 15. *al.* **β** *ut doctrinam, partim saltem et pro auditorum intellectu, explicaret* (*cf. e. g. p. 286, 75. 290, 79*): ITALA Marc. 4, 33 (cod. f *al.* = VVLG.) talibus multis -is loquebatur eis verbum, prout poterant audire (*tamen sequuntur*: seorsum autem discipulis ... disserebat omnia). RVFIN. Orig. in gen. 1, 7 p. 9, 22 *venimus ad Christum* unusquisque secundum propriam suam virtutem; aut enim cum turbis venimus ad eum et per -as nos reficit ad hoc tantummodo, ne multis ieiuniis deficiamus in via, aut *eqs.* CASSIOD. in psalm. 68, 12 dixit dominus -am ad turbam ..., more providentiae suae, ut qui caelestia capere non poterant, per terrenas similitudines audita percipere potuissent. *al.*

c *illustratur ratio, quae intercedit inter duas partes comparationis* (*notabiliora selecta*): **α** *per verba*: ITALA Matth. 13, 18 (cod. d *al.* = VVLG.) audite -am (cod. e: -as) seminantis (*potius usu laxiore pro* audite, quid sit -a sem. [*cf.* Marc. 4, 10 *infra*] *quam notione novata, sc.* '*id quod narratione demonstratur*'. *cf.* narra *l. 10 et B3*). 13, 36 (aur. *al.* = VVLG.) dissere nobis -am zizaniorum (*aliae vers.* edissere, narra, enarra. *item* disserere *notione q. e. interpretari*: Marc. 4, 34 [cod. d *al.*]. TERT. pudic. 10 p. 239, 1 in ethnicum. MAX. TAVR. serm. 25, 1 M. *al.; cf.* TERT. resurr. 33 p. 72, 16 sqq. aut ab ipso *Christo* ... edissertatam ... aut a commentatore euangelii praeluminatam ... aut ultro coniectandam *eqs.*). 24, 32 (aur. *al.* = VVLG., *sim.* Marc. 13, 28) ab arbore ... fici discite -am *eqs.* (*cf. p. 287, 12*). Marc. 4, 10 (cod. d *al., sim.* Luc. 8, 9 *et* 11) interrogaverunt illum ..., ⌊quae esset -a ista⌋ (aur.: de -is, VVLG. -as. *item* esse: HIER. epist. 21, 1, 2 de iusto et peccatore. in Matth. 21, 28 gentilium et Iudaeorum. *al.*). 4, 13 (cod. d *al.* = VVLG.) nescitis -am hanc, et quomodo omnes -as cognoscetis? 4, 30 (cod. f *al.* = VVLG.) cui -ae comparabimus *regnum dei?* (in quam -am c. *vel* similabimus *aut* in qua -a damus *vel* transferamus *aliae vers.*). TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 521, 13 defecit ... -a in persona domini. 4, 37 p. 548, 26 servorum ... -a ... iudicem ostendit deum (IREN. 1, 3, 1 [1, 1, 5 H.] per -as. OROS. comm. 2 de -a. *al.*). pudic. 7 p. 232, 4 drachmae -am ... in ethnicum interpretamur (*al.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 11, 2 p. 425, 35 salvator ... ipse. *al.*). 8 p. 235, 4 Iudaeum ... -a non recipit. p. 235, 19 haeretici ... -as quo volunt tribuunt. HIL. in Matth. 22, 3 haec ... -a distinguenda temporibus est et dignoscenda personis est. ZENO 2, 13 (1, 37, 10 L.) *Samaritani* -a ... sacramentum spiritaliter intuentibus patefecit. *al.* **β** *variis modis*: ITALA Matth. 21, 45 (cod. c *al.* = VVLG.) cum audissent ... Pharisaei -as eius, cognoverunt, quod de ipsis diceret (Marc. 12, 12 [cod. b *al.*; cod. a *al. et* VVLG. ad eos]. *cf.* Luc. 12, 41 [aur. *al.* = VVLG.] ad nos. 18, 9 [*ibid.*] ad quosdam, qui in se confidebant. 20, 19 [cod. a *al.*]). Luc. 18, 1 (cod. f *al.* = VVLG.) dicebat ... -am ad illos, quoniam oportet semper orare (*cf.* AVG. quaest. euang. 2, 45, 1 ad semper orandum ... -am ponere). TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 556, 4 *regiam potestatem* in -a postulaturus exierat *Christus*. 5, 6 p. 590, 4 -a fortis illius armati ... si in creatoris *-am* accipitur (*cum gen. rei demonstrandae ut*: resurr. 22 p. 55, 27. TRACT. in Luc. 1, 3 G. doctrinae [*cf. p. 287, 12*]. RVFIN. Orig. in num. 5, 2 p. 28, 4 remissionis. EVCHER. instr. 1 p. 122, 17. *al.*). pudic. 8 p. 235, 14 ne aliorsum temperetur facilitas comparationum, quam quo -ae cuiusque materia mandavit (*dictum esse videtur de condicione, qua adductus Iesus -am proposuit* [*cf.* 7 p. 232, 4], *ut* 9 p. 238, 17, *non de doctrina -a illustranda* [*opp.* materiae doctrinarum 8 p. 235, 22, *cf.* 9 p. 235, 25 sq.] *neque de re comparationis causa allata* [*ita* 8 p. 234, 9]). resurr. 33 p. 72, 10 ad Iudaeos in -is *loquitur* ...; nonnumquam plane et ad discipulos (*cf. sim. opp.*: IREN. 4, 2, 5 [4, 3, 2 H.] manifeste et sine -is [4, 36, 8 = 4, 58, 10 H. per -am ... et m. *al.*]. 4, 41, 4 [4, 68, 2 H.] non per -as, sed simpliciter. HIER. in Matth. 21, 33 l. 1547 in -is, ... aperta facie). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 12 sicut ipse intus (*sc. Christus in carne*), sic et verum intus in -is et signis (*duae Christi naturae comparantur ut* EPIPHAN. in euang. 55 p. 143, 16). GAVDENT. serm. 18, 15 G. ratio ... -ae (MAX. TAVR. serm. 33, 3 M.). AMBR. apol. Dav. I 5, 20 nec -a videtur a mysterio discrepare (*cf.* HIER. epist. 21, 28, 1 *iuniorem filium* secundum praesentem -am in publicanis et peccatoribus ... debemus accipere [*opp.* secundum mysticos ... intellectus]). in Luc. 8, 13 (*ad Luc. 16, 19 sqq. ut* HIER. tract. p. 376, 20 sq.) narratio magis quam -a videtur, quando etiam nomen exprimitur (*de differentia inter -am et narrationem historicam etiam*: AVG. gen. ad litt. 8, 4 p. 236, 21 [*ad Luc. 15, 23*] domini narratio -a fuit, de qua numquam exigitur, ut ... ad litteram facta monstrentur. 8, 7 p. 241, 11 quaest. hept. 2, 164. *cf. p. 287, 6*). HIER. epist. 21, 41, 3 sub omnibus -is arguuntur invidiae *Iudaei*. AVG. quaest. euang. 2, 45, 1 -as dominus aut secundum similitudinem ... ponit, ... aut ex ipsa dissimilitudine aliquid probat. *al.*

B *usu deflexo, sc. evanescente comparandi notione* (*in sacris scripturis et apud ecclesiasticos praeter p. 289, 54. 63*): **1** *servata notione dicendi sim.* (*sequuntur scriptores latini* [*interdum dubitanter, v. e. g.* HIER. in Is. 14, 2 p. 216D *et* 217B] *interpretes veteris test. graecos, qui pro hebr.* mašal *scribere solebant παραβολή etiam ubi non de comparatione agitur, v. Hauck, l. c. 744 sqq.; Wackernagel, Kl. Schr. II 1239 sqq.; ceterum usus deflexus interdum permiscetur cum usu originario, v. e. g.* AVG. doctr. christ. 3, 29, 40 CASSIOD. in psalm. 45, 4[3]. 103, 2): **a** *dicuntur varia* (*loci huc pertinentes inde a novo test.* [*v. p. 289, 6*] *saepe ita accipiuntur, quasi pertineant aut ad b* [*saepius enim etiam hic iuxtaponuntur* aenigma *sim.*] *aut ad A1*); -a *significatur i. q.*: **α** *sententia, sermo* (*saepius respiciuntur sententiae sapientium; sermo propheticus l. 83 sqq.; huc vergunt etiam e. g.* IREN. 1, 8, 1 [1, 1, 15 H.]. 2, 20, 1 [2, 32, 1 H.]): ITALA num. 23, 7 (Lugd.) venit spiritus dei super illum, et accepta -a sua dixit (*item de Balaam Israel benedicente et futura praedicente*: 23, 18 *al.* [VVLG. adsumpta -a *sim.*]. *respicit*

[*Krömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ps. PHILO antiq. 18, 10 tulit -am. ANON. proph. p. 17, 397sq. [*de prophetiae vel revelationis septem membris vel generibus*] vox de caelo, accepta -a *eqs.* [*sim.* ISID. orig. 7, 8, 36, *qui addit* apud Salomonem in proverbiis]). psalm. 48, 5 (Sangerm. *al.* = VVLG.) inclinabo in -am aurem meam. 77, 2 (Veron. *al.*, *sim.* VVLG.) aperiam in -is os meum (*sed iam* Matth. 13, 35 *hic locus notione originaria accipitur*). prov. 1, 6 (Hier. in Is. 29, 17, *sim. al.*) intelleget -am et tenebrosum sermonem, dicta sapientium et aenigmata (*nisi ad b ut* VVLG.). Mich. 2, 4 (cod. 175 = VVLG.) sumetur super vos -a ([*nisi ad β*]. VVLG. Is. 14, 4 Hab. 2, 6). Matth. 15, 15 (cod. f *al.* = VVLG.; *cf. locum geminum* Marc. 7, 17) edissere ... -am (*respicitur 15, 11* non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem). Luc. 14, 7 (aur. *al.* = VVLG.) dicebat ... ad invitatos -am ...: cum invitatus fueris ad nuptias *eqs.* HIER. adv. Iovin. 1, 28 p. 250[B] in sequenti -a legimus (*seq. prov. 30, 21sqq.*). VVLG. III reg. 4, 32 locutus est ... Salomon tria milia -as (*cf. p. 290, 44*). Iob 27, 1 (= 29, 1) addidit quoque Iob adsumens -am suam (*cf. Aquila* παραβολήν, *sed LXX* προοιμίῳ, *unde Hier. interpr. Iob* prooemium *et* praefationem). prov. 26, 7 indecens est in ore stultorum -a (*sim.* 26, 9). eccles. 12, 9 cum ... esset sapientissimus Ecclesiastes ..., conposuit -as multas (*cf. p. 290, 48*). Sirach 20, 22 ex ore fatui reprobabitur -a, non enim dicit illam in tempore suo. 38, 38. *respicitur titulus librorum*: ITALA prov. tit. (*testatur* Aug. spec. 7 p. 71, 13 satis sint ista de -is [*in var. l.* Cypr. testim. 2, 1. 3, 50]. *cf.* HIER. praef. Vulg. Salom. p. 4, 5 masloth, quas Hebraei -as, vulgata editio proverbia vocat [*sim.* reg. p. 7, 2. *aliter* ISID. orig. 6, 2, 18]; *LXX* παροιμίαι, *unde aliae vers.* paroemiae *aut* proverbia *ut Vulg., ubi tamen sequitur* 1, 1 -ae Salomonis [*item* 10, 1. 25, 1]). HIER. praef. Vulg. Salom. p. 4, 11 hebraicum *librum Sirach* ... non ecclesiasticum, ut apud Latinos, sed -as praenotatum. VVLG. Sirach 20, 29 verbum -arum. **β** *irrisio* (*semper in locutionibus* in -am dare, facere *sim.; notio plerumque minus certa, cf. etiam l. 9 et p. 290, 40*): ITALA deut. 28, 37 (Lugd.) abducat dominus te ..., et eris ibi in enigmat[a]e et in -a et in narratione in omnibus gentibus (*Vulg.* proverbium). II par. 7, 20 (Complut., *sim.* VVLG.) dabo eam *domum* in -am et in narrationem omnibus populis (Tob. 3, 4 [Vat.]. VVLG. Ier. 24, 9). psalm. 43, 15 (cod. 136 Cas., *sim. al.*) posuisti nos ... derisum ..., posuisti nos in -a gentibus (*Vulg. ut aliae vers.* similitudinem). 68, 12 (Veron. *al.* = VVLG.) factus sum illis in -am (AVG. *ad l.* ⌊id est in irrisionem⌋ [*delendum?*]; -a dicitur, quando datur similitudo de aliquo, quando de illo male dicitur; sic ille, verbi gratia, pereat quomodo ille, -a est; is est comparatio et similitudo maledicti). **γ** *proverbium* (*sententias sapientium sim. v. p. 288, 80, maxime l. 22*): ITALA I reg. 24, 14 (Lucif. Athan. 1, 14) dicitur -a antiqua: ex iniquis exiet nequitia (*Vulg.* in proverbio). Ezech. 18, 2sq. (Hier. in Ier. 31, 27) quid vobis et -ae isti inter filios Israhel dicentium: patres comederunt uvam acerbam et dentes filiorum obstupuerunt? ... si fuerit adhuc haec -a in Israhel ...; anima quae peccaverit, ipsa morietur (*notionem proverbii* [*ut* Ezech. 12, 22 psalm. 68, 12] *huic loco tribuit* HIER. in Ezech. 12, 21 l. 1450 [quid est vobis -a ista]; *at* in Ezech. 18, 1 -am *et* proverbium *ita explicat*: ut aliud in verbis sonet, aliud in sensu teneat *eqs.; distinguere videtur* VVLG. Ezech. 18, 2sq. -am vertitis in proverbium *eqs.*). Luc. 4, 23 (cod. d *al.*) dicetis mihi -am hanc: medice, cura te ipsum (*cod. b al. et Vulg.* similitudinem). **δ** *fabula, narratio* (*vix huc* RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 44[46]. hist. 3, 39, 11 ORIG. in Matth. ser. 51 p. 113, 1): [MART.] 5, 31 lemma -a tauri (*nisi ad A1, quo referre possis* 10, 11 -a de ... amicitiis. 11, 26 -a de Ganymede. 11, 42 -a de scriptis suis). RVFIN. hist. 3, 39, 17 *Papias* historiam quandam subiungit de muliere adultera ...; habetur autem in euangelio, quod dicitur secundum Hebraeos, scripta ista -a (*gr.* ἱστορίαν ..., ἣν τὸ ... εὐαγγέλιον περιέχει). ROMVL. fab. 11 epil. rec. gall. (*sim.* rec. vet.) -a haec monet illos, qui volunt bene facere malis (*var. l.* fabula; *cf. Thiele p. LXXXIX*).

b *dicuntur, quae sensum secretum continent*: **α** *i. q. aenigma* (*cf. p. 291, 17*): ITALA iud. 14, 18 (Lugd., *sim.* Ambr. epist. 19, 17. *al.*) numquam scissetis -am meam (*sc. Samsonis, de qua antea quinquies* quaestionem, *gr. ubique* πρόβλημα, *item Vulg., sed 14, 14 et 14, 18* propositionem; *ceterum cf.* CASSIOD. Ios. antiq. 5, 290). sap. 8, 8 (Priscill. tract. 1, 7 [*nisi spectat ad p. 290, 17*]) intellegentes versutias sermonum et interpraetationes -arum (*gr.* λύσεις αἰνιγμάτων, *Vulg.* dissolutiones argumentorum). CASSIOD. Ios. antiq. 8, 143 ut quaedam sophismata et verba -arum ... aperiret (*gr.* λόγους αἰνιγματώδεις). Ios. c. Ap. 120 *Abdemonus* semper -as superabat, quas Salomon ... destinabat (*gr.* προβλήματα). HIST. Apoll. rec. A 41 (*sim.* rec. B) si ... -arum mearum nodos absolveris (*42* solve mihi quaestionem).

β *de sacris scripturis alia quam quae dicuntur significantibus* (*cf. p. 287, 61sqq.*): (i) *generatim* (*notabiliora selecta*): ITALA Ezech. 20, 49 (Tycon. reg. 4 p. 40, 25, *sim.* VVLG.) nonne -a est haec quae dicitur? (*sc. Ezech. 20, 46–48. explicat* HIER. *ad loc.* l. 98 est sensus: 'planius loquere, non intellegimus per -am quid loquaris'. *ceterum cf.* TYCON. reg. 4 p. 40, 15 intellexit -am esse adversum Hierusalem). TERT. adv. Prax. 13 p. 248, 2 (*respicitur gen. 19, 24*) non in allegoriis et -is, sed in definitionibus certis et simplicibus habent sensum (*sim. opp.* AMBR. virginit. 19, 121 [*ad Luc. 5, 4*]. HIER. in Ezech. 18, 1 l. 48 [*ad exod. 20, 5sq. et 34, 5–7*]). resurr. 31 p. 69, 21 non ... in -a accipienda ... revelationis intentio (*respicitur Ezech. 37, 1–14*). 33 p. 72, 3 *in euangeliis quidam* dominum omnia in -is pronuntiasse contendunt. p. 73, 2sq. *sententiae Christi quaedam* si nomina absoluta sunt rerum ..., ut nihil eorum in -am comprimi possit, nec ea in -as compellantur, quae ... praedicantur. IREN. 1, 19, 2 (1, 12 H., *ad Dan. 12, 7sq.*) *Daniel* interrogat angelum absolutiones -arum. 2, 10, 1 -as, quae quaeruntur et ipsae quomodo dictae sint, male ad eum *deum inventum* ... transfigurantes (*infra*: ambiguas ... scripturas). PRISCILL. tract. 1, 12 dominus ... ad intellegendum se opus verbi tribuens -am dicti per se sermonis exposuit dicens (*seq. oratio dei Iob 40, 3sqq.; de eodem loco ibid.* 1, 13). HIER. in Ezech. 18, 25 (*ad p. 289, 45*) putatis -am non esse -am, sed sic eam accipitis quasi historiae veritatem (*cf.* in Is. 14, 5sq. p. 217[D] quem *regem* debemus intellegere ut -am; ... *aliter simplex historiae expositio* quomodo -a dicitur, quae nulli alteri παραβάλλεται, id est comparatur?). VVLG. Sirach 39, 2sq. in versutias -arum simul introibit, occulta proverbiorum exquiret et in absconditis -arum conversabitur. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 205, 28 quod per aliam ... -am, sub eodem tamen intellectu dicitur in euangelio (*respicitur Matth. 24, 17*). Orig. in num. 16, 2 p. 138, 22 per -am ergo dicit Balaam. Orig. princ. 2, 5, 2 a nobis ... talia (*sc. exod. 20, 5 sim.*) ... non secundum litteram intelleguntur, sed ... requirimus, quid introrsus significet ipsa -a. AVG. c. Adim. 15 p. 157, 18 *Iesus* ostendens non esse -am *Matth. 15, 11*, sed propriam locutionem (*sim. de eodem loco* c. Faust. 16, 31 p. 480, 19 non proprie nec aperte ..., sed ... obscuritate -ae). IVLIAN. in Iob 29, 1 -a proprie dicitur, quando plus continetur in sensibus quam pronuntiatur in verbis, vel amplius quam in superficie sonat rerum consequentia, vel intellectus ratione conficitur; hoc enim totum egit vel potentiae divinae ... descriptio vel sapientiae ... commendatio, ut sancti Iob per haec virtutibus testimonium redderetur. CASSIOD. inst. 1, 18 *Hilarius* altas ... divinarum scripturarum abyssus ... adducens facit ... conspici, quae prius -is velabantur obscuris (in psalm. praef. p. 9[A] *psalmorum* obscuritas, quae variis est intexta personis et velata -is. *cf.* 17, 13[14] in conspectu dei ... veritas patet, ... nec -is tegitur, quod manifesta luce declaratur). in psalm. 77, 9(12) vides omnia -is et propositionibus explicari (*i. perspicua esse, cum cognoscatur psalmum in -is loqui*). *al.* (ii) *speciatim de veteris testamenti locis, qui Christum et ecclesiam praefigurare iudicantur* (*dub. an huc* DIDASC. apost. 54, 31 QVODV. prom. 2, 22, 43): TERT. resurr. 20 p. 53, 7 *prophetas* ne virtutes (*i. miracula*) quidem eius *Christi* per -as profatos, *sed plane*. IREN. 4, 26, 1 (4, 40, 1 H.) *Christus* per typos et -as significabatur. 4, 27, 1 (4, 42, 3 H.) *Salomon* Christi regnum praefigurabat et loquebatur tria milia -arum in adventum domini (*affert* III reg. 4, 32 [*v. p. 289, 16*]). PRISCILL. tract. 6, 91 absolutionem dicti in -is sermonis (*sc. I Cor. 5, 7, ubi verba exodi de paschate explanantur*). HIER. in eccles. 12, 9 ('scrutans composuit proverbia'. *cf. p. 289, 20*) *Salomon* proverbia et -as composuerit aliud habentes in medulla, aliud in superficie pollicentes. CASSIOD. in psalm. 1 concl. -is et tropicis allusionibus subsequens drama decurritur (*sc. post psalm. 1–10*) et per allegoricas similitudines paene omnia referuntur ad dominum salvatorem. 77 concl. dixit ... -is se et propositionibus esse locuturum *eqs.* GREG. M. moral. 18, 2 (*ad* Iob 27, 1) nominata ... -a ... discimus, ne iuxta textum tantummodo eius verba pensemus; ad eam itaque similitudinem, cuncta trahenda sunt, qua figurate ecclesia designatur (*sim.* 19, 15 *ad* Iob 29, 1). *al.*

γ *de sensu nominis latente*: VIGIL. TRID. ad Ioh. 9 *Martyrius martyrium passus* prophetiam, quam tenebat (*sc. nomine suo*), implevit: exposuit vocabuli -am *eqs.*

2 *evanescente etiam notione dicendi de rebus, quae alterius rei significandae causa non solum memoratae (v. 1b), sed etiam factae esse iudicantur* (*exempla certiora*): **a** *de rebus in vetere testamento memoratis, quae Christum, ecclesiam sim. praefigurare iudicantur, i. q. typus*: ITALA Hebr. 9, 9 (cod. 89 = VVLG.) quae *cultus Iudaici condicio* -a est temporis instantis. 11, 19 (cod. d, *sim.* cod. 89 *et* VVLG.) *Abraham* fide optulit Isac ... aestimans, quod a mortuis suscitare possit deus; unde eum et in -am *resurrectionis* accepit (*aliter intellexit* MVTIAN. *sub b*). HIL. in psalm. 136, 2 *omnia, quae in Aegypto gesta erant*, parabolica esse ita (*sc. per* psalm. 77, 2) demonstrata sunt ...; per id enim, quod et -ae et propositiones sunt, rerum futurarum effectibus conparantur (*sequitur*: in praefigurationem). PRISCILL. tract. 10, 133 si dictūs verborum formis et rerum -is adprobaret *scriptura* (*nisi ad b*). QVODV. grat. 2, 5, 1 percurramus eandem ipsam -am (*sc. Davidis ante arcam saltantis, de quo censet 1, 19, 7*: haec ... similitudo magnum passionis dominicae continet sacramentum). 2, 6, 1 transeamus ... a -a ad spiritalem intellectum. **b** *de aliis rebus*: TERT. anim. 43, 11 (*de somno mortis exemplari*) fidei facilius adiuvandae per imagines et -as sicut sermonum ita et rerum (*cf.* SEDVL. op. pasch. 4. 5 *dominus* factorum sermonumque -is vitale nobis iter ostendit). resurr. 14 p. 42, 18 talia ... divinarum virium liniamenta non minus -is operato deo quam locuto (*cf.* IREN. 5 praef. per -as et dicta sunt et facta). IREN. 1, 3, 1 (1, 1, 5 H.) a salvatore per -as ostensa ... sic: triginta Aeonas significari per triginta annos *eqs.* HIER. in Ier. 18, 1

[Krömer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 224, 8 (*vas figuli* 'subito dissipatum est') ut manus artificis ... errore suo -am figuraret (*de eadem re* 18, 11 p. 225, 12). RVFIN. Orig. in num. 14, 4 p. 127, 13 sicut euangelica, quae in -is agebantur, gesta designant. EVSTATH. Basil. hex. 6, 11, 17 licet digna non sint *sol et luna*, ut ex his divinae magnitudinis contemplatio capiatur, parvis tamen quibusdam caliginosisque -is videmur instrui (*gr. p. 145*C *ἐμφάσεσι*). MVTIAN. Chrysost. hom. 25 p. 391/392 (*ad* Hebr. 11, 19, *quod v. sub a*) veluti ... in -a erat aries Isaac (*gr. p. 174 παραβολῇ ἦν ... τοῦ Ἰσαάκ*).

3 *de ipsis rebus significatis* (*cf. p. 288, 8*): HERM. Pal. vis. 3, 3, 2 audi ... -as huius turris (*sc. visione conspectae*), quas revelo tibi. MAX. TAVR. serm. 95 M. huius euangelici capituli (*de Zachaeo*) -am praedicare volueram (*nisi potius ad 1b*).

C *syn. et iuxtaposita notabiliora* (*ad A et B*): aenigma: ITALA *v. p. 289, 7. 33.* TERT. adv. Marc. 3, 5 p. 382, 15 (*iuxta* allegoria *ut* scorp. 11 p. 170, 26 FAVSTIN. trin. 1, 12. *al.*). resurr. 20 p. 53, 7 (*syn. ut* HIER. in Ezech. 17, 1 l. 981 ⌊aenigma⌋ et -am ita debemus intellegere quasi aenigma ⌊et -am⌋ [⌊⌋ *delevi*]. *al.*). IREN. 2, 27, 2 (2, 40, 3 H.). FILASTR. 155, 5 HIER. psalt. sec. Hebr. 49, 5 VVLG. Ezech. 17, 2 Hab. 2, 6. AVG. in psalm. 48 serm. 1, 5 l. 28 aenigma est obscura -a. *al.* allegoria (*v. etiam l. 16*): TERT. adv. Prax. 13 p. 248, 2 non in allegoriis et -is, sed in definitionibus certis. IREN. 1, 3, 6 (1, 1, 6 H.). 5, 26, 2 (5, 26, 3 H.). AVG. in psalm. 103 serm. 1, 13. *al.* comparatio: TERT. pudic. 8 p. 234, 9 lumine ... comparationis, quam -ae materia praetexit. CHAR. gramm. p. 365, 14 B. GAVDENT. serm. 18, 4 G. SERV. Aen. 1, 497 (*syn. ut*: CLAVD. DON. Aen. 5, 220 p. 448, 10 HIER. in Matth. 18, 23. *al.*). CLAVD. DON. Aen. 11, 720 p. 523, 5 imagine ... conparationis. HIER. adv. Iovin. 1, 11 p. 224C AVG. in psalm. 68 serm. 1, 15. *al.* conlatio: QVINT. inst. 5, 11, 23 -e, quam Cicero conlationem vocat (*cf.* 5, 11, 1 *Mar. Victorin. rhet. 1, 28 p. 228. 1, 30 p. 239*). 8, 3, 77. exemplum: QVINT. inst. 5, 11, 23 proximas exemplo vires habet similitudo praecipueque illa quae ...; nam -e *eqs.* (*distinguitur in rhetorum doctrina etiam* IVL. VICT. rhet. 6, 3 p. 399. *al. ut apud Graecos παράδειγμα* [*v. e. g.* CHAR. gramm. p. 365, 10 B.], *sed cf.* QVINT. inst. 5, 11, 1). TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 557, 16 -ae ... exemplum (orat. 7 p. 185, 27). orat. 6 p. 185, 7 (*syn. ut*: PRISCILL. tract. 10, 133 HIER. in Matth. 12, 43 MVTIAN. Chrysost. hom. 25 p. 391/392. *al.*). HIER. tract. p. 376, 20sq. (*textu vix sano*). VVLG. II par. 7, 20. *al.* imago (*v. etiam l. 28*): SEN. epist. 59, 6 (*syn. ut*: TERT. anim. 43, 11 resurr. 20 p. 53, 7 SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 320 RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 161, 16. *al.*). IVL. VICT. rhet. 6, 3 p. 399 (*distinguitur in rhetorum doctrina etiam* MACR. Sat. 4, 5, 1. *cf. εἰκών* QVINT. inst. 5, 11, 23sq. *et p. 287, 2*). GAVDENT. serm. 18, 4 G. -ae imago. SERM. Arian. frg. II 2. *al.* proverbium (*cf. p. 287, 36*): HIL. trin. 6, 33. HIER. in eccles. 12, 9 (*syn. ut*: in Ezech. 12, 21 l. 1447. 24, 1 l. 1321. *al.*). VVLG. II par. 7, 20. prov. 1, 1 (*v. p. 289, 27*). Sirach 39, 3 Ezech. 18, 2. 3. *al.* similitudo (*ita saepe vertitur gr. παραβολή, cf. p. 287, 37 et* QVINT. inst. 5, 11, 1): QVINT. inst. 5, 11, 22sq. (-a *pro specie quadam* similitudinis *accipitur*). 8, 3, 77 (s. *est pars* -ae *ut*: SACERD. gramm. VI 464, 6. *al.*; *cf.* QVINT. inst. 6, 3, 59 DIOM. gramm. I 463, 22 [*cf. 464, 1*]). TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 452, 19 (*syn. ut*: 4, 30 p. 524, 24 GAVDENT. serm. 18, 4 G. CLAVD. DON. Aen. 7, 465 p. 69, 24 HIER. epist. 21, 4, 2 AVG. serm. 93, 1, 1 CASSIOD. in psalm. 68, 12 [*sed ibid. etiam distinguitur*]. MVTIAN. Chrysost. hom. 25 p. 391/392 GLOSS. *al.*). 4, 29 p. 521, 4 praescr. 31 l. 3 DIDASC. apost. 54, 31 AVG. in psalm. 68 serm. 1, 15. FVLG. RVSP. praedest. 2, 32 (s. *haereticorum opponitur* -ae *domini*). *al.*

II *aliae notiones* (*cf. p. 286, 46*): **A** *in astrologia i. q. comitatus siderum*: CHALC. comm. 124 *stellarum errantium* agitationem, quam idem *Plato* appellat choream ...; -as ... quasdam appellat, qui comitatus sunt siderum, ut iuxta solem individui semper Mercurius et Lucifer (*distinguuntur* regradationes *et* progressus. *cf. transl. p. 40*C alterius applicationes ad alteram, *gr. παραβολὰς ἀλλήλων, Cic. Tim. 37* concursiones). **B** *in amphitheatro genus quoddam pugnae significari videtur* (*cf.* 1. parabolarius *et* parabolus): AVG. in psalm. 103 serm. 1, 13 l. 21 (*distinguit usum vocis* allegoria *in ecclesia et in scaena, v. vol. I 1671, 5sqq. 50sq.*) qui putat me de theatro dixisse allegoriam, putet et dominum de amphitheatro dixisse -am. **C** *in musicis genus quoddam organi*: GREG. M. moral. 18, 2 (*ad* Iob 27, 1 assumens -am suam) absit ... ne hoc loco -am illud musicae organum sentiamus; neque enim fas est credere quod *Iob* in afflictione poenarum musicis uteretur (*fort.* GREG. *ad* -am *transtulit, quod auctor eius de voce* prooemium *dixit* [*cf. p. 289, 17*]).

deriv.: 2. parabolarius.

[parabolānus *v.* parabalani.]

1. parabolārius, -ī *m.* *a παράβολος vel* parabolus (*cf. Heraeus, Kl. Schr. 1937, 70; sed v. etiam* parabola *sub IIB*). *i. q. bestiarius* (*vel bestiariorum quaedam species*): FIRM. math. 8, 10, 4 si malivolae stellae radiaverint ..., nascentur venatores, arenarii, -i (*var. ll.* paloberii, palobarii), qui sub conspectu populi in caveis cum feris pugnent (*cf. Gloss. III 240, 45 sqq. οἱ παράβολοι* harenarii, *οἱ κυνηγοί* venatores ..., *ὁ θηριομάχος* bestiarius, venator).

2. parabolārius, -ī *m.* *a* parabola. *de Iesu parabolas proponente*: TRACT. in Luc. 1, 3 G. quomodo -us caelestis doctrinae extendit parabolas: in ove nos requisivit *eqs.*

parabolē *v.* parabola.

parabolicus, -a, -um, *παραβολικός*. **1** *active de eis rebus, quae alia significant*: HIL. in Matth. 21, 2 (*de Iesu Hierosolymas intrante*) omnis ... haec species futuri ordinem tenet, et -is significationibus rerumque praesentium condicionibus futuri forma praemittitur. in psalm. 136, 2 *v. p. 290, 70.* trin. 9, 70 -is et allegoricis dictis usus *est Iesus*. **2** *passive de eis rebus, quae per alia significantur*: HIL. in psalm. 146, 9 *creaturae*, quae, cum praeconium in se creatoris ostenderent, -am tamen sive, ut apostolus ait (*Gal. 4, 24*), allegorumenam nobis doctrinam ... praeberent.

adv. **parabolicē.** *i. q. per parabolam* (*ita* GLOSS. V 129, 2 GLOSS.L I Ansil. PA 367): **1** *respiciuntur parabolae sacrae script.*: HIER. in Hab. 2, 5 l. 248 quae in prophetis -e et *αἰνιγματωδῶς* legerant, ... esse completa. in Matth. 13, 35 l. 953 intellegimus universa illa, quae scripta sunt, -e sentienda (parabulicae, yperbolice *var. ll.*). 15, 15 Petrus per parabolam dictum putat ... corripiturque a domino, quare -e dictum putet quod perspicue locutus est (tract. in psalm. I p. 64, 11). GREG. TVR. stell. 11 *semina* dominus ... de profecto verborum suorum ... -e commutavit dicens (*seq. Marc. 4, 26–28*). **2** *aliter*: SIDON. epist. 5, 17, 11 *carmen* me ... in quendam dies bonos male ferentem -e seu figurate dictare iussistis.

parabolor, -ātus sum, -ārī. *sec. gr. παραβολεύομαι, cf.* parabolus. [*aevo recentiore a* parabola *formatum est aliud verbum* parabolare *'loqui', unde pendent it.* parlare; *francog.* parler; *prov. vet.* parlar *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* parlar. *cf. M.-L. 6222. Battisti-Alessio IV 2778. Wartburg VII 606 sqq. St.*] *i. q. periculum audacter adire*: ITALA Phil. 2, 30 (cod. d [*inde* e], *sim.* g, *sc. codd. graeco-latini*) *Epaphroditus ad Paulum profectus* propter opus Christi usque ad mortem accessit -tus de animam suam (cod. e: de anima sua, *item* g, *ubi var. l. dat., gr. παραβολευσάμενος* [-*βουλ- var. l.*] *τῇ ψυχῇ, ceterae vers. aut* exponens in incertum *aut* tradens *aut sim.*).

parabolus, -ī *m.*, *παράβολος*. *i. q. bestiarius* (*vel bestiariorum quaedam species, cf. p. 291, 82*): CASSIOD. hist. 11, 17, 13 (*de Theodosii clementia*) dum ... in amphitheatro Constantinopoleos spectaret, coepit clamare populus: 'crudeli bestiae artifex -us (-bulus *vel* -bolis *codd.*) pugnet'; at ille: '... consuevimus ... spectare clementer' (*Socrat. 7, 22 ἕνα τῶν εὐφυῶν παραβόλων*).

cf. 1. parabolarius. *Krömer.*

parabsis *v.* paropsis. **parabula** *v.* parabola.

parābundus, -a, -um. *a* 1. parare. *i. q. parans*: GLOSS. II 320, 5 *εὐτρεπίζων*: -us.

paracaraximus *v.* parachar-.

? **paracedinēs** cerasa propensiora vocantur, chunae minora GLOSS. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie (Musée Belge 26, 1922) p. 263, 4. *orig. inc., nisi depravatum ex* Macedonica (*cf. vol. III 855, 63*).

paracentērium, -ī *n.* *per haplologian sec. gr. παρακεντητήριον* (*quam vocem exhibet Paul. Aegin. 6, 21 quater; ad haplologiam cf. e. g. var. l. τῷ παρακεντῆρι pro -τητῆρι Aet. med. 7, 30 p. 276, 14*). *scribitur* -centerium *omnibus locis, si excipitur* CHIRON 74 p. 26, 10. *ubi trad.* -centetrium (*inde formam plenam* -centeterium *restituit Oder hic et ceteris locis,* -um *Niedermann*). *i. q. instrumentum pungendi, sc. ferramentum medicinale in paracentesi adhibendum*: CHIRON 74 p. 26, 10 subigito ... -um ita, ut inter tunicas *oculi* subicias. p. 26, 12 *hypochyma* capulo -i depremes. p. 26, 14 cito -um noli eximere. 75 p. 26, 20. VEG. mulom. 2, 17, 2 (*bis*) *et* 3, *sc. e* CHIRONE.

***paracentēsis,** -is *f.*, *παρακέντησις*. *in codd. variis modis depravatur, e. g.* perc- VEG. mulom. 2, 17 tit., parec- THEOD. PRISC. log. 107. *de formis sing. (plur. non legitur): gen.* -is CAEL. AVR. chron. 3, 8, 132, *acc.* -in CHIRON 72 *et passim* (-im CHIRON 74 VEG. mulom. 1, 43, 3. 2, 17, 1 [*var. l.*]), *abl.* -i VEG. mulom. 2, 17 tit. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 150. *al.* (-e *restituit Oder l. 78*).

i. q. (a latere) punctio (*t. t. medicinae*): **1** *in curatione suffusionis oculorum* (*rem fusius describunt* CHIRON *et* VEG.): PLIN. nat. 25, 144 quibus *oculis* -is fit. CHIRON 72 *hypochyma* curari potest per -in (*cf.* VEG. mulom. 2, 17, 1 per -in [-im, ypantesin *var. ll.*] ad hominum similitudinem ... curatur). 74 -im pungito in ipso albumine ... et subigito ... paracente[t]rium. VEG. mulom. 2, 17 tit. de -i oculi (*item* capp. 2, 17). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 170 si terebratis oculis, quod Graeci -in vocant, ob tardam suffusionem ... visus impedimenta perseverant. **2** *in curatione hydropis sim.* (*rem describunt* CHIRON 222sq. *al.*, VEG., CAEL. AVR. chron. 3, 8, 132sqq., *de eius utilitate fusius disserit* CAEL. AVR. chron. 3, 8, 122sqq.): CHIRON 222 facies -in de (paracentas inde *cod.*) ventre et detrahis humorem (223 [VEG. mulom. 1, 43, 3 -im]. 401. 708). 679 iumentum ydropicum vel strophosum -e (*immo* -i?, -centas *cod.*) curare. THEOD. PRISC. log. 107 sub umbilico -in ... adhibuerunt (CAEL. AVR. chron. 3, 8, 128. *al.*). CAEL. AVR. acut. 1, 14, 111. chron. 3, 8, 132 plurimi ... -is cura celerem mortem pertulerunt. *al. apud eundem.* **3** *usu generali affertur inter partes chirurgiae*: PS. SORAN. quaest. med. 39 -is.

paracentētērium *v.* -centerium.

[Paśkiewicz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

paracharacta (-ēs?), -ae *m.*, παραχαράκτης. *i. q.* ***adulterator monetae*** (*cf. Gloss.* adulter: π.): Cod. Theod. 9, 21, 9 falsae monetae rei, quos vulgo -as vocant (*cf. l. 15*).

[**paracharagma** *vel* **paracharagmus**, -a, -um *v.* paracharaximus.]

paracharaximus, -a, -um, παραχαράξιμος. *scribitur* paracar- *in cod. X* Cassian. (*sc. ubique forma* -caraxmus), *var. codd.* Ps. Ignat. (*ubi et* -caraxina), Gloss. V 622, 50.

1 *usu originario i. q.* ***adulterinus*** (*de nummis, non nisi in imagine; vox vulgaris esse dicitur l. 15, cf. l. 3; apud* Cassian. *coniciebatur olim* paracharagma *vel* paracharagmus, -a, -um): Cassian. conl. 1, 21, 1 *abbas quidam nimio ieiunio peccavit* -o scilicet inlusus nomismate, dum ... parum discutit, an esset legitime figuratum (1, 22, 1 ut ... cogitationes, quae mentiuntur opera pietatis, tamquam adulterina n. et -a reprobemus. 2, 9 *ut deprehendamus n.*, quod non sit in moneta legitima figuratum, atque illud, sicut vulgari usus verbo ... dixisti, tamquam -um reprobemus). Ps. Ignat. Magnes. 5, 2 *homo* irreligiosus falsa moneta est, noxia, adultera, -a (prava *var. l.*, *gr.* παραχάραγμα, *quod vix etiam lat. restituas*), quae non a deo, sed a diabolo facta est (*huc fortasse spectat* Gloss. V 524, 44 -a: imago vel figura falsa). ***usu pro subst.*** (*neutr. potius quam fem. sec.* moneta; *hucine* Gloss. *supra?*): Cassian. conl. 1, 20, 4 -is nos conatur inludere *diabolus*. 2 ***in explicatione prava*** *i. q. paracharacta*: Gloss. V 622, 50 (*glossae Aynardi*) -us est falsus monetarius.

[**paracia** i. gramen Gloss. III 573, 13. *corruptum pro* parthia, *quod exhibent Ps. Apul. herb. 78 l. 12* (*var. l.* percia) *et Gloss. III 559, 52* (*apud Ps. Diosc. Vind. 4, 29 p. 192, 11 respondet* ἀπαρία).]

? **paracīmenus**, -ī *m.*, παρακείμενος (*sc.* χρόνος). *i. q.* ***tempus perfectum*** (*t. t. gramm.*): Macr. exc. gramm. V 610, 22 ὑπερσυντελικός passivi generis de -o (-ω *rest. Ianus*) suo nascitur. 614, 35 prima persona -i (-mei *cod.*) semper in *a* terminatur. *sed fortasse formae lat. supra allatae excerptori potius quam ipsi* Macr. *tribuendae sunt; scribitur enim in iisdem exc. Par. litteris lat., sed forma gr.* -os 610, 10 (peri- *cod.*), *litteris gr.* -ος 606, 5. 7. 16, *ut in exc. Bob.* 633, 19.

†**paracinonia** *v. vol. I 1915, 20.*

paraclēsis (*vel* -ĕ-, *v.* paracletus), *acc.* -in *f.*, παράκλησις. *i. q.* ***consolatio*** *sim. a spiritu sancto allata*: Hil. syn. 29 *credimus in* spiritum sanctum, qui in -in et sanctificationem et consummationem credentibus datus est. Rvfin. Orig. princ. 2, 7, 4 paracletus ..., quod dicitur spiritus sanctus, a consolatione dicitur; -ις (*edd., sed trad. litt. lat. cum var. ll.* -lisis *et* -lysis) enim latine consolatio appellatur (*inde* Isid. orig. 7, 3, 10 sent. 1, 15, 4. *cf.* Fvlg. Rvsp. c. Fab. frg. 2, 2 [*inde* Gloss.[L] Ansil. pa 370] et consolatio et exhortatio apud Graecos -ις [*ed.*; -is *cod.*] dicitur).

ˣ**paraclētus** (*vel* -ĕ-) *et* paraclitus, (-ytus), -ī *m.*, παράκλητος (*vocem originis gr. esse testantur e. g.* Pelag. in II Thess. 2, 16 Avg. in euang. Ioh. 34, 2). ***de scriptura***: *differunt inter se iam codd. antiquissimi; exhibent enim* -etus codd. abd Italae Ioh. 14, 16 (*non in cod. a*). 14, 26. 15, 26. 16, 7. *cod. P* Pallad. c. Ambr. fol. 347r, 4. 347v, 5. 8. 22. *cod. C* Ambrosiast. in Rom. 16, 27, 1 in Eph. 3, 17. *et al.*, -itus cod. ff² Italae Ioh. (*locis cit., item codd. IJ al.* Vvlg.). *cod. Vat.* Serm. Arian. frg. 19. *cod. P* Ambr. fid. 2, 9, 76 (*sed* -etus *ibid. in afferendo* Ioh. 14, 26). *cod. R* Ambr. spir. 1, 15, 137. *cod. A* Prvd. cath. 5, 160. *et al.*, -ytus *cod. B* Hil. ad Const. 2, 9, 1. *cod. C al.* Vvlg. (*locis cit.*). *cod A* Act. Archel. 11, 3 *al.; cod. Vat.* Sacr. Gelas. 618 M. *et al.; in codd. rec. praevalere videtur forma* -itus. Not. Tir. 120, 42 -um (*et al. eodem casu*). *plur. non nisi in negatione p. 294, 65.* ***de mensura***: *syllabam paenultimam, quam longam docte conservat* Avson. rhop. 7 p. 19 P., *corripi apud* Ps. Hil. hymn. 1, 35. 2, 94 Hymn. Ambros. I 9, 19 Prvd. cath. 5, 160 perist. 10, 430 Orient. carm. app. 3, 164 *in voce a Graecis sero mutuata mirum non est* (*cf. e. g.* idolum *et Leumann, Gramm. 1977, 56*). *legitur solum apud Christianos inde ab* Itala, Tert., *sed deest* Cypr. *nec in titulis exstare videtur, nisi recte suppletur* Inscr. christ. Diehl 1830, 1.

i. q. ***advocatus, adiutor, consolator*** *sim.* (*gr. respondet nimirum* παράκλητος, *de qua voce v. Behm, Theol. Wb. NT V 798sqq.*): **1** ***de spiritu sancto*** (*notione originaria evanescente [v. tamen B1 et e. g. p. 294, 40] abiit saepe in meram appellationem spiritus sancti*). *ponitur saepe iuxta subst.* spiritus, *idque maxime his formis*: sp. sanctus -us Tert. praescr. 8 l. 34 adv. Prax. 2 p. 229, 12 Hil. c. Aux. 14 Lvcif. Athan. 1, 31 l. 3D. 1, 40 l. 33. *et saepe* (*cf.* sanctus -us sp. Lvcif. non conv. 9 l. 81D. non parc. 25 l. 19. *al.* Nicet. hymn. A 13 p. 84B., sanctus sp. -us Lvcif. non parc. 25 l. 18D. Ps. Orig. hom. in Matth. 4, 7 p. 258, 16), sp. -us Hil. in Matth. 31, 11 Lvcif. Athan. 2, 11 l. 31D. Ambr.(?) sacr. 6, 2, 9. 10 Pallad. c. Ambr. fol. 347v, 8. 23. *al.*, -us sp. Ps. Orig. tract. 20, 11B. Epist. pontif. 311 ed. Cabié l. 56 Fvlg. Rvsp. c. Arian. 7 l. 604. *al.*

A ***in scriptura sacra***: Itala Ioh. 14, 16 (cod. b *al.* = Vvlg.) rogabo patrem et alium -um dabit vobis ..., spiritum veritatis (*cod. c al.* advocatum, *r al.* consolatorem; *item variant codd. et ceteris locis. explicant e. g.*: Mar. Victorin. adv. Arium 1, 12 in ipso altero -o, hoc est spiritu sancto, inest Iesus, sicut in ipso deus? *eqs.* Ambr. spir. 1, 13, 136 unitas ... nominis est, non fili spiritusque Sabelliana confusio. Ps. Ambr. trin. 6 p. 515[B] 'alius'... ut aequalitatem naturae ac potestatis agnoscamus. *cf. etiam p. 295, 16. 20*). 14, 26 (*ibid.*) -us autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia (*per contaminationem* cod. a advocatus est autem -us ille sp. s. *cf.* 15, 26 [*ibid.*] cum ... venerit -us, quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis *eqs.*). 16, 7 (cod. a *al.*, *sim.* Vvlg.) si non abiero ego, -us non veniet ad vos.

B ***apud ecclesiasticos***: **1** ***explicationes vocis*** (*ne similia separentur, addidimus locos quosdam, qui Christum respiciunt*): Tert. ieiun. 13 p. 292, 6 spiritus sanctus ... ex providentia imminentium ... plagarum, qua -us id est ***advocatus*** ad exorandum iudicem dicitur, ... remedia mandabat (monog. 3, 12 quod a tota continentia infirmitatem tuam excusat. Avg. in euang. Ioh. 74, 4. *al.; v. etiam infra*). Ambr.(?) sacr. 6, 2, 10 quid est -us nisi ***consolator***? (Pelag. in II Thess. 2, 16 p. 447, 5. *al.; item* Gloss.; *ceterum v. infra*). Rvfin. Greg. Naz. orat. 4, 12, 1 -us, id est advocatus vel consolator (*item praebent* ***utramque*** *explicationem*: Avg. in euang. Ioh. 94, 2 Evcher. instr. 2 p. 160, 1. *al.; notiones distinguit* Favst. Rei. spir. 1, 10 p. 119, 5 -um, id est a., quod ad personam filii respicit, sive etiam c., quod ad sanctum spiritum pertinet [*cf. locum sequentem*]). Orig. princ. 2, 7, 4 utrumque ... significat in graeco -us, et consolator et deprecator; ... in salvatore nomen -i pro deprecatore intellegendum videtur, ... de spiritu vero sancto -us consolator debet intellegi (*cf.* Favst. Rei. *supra*). Rvstic. c. aceph. p. 1179[A] ('*alius*' *personarum differentiam indicat*, '*aliud*' *naturarum*) non dixit (Ioh. 14, 16) 'aliud consolatorium' spiritum, sed 'alium -um' (*inde fortasse* Gloss. -um: consolatorium [*item* Gloss.[L] Corp. p 108], *nisi conicias* consolatorem). Isid. orig. 7, 3, 12 alii -um ... oratorem vel advocatum interpretantur; ipse enim spiritus sanctus dicit, ipse docet *eqs.*

2 ***loci ceteri***: **a** ***generatim*** (*exempla selecta*): Tert. praescr. 8 l. 37 apostoli ... doctorem consecuturi erant -um. adv. Prax. 2 p. 229, 12 spiritum sanctum, -um, sanctificatorem fidei eorum, qui credunt. 25 p. 276, 10 conexus patris in filio et filii in -o tres efficit cohaerentes (*item respicitur sancta* ***trinitas***: Mar. Victorin. hymn. 3, 7L. pater, filius, -us, o beata trinitas. 3, 175 esse, deus, es; spiritum esse, Christus; apparere quod sit spiritus, -us. Ps. Hil. hymn. 2, 94 gloria ... sit deo patri, genito, -o. Prvd. cath. 5, 160 *filius* spirat de patrio corde -um. *et saepe; cf. l. 46sqq.*). Iren. 3, 17, 3 (3, 18, 2 H.) ut ..., ubi accusatorem habemus (*cf. apoc. 12, 10*), illic habeamus et -um (*sim. elucet notio vocis originaria*: Novatian. trin. 29, 8 D. *Christus* -um discipulis ... dabat, ne illos ... sine advocato et quodam tutore desereret. Avg. conf. 3, 6, 10 *nomen* -i consolatoris nostri spiritus sancti. Ps. Avg. serm. ed. Mai 43, 2 nisi -us veniat advocatus. *al.; cf. 1 supra et* Ambr. *infra*). Novatian. trin. 16, 3D. si a Christo accepit *-us* quae nuntiet, maior ergo iam -o Christus est *eqs.* (*v. Loi, ed. 1975, ad l.*). Hil. c. Aux. 14 ***credo*** ... et in spiritum sanctum -um (Synod. Hil. coll. antiar. p. 71, 4 in spiritum sanctum, hoc est in -um. Lvcif. Athan. 1, 40 l. 33 D. *al.*). syn. 53 si quis ... non alium dicat -um a filio ..., anathema sit (*sim.* Conc. Tolet. a. 400 Mansi 3, 1003[D]. *al.; cf. p. 295, 15sqq.*). Lvcif. non conv. 9 l. 81D. sanctum -um spiritum ... constare ex nihilo (*sec. Arianorum doctrinam ut*: reg. apost. 7 l. 68D. fabricatum esse ex nihilo. Serm. Arian. frg. 19 providentia dei per Christum factus). Gavdent. serm. 14, 3G. plenitudinem doctrinae ... per ipsum -um ... consummandam *esse*. Ambr.(?) sacr. 6, 2, 10 Arriani putant se derogare sancto spiritui, si dicant illum spiritum -um; ... quasi non et de patre lectum sit, quia ipse est 'deus consolationis' (*II Cor. 1, 3. cf.* Nicet. spir. 16 nequis ... spiritum sanctum, quia -us dicitur, contemptibile aliquid existimet *eqs.*). Conc. Tolet. a. 400 Mansi 3, 1003[A] est ... genitus filius, non genitus -us, sed a patre filioque procedens (*item* Pastor libell. p. 43, 9 Ps. Avg. serm. 233, 1). Epist. pontif. 311 ed. Cabié l. 56 ut vel consignent vel -um spiritum tradant *pontifices* (*cf. formulas traditionis* Sacr. Gelas. 451M. immitte in eos spiritum sanctum tuum -um. *al.*). Ps. Ignat. Phil. 2, 4 neque tres sunt patres neque tres filii, sed neque tres -i, sed unus pater *eqs. et saepius.*

b ***specialim de -o operante secundum doctrinam***: α ***Montani*** (*cf. IIIC1a*): Tert. anim. 58, 8 hoc ... -us frequentissime commendavit, si qui sermones eius ex agnitione promissorum charismatum admiserit. fug. 1, 1 *errant* -um non recipiendo (*cf.* ieiun. 1 p. 274, 20 -o controversiam faciunt, ... novae prophetiae recusantur. 12 p. 291, 11 -um, quem in Montano negatis, in Apicio credere. *sim. al.*). monog. 2, 4 -us ... multa habens edocere, quae in illum distulit dominus (*cf.* 14, 3 si ... Christus abstulit, quod Moyses praecepit ... cur non et -us abstulerit, quod Paulus indulsit? virg. vel. 1, 10 *iustitia* per euangelium efferbuit in iuventutem, nunc per -um componitur in maturitatem. *et sim. al.*). adv. Prax. 1 p. 228, 19 nos ... agnitio -i ... disiunxit a psychicis. pudic. 21 p. 269, 24 qui ipsum -um in prophetis novis habeo dicentem: '...' (*postea*: quid si pseudopropheticus spiritus pronuntiavit?). *et saepe apud eundem.* Ps. Tert. haer. 7 p. 224, 19sq. in apostolis quidem ... spiritum sanctum fuisse, -um non fuisse et ... -um plura in Montano dixisse, quam Christum in euangelio protulisse. Hil. ad Const. 2, 9, 1 Montanus per insanas feminas suas -um alium defendit (*cf.* Ioh. 14, 16 *sub 1A*). Avg. c.

[Paśkiewicz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Faust. 32, 17 p. 777, 22 Cataphrygarum -o. *et al.* β *Manis (cf. IIIC1b)*: FAVST. Aug. c. Faust. 32, 6 et nobis *Manichaeis* -us ex novo testamento promissus . . . docet, quid accipere ex eodem debeamus et quid repudiare. AVG. c. Faust. 32, 15. 32, 16 vos -um docuisse scripturas istas (*sc. acta*) apostolorum non esse. 32, 17 quae tandem poterit haeresis exoriri sub -i nomine, quae non haec omnia . . . sibi audeat coaptare? *al.*

II *de ceteris trinitatis personis*: **A** *de filio*: *in scriptura sacra*: ITALA Ioh. 14, 16 *v. sub IA.* I Ioh. 2, 1 (Ambr. spir. 1, 15, 137 *al.*) si quis peccaverit, -um habemus ad patrem Iesum Christum (*Cypr. epist. 55, 18 al. et Vulg.* advocatum, *Conc.*[S] *I 5 p. 195, 23 al.* consolatorem; *per contaminationem* Tract. de trin. fid. p. 193, 30 habemus advocatum . . ., iustum -um Iesum Ch.). *locis inde pendentibus* (*v. etiam sub IB1*): MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 11 quod -us et Christus *est*. HIL. syn. 54 ut ipsum esse filium -um dicant *haeretici*, cum . . . differentiam missi rogantisque significet *Iesus* (*sc.* Ioh. 14, 16 *sub IA. cf.* AMBR. spir. 1, 15, 137 alius -us est filius, alius -us spiritus sanctus; . . . quemadmodum unitas nominis, ita etiam unitas potestatis est). HIER. epist. 120, 9, 17 quando dicit dominus 'alium -um . . .', et se ostendit esse -um (*sim.* NICET. spir. 16. *al.*). FAVST. REI. spir. 1, 10 p. 119, 24 si secundum hominem -o Christum adsimilatum putas, *erras. sim. al.* *usu liberiore*: ORIENT. carm. app. 3, 164 respice nos . . . crucifixe, -e, Christe.
B *de patre* (*cf. p. 294, 57 et e. g. Hier. epist. 120, 9, 17* et deus pater hoc censetur nomine *-i sive consolatoris*): NICET. spir. 16 (*inde* EVGEN. Vict. Vit. 2, 93) nec a patre hoc nomen -i alienum est: beneficii enim nomen est, non naturae (*affert II Cor. 1, 3* pater misericordiarum et deus . . . consolationis). FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 2, 1 cognosce, quod deus pater non careat -i opere, ut ex hoc discas non certare de nomine.

III *de aliis divinitatibus, spiritibus, hominibus*: **A** *ironice in contradictione de diabolo*: TERT. ieiun. 11 p. 289, 29 *si dicis diabolum, non spiritum sanctum hanc disciplinam introduxisse*, aut contende diabolum cum deo facere nostro aut satanas -us habeatur.

B *in doctrina Valentinianorum est nomen aeonis cuiusdam nec non salvatoris*: TERT. adv. Val. 8 p. 186, 3 -us et Pistis (*inter aeones ab Homine et Ecclesia progeneratos ut*: IREN. 1, 1, 2 [1, 1, 1 H.]. 2, 14, 8 [2, 18, 7]). 16 p. 195, 17 Christus . . . vicarium praeficit (-fecti *coni. Kroymann aliter interpungens*) -um Soterem: hic erit Iesus (*de eodem*: IREN. 1, 4, 5 [1, 1, 8 H.] -um . . . misit ad eam *Achamoth*, hoc est Salvatorem).

C *de ipsis hominibus*: **1** *locum usurpantibus -i a Christo promissi*: **a** *de Montano* (*cf. p. 294, 67*): PS. HIER. indic. de haer. 32 Montanum -um et Priscam . . . vanissimus error observat (*inde cautius*: AVG. haer. 26 Montanus tamquam -us). RVFIN. hist. 5, 14 qui *M.* se -um nominaret. **b** *de Mane* (*cf. supra l. 1*): ACT. Archel. 15, 3 (*loquitur Manes*) sum quidem ego -us, qui ab Iesu mitti praedictus sum (AVG. c. Faust. 13, 17 p. 398, 26 -um . . . esse Manichaeum vel in Manichaeo. *al.*). 25, 3 (*verba Archelai*) quem ego magis parasitum quam -um dixerim. RVFIN. symb. 37 (39) l. 25 qui seipsum -um nominavit. *al.* **2** *conviciose de Petiliano*: AVG. c. Petil. 3, 16, 19 p. 177, 2 *Petilianus me* Tertulli *accusatoris* (*act. 24, 1*) . . . vocabulo denotet, sibi propter advocationem . . . -i nomen imponat atque ob hoc se cognominalem spiritus sancti . . . fuisse deliret (*p. 176, 27* advocati forensis).

in lusu verborum cum parasitus *l. 50*.

? **paraclisis** *v.* parenclisis. **paraclitus** *v.* paracletus.

paracmē, *acc.* -ēn *f.*, παρακμή. *scribitur in codd. ubique* -agm- (*ad* g *pro* κ *cf. Leumann, Gramm. 1977, 199*). *i. q. remissio, declinatio* (*t. t. med.*): MARCELL. med. 27, 30 cedente . . . impetu *affectionis* . . ., quod tempus Graeci -en vocant (*opp.* acmen *ut*: Ps. SORAN. quaest. med. 88 [*sec. Ps. Galen. defin. med. XVIII 388*] *aegritudinis* declinationem -e⟨n⟩ vocant *Graeci*. 188). PS. SORAN. quaest. med. 193 quid est -e[n]? declinatio passionis est; . . . interdum . . . comprehendimus declinationem morborum, cum aequales quidem permaneant accessiones, sed symptomata minuantur.

paracollēma, *plur.* -ata *n.*, παρακόλλημα. *i. q. genus emplastri*: ORIBAS. syn. 8, 40, 5 La p. 250/1 -ta (-colim- *cod.*) . . . et superiunctiones uteris, quando in . . . temporibus venas tumentes tenduntur (*Aa* anacollimas, *gr.* παρακολλήμασι).

***paracollēsis,** *acc.* -in (-im *l. 76*) *f.*, παρακόλλησις. *scribitur hic illic* -ole- *vel* -olli-, *v. infra*. *i. q. glutinatio* (*sc. vulnerum sim.*; *gr. respondent verba* κολλάω *vel* παρακολλάω *praeter l. 78*): DIOSC. 1, 118 p. 60, 22 M. cataplasmis adibita *palma* vulneri recenti -in facit ([*Plin. nat. 23, 98* vulnera conglutinat. *sim. respondent e. g. 23, 124 et* 1, 143 p. 72, 5 M.]. 2, 65 p. 207, 9 paracolesim [*cod. Mon.*]. *et saepe apud eundem*). 4, 33 p. 22, 22 *herba* inposita vulneribus -in pr(a)estat ([*gr. 4, 36* ἐναίμων ἐστὶ κολλητική]. 4, 55 p. 30, 5 paracollisin [*cod. Par.*]. 5, 146 p. 234, 12 *de spongia*).

paracollēticus, -a, -um, παρακολλητικός. *scribitur* -colet- DIOSC. 1, 119 p. 62, 20 M., -col(l)eet- DIOSC. 1, 139 p. 69, 22 M. 5, 142 p. 232, 14 GLOSS. *usu originario i. q. paracollesin efficiens, conglutinans* (*gr. respondet* κολλητικός, *nisi alia adnotavimus*): DIOSC. 1, 119 p. 62, 20 M. *malum granatum est* -um vulnerum. 1, 139 p. 69, 22 M. virtus est ei suco . . . -a vulnerum ([*Plin. nat. 23, 134* vulnera conglutinat]. 2, 105 p. 220, 17. 3, 95 p. 420, 1 vulnerum. 5, 158 p. 239, 4 [*aliter gr. 5, 132* τὸ . . . κολλῶδες]). GLOSS. med. ed. Heiberg p. 52, 7 -um penicillum: id est spungiolam novam mollem (*cf. p. 295, 79*). *in interpretatione prava*: DIOSC. 5, 142 p. 232, 14 virtute . . . parimplastica, id est -a (*gr. 5, 116* ἐμπλαστικήν *tantum*).

[**paracoloquiron** i. camiphiteos GLOSS. III 574, 11 (*redigas ad formam* holocyron: chamaepitys, *cf. vol. VI 3. 2860, 2*).]

paracopē, *acc.* -ēn *f.*, παρακοπή. GLOSS. med. ed. Heiberg p. 52, 9 -en: Greci dicunt hebetationem mentis adque degressionem.

paracynanchē, *acc.* -ēn *f.*, παρακυνάγχη. *i. q. genus anginae*: CAEL. AVR. acut. 3, 1, 3 *passionem*, si in utraque . . . parte interiorum *faucium* fuerit, cynanchen vocandam *esse* . . .; quae in altera fuerit parte -en vocaverunt (*postea distinguuntur* hyanche, synanche, parasynanche. *voces paulo aliter distinguit* ALEX. TRALL. 1, 136, *ubi scribitur* parasquinanecen [*gr. II 125 P.* π.]).

1. parada, -ae *f.* (*trad. solum plur.*). [*quae ratio inter* 1. *et* 2. parada *intercedat, non liquet; utraque vox peregrina videtur. Sch.*]
i. q. tegmen cratibus (vel etiam velis?) factum, quo in navibus solem arcebant: AVSON. 394, 29 p. 253 P. *navigantem* te . . . expositum subter -as lectoque iacentem. SIDON. epist. 8, 12, 5 superflexa crate -arum sereni brumalis infida vitabis.

2. parada, -ae *f.* [*v. sub* 1. parada. *Sch.*] *nomen herbae* (*i. q. rumex, v. André, Lex. des termes de botan. s. v.*): GLOSS. lappacium: -a.

paradiastolē, *acc.* -ēn *f.*, παραδιαστολή (*quod alibi gr. non legi videtur*). *scribitur litteris gr. praeter* ISID., GLOSS. *t. t. rhet.* *i. q. distinctio* (*ad rem v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 749*): RVT. LVP. 1, 4 -ή: hoc schema plures ⟨res⟩ aut duas, quae videntur unam vim habere, disiungit et, quantum distent, docet, suam cuique propriam sententiam subiungendo; Hyperidis: '. . . cum te pro astuto sapi[e]ntem appelles *eqs.*' (*idem exemplum afferunt*: QVINT. inst. 9, 3, 65 huic [*sc. figurae q. e.* συνοικείωσις] diversam volunt esse distinctionem, cui dant nomen -ήν, qua similia discernuntur; . . . an figura sit dubito. ISID. orig. 2, 21, 9 -e est, quotiens id, quod dicimus, interpretatione discernimus [*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PA 377]). PS. IVL. RVF. schem. lex. 22 p. 53, 23 -ή est, cum similes res discernuntur contrariis redditis (*vix apte affert Verg. ecl. 3, 80 sqq.*); latine dicitur discriminatio. CARM. de fig. 115 -ή: subdistinctio fit, cum rem distinguimus ab re.

paradiēgēsis, (-eōs) *f.*, παραδιήγησις. *scribitur litteris gr. praeter* FORTVN. *i. q. narratio rerum non ad causam pertinentium* (*t. t. rhet.*): QVINT. inst. 9, 2, 107 invenio qui adgregent his *figuris* . . . -εις. FORTVN. rhet. 2, 19 est -is, cum aliquas res gestas extra causam positas inducimus *eqs.* (*inter species narrationis ut* MART. CAP. 5, 552 -ιν). *Paśkiewicz.*

paradīgma, -atis *n.*, παράδειγμα. *praeter formam -a nom. et acc. sing. inveniuntur gen. sing.* -atis IVL. VICT. rhet. 11 p. 413, 5, *dat.* -ati SACERD. gramm. VI 469, 7, *abl.* -ate TERT. anim. 43, 11 SACERD. gramm. VI 465, 19, *abl. plur.* -mis VEN. FORT. carm. praef. 1 p. 1, 6.

i. q. exemplum (*signum v. 2b*): **1** *usu sollemni, agitur de dictis et scriptis* (*v. etiam p. 297, 16*): **a** *in arte grammatica et rhetorica significantur modi quidam approbandi, demonstrandi sim.* (*voce graeca utuntur e. g. Quint. inst. 5, 11, 1sq. Mar. Victorin. rhet. 1, 28 p. 228, 11, qui etiam rem tractant; de qua v. vol. V 2, 1329, 81sqq. s. v.* exemplum [exemplum *distinguitur l. 68. 72 al.*]. *huc spectant* GLOSS. II 588, 51 similitudo, exemplum. GLOSS.[L] V Abba PA 69 similitudo, fabula): SACERD. gramm. VI 464, 1 *homoeosis* dividitur tribus modis, in parabolam, in -a, in icona ([*trad.* in -a, in parab., in icon]. *sim. ibid.* 464, 17. DON. gramm. IV 402, 22 [*item* CHAR. gramm. p. 365, 10B. ISID. orig. 1, 37, 31]. DIOM. gramm. I 463, 13). 465, 19 de -e: -a est rei praeteritae relatio ad hortationem vel dehortationem (*sim.* CHAR. gramm. p. 365, 19B. DIOM. gramm. I 464, 17 -a est enarratio exempli vel rei praeteritae relatio significans adhortationem dehortationemve). 469, 7 exemplum dicitur modis quattuor: . . . a maiore ad minus . . .; hoc commune est -i. 469, 16sq. inter -a et exemplum et argumentum et signum hoc est, quod -a non inducitur nisi aut a petentibus (parentibus *cod.*) aut ad petentes (*cf. l. 64*). 469, 22 exemplum et -a ex aliis conprobatur (conprobat *ex correctione in exemplari nostro*), argumentum vero ex ipsius rei effectu. DON. gramm. IV 402, 28 -a est enarratio exempli hortantis aut deterrentis (*sim.* CASSIOD. in psalm. 1, 4[6]. *v. etiam l. 65. 83*). SERV. gramm. IV 448, 12sqq. inter parabolen et -a hoc interest, quod parabole rerum dissimilium conparatio est . . ., -a autem est rerum similium conparatio, ut cum puta hominem homini conparamus. IVL. RVF. rhet. 22 -a facit vera exempla, parabole ficta ostendit (*cf. l. 63*). IVL. VICT. rhet. 11 p. 413, 5 -is enthymematici (*syn.* paradigmaticon enthymema, *v. p. 297, 25*). CASSIOD. in psalm. 14, 4(8) quod schema dicitur -a . . .; invitat . . . nos prosperis et terret adversis (*sim. de psalmorum locis, ubi enumerantur bonorum commoda et peccatorum incommoda*: 33, 16[15]. 36, 17[18] quae figura dicitur -a, id est exemplum hortantis vel deterrentis. 111, 10). VEN. FORT. carm. praef. 1 p. 1, 6 tropis -mis perihodis [*Krömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epichirematibus coronati *poetae*. ISID. orig. 1, 37, 34 -a . . . est exemplum dicti vel facti alicuius aut ex simili aut ex dissimili genere conveniens eius, quam proponimus, rei, ita: 'tam fortiter periit . . . Scipio quam . . . Cato.' b *in euangeliorum explicatione significantur exempla vel parabolae a Iesu propositae*: GREG. M. in euang. 33, 4 de duobus . . . debitoribus -a opponitur (*respicitur Luc. 7, 41 sqq.*). in Ezech. 1, 7, 4 (*respicitur Matth. 17, 24sqq.*) *Iesus*, dum tributum . . . peteretur, . . . -a proposuit, per quod se nihil debere respondit (*intellegit fortasse* -a enthymematicum *ut p. 296, 78*).

2 *usu vario:* ? a *de exemplo, ad quod mundus creatus est*: TERT. anim. 43, 11 (*agit de somno exemplaris vice fungente*) voluit . . . deus et alias nihil sine exemplaribus in sua dispositione molitus -e Platonico plenius humani vel maxime initii ac finis lineas cotidie agere nobiscum (*ita explicat Waszink ad l., qui respici vult Plat. Tim. 29b; sed potius respicitur aut Phaed. 71c sq. aut apol. 40c sqq., ita ut locus ad 1 pertineat*). b GLOSS.L V Abba PA 76 -a: portentum (*cf. Gloss. III 335, 38 παράδειγμα*: portentum. *Gloss.L II Philox.* MO 35 monstrum: τέρας, σημεῖον, παράδειγμα).

paradīgmaticus, -a, -um, παραδειγματικός. *i. q. paradigma adhibens, sc. de enthymemate* (exemplabile *vertit Cassiod., v. vol. V 2, 1320, 29sqq.*): FORTVN. rhet. 3, 12 in -o *enthymemate* gravi et plena *structura utendum est* (*vox graeca legitur 2, 15 et 2, 29*). IVL. VICT. rhet. 11 p. 412, 24 enthymematon . . . formae sunt quinque: elencticon, . . . dicticon, . . . gnomicon, . . . -on, . . . syllogisticon. p. 413, 2sqq. -on enthymema . . . hoc . . . differt ab exemplo, quod exemplum per se positum probationem adiuvat, conversum autem in speciem argumenti formam accipit paradigmatis enthymematici, ut sit exemplum: '. . .'; at vero ut enthymema (8) sit -on *eqs.* p. 413, 23 -a et gnomica *enthymemata*.

paradīonium *v.* parazonium.

paradīsiacus, -a, -um, παραδεισιακός. *scribitur* -yss- VEN. FORT. carm. 2, 4, 9 (*carm. quadr.; var. l. alibi apud eundem iuxta* -ys- *et* -iss-; *var. l.* paradisicae IVLIAN.).

i. q. ad paradisum pertinens, paradisum complectens, paradiso ortus: 1 *respicitur caelum*: IVLIAN. in psalm. 27, 1d neque . . . resurrectionis aut -ae habitationis vel certe ascensionis in caelum notitiam tunc habebant. GREG. TVR. vit. patr. 19 praef. aditum nemoris -i recludere. VEN. FORT. carm. 4, 7, 21 ad -as epulas te cive reducto . . . gaudet . . . polus (8, 3, 29). 8, 1, 8 -o germine Christus alit (*de sacris scripturis dici videtur*). CE 1387, 24 (*a. 573*) -as possidet aptus opes. 2 *respicitur protoplastorum sedes: in circuitione*: ALC. AVIT. carm. 1, 300 in -a ponuntur sede *primi homines*. VEN. FORT. carm. 2, 4, 9 -o . . . in horto (epist. [carm. 5, 1]1 -i h. odoramenta). *de rebus tam miris, ut paradiso ortae putentur*: GREG. TVR. Iul. 41 reliquias . . . martyr -is virtutibus inlustravit (*respicitur odor ut*: VEN. FORT. carm. 6, 6, 2 *ver* -as spargit odore rosas. *cf. l. 43*).

paradīsicola, -ae *m.* *a* paradisus *et* colere (*cf.* caelicola). *i. q. paradisi incola*: PRVD. ham. 928 -ae post ulcera dira beato proditur infelix (*sc. dives Lazaro post mortem in Abrahae sinum recepto, cf. Luc. 16, 23 et p. 302, 24. var. ll.* -issi-, -ysi-).

a**paradīsus**, -ī *m.*, παράδεισος (GLOSS. III 429, 19), *quod respondet in graecis, nisi aliud indicatur. scribitur in codicibus saepe* -iss- (*e. g.* HIL. trin. 10, 34 *cod. D saec. V/VI* [*iuxta* -is-]. PRVD. *cod. A ubique.* CIL VIII 13603) *vel* -ys- (*e. g.* HIER. epist. 14, 10, 3 *cod. ε saec. VI.* MAX. TAVR. serm. *cod. S fere ubique* [*sed* 57, 2 M. *iuxta* -is-]), *rarius* -yss-; *v. etiam sub* paradisiacus. NOT. Tir. 120, 43 -um (*antecedit* paraclitum *ut* 120, 23h. 124, 8. 125, 116). *de genere: fem.* CHRYSOST. hom. III 827C (*sed antecedit masc.; var. l.* ITALA IV Esdr. 3, 6 Weber AVG. anim. 2, 12, 16), *neutr.* PS. CYPR. laud. mart. 11 -um . . . floret. GLOSS. III 429, 19 παράδυσος -um. V 129, 6. GLOSS.L I Ansil. PA 381 (*cf. l. 57; var. l.* RVFIN. Orig. in gen. 5, 1 p. 59, 2). *de formis: ? abl.* -u CIL VIII 13603 (*nisi est acc.* -u(m)); *voc.* SEDVL. carm. pasch. 5, 222 ALC. AVIT. carm. 3, 202 CE 688, 14. *al. in versibus. plur. inde ab* ITALA (*nota* AVG. *p. 300, 45* -um -orum). *legitur in* ITALA *et apud Christianos passim inde a* TERT. (*inscribuntur libri* TERT. [*v.* anim. 55, 5 adv. Marc. 5, 12 p. 618, 1], AMBR., VICTORIS CAP. [*v.* frg. Spicil. Solesm. I p. 277]); *alibi rarissime, sc. in versionibus* (IVL. VAL., DIOSC.; *cf. Gell. 2, 20, 4*). [*a sermone docto haud alienum: it.* paradiso; *var. raet. centr. et occ.; francog. vet.* pareïs, parvis (*cf.* parvis '*atrium ecclesiae*'); *prov. vet.* parazis; *hisp.* paraíso; *port.* paraíso. *cf. M.-L. 6223. Battisti-Alessio IV 2766. Wartburg VII 614sqq. Corominas III 655sq. Machado[3] IV 302. St.*]

I *usu originario i. q. hortus, nemus sim.* (*cf.* AVG. gen. ad litt. 12, 34 p. 430, 12 proprie quidem nemorosus locus. *syn.* hortus *e. g.* AMBR. epist. 34, 5 F. [*iuxtapos. e. g. p. 298, 13. 15 et* TRACT. in Luc. 1, 7 G.], pomarium HIER. in Ier. 29, 1—7 p. 351, 21, virid(i)arium *l. 84 et* GLOSS.): A *proprie*: 1 *de quolibet horto*: ITALA II par. 33, 20 (Complut.) sepelierunt illum *Manassem* ⌊in -o domus eius⌋ (in domo sua *Vulg.*). Dan. 13, 4 (cod. 176, *sim.* Wirc.) erat ei *viro Susannae* -us vicinus domui eius (*de eodem horto*: 13, 7. 15. 20. *al.* [*ibid.*: *Vulg. ubique* pomerium; *Lucif.* viridiarium]. *respiciunt e. g.* AMBR. epist. 5, 16. 34, 5 F. AVG. serm. 343, 1 in -o, hoc est in viridario

suo). IVL. VAL. 3, 24 (*Alexander de arboribus loquacibus*) ducor in quendam locum arboribus consitum vel amoenissimis; hunc illi -um vocitavere. AMBR. Cain et Ab. 2, 8, 26 *Cain* dicit (*gen. 4, 8*): 'eamus in campum', non dicit: 'eamus in -um', ubi poma florent, non in aliquem cultum et fructiferum locum. epist. 19, 3 F. *Iesus* transivit in -um, ubi se capiendum dedit (*item de Gethsemani*: MAX. TAVR. serm. 58, 1 M. in hortuli -o [*sim. 74, 2, sc. iuxta* -um *latroni promissum, altero loco iuxta* -um *Susannae*]). HEGES. 4, 17 p. 269, 5 *apud Hiericho* mirabilem hortorum gratiam cernas; . . . tam diversis inhalantes floribus -i suaves fundunt odores (*de eadem regione*: PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5,4 p. 760 optimos . . . -os ac densissimos. *cf. p. 299, 35*). RVFIN. hist. mon. 17 *in monasterio quodam* horti irrigui, omnium quoque pomorum arborumque -i. DIOSC. 3, 17 p. 383, 16 acanto . . . nascitur in -is et locis lapidosis et humectis. 3, 117 p. 426, 15 *pyrgitis* nascitur in -o aut in hortis (*gr. 3, 107* ἐν παλισκίοις καὶ παραδείσοις). VITAE patr. 6, 1, 15 (*somnio ostenditur beatitudo eorum, qui vita proba decesserunt*) ducens . . . me in quendam campum . . . habentem -os multos *eqs. al.* *de Christi sepulcro posito in horto*: AVG. epist. 187, 5 in sepulcro -um nullus intellegit; et si quisquam ita esset absurdus, ut hoc sapere conaretur eo, quod illud sepulcrum in horto erat *eqs.*

2 *de protoplastorum sede* (*v. etiam sub IIA1b*): a *generatim* (*exempla selecta; in* gen. 2 *et* 3, *unde ceteri pendent, omnes versiones praebent* -um [*de varietate structurarum v. ed. Beuron.*]): ITALA gen. 2, 8 (Iren. 5, 5, 1 *al.*) plantavit deus ⌊-um in Eden⌋ (VVLG. -um voluptatis, *quam iuncturam fere omnes vers. praebent* 3, 24 *pro π. τῆς τρυφῆς, sed inter se discrepant* 3, 23 [*v. ed. Beuron.*]. *cf.* HIER. quaest. hebr. in gen. p. 4, 32 eden deliciae interpretantur, pro quo Symmachus transtulit -um florentem). 2, 10 (Aug. gen. c. Manich. 2, 1, 1, *cf.* VVLG.) flumen . . . prodibat ex Eden et irrigabat -um, quod inde dividitur in quattuor partes. 2, 16 (Ps. Cypr. tract. 38) in -o dei (*cf.* AVG. conf. 2, 2, 3 -o tuo). 3, 23 (Aug. gen. ad litt. 11, 1 p. 334, 15 *al., sim.* VVLG.) dimisit illum *Adam* . . . deus de -o voluptatis . . . et eiecit Adam *eqs.* (*utrumque verbum saepius usurpatur* [*praeterea e. g.* expellere TERT. cult. fem. 1, 1 l. 27, proicere IREN. 5, 1, 3; *de* deicere *sim. v. l. 78*], *sed cf.* AVG. serm. 285, 6 tamquam . . . iam pronos proprio pondere dimisit eos de -o, non exclusit). 3, 24 (Verec. in cant. 2, 23 l. 18 D.) posuit ⌊ante ianuam -i⌋ (*aliae vers. aliter*) Cherubin et flammeum gladium (GREG. M. moral. 4, 22. *cf. p. 301, 22. 57. 64 et* AMBR. in psalm. 1, 38, 3 ingressu. 118 serm. 20, 12, 1 exitu). IV Esdr. 3, 6 Weber (=VVLG.) in -um, quem plantavit . . ., antequam terra adventaret. 6, 2 (*ibid.*) antequam confirmarentur fundamenta -i. TERT. adv. Iud. 2, 11 *deus Adam* colonum -i (-o *var. l.*) praefecit (*al. vol. III 1706, 58sq.; sim. de Adam*: PACIAN. [?] sim. carn. p. 125, 5 hominem. ASTER. ad Renat. l. 92 hospitem. EVCHER. laud. her. 6 possessor. FAVST. REI. grat. 1, 7 p. 24, 14 incola. *sim. al.*). adv. Marc. 2, 2 p. 335, 22 -i gratia et familiaritas dei (*item afferuntur -i virtutes et bona*: HIL. in Matth. 3, 5 gloria. GAVDENT. serm. 9, 42 G. beatitudo. AVG. civ. 11, 12 p. 479, 21 D. felicitate. GREG. M. dial. 4, 1 p. 229, 1 M. gaudiis. *sim. al.*). 2, 12 p. 352, 2 separatio pronuntiata est inter . . . orbem et -um (*item de -i loco remoto*: AVG. gen. ad litt. 8, 7 p. 242, 4 locus ipse -i a cognitione hominum est remotissimus. *sim. al.*). monog. 17, 6 *Adam* de -o sanctitatis exulavit. paenit. 12, 9 *paenitentiam* Adam exomologesi restitutus in -um suum non tacet (*respici volunt editores Adae funus coll.* VITA Adae 48 [*v. etiam p. 299, 4*]; *sed nescio an aut ad B2b pertineat, cf. Finé, Jenseitsvorst. bei Tert., 1958, 224, aut ad II una cum* FILASTR. 115, 8 *Adam* meruit delicti veniam inpetrare atque in -um in Christi praesentiam filiorum etiam procreatione remeare [*cf.* AVG. pecc. mer. 2, 34, 55 *et apoc. Mos. 37*]). IREN. 1, 30, 5 (1, 28, 3 H.) cum esset cum Patre . . . in caelo et in -o *serpentiformis Nus.* NOVATIAN. trin. 8, 2 D. *deus* peculiarem protoplastis aeternae vitae mundum quendam -um in oriente constituit. PS. PHILO antiq. 19, 10 *deus* ostendit ei *Moysi* locum, unde pluit manna . . ., usque ad semitas -i. 32, 8 -us reddita inspiratione fructus sui *motus est* (*cf. apoc. Mos. 38*). AMBR. epist. 20, 17 relinquere . . . incolatum -i (in psalm. 118 serm. 7, 15, 2. *cf.* 20, 12, 1 sede [LEO M. serm. 22, 5 sedibus. *al.*]. GREG. M. moral. 4, 22 habitatio). HIER. epist. 51, 5, 3 (*Epiphan.*) de -o ruinam. ASTER. ad Renat. l. 157 *monachus* hoc laboret esse, quod aut -o dignum aut caelo sit necessarium (*opponuntur* -us *et caelum etiam*: VEN. FORT. carm. 4, 4, 1 MART. BRAC. corr. 4. *al.*). RVFIN. Orig. in exod. 8, 1 p. 218, 6 de -o libertatis. PRVD. psych. 224 de consaepto -i limite (*cf.* ALC. AVIT. carm. 2, 116 limine. PS. BOETH. fid. cath. 95 fine [*var. l.* sinu]). AVG. civ. 13, 18 p. 579, 15 D. in terra . . . nemorosa atque fructuosa, quae -i nomen obtinuit. in psalm. 47, 9 *Iob* vicit in stercore, victus in -o (*eadem comparatio Adae et Iob*: 133, 2 GREG. M. moral. 3, 12. *al.*). MAX. TAVR. serm. 48, 3 M. *Adam* de -i sublimitate deiectus (*cf.* ALC. AVIT. carm. 2, 152 -i in vertice. APON. 1 p. 20 de -i monte . . . peccando descendit. *addas doctrinam Origenis, quam vituperat* HIER. epist. 51, 5, 5 [*Epiphan.*]). CASSIOD. hist. 9, 42, 2 undae . . . sacri -i (*i. Nilus, v. gen. 2, 13*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 41 *nuces Indicas* de -o credunt homines esse. GREG. M. epist. 6, 58 ea, quae a -o vicina sunt (*i. ex Arabia sim.*), bene olentia nobis ligna transmisistis. *al.*

[*Krömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *speciatim respiciuntur alii homines ibi postea morantes vel moraturi (non raro minus certum, utrum locus quidam pertineat huc an ad II)*: ITALA (= VVLG.) Sirach 44, 16 Enoch placuit deo et translatus est in -o (-um *var. l.*), ut det gentibus paenitentiam (*respicitur gen. 5, 24. de eodem*: FVLG. aet. mund. p. 135, 2 ex Enoch felici translatione et -i incola⟨tu⟩ [*correxi, cf. p. 298, 66*] conquisito. AVG. pecc. mer. 1, 3, 3 *Enoch et Helias* ita in -o fortasse pascuntur sicut Adam. *cf. p. 301, 9*). TERT. adv. Marc. 5, 12 p. 618, 3sq. (*respicitur* II Cor. 12, 4) mirabor, si *secundum Marcionem* proprium potuit habere -um deus nullius terrenae dispositionis; nisi si etiam -o creatoris precario usus est, sicut et mundo *eqs.* IREN. 5, 5, 1 dicunt presbyteri . . . eos, qui translati sunt, illuc (*sc. unde proiectus est Adam*) translatos esse — iustis enim hominibus et spiritum habentibus praeparatus est -us, in quem et Paulus . . . asportatus (*cf. p. 301, 70*) . . . — et ibi manere eos . . . usque ad consummationem. VICTORIN. POETOV. in apoc. 11, 4 *Elias et Hieremias* 'sunt duae olivae . . ., qui in conspectu domini terrae stant'. id est ⌊in -o⌋ (sunt in -o *rec. Hier.*); hos ergo oportet interfici ab Antichristo (*item de Elia*: HIER. epist. 22, 18, 2. CHROMAT. serm. 22, 2 L. [*distinguuntur* caelum, terra, inferna]. *al.; cf. p. 301, 4*). LACT. inst. 2, 12, 19 *deus* -um igni circumvallavit, ne homo posset accedere, donec summum iudicium faciat in terra et iustos viros . . . in eundem locum revocet (*cf.* epit. 22, 4. *de igni circumfuso cf. Isid. orig. 14, 3, 3 nec non p. 301, 61. 302, 6*). AMBR. Hel. 4, 7 plantavit dominus -um ad gratiam beatorum. RVFIN. Orig. in num. 12, 3 p. 103, 15 pervenitur vel ad illud famosissimum divini -i nemus et amoenas delicias habitationis antiquae vel certe ad verticem perfectionis et beatitudinis summitatem. AVG. gen. ad litt. 8, 5 p. 238, 1 potuit ille latro (*cf. p. 300, 72*) in eum introduci -um, ubi fuerat corpus primi hominis. *al.*

B *in comparatione, imagine sim.; comparantur cum -o eiusque partibus*: 1 *regiones, loca* (*cf. p. 301, 31. 65*): ITALA gen. 13, 10 (cod. 101 *al., sim.* VVLG.) *terra Sodomorum olim* inrigabatur . . . sicut -us dei (*laudatur regio quaedam amoena et fructuosa etiam*: SALV. gub. 7, 8 -i imaginem possedisse *Aquitanos*. ITIN. Anton. Plac. rec. A 5 *Nazareth* similis -o. 13 Hiericho . . . videtur ut -us). Ioel 2, 3 (Verec. in cant. 3, 9 D.) ante faciem eius *populi locustarum* -us et post eum solitudo deserti (*gr.* ὡς π. τρυφῆς, *Vulg.* quasi hortus voluptatis. *explicationem* VEREC. *v. sub 2b*). HIER. epist. 3, 4, 2 insulam . . . quasi quidam novus -i colonus insedit (*de loco vasto quidem ac deserto, sed animae piae -i voluptates praebente, ut*: EVCHER. laud. her. 39 corporis est eremus, animae -us. *al.*). 24, 3, 1 *Asella* cellulae clausa angustiis latitudine -i fruebatur (*item de cella monastica*: 125, 7, 3 [*respicit* REGVLA Macar. 6, *qui locus tamen potius ad II pertinet ut etiam* VITAE patr. Iurens. 80 M.]). *al.*

2 *quaelibet res vel animantes*: a *varia*: ITALA cant. 4, 12 (Ambr. epist. 34, 4 F.) -us clusus soror mea sponsa, -us clusus, fons signatus (*gr.* κῆπος, *aliae vers. et Vulg.* hortus. *sec. b vel c intellegunt* AMBR. *l. c. al.*). 4, 13 (cod. 169 *al., sim.* VVLG.) emissiones tuae -us cum fructu pomorum *eqs.* Is. 1, 30 (cod. 192) *peccatores* erunt . . . ut -us aquam n⟨on habens⟩ (*sim. aliae vers., Vulg.* hortus). Ezech. 28, 13 (Tert. adv. Marc. 2, 10 *al., sim.* VVLG.) in deliciis -i dei tui natus es (*ad regem Tyrium condicione felicissima natum; ecclesiastici vulgo accipiunt de diabolo intellegentes vocem -us aut sec. A2 [ita* TERT. *l. c.] aut sec. IIA [v. p. 301, 12]; de homine* TYCON. reg. 7 p. 80, 29sqq.; *ceterum cf.* HIER. *ad loc.* l. 230 contrarium -um 'non dei' apud eos, qui veritatem mutant *eqs.*). TERT. monog. 5, 4 *per Christum* totus homo in -um revocatur (*i. in statum pristinum*). AVIT. BRAC. Lucian. epist. rec. B 8 tanta suavitas . . . odoris inde (*i. e sancti Stephani sepulcro*) egressa est . . ., ita ut putaremus nos in amoenitate -i esse positos (*cf.* Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 3, 6 C[illegible]amquam de -o spirans aura. *item respicitur odor*: PETR. CHRYS. serm. 16, 5 *Christus appellatur* odor -i. DYNAM. vita Max. 18 l. 452 (G. *al.*). CHROMAT. serm. 35, 4 L. *Susanna* fide et conversatione sua in -o Christi manebat. ALC. AVIT. epist. 32 -o vestri conspectus inclusus *tabellarius*. ENNOD. carm. 2, 64, 3 quicumque meos -i vere labores demulcet (*i. convivio meo interest*). *al.*

b *anima eiusque status vel virtutes*: ITALA (= VVLG.) Sirach 40, 17 gratia sicut -us in benedictionibus et misericordia in saeculo permanet (*cf.* 40, 28 timor domini sicut -us benedictionis). TERT. anim. 38, 2 *concupiscentia adolescentem* hominem de -o integritatis educit. AMBR. epist. 34, 3 F. colligitur -um ipsum non terrenum videri posse, non in solo aliquo, sed in nostro principali (34, 7. *gr. Philo opif. mund. 154* τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικόν). 34, 4 (*ad* cant. 4, 12, *quod v. sub a*) Solomon . . . -um in homine esse evidenter declaravit; . . . ait de virgine anima vel ecclesia. 34,6 *casta uxor et virgo est* in -o, ut . . . refrigeretur virtutum umbraculis. parad. 1, 6 videtur -us anima esse. in psalm. 45, 12, 1 verbum dei, quo -us intellegibilis inrigatur (AVG. civ. *infra. cf.* 13, 21 p. 585, 13 D. nonnulli totum ipsum -um . . . ad intellegibilia referunt). HIER. epist. 22, 18, 2 de -o virginitatis eiectum (*cf.* 22, 19, 4 [*ad Eustochium virginem*] tua regio -us). AVG. civ. 13, 20 p. 585, 5D. sic fuisse . . . lignum vitae in -o corporali, sicut in spiritali, hoc est intellegibili, -o sapientia dei (*simili oppositione*: 13, 21 p. 586, 22. 14, 11 p. 29, 9. gen. ad litt. 8, 1 p. 229, 6sq. [*opp.* corporaliter]. 12, 34 p. 430, 17 si . . . proprie quidem nemorosus locus, translato autem verbo omnis etiam spiritalis quasi regio. ubi animae bene est, merito -us dici potest, non solum tertium caelum . . ., verum etiam in ipso homine laetitia quaedam bonae conscientiae -us est. *al.*). 13, 21 p. 585, 27 nemo . . . prohibet intellegere -um vitam beatorum (*cf.* gen. c. Manich. 2, 8, 10 in -o, hoc est in beata vita [2, 14, 21. *al.*]. 2, 9, 12 beatitudinem hominis, quae -i nomine significatur. 2, 14, 20 *Eva non* secundum locum erat in -o, sed potius secundum beatitudinis affectum). LEO M. serm. 81, 3 ne . . . in -o virtutum concrescat silva vitiorum. VEREC. in cant. 3, 9 D. priusquam . . . *diabolus* invadat fidelem mentem, -us est. *al.*

c *ecclesia*: TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 338, 16 *Adam* translatus in -um — iam tunc de mundo in ecclesiam. IREN. 5, 20, 2 plantata est . . . ecclesia -us in hoc mundo. *ibid.* ut non . . . proiciamur de -o vitae (*nisi ad d*). CYPR. epist. 73, 10 ecclesia -i instar exprimens. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 15 dictum est, quod ecclesia secundum canticum canticorum hortus sit . . ., -us cum fructu pomorum *eqs.* (*respicitur* cant. 4, 12sq. [*sub a*] *ut*: AVG. civ. 13, 21 p. 586, 8 D. epist. 187, 6. *al., fort. etiam* VINCENT. LER. 23, 12 in isto spiritali -o). OPTAT. 2, 11 p. 46, 22 ore tuo et sensu nostro ecclesiam -um esse dixisti . . ., in quo horto *eqs.* TYCON. reg. 7 p. 81, 19 *in* deliciis -i, id est ecclesiae. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 193, 16 in ecclesia Christi, quae est -us deliciarum. AVG. bapt. 4, 1, 1 ecclesia -o conparata. c. Petil. 2, 13, 30 quod tunc -us, hoc nunc ecclesia. in psalm. 47, 9 ponite vobis ecclesiam ante oculos ad instar similitudinemque -i. LEO M. serm. 70, 4 a -o ecclesiae. *al.*

d *caelum* (*huc traxi eos tantum locos, ubi aut caeli allegoria esse affirmantur, quae de protoplastorum sede traduntur, aut caelum comparari cum -o luce clarius est [maxime adiectivis sim. appositis]; cetera v. sub IIA*): TERT. adv. Val. 20 p. 199, 2 *haeretici caelos* angelos . . . faciunt, sicut . . . et -um archangelum quartum, quoniam et hunc supra caelum tertium pangunt, ex cuius virtute sumpserit Adam, deversatus illic inter nubeculas et arbusculas (*sim.* IREN. 1, 5, 2 [1, 1, 9 H.]). AMBROSIAST. in I Cor. 6, 2, 2 hunc mundum superioris esse imaginem . . .; est enim et Hierusalem inferior et illa superior . . .; est inferior -us . . ., est ille caelestis, in quo raptus apostolus *eqs.* (in II Cor. 12, 3–5, 1 *et* 2 CASSIOD. inst. 1, 32, 3 ISID. diff. 2, 32. 33). in Phil. 1, 26 -i superioris desiderio. HIER. epist. 51, 5, 4 (*Epiphan.*) quis *patienter* audiat in tertio caelo donantem nobis Origenem -um et illum, quem scriptura commemorat, de terra ad caelestia transferentem *eqs.*? hom. Orig. in Ezech. 1, 3 p. 326, 3 ut eiceretur *Adam* sive de Hierusalem sive de -o. AVG. gen. ad litt. 8, 5 p. 237, 4 Christus lignum vitae est in -o spiritali, quo misit . . . latronem. 12, 34 p. 432, 11sq. *si tertium caelum est quasi dei mansio*, non incongruenter arbitramur et illuc esse apostolum raptum et ibi fortassis esse -um omnibus meliorem et, si dici oportet, -um -orum. in psalm. 29 serm. 2, 7 Adam in stercore (*i. Iob*) respuit mulierem, ut ad -um admitteretur. VITA Hil. Arel. 5 l. 12 *Abraham* regni caelestis conviva . . ., cuius sinus recte dicitur -us animarum. VITA Adae 25 (*loquitur Adam*) postquam eiecti sumus de -o . . ., raptus sum in -um iustitiae. 29 *Michael* eiecit me de -o visitationis et iussionis dei; et . . . tetigit aquas, quae erant circa -um, et gelaverunt.

e *Maria*: SEDAT. serm. Rev. Bénéd. 88, 1978, 88, l. 12 'fons ascendebat de -o et irrigabat . . . superficiem terrae' (gen. 2, 6); terra haec virgo sanctissima . . . fuit, quae . . . ab omni contagio virilis consortii inmunis permansit, ut merito -us dei vocaretur et esset; huius horti deliciae variae virtutum species sunt, quibus . . . ecclesia vernat; fons qui de -o ascendit, dominus est Iesus. SERM. Migne suppl. 4, 1994 (*de annuntiatione*) *Maria Gabrielis* sorbuit ex ore nobilissimum margaritum, et in -o ventris floruit gemma virtutis.

II *usu deflexo* (*saepe minus certum esse, quo locus quidam pertineat, vix est quod moneamus, cum iam scriptores ecclesiastici saepe dubitaverint, v. e. g. p. 301, 84 et* AVG. epist. 187, 6 quae si ita sunt, generale -i nomen est, ubi feliciter vivitur): A *de caelo* (*syn. e. g. p. 301, 23*), *sc. eo loco, ubi mortuorum animae una cum deo aeterna beatitudine fruuntur* (*quomodo novi testamenti loci hic allati [l. 72. p. 301, 38. 70], qui ad hunc usum divulgandum plurimum attulisse videntur momenti, ab iis intellecti sint, qui illos libros conscripserunt, v. e. g. apud Jeremias, Theol. Wb. NT. V 766sqq.; distinximus l. 26sqq.; non respiciuntur mortuorum animae e. g. p. 301, 4. 12. 70*): 1 *usu sollemni*: a *varie* (*in imagine p. 301, 31*): ITALA Luc. 23, 43 (cod. a *al.* = VVLG.; *Iesus ad latronem*) hodie mecum eris in -o (cod. e *al.* -o patris. *caelum intellegunt ecclesiastici passim, interdum dubitantes, v. e. g.* AVG. epist. 187, 7 ubicumque sit . . . -us. *aliter p. 299, 29. 302, 20*). TERT. resurr. 43 p. 89, 7 nemo . . . peregrinatus a corpore statim inmoratur penes dominum nisi ex martyrii praerogativa, -o scilicet, non inferis deversurus (*de martyribus prius quam alii -um consequentibus ut*: CYPR. epist. 73, 22 [*de latrone confitente ut*: HIER. epist. 16, 1, 2 AVG. serm. 285, 2 ALC. AVIT. epist. 4 p. 32, 3. *al.*]. Fort. 13 p. 347, 5 LVCIF. moriend. 2 l. 9 D. MAX. TAVR. serm. 12, 2 M. *al.; de martyrum praerogativa v. etiam p. 301, 43 et* TERT. scorp. 12 p. 172, 10). CYPR. Demetr. 20 *dei servos* -us invitat, . . . copia regni caelestis exspectat (*iuxta* regnum caeleste *sim. etiam*: epist. 66, 7 p. 732, 9. HIL. trin. 10, 67 in regno -i. TRACT. in Luc. 1, 57G. AVG. serm. coll. Morin p. 309, 21. *al.*). HIL. trin. 10, 34

[Krömer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Christus descendens ad inferos a -o non *deest* (*opp.* infernum *sim. etiam*: TERT. *p. 300, 76.* HEGES. 3, 17 p. 219, 4 AVG. serm. 109, 4, 4. *al.*). ZENO 2, 63 (1, 46B, 3 L.) nos post baptismum ad -um pervenimus. FILASTR. 154, 1 *Elias* meruit ..., ut in -um raperetur sublimis, ubi cum sanctis omnibus conlocaretur (*cf. p. 299, 17*). DAMAS.(?) epigr. 21, 7 nunc -us habet *mortuum* (VEN. FORT. carm. 4, 17, 12 CE 1406, 4. *al.*). AMBR. obit. Theod. 56 -i incolam ... et habitatorem supernae illius civitatis. in psalm. 45, 11, 3 (*respicitur psalm. 45, 3*) illi *sunt* montes, qui transferuntur in -um: *latro, Iohannes, Enoch* (*cf. p. 299, 4*). HEGES. 3, 17 p. 219, 7 ne *me ipsum necans* mihi ... illa -i eripiam, quae Romanus ... non potuit eripere. HIER. epist. 22, 4, 3 ille *diabolus*, qui in -o deliciarum nutritus est (*sec.* Ezech. 28, 13 [*q. v. sub IB2a*] *ut* HIER. in Ezech. 28, 11–19 l. 377 Cherub ... eiectus est de monte dei, hoc est de habitatione -i. *al.; ceterum cf.* PETR. CHRYS. serm. 16, 5 quos *daemones* de caelo deiecisti, quos de -o exclusisti. PS.FVLG. RVSP. serm. 77). 22, 41, 5 ad -um mente transgredere. INSCR. christ. urbis 4219b, 23 (*saec. IV ex.*) vivit in aeterna -i sede beatus (*sed sequitur*: hunc tu, Christe, choris iungas caelestibus oro, *unde locum ad B pertinere censeas*). PRVD. ham. 839 *diversis* regionibus ... -i, ... *quarum est illa*, unde fluens anima ... vegetaverat Adam. QVODV. grat. 1, 16, 3 *Christus* mons dei, scala caeli, ianua -i (*cf. Ioh. 10, 9*). CHROMAT. in Matth. 34, 1E.-L. via ... angusta, quae ad caelum ducit, quae ad -um dirigit, per quam pauci ... ducuntur ad vitam. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 3, 2G. martyres in illo -i lumine constituti (*cf.* VEN. FORT. carm. 4, 26, 119 luce. CIL V 6218, 4 -um lucis [*inde suppletur* VIII 9271, 6]). 5, 5 -i sinus pandis. APON. 1 p. 5 corde ad montem -i ascendit (*cf. l. 14. p. 298, 78*). VEN. FORT. vita Marcell. 4, 13 natus Parisii, sed civis -i (*cf.* CAES. AREL. serm. 151, 2 civitas -i). CAES. AREL. serm. 1, 19 -i portum ... intrare (*cf.* INSCR. christ. urbis 18324, 2 tuae navis iter ad litus -i ⟨der⟩ege). VITAE patr. Iurens. 83M. -i praemia. *al.* *in imagine* (*cf. p. 299, 31*): VITA Hil. Arel. 6 l. 21 saeculi -um ... intravit (*de Lirinensi insula ut*: 7 l. 2 terrestrem ... -um. *cf.* ANTH. 786a, 26 invenit hic valvas ..., -e, tuas. *v. etiam l. 65*).

b *ita usurpatur vox, ut eundem locum esse caelum ac protoplastorum sedem censeat aliquis* (*cf. p. 299, 1*): ITALA apoc. 2, 7 (Primas. *al.*, *sim.* VVLG.) qui vincet, dabo ei edere de ligno vitae, quod est in -o dei mei. IV Esdr. 8, 52 Weber (= VVLG.) vobis ... apertus est -us, plantata est arbor vitae ..., aedificata est civitas. TERT. anim. 55, 4sq. *sunt mortuorum Christianorum animae*, inquis, in -o, quo ... et patriarchae ... appendices dominicae resurrectionis ab inferis migraverint; et quomodo Iohanni ... -i regio revelata (*sc. apoc. 6, 9*) ... nullas alias animas apud se praeter martyrum ostendit ..., nisi quia nullis romphaea -i ianitrix cedit nisi qui in Christo decesserint; (5) ... tota -i clavis tuus sanguis est; habes etiam de -o a nobis libellum, quo constituimus omnem animam apud inferos sequestrari in diem domini. adv. Marc. 2, 10 p. 350, 8 hominem gloriosiorem in -um ad licentiam decerpendae arboris vitae ... regressurum (*item cum verbis redeundi, reducendi*: CYPR. Demetr. 26 *Christus nos* ad -um reduces facit, hic ad caelorum regna perducit. eleem. 22 p. 390, 10 denuo revoco. Fort. 13 p. 346, 16 triumphantem redire et unde Adam ... eiectus est, illuc ... trophaea ... reportare. *et passim*). CYPR. mortal. 2 p. 298, 9 possessio -i nuper amissa mundo transeunte iam *venit.* 26 p. 313, 18 patriam ... -um computamus (RVFIN. Orig. in num. 23, 11 p. 221, 24 ad veram illam patriam, unde egressus es, -i. CONC. Araus. a. 529 p. 52, 27 CE 1369, 10. *al.*). HIER. epist. 39, 4, 2 necdum -i ianuam Christus effregerat, necdum flammeam illam romphaeam ... sanguis eius extinxerat. hom. Orig. in Luc. 24 p. 148, 20 stabit in igneo flumine ... Christus iuxta flammeam romphaeam, ut quicumque post exitum vitae huius ad -um transire desiderat ..., hoc eum amne baptizet (*de igni circumfuso etiam*: PS. AVG. serm. ed. Mai 37, 2. VEREC. in cant. 2, 23 l. 14D. hunc *ignem* [*respicitur II Petr. 3, 10*] esse ... purgatorium, qui ianuis est -i circumseptus *eqs. cf. p. 299, 23*). EVCHER. laud. her. 42 *Lirinus insula* aquis scatens, herbis virens ... -um possidentibus se exhibet, quem possidebunt. *al.*

2 *de aliqua caeli parte* (*exempla certiora; pleraque pendent e* II Cor. 12, 4, *de quo loco v. infra*): ITALA II Cor. 12, 4 (cod. d *al.*, *sim.* VVLG.) scio hominem (*sc. ipsum Paulum*) ... raptum ... usque ad tertium caelum, et scio ... hominem ... quia raptus est in -um *eqs.* (*si recte huc traximus; aliter e. g.* HIER. epist. 51, 5, 7 *et p. 299, 14, cf. etiam l. 84*). IV Esdr. 7, 46 Weber (= VVLG.) *in die iudicii* apparebit lacus tormenti et contra illum erit locus requietionis, et clibanus gehennae ostendetur et contra eam iucunditatis -us. HIER. in Ezech. 28, 11–19 l. 334 'in monte sancto dei' (*Ezech. 28, 14*) haud dubium quin -um significet, ad quem post caelum tertium Paulus *eqs.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 18, 6 si ... melius aliquid doces *quam Paulus*, prius est ut ad quartum caelum ascendas (ille enim usque ad tertium ascendit) et ad alterum -um. AVG. epist. 187, 3 fortasse intellegendum dicis -um quasi in aliqua caeli parte compositum. gen. ad litt. 12, 1 p. 379, 14 videtur apostolus in tertio caelo insinuare -um. p. 379, 22sqq. quaeri solet ..., utrum illic *in tertio caelo apostolus* voluerit intellegi -um, an posteaquam raptus est in tertium caelum, raptum esse et in -um, ubicumque sit -us, ... prius in tertium caelum et post inde in -um. PS. FVLG. RVSP. serm. 69 *mater Macchabaeorum cum filiis* inter prata -i laetabatur in caelo. *al.*

B *de aliis animae mansionibus* (*nonnumquam respicitur Ioh. 14, 2* in domo patris mei mansiones multae sunt, *e. g. apud* IREN.): TERT. apol. 47, 13 si -um nominemus, locum divinae amoenitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceria quadam igneae illius zonae (*cf. p. 299, 23*) a notitia orbis communis segregatum, Elysii campi fidem occupaverunt (*nat. 1, 19, 6* amoeno in loco. *cf.* GLOSS. III 520, 30 Eliseus ⟨para⟩dysus). IREN. 5, 36, 1 *cum figura transit mundi huius*, qui digni fuerint caelorum conversatione, illuc transibunt, id est in caelos, alii ... -i deliciis utentur, alii ... speciositatem civitatis possidebunt, ubique autem deus videbitur (*sequuntur 5, 36, 2* hanc esse ... dispositionem eorum qui salvantur dicunt presbyteri apostolorum discipuli et per huiusmodi gradus proficere *eqs.*). FILASTR. 150, 9 convenit cognoscere quod alii in regno, alii in -o, alii in vitam atque remissionem peccatorum in futuro erunt deputandi. PS. DAMAS. epigr. 85, 8 (*a. 382*) per eximios -i regnat odores ... expectatque deum (diem *dubitanter Heraeus in exemplari nostro*), superas quo surgat ad auras (*sed antecedit*: Christi modo gaudet in aula). AMBR. epist. 19, 8 F. (*respicitur Luc. 23, 42sq.*) ut per -um ad regnum perveniatur, non per regnum ad -um. HIER. tract. p. 379, 16sqq. (*ad Luc. 16, 23*) -us pauperis sinus erat Abrahae ...; dicat mihi aliquis: in inferno est -us? ego hoc dico, quia sinus Abrahae -i veritas est; sed et sancti sinum -um fateor (*sim. quaeritur, num sinus Abrahae -us habendus sit et a caelo discernendus*: AVG. epist. 187, 6 gen. ad litt. 12, 34 p. 430, 23, *cf.* CLAVD. MAM. anim. 3, 9 p. 170, 20sq. [*contra fere idem est ac caelum p. 300, 48*]; *distinguuntur* sinus A. *et* -us: HIER. epist. 60, 3, 3 RVFIN. Orig. in num. 26, 4 p. 249, 31 AVG. gen. ad litt. 12, 34 p. 431, 23. *ceterum cf.* -i sinus *p. 298, 74. 301, 26*). RVFIN. Orig. princ. 2, 11, 6 p. 190, 3 puto ..., quod sancti quique discedentes ex hac vita permanebunt in loco aliquo in terra posito, quem -um dicit scriptura divina, velut in quodam eruditionis loco *eqs.* AVG. anim. 1, 9, 10 *Vincentius Victor* ausus est eis promittere non solum -um, verum etiam regnum caelorum (*de sede infantium ante baptismum mortuorum ut*: 2, 10, 14. 2, 12, 16 in -um, hoc est locum tantae felicitatis. 2, 12, 17). QVODV. symb. 2, 7, 2 *Christus qua deus totus ubique est*: totus in caelo, totus in terra ..., totus in inferno, totus in -o, quo latronem introduxit. *al.*

compos.: paradisicola. *cf. Onom.* *Krömer.*

? **paradoxium,** -ī *n.* *a* paradoxus, *nisi de voce gr.* παραδόξιος *ceterum ignota cogitare malis; ad fem.* paradoxia *dubitanter referunt edd.* *i. quod ad paradoxum (i. athletam) pertinet, sc. certamen, luctatio sim.*: GLOSS.[L] V Abba SCA 15 scamma: ubi -a fiunt (*item: ibid.* Aa s 651. GLOSS. V 514, 55 [*ubi additur* fobea, *i.* fovea]. *huc referam*: GLOSS. IV 422, 49 scema: pa[t]radoxia [*sub voce q. e.* schema *affert Goetz in indice, sed cf. e. g. Gloss. IV 283, 31* scemata: arena ubi athlete luctantur]).

*paradoxus,** -a, -um, παράδοξος (*cf.* AVG. *p. 303, 35; a* parare *et* δόξα *derivatur* GLOSS. *p. 303, 37*). *traditur saepe formis et litteris gr., sed formae lat. certae inveniuntur inde a* SEN. benef. 2, 31, 1. PORPH. Hor. epist. 1, 12, 20 (*ceterum v. imprimis sub 2b*). *superl. gr.* CIC. *sub 2a.* *masc. -ος accedit more gr. ad subst. fem. l. 79. 81. p. 303, 6.* *legitur inde a* CIC., SEN. *phil.*, QVINT.

i. q. mirus (*sc. respicitur, quod inopinatum est, sub 1 et 2a, quod admiratione dignum est, sub 2b. cf.* GLOSS. -on: admirabile. -a: graece miracula. GLOSS.[L] Corp. P 46 -a: miracula, ⌊planos⌋ [*obscurum; vix referas ad p. 303, 23sqq.*]. *al. ibid.; neutr. pro subst. saepe, v. 1a, 1bβ al., masc. pro subst. p. 303, 23*): **1** *technice*: **a** *in philosophia de sententiis illis Stoicorum* (*neutr. pro subst.*): CIC. parad. tit. -a Stoicorum (*ita inscr. codd.; cf.* DIOM. gramm. I 383, 1 in -is St.). 4 quae quia sunt admirabilia contraque opinionem omnium — ab ipsis *Stoicis* etiam -a appellantur — temptare volui (fin. 4, 74 haec -a illi, nos a. dicamus. *cf. l. 55. 77 nec non* ac. 2, 136 mirabilia Stoicorum, quae -a nominantur [SEN. benef. 2, 31, 1 hoc ex -is Stoicae sectae minime mirabile ... aut incredibile. epist. 87,1 Stoica -a. *cf.* AVG. *infra*]). *ibid.* mihi ista -a (*litt. gr. cod. unus*) quae appellant ... videntur esse ... verissima. SEN. epist. 81, 11 illa ..., quae videmur inopinata (*cf. l. 72. p. 303, 10*) omnibus dicere, -a Graeci vocant (*-a trad.*). PORPH. Hor. epist. 1, 12, 20 *Stoicus*, qui de -is loquitur. *al.* *conviciose transfertur ad dogmata haereticorum*: AVG. c. Iulian. 3, 3, 8 haec sunt sententiarum portenta vestrarum, haec inopinata mysteria ..., haec -a Pelagianorum haereticorum, mirabiliora quam Stoicorum philosophorum.

b *in rhetorica*: **α** *de genere causae, quae opinioni communi contraria est* (*adi., excepta p. 303,3 et fort. l. 81; ad rem v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 64, 3*): QVINT. inst. 4, 1, 40 (*inter quinque genera causarum*) admirabile ... id est ... *-ον*; ... (*41*) admirabile autem vocant, quod est praeter opinionem hominum constitutum (*sim.* FORTVN. rhet. 2, 13 p. 109, 5 *figura materiae* -os. SVLP. VICT. rhet. 7 p. 316, 25 *modus causae -ος*). FORTVN. rhet. 2, 13 p. 109, 9 quid in -o *faciemus?* (*sc.* figura *an n. pro subst.?*). AVG. rhet. 17 p. 147, 23 (*inter quattuor figuras controversiarum*) -ος, quod nos opinionis malae possumus dicere, tametsi quidam parum diligenter graece loquentes -a pro his, quae sunt bonae opinionis, accipiunt

[Paśkiewicz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

([*quae sequuntur v. infra sub 2b*]. 21 p. 150, 17 in -o, id est in m. o. themate). 18 p. 148, 12 *-ov* est controversiae genus, ... in quo utraque inhonesta sunt, tam res quam persona. RHET. min. p. 586, 37 (*neutr. pro subst.*). *inde de dicto quodam miro, insolenti*: DON. Ter. Andr. 68, 2 ('obsequium amicos, veritas odium parit') est sententia -ος (*postea*: ἀμφίβολος sententia et probabilis magis quam necessaria aut honesta). *β de figura sententiae, qua quid inopinatum inducitur* (*neutr. pro subst.*): QVINT. inst. 9, 2, 23 (*22* communicantes aliquid inexspectatum subiungimus; ... hoc Celsus sustentationem vocat) *-ov* alii nominarunt, id est inopinatum (IVL. RVF. 34 p. 46, 24 *-ov* sive ὑπομονή, sustentatio vel i.; hoc schema suspendit sensum *eqs.* CASSIOD. in psalm. 90, 9 quae figura dicitur -on, quando exitus inopinatus vel non exspectatus ingeritur. ISID. orig. 2, 21, 29 [*inde* GLOSS.]). DON. Ter. Andr. 702, 2 ('miser') intulit -on; nam volebat sibi dici 'fortis'.

c *in medicina, sc. de genere paralyseos*: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 15 Erasistratus memorat paralyseos genus et -on appellavit, quo ambulantes repente sistuntur, ut ambulare non possint, tunc rursum ambulare sinuntur.

2 *vario usu*: **a** *de inexspectatis, inopinatis*: CIC. Att. 6, 1, 16 τὸ παραδοξότατον: usuras ... servavit etiam Servilius. AVG. rhet. 17 p. 147, 27 *v. sub b.*

b *de admiratione dignis*: *α masc. pro subst. de eis, qui ludis scaenicis vel circensibus miranda faciunt, sc. de histrionibus, athletis sim.* (*sed respectus excellentiae mirabilis evanescere videtur, maxime* SCHOL. Iuv.; *ad rem cf. Schneider, RE XVIII 3, 1166 sq.; huc fortasse pertinet titulus mutilus* CIL III 8828): SCHOL. Iuv. 8, 186, 1 sipario: velum, sub quo latent -i, cum in sc(a)enam prodeunt (*inde et e Iuv. 6, 380 ortam esse* GLOSS. V 655, 17 -i id est vendentis *vidit Heraeus, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 594*). [MART.] 5, 23 lemma de Basso -o divite effecto (*versu 5, 23, 2* iura theatralis ... *loci deceptus esse videtur qui lemma composuit*). AVG. rhet. 17 p. 147, 26 vulgo ... olympionicas et ceteros victores graecorum et sacrorum certaminum -os (*vix adi.*) vocant, magis consuetudine quam ratione ducti; nam ... *-ov* est, quod est παρὰ τὴν δόξαν, contra opinionem bonam (*quae praecedunt v. p. 302, 82*). CIL XI 5170 ludos [a]edidit -is ex urbe. *huc referam veriloquium ineptum*: GLOSS. -us: qui se ad gloriam parat. *β de rebus*: AVG. rhet. 17 p. 147, 24 *v. p. 302, 84.* APIC. 1, 1 conditum (*sc. vinum*) -um: conditi -i compositio *eqs.*

adv. gr. παραδόξως (*i. q. per paradoxon, ex inopinato, cf. supra 1bβ*) *exhibet* DON. Ter. Andr. 696, 4 ('valeant') -ως locutus est et non dixit, quod intenderat 'pereant'.

deriv.:? paradoxium. *cf. Onom.*

paradroma *v.* paradromum.

paradromis *f.*, παραδρομίς, *non exstat nisi forma gr. -ίδας* VITR. 5, 11, 4 *et* 6, 7, 5, *v. vol. I 1870, 7.*

paradromum, -ī *n.*, παράδρομον, *vel* **paradroma,** -ae *f.*, παραδρομή. *significari videtur pars quaedam vestimenti* (*ut gr.* παραδρόμαξ): GLOSS. III 286, 31 (*cf. ed. emendatam* p. 657) *paenula* tanti constat de infertoribus, de -is et fasciis (*gr.* παρὰ τῶν παραδρόμων [*an* -ῶν*?*] καὶ τῶν φασκιῶν. *cf. Haupt, Opuscula II 446 ad l.*).

paradȳs- *v.* paradis-.

paraenesis, -eōs *f.*, παραίνεσις. *scribitur litteris gr.* DON. [-is *titulus librorum* PACIAN. paraen. *et* ENNOD. opusc. 6 *in codd. traditus non est.*] *i. q. exhortatio* (*t. t. rhet. et phil.*): GALLICAN. Avid. 3, 7 per ordinem -eos (paren- *codd.*; -eon *Casaubonus*), ⌊hoc est praeceptionum⌋ (*interpol.?*), per triduum disputavit (*antea*: rogatus ... ut praecepta philosophiae ederet). DON. Ter. Hec. 766, 1 ('hoc te moneo') haec figura oratoria -ις dicitur.

*****paraeneticus,** -a, -um, παραινετικός. *scribitur* paren- *in var. l.* SEN., paran- *passim in codd. Hor. l. 69 sqq.* *litteris gr. trad. apud* QVINT., *formas lat. easque dubiae fidei soli exhibent* EVCHER., FERRAND. *i. q. exhortativus* (*t. t. phil. vel rhet.; pro subst. v.* QVINT., FERRAND., *cf.* TITVLVS): SEN. epist. 95, 1 pars philosophiae, quam Graeci -en vocant, nos praeceptivam dicimus. QVINT. inst. 9, 2, 103 *Gorgian secuti Rutilius et Celsus* (*frg. rhet. 18 M.*) posuerunt schemata: ... minas, id est κατάπληξιν, exhortationem, *-όν* (*potius neutr. pro subst. quam masc., sc.* τόπον, λόγον *sim.*). TITVLVS Hor. carm. 1, 4 rec. *Ψ* -e dicolos, ad Sestium Quirinum (*item de odis*: 2, 3 *ibid.* -e immo symboleutice. 2, 18 -e, alii hypothetice [*Schol. Hor. tit.* protreptice]. 3, 29 rec. *Ξ* -e [*rec. Ψ* prosphonetice]. *et saepe*). EVCHER. epist. ad Val. tit. epistula -a (*si adi. referendum est ad antiquitatem; sim. dubites etiam de* FERRAND. epist. 7tit. ad Reginum comitem -us).

adv. παραινετικῶς *restituit Stephanus in lacuna codd.* DON. Ter. Ad. 491, 2.

? **paraetesis** *v.* parathesis. **parafernum, parafrenēsis** *v.* paraph-.

paragauda, -ae *f.* (*?* -gaudis *v. p. 304, 3*). [*ad formam proxime accedit gr.* παραγαύδης, *sed procul dubio subest vox peregrina (persica?). Sch.*] *scribitur* bala- INSCR. *infra*, parac- *fortasse* EDICT. *infra* (*sed* -ag- *legerunt alii*). **1** *de genere tunicae pretiosae, limbis et clavis quibusdam distinctae* (*ad rem v. Schuppe, RE XVIII 3, 1167 sqq.*): INSCR. Väänänen Graff. Palat. I 301 (*saec. III in.*) balagauda, Dalmatica *eqs.* EDICT. imp. Diocl. 19, 40 L. -ae Laodicenae (*gr.* παραγαύδην, *i.* -ων). TREB. Claud. 17, 6 (*inter dona*) vestes diversas ..., albam subsericam, -em triuncem unam *eqs.* (-em *pro* -am *corr. sec.* triuncem*? v. Heraeus, Kl. Schr. 39*). VOPISC. Aurelian. 15, 4 cum darentur *aurigis victoribus* tunicae subsericae, lineae -ae. 46, 6 -as vestes ... primus militibus dedit ... aliis monolores, aliis dilores *eqs.* (*subst. intellexit Heraeus l. c., adi. alii, Casaubonus coni.* paragaudias). *?* **2** *de ipsis ornamentis tali vesti apponendis* (*sic explicat e. g. Gothofredus ad l., sed v. infra*): COD. Theod. 10, 21, 1 auratas ac sericas -as auro intextas ... privatis usibus contexere ... prohibemus (10, 21, 2 nemo a. habeat aut in tunicis aut in lineis -as. *loci ad 1 trahi possunt, si* in tunicis *significat i. q. 'inter tunicas, sc. quas possident'; sed notio limbi subesse vid. voci* paragaudatus).

deriv.: paragaudatus, paragaudius.

paragaudātus, -a, -um. *a* paragauda (*cf. gr.* παραγαύδωτος *apud Daris, Less. Lat. nel Greco d'Egitto, 1971, 88*). *i. q. paragaudis (sc. limbis sim.) ornatus*: DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII[a] 15 vela blattea auroclava baragaudata (31 [vara- *ut*: 32. 34. 35. 37]).

paragaudis *v.* paragauda.

paragaudius, -a, -um. *a* paragauda (*cf.* colorius). *i. q. paragaudatus*: VOPISC. Prob. 4, 5 *tribuno* dari ..., ut eius dignitas incrementis iuvetur, tunicas russulas duas, ... interulas -as duas *eqs.* *e coni. v. l. 8.*

[**paragilon** i(d est) uuualanorum grandis (*i.* balanorum glandes) GLOSS. III 572, 23 (*cf.* 541, 51 peragillon id est balanorum grandes). *corruptum; vocem* ἄκυλον *latere suspicatus est Goetz in indice s. v.* balanus *coll. Theophr. hist. plant. 3, 16, 3.*]

paragmē *v.* paracme.

*****paragōgē,** *abl.* -ē (*l. 35*) *f.*, παραγωγή. *t. t. gramm., quo significatur species quaedam metaplasmi*: SACERD. gramm. VI 451, 27 *species metaplasmi sunt* prothesis, epenthesis, -e *eqs.* (*eadem enumerantur* DON. gramm. IV 395, 30. *al.*). 452, 3 de -e: -e est cum in fine verbi syllaba additur, ut 'admittier orant' (*Verg. Aen. 9, 231. sim. definitur*: DON. gramm. IV 396, 6 -e est appositio ad finem dictionis litterae aut syllabae, ut 'magis' pro 'mage' ...; hanc alii prosparalepsin appellant [*ut e. g. Char. gramm. p. 366, 21 B.; inepte, sc. per contaminationem, distinguuntur* -e *et* p. DIOM. gramm. I 441, 2]. POMP. gramm. V 296, 33 sqq. *al.; cf. p. 305, 9*). CONSENT. gramm. p. 29, 15 N. si '*multum ille*' *scandendo* 'multil' facias, episynaliphe erit .... secundum me autem -e est ut 'magis' pro 'mage'.

paragōgium, -ī *n.*, παραγώγιον. *i. quod deducit, derivat, sc. de rivulo aquaeductus*: COD. Iust. 11, 43, 10, 1 (*imp. Zenone*) si quis clam ... de isdem -is (paralog-, parolit- *sim. trad.*) vel fontibus aquam transduxit (*antea*: minuscularios [mun- *var. l.*] ... vel fontes).

paragōgus, -a, -um, παραγωγός. *editur litteris gr.* DIOM. *sub 1.* *i. q. derivativus* (*t. t. gramm.*): **1** *de metro*: FORTVN. gramm. VI 291, 4 haec sunt ... metra originalia; cetera omnia ex his sunt deducta, quae a Graecis -a appellantur. 294, 10 (*opp.* principalibus metris). DIOM. gramm. I 501, 32 modi metrici sunt sex: ... -ός (-gon *vel* -gen *trad.*) derivativus. **2** *de vocabulis*: CHAR. gramm. p. 335, 13sq. B. de -is: sunt quaedam verba, quae -a appellantur quaeque ex primitivi verbi declinatione et mutationem et adiectionem litterarum capiunt ... velut 'lacesso' ex eo quod est 'lacero' (*item* DIOM. gramm. I 379, 5. *cf.* PS. ASPER gramm. V 551, 23 figurae *verbi* sunt septem, simplex ..., -a ut 'facesso'). DIOM. gramm. I 323, 19 ex his *nominibus principalibus* nascuntur derivativa, quae apud Graecos -a dicuntur ut 'fontanus' ...; derivantur autem nomina modis septem: aut enim patronymica sunt aut possessiva *eqs.* MART. CAP. 5, 511 derivatione quoque fiunt verba, quae grammatici -a nominarunt, ut dicimus 'florea rura'. ISID. orig. 17, 5, 9 'palmes' ... diminutivum nomen est, quod nomen -um dicitur, quod a 'palma' derivetur (*postea*: derivativum).

[**paragorizo** *v.* paregorizo.]

paragramma, *plur.* -ata *n.*, παράγραμμα. *scribitur litteris gr.* CIC. **1** *i. q. paronomasia, sc. lusus verborum qui fit mutatione unius fere litterae*: CIC. fam. 7, 32, 2 acuta ἀμφιβολία, ... elegans ὑπερβολή, ... -a bellum (*sed 'παρὰ γράμμα dictum' intellexit Whibley, Class. Rev. 37, 1923, 64*). **2** *i. q. falsa scriptura, mendum librarii*: HIER. epist. 71, 5 si -ta *in libris descriptis* reppereris ..., non mihi debes imputare. CASSIOD. inst. 1, 15, 14 ubicumque -ta in disertis hominibus reperta fuerint, intrepidus vitiosa recorrigat *emendator quidam.*

paragraphē *f.*, παραγραφή. *technice in rhetorica de genere quodam exceptionis vel translationis* (τὸ παραγραφικόν *respondet apud Hermogenen p. 43 sq. R.; ad rem v. Martin, Antike Rhetorik, 232*): FORTVN. rhet. 2, 5 p. 105, 9 coniectura quot locis dividitur? decem: -e, antiparagraphe *eqs.*

paragraphus, -ī *m.* (*an f. sec. gr., cf. p. 305, 1?*), παράγραφος. *technice apud gramm. de nota quadam*: ISID. orig. 1, 21, 8 (*inter notas sententiarum*) -us ponitur ad separandas res a rebus, quae in conexu concurrunt, quemadmodum in catalogo loca a locis ... separantur (*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PA 386, *ubi scrib.* -grafus). 1, 21, 9

[*Paśkiewicz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

positura est figura -o contraria . . .; sicut ille (illa *var. l.; sc.* -us) principia notat, ita ista fines a principiis separat.

paralelymenos *adi.* (*gen. plur.* -ōn), *παραλελυμένος*. *i. q. paralysi dissolutus* (*masc. pro subst.*): ORIBAS. syn. 8, 14 La p. 223 circa facie -on (paraliiomenon *cod.*) apoflegmatismis uteris (*gr. 8, 13, 8 τῶν . . . κατὰ πρόσωπον παραλελυμένων, Aa* si faciem paralisis leserit).

paralēmpsis *f.*, *παράλημψις*. 1 *i. q. paragoge*: CONSENT. gramm. p. 4, 10N. paragoge est, quae eadem -is (*scribitur* -limpsis, -lēsis) dicitur, adiectio litterae syllabaeve ad finem dictionis. 2 *per confusionem verborum pro* paralipsis, *q. v.* (*sub 1b*).

paralēpsis *v.* paralipsis *sub 1b*. **paralesis** *v.* paralysis.

paralica *v.* falarica, *vol. VI 1, 174, 36*.

***paralīpomenos** *adi.* (*formas v. infra*), *παραλειπόμενος*. *scribitur in codd. hic illic* -limp-, *e. g.* CYPR. Fort. 8 p. 329, 7, -lipp- PELAG. in I Cor. 1, 2 *al.*, -lyp- HIER. praef. Vulg. par. p. 8, 7. 9, 3. *et saepius.* NOT. Tir. 121, 83. *al.*

1 *nomen partis cuiusdam veteris testamenti, quae appellatur etiam chronicon vel verba dierum* (*sc. neutr. vel masc.* [*sec.* liber] *pro subst., nisi adi. agnoscere malis l. 40; ?fem. pro subst. sub c; ad notionem cf.* EVCHER. instr. 2 p. 161, 2 -on: praetermissorum vel reliquorum, id est, quod hic historiae contingantur, quae in regum libris praetermissae sunt [*sim.* ISID. orig. 6, 2, 12. *v. iam* DIDASC. apost. *sub c*]):
a *gen. plur. gr.* -ōn: *nude ponitur* (*sc. pendet e voce subaudienda q. e.* liber *sim.*): CYPR. Fort. 8 p. 329, 7 in -on (testim. 3, 27. TYCON. reg. 7 p. 75, 32 [*si praepos. recte suppletur*]. HIER. in Agg. 1, 1 l. 84 PELAG. in I Cor. 1, 2 AVG. quaest. hept. 1, 25 p. 13, 19. *et saepius*). HIER. praef. Vulg. par. p. 8, 7 ut vobis -on latino sermone transferrem. p. 9, 3 quod apud Hebraeos -on unus liber sit et apud illos vocetur dabreiamin, id est verba dierum; qui propter magnitudinem apud nos divisus est (*sim.* ISID. praef. test. 29). AVG. spec. 4 p. 28, 22 in his quae secuntur et appellantur . . . regnorum, -on. *et al.* *accedunt subst.*: PEREGR. Aeth. 48, 2 in libris -on (HIL. psalm. instr. 15. LVCIF. Athan. 1, 20 l. 19 D. in libro -on secundo. HIER. epist. 53, 8, 18 -on liber, id est instrumenti veteris *ἐπιτομή. et saepe*). HIER. hom. Orig. in Is. 5, 3 p. 265, 30 ex -on historia (in Ier. 22, 13–17 p. 261, 20. *al.*). in Matth. 10, 28 hoc regum volumen et -on (12, 42). IVLIAN. in Os. 1, 1sq. regum . . . et -on . . . annalibus. *al.* **b** *abl. plur. lat.* -īs: AMBR. in Luc. 3, 8 in -is (3, 45 in regnorum libris et -is. HIER. in Ioel 3, 9–11 l. 202 quaest. hebr. in gen. p. 33, 21 IVLIAN. in psalm. 29 praef. SVLP. SEV. chron. 1, 7, 6. *al.*). **c** *gen. plur. lat. heterocl.* -um (*vix cogites de errore scribae*): DIDASC. apost. 21, 15 in quarto libro regnorum et in secundo -um, quod est praetermissarum (*sc. historiarum* [*cf. l. 22*], *an fem. sec. βίβλος?*). ? **d** *nom. plur. lat.* -ī (*vix gen. sing.*): RVFIN. hist. 6, 25, 2 *apud Hebraeos* ⌊-i⌋ primus et secundus in uno habentur (⌊⌋*sc.* libri, *nisi praeferas var. l.* -on liber).

2 *vario usu, nom. sing. gr.* -on *pro subst. neutr.* (*ortus fortasse in explicationibus gen. plur.* -on *sub 1a illustrati*): GLOSS. -on: quod restat. reliquum quod restat. GLOSS.[L] V Aa P 93 -on: pars remanens.

paralīpsis, -eōs *f.*, *παράλειψις*. *forma certe lat. non trad. nisi acc.* -im CHAR. gramm. p. 372, 19 B.; *ceterum scribitur saepe litteris gr., v. infra.* [*de confusione cum* parale(m)psis *v. 1b et cf.* ellipsis *vol. V 2, 397, 9. 11.*]

i. q. actio relinquendi, deficiendi sim., sc. non nisi technice:
1 *in arte rhet. de figura praeteritionis*: **a** *forma originaria* -is: FRONTO p. 91, 15 v. d. H. ita orationem tuam figurasti, quam figuram Graeci *-ιν* appellant, ut praetereundo tamen diceres et dicendo tamen praeterires. p. 92, 21 quoniam mentio *-εως* habita est, *dicam neminem* . . . elegantius hac figura usum *esse quam Catonem* (*affert or. frg. 2* [*173 M.*]). p. 93, 21 forma *-εως* nova. CHAR. gramm. p. 372, 19B. per -im, [in quo] cum volumus negantes aliquid indicare (*affert Enn. scaen. 274* non commemoro). SERV. Aen. 8, 483 ('quid memorem') figura oratoria, quae -is (-empsis *plures codd.*) vocatur. FORTVN. rhet. 3, 9 p. 126, 13 (*sc. inter genera ποιότητος*) *ἐκ -εως*. SCHEM. dian. 29 *-ις*, praeteritio ([*-ις ed.*, -lypsis *cod. Paris.*]. *affert Verg. Aen. 10, 36. al.; cf.* AQVILA *sub b*). IVL. VICT. rhet. 20 p. 433, 35 ut aliquid relinquat *orator*, quae est *-ις*. **b** *per confusionem verborum trad. forma* parale(m)psis *sim.* (*aetate vergente voces παράλειψις et παράλη(μ)ψις confusas esse testis est* ADNOT. Fronton. *infra; num hic error etiam* DON. *aliisque tribuendus sit, dubium est; edd. saepe restit. παράλειψις* [*quod infra nota -ις intellegas*] *cf. var. l.* SERV. *sub a*): AQVILA rhet. 8 *-ις* (-lemp- *cod. et ed. pr.*), praeteritio; frequens est huius figurae usus, ubi quasi praetermittentes quaedam nihilo minus dicimus (*eadem fere* MART. CAP. 5, 523. *ubi plerique codd.* -lemsis, *alii* -lemisis, -le(n)sis). DON. Ter. Hec. 420, 1 'alias ut omittam miserias': *-ις* oratoria ([*-ήμψις V*]. SCHOL. Hor. carm. 1, 12, 1 ['quem virum . . . sumis celebrare'] omnes . . . laudat, cum se fingit ancipitem, per o. -in [-ellem(p)sin. -sim *et al. trad.*]. *cf.* SERV. *sub a*). 473 (*-λήψις V ut* Phorm. 168, 1 ['ne addam'] *-ις* figura, in qua velut ex abundanti enumerantur adiecta [*-ελπσις R*]. *foedius corruptum trad.* 168, 3, *ubi editur σχῆμα τῆς -εως*). ADNOT. Fronton. p. 91, 29 v. d. H. (*ad l. 58*) paralemsis, ut praetereundo dicamus et dicendo praetereamus. p. 92, 33 (*ad l. 59*) mire de -eos figura Cato *eqs.*

2 *in medicina de generibus quibusdam paralyseos*: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 4 aliqui . . . -in vocaverunt eam, quae ex omni parte naturalem motum abstulerit, paralysin eam, quae ex plurima parte vitiaverit motum. 2, 1, 16 Mnaseas . . . *paralysin* conductione factam -in vocat. *Paśkiewicz.*

parālis *v.* parralis. **paralisis** *v.* paralysis.

paralius, -a, -um (*fere pro subst.*), *παράλιος* (*παραλία*). *scribitur* phar- *vel* far- *e. g.* PLIN. nat. 20, 206. ITALA Iudith 2, 28 (Complut.); *varias depravationes v. e. g. l. 29. 31. 33 et Bogaert, Rev. Bénéd. 78, 1968, 188.* *formae graecae* -os (*v. etiam l. 25*), -on, -as *exhibentur l. 24 et apud* PS. APVL. *et* DIOSC. *sub 1*, ITALA Iudith *l. 29. 38, latinae e. g. l. 20. 24. 26 et ceteris locis sub 2 allatis.* *legitur inde a* PLIN. nat., ITALA.

i. q. ad regiones maritimas pertinens (*fere pro subst., de quo hic illic dubites, maxime* PLIN. nat. 1, 20, 78. 80. 1, 26, 41 *et* RVSTIC. *sub 2b*): 1 *de herbis* (*sc. de certis generibus papaveris sim., cf. André, Lex. des termes de botan. 238; resp. gr. παράλιος*) *loco maritimo sim. nascentibus*: PLIN. nat. 20, 206 (*cf.* 1, 20, 78) *papaveris silvestris* genus ceratitim vocant . . .; quidam hoc genus glaucion vocant, alii -um; nascitur . . . in adflatu maris (DIOSC. 4, 61 p. 34, 13 mecon c., quem multi -on dicunt [*cf. Ps. Diosc. Vind. 4, 65 p. 222, 14, ubi add. θαλάσσιον, . . . φαβίολουμ μαρίνουμ*]). 20, 209 (*cf.* 1, 20, 80) tertium genus est tithymalon, mecona vocant, alii -on (26, 68 -um [*cf.* 1, 26, 41]. PS. APVL. herb. interpol. 109 l. 19 -os . . ., -on. *ibid.* l. 36 -os. DIOSC. 4, 159 p. 76, 1 -as [*leg.* -os*?*]. p. 77, 19 -us). DIOSC. 4, 160 p. 79, 1 pytias (*i. pityusa*) aut clema aut crabrion aut -on . . . dixerunt.

2 *de ipsis regionibus maritimis* (*in graecis resp. παραλία*):
a *per fem.*: ITALA Iudith 5, 2 (Sangerm. 15) praefectos -as (parf- *cod.; Complut.* maritime regionis, *Vulg. aliter*). 7, 8 (Complut.) omnes potentes populi Moab et duces -e (fara- *trad.; Vulg. aliter, cf. cod. 62* ex civitatibus maritimis). Is. 9, 1 (Ambr. in Luc. 4, 43) et ceteri -am (parsa-, pharsa-, farsa- *codd.*) inhabitantes et qui secus maritima et trans Iordanen Galilaeae gentium (*Vulg. aliter. cf. Hier. in Is.* qui iuxta mare estis *eqs.*). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 210, 3 hi qui ex -a (*i. Phoenicia -a*) sunt . . . episcopi . . ., illi qui ex secunda Phoenicia *eqs.* **b** *per neutr.*: ITALA Iudith 2, 28 (Complut.) in eos, qui colebant -on (fara- *cod.*, *Vulg. aliter, cf. Corb.* maritimam). 3, 6 (Complut.) descendit ad -um (fara- *cod.*, *Vulg. aliter*). 5, 22 (Complut.) qui incolebant -um (fara- *cod.*, *Vulg. aliter, cf. Corb.* in maritima).

cf. Onom.

parallagē, *acc.* -ēn *f.*, *παραλλαγή*. *t. t. rhet. et gramm. de mutatione, transmutatione*: 1 *praepositionum*: SACERD. gramm. VI 453, 9 protheseon -e est, cum altera praepositio pro altera ponitur, ut 'cui tantum de te licuit (*Verg. Aen. 6, 502*)' pro 'in te' (*sim.* DIOM. gramm. I 443, 1). CASSIOD. in psalm. 58, 10 l. 254 quod ait 'ad te custodiam' mutata syllaba significat per te . . ., quae figura dicitur prothesios -e, cum altera propositio pro altera ponitur. 2 *litterarum*: DIOM. gramm. I 452, 28 *barbarismus fit* per -en (per allagen *trad.*), id est mutatione litterae, si litteram aliam pro alia pronuntiemus, ut 'arvenire' pro 'advenire'.

parallaxis, (-eōs) *f.*, *παράλλαξις*. *i. q. mutatio* (*cf. l. 56*): FVLG. myth. 3, 10 p. 78, 4 in aruspicinis prima *ars est* aruspicina, secunda -is (paralle- *vel* parale- *codd.; explic. l. 15sq.* aliut est . . . fibrarum . . . inspectio, aliud . . . eventuum inmutatio, *sc. per expiationem effecta*).

parallēlepipedus, -a, -um, *παραλληλεπίπεδος*. *scribitur* paralleliped- *l. 71*, parallepid- *l. 73; ?litt. gr. v. l. 64. 65.*

i. q. parallelas superficies habens (*in geometria de corpore, quod ter binis superficiebus parallelis terminatur*): 1 *neutr. potius pro subst.* (*nisi suppl.* '*corpus*'): CHALC. comm. 18 descriptio -orum duum distantium, quae -a continuantur ad unam soliditatem *eqs.* *ibid.* duo solida corpora, quae -a (*παραλληλεπίπεδα pars codd.*) geometrici vocant. *ibid.* unum solidum sive -um (*παραλληλεπίπεδον pars codd.*). 19 duum solidorum -orum similium duo media similia solida -a . . . inveniri. BOETH. arithm. 2, 25 p. 111, 15 quaedam corporum solidorum . . . compositio, eorum qui dicuntur cybi vel asseres vel latereuli vel cunei vel spherae vel -a (-i *var. l.*). 2 *adi.*: BOETH. arithm. 2, 25 tit. p. 111, 9 de cybis . . . vel sphericis vel -is numeris (figuris parallelipedis *var. l.*). 2, 25 p. 115, 1 cybi . . . medietates sunt, quae neque cunctis partibus aequales sunt neque omnibus inaequales, quos Graeci -os (-es *vel* parallepidas *var. ll.*) vocant (*sc. numeros? vix pro subst.*).

***parallēlogrammus,** -a, -um, *παραλληλόγραμμος*. *scribitur hic illic in codd.* paralelo-, paralele-. [*in contextu parum sano compluribus locis* EVCLID. elem. rec. V, *v. Geymonat in indice.*]

t. t. geom., i. q. e bis binis parallelis constans vel figuram q. e. -um *efficiens*: 1 *adi.*: LIB. col. I p. 223, 5 qui termini *lapidei* recipiunt mensuram -am (paralelograma *vel* pararegramma *codd.*). p. 249, 9 (*inter nomina lapidum finalium*) -us *lapis* (pararerogamus *trad.; inde* PS. BOETH. grom. p. 405, 6 [*cave iungas cum* pentagonus]. *sim. inter terminorum diagrammata*: GROM. p. 340, 27 L. terminus -us). CHALC. comm. 11 duas ex adverso positas lineas -as
[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

geometrici appellant. Ps. BOETH. grom. p. 385, 1 -i spatii (p. 385, 23 EXC. Cassiod. inst. app. p. 171, 10). *peculiariter de trigono, quod ex -o per diagonum efficitur* (*sc. quaeritur mensura diagoni*): GROM. Mortet 16 (= Cantor 10) sunt . . . trigoni hoc genere . . .: isoscelis, -us *eqs.* 17 (= Cantor 12) trigonus -us ortogonius.

2 *neutr. pro subst.* (*sc. de spatio bis binis parallelis terminato*): CHALC. comm. 11 planas quadraturas -a *appellant* (*cf.* 18 -um, id est quadratura). *ibid.* duum -orum similium . . . medium. *et passim in hoc cap.* 18 -a . . . sint aequalia, quae in isdem sunt quadraturis. *al.* Ps. BOETH. grom. p. 384, 11 quae *spatia* alternis lateribus continentur, quae -a nominantur. *ibid.* -um triangulumque. *et saepe apud eundem.* GROM. Mortet 17 (= Cantor 12) -i ortogoni *diagonum.*

parallēloneus, -a, -um. *a* parallelus, -os. *i. q. parallelis lateribus instructus* (*de lapide finali; cf. p. 306, 80*): GROM. p. 309, 14 L. terminus si aspratilis fuerit et mixta piperacia loca habuerit, sine dubio in trifinio constat: -um vocamus.

parallēlos, -on *et* **parallēlus,** -a, -um, παράλληλος. *scribitur hic illic in codd. rec.* paralel-, paralell-, parallil-. *formis graecis* -os, -on, -oe *utuntur* VITR., FRONTIN., HYG. astr., Ps. CENS., -oes SCHOL. Verg. (*i. dat. gr. pro abl.; cf.* ISID. -ois, *i.* -ους *vel* -οις); *latinis* PLIN. nat., HYG. *grom. ceterique.* *legitur inde a* VITR., PLIN. nat., FRONTINO.

i. q. παράλληλος: 1 *de lineis* (*sed de planis dicitur, si recte suppletur,* EVCLID. elem. rec. V p. 14; *f. pro subst. vel adi., quae hic illic discerni nequeunt; accedit dat.* VITR. *l. 33. huc referimus* GLOSS.[L] I Ansil. PA 387 -⟨a⟩e [*sine interpr.*]): *definitiones, descriptiones*: Ps. CENS. frg. 7, 4 -oe lineae sunt, quae in eadem planitie positae numquam inter se contingunt. MART. CAP. 6, 712 -ae sunt directae lineae, quae in eadem planitie constitutae atque productae in infinitum nulla parte in se incidunt (*sim.* Ps. BOETH. grom. p. 379, 4 = EXC. Cassiod. inst. app. p. 170, 23). *cetera exempla*: VITR. 5, 6, 1 ab eo loco per centrum -os linea ducatur (5, 7, 1 *bis.* 9, 7, 6 lineae -oe [-on *trad.*]. *ibid.* l. -os axoni. *ibid. iterum* -os l. *et* -oe l.). FRONTIN. grom. p. 17, 9 qui *rigor* cum ad extremum pervenerit, -on primi rigoris excipiat. BOETH. anal. pr. Arist. lat. 65a4 (rec. Flor. *et* Carn.) -as . . . scribere (*gr.* τὰς παραλλήλους). *ibid.* 7 si non sint -ae (*gr.* παραλλήλων).

2 *de circulis mundi* (*sive caeli sive terrae; m. fere pro subst., adi.* MART. CAP. 1, 37 BOETH.): *definitiones, descriptiones*: PLIN. nat. 6, 211 plura sunt . . . segmenta mundi, quae nostri circulos appellavere, Graeci -os (*cf. l. 48*). HYG. astr. 1, 4 p. 23, 10 e quibus *circulis* -oe (-i *var. l.*) dicuntur, qui ad eundem polum constituti finiuntur. Ps. CENS. frg. 2, 1 duo *circuli* -oe (-ae *et* -e *var. ll.*) vocantur, ut ita dixerim, aeque distantes (MART. CAP. 8, 817). SCHOL. Verg. Bern. georg. 1, 233 'zonae' translative, nam proprie 'zonae' in terra, sed pro -oes (-is *var. l.*) posuit, id est circulis. ISID. nat. 10, 1 quos *circulos* Graeci -ους (-ois *trad.,* παρ' ἀλλήλους *Fontaine in indice*) id est zonas vocant. *cetera exempla*: PLIN. nat. 1, 6, 39 digestio terrarum in -os et umbras pares (*cf. l. 40*). HYG. lim. grom. p. 150, 17 dubium fortasse esset de -o[n] nostri tetartemorii. HYG. astr. 1, 4 p. 23, 15. 1, 6 p. 24, 1. SOL. 37, 3 quod gnomonici similibus -is accidere contendunt, quos pares in terrarum positione aequalitas normalis facit lineae. MACR. somn. 1, 15, 12 quinque alii circuli -i vocantur; horum medius . . . est aequinoctialis. MART. CAP. 1, 37 circulorum . . . volumina . . . orbiculata -a (*perperam pro subst. accipitur vol. IX 2, 905, 70*). 8, 818 ex -is primus est is, . . ., qui septentrionalis circulus perhibetur. 819. 831. *al. apud eundem.* BOETH. arithm. 1, 1 p. 11, 25 in astronomia . . . circuli, sphera, centrum -ique circuli mediusque axis est.

3 *de mensura agri*: HYG. grom. p. 85, 9 plerisque locis inveni, ut modum agri non iugerum, sed aliquo nomine appella⟨re⟩nt . . ., in provincia . . . Narbonense . . . alii appellant libram, alii -am (parallen- *var. l.*).

4 *in musica de vel tonis vel sonis* (*sc. sive sibi respondentibus sive alternantibus*): FVLG. myth. 3, 9 p. 74, 16 potest *humana vox* . . . et limmata subrigere et -os concordare et distonias mollire (*schol. cod. G*: equales tonos vel sistema).

deriv.: paralleloneus.

ˣ**paralogismus,** -ī *m.*, παραλογισμός (*resp. gr.*). *i. q. falsa argumentatio, conclusio sim.* (*cf.* RVSTIC.): BOETH. anal. pr. Arist. lat. 64b13 in -is nihil prohibet fieri hypotheseos contradictionem. elench. soph. Arist. lat. 164a21 de his, qui videntur quidem elenchi, sunt autem -i, sed non elenchi. 166b21 eorum . . . qui extra dictionem sunt -orum species sunt septem. 169b37 (*syn.* falsorum syllogismi). *et saepius in eodem opere.* top. Arist. lat. 101a6 fiunt -i, quemadmodum in geometria . . . accidit haberi. 101a17 in eo, quod aut semicirculos describit non ut oportet aut lineas aliquas ducit non ut ducendae sunt, -um facit. RVSTIC. c. aceph. p. 1197[D] Nestorii syllogismos, quin potius -os, id est falsas collectiones.

paralogisticus, -a, -um, παραλογιστικός (*resp. gr.*). *i. qui paralogizat*: BOETH. elench. soph. Arist. lat. 172b3 litigiosus non est sic se habens . . . ut falsigraphus; non enim erit -us ex determinati cuiusdam generis principiis, sed circa omne genus erit litigiosus.

paralogizo, -āre, παραλογίζομαι (*resp. gr.*). *fere i. q. decipere* (*sc. paralogismis*): BOETH. elench. soph. Arist. lat. 165a16 qui nominum virtutis sunt ignari, -antur (*vix pro depon. accipias*). 175a10 qui ab alio . . . -atur. 182b8 quid et in quo -ant audientem. top. Arist. lat. 108a27 utile . . . et ad non -ari et ad -are. *ibid. l.* 28. 30. 158a29 -ant . . . se ipsos. *cum dat. i. q. ratione falsa adversari*: BOETH. elench. soph. Arist. lat. 171b37 ex eisdem dialecticae -at *litigiosus* velut et falsigraphus geometriae.

ˣ**paralysis,** -is (-eōs) *f.*, παράλυσις. *scribitur in codd. rec.* paralis- *saepe,* parales- *e. g.* DIOSC. 4, 37 p. 43, 1 ISID. orig. 4, 7, 25 (*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PA 388). parylis- *e. g.* CELS. 6, 6, 36 (*var. l.*); *litt. gr.* CELS. 3, 27, 1[A]. NOT. Tir. 111, 74 -is (130, 95). *gen.* -is CAEL. AVR. gyn. 2, 123 CASS. FEL. 54 p. 140, 1. *et al., v. p. 309, 9 sq.,* -eos THEOD. PRISC. gyn. 7 CAEL. AVR. chron. 2, 1, 2. 2, 1, 4. *al.* (*vix* -i, *v. p. 309, 15*); *dat.* -i PLIN. nat. 20, 14. *al.*; *acc.* -in *saepe inde a* CELSO, SCRIB. LARGO, PETRON., -im SCRIB. LARG. 101. 156 PLIN. nat. 32, 39 PAVL. NOL. epist. 32, 25 p. 300, 10 (*ubi* -in *vel* -em *var. ll.*). AVG. in psalm. 36, 3, 3 l. 20. *al.*; -em *v. l. 15,* -en ANON. med. ed. Piechotta 73; *abl.* -i VITR. 8, 3, 4 PLIN. nat. 20, 165. 166. *al.,* -e PLAC. med. 19, 1 rec. β (*in var. l.*). *formae plur. non occurrunt nisi acc.* -is PLIN. nat. 24, 40 (-in *var. l.*). 27, 92. *mensuratur* pă- VEN. FORT. Mart. 1, 368. GLOSS. -is: solutio membrorum et nervorum contractio. -in: desolutio (*i.* diss-) omnium membrorum. GLOSS. med. ed. Heiberg p. 52, 12 -is (-lesis *P*) id est stomaci contractio (*sim.* p. 52, 13, *ubi sequitur descriptio*). p. 53, 6 -is et apoplexia minor (*seq. distinctio*). *legitur inde a* VITR., CELSO, SCRIB. LARGO, PETRON. [*a sermone docto non alienum: it. vet.* parlasia; *francog. vet. et med.* palasin, palesin; *prov. vet.* palaysin; *hisp.* perlesía. *cf. M.-L. 6227. Battisti-Alessio IV 2778. Wartburg VII 620sq. Corominas I 198. St.*] [*confunditur in codd. cum* paralipsis SORAN. p. 74, 1 (*in var. l. ut* p. 74, 2. 111, 11). *edd. vet. pro* paralytici HIL. in Matth. 7, 4 (leprosi *E*).]

de genere morbi q. e. παράλυσις (*resp. gr., nisi aliud adnotatur*): 1 *proprie*: a *definitiones, descriptiones sim.* (*fusius describitur e. g. apud* CAEL. AVR. chron. 2, 1, 1sqq. CASS. FEL. 54 p. 139, 17sqq.; *distinguitur ab* apoplexia *e. g.* CELS. *l. 37.* CAEL. AVR. acut. 3, 5, 55): CELS. 2, 1, 12 resolutio nervorum, -in Graeci nominant (3, 27, 1[A] *resolutio n.* interdum ⟨tota corpora, interdum⟩ partes infestat, veteres auctores illud ἀποπληξίαν hoc -ιν nominarunt: nunc utrumque -ιν appellari video. SCRIB. LARG. 101 -im hoc utrumque vitium Graeci appellant [*sc. contractionem et remissionem n.*]. CASS. FEL. 54 p. 139, 18 est . . . -is causatio n. ORIBAS. syn. 8, 14, 1 Aa si . . . fuerint resoluti n., -is vocatur. *cf. etiam* GLOSS. *et l. 83*). 6, 6, 36 resolutio . . . oculorum, quam -in Graeci nominant. SCHOL. Hor. gloss. Γ epist. 1, 1, 31 per chyragram, id est pestem manuum, -in signat. AVG. serm. frg. Eugipp. exc. Aug. p. 900, 13 -is, id est dissolutio membrorum (THEOD. PRISC. log. 55 aliquando -in per solutionem obvenire m., aliquotiens per contractionem. *cf. etiam* GLOSS. *et l. 83*). MARCELL. med. 14, 41 linguam sideratam, quod genus morbi Graeci -in vocant (*cf. l. 79. p. 309, 7*). CASS. FEL. 42 p. 101, 20 paresis . . . stomachi, id est -is (*cf.* GLOSS. *et infra l. 71*). ORIBAS. syn. 8, 14, 8 Aa si faciem -is leserit, quod cinosplasmum (*v. Bulhart, Wien. Stud. 67, 1954, 151*) Greci vocant, *eqs.* (*gr.* τῶν . . . κατὰ πρόσωπον παραλελυμένων). ISID. orig. 4, 7, 25 -is dicta a corporis inpensatione, facta ex multa infrigidatione, aut in toto corpore aut in parte.

b *cetera exempla*: α *varia*: VITR. 8, 3, 4 dissoluta membra corporum -i aut aliqua vi morbi (HIER. vita Hilar. 19 totus -i d. VVLG. I Macc. 9, 55 d. est -in [*gr.* παρελύθη]. *al.*; *cf.* AVG. epist. 227 in -in solvitur . . . omnibus membris). SCRIB. LARG. 79 aliud medicamentum . . . facit . . . ad -in (156. *al.*). PETRON. 129, 6 -in cave (130, 6 PLIN. nat. 30, 86). PLIN. nat. 20, 14 vitiis medetur et renium et lumborum et -i. 20, 165 eos . . . -i non periclitari. 20, 166 in lumborum doloribus ac -i. 24, 40 *pix iuvat* spasmos, tremores, opisthotonos, -is (-in *var. l.*), nervorum dolores. 26, 112 -in . . . sanare. 27, 92 contra vertigines, orthopnoeas, -is incipientes. 32, 39 -im (-i *var. l.*) et articularios morbos sentientibus. SVET. Vit. 3, 1 decessit -i altero die, quam correptus est. TERT. anim. 20, 4 -is mentem prodigit, pthisis servat. adv. Marc. 4, 40 p. 444, 17 'manus dimissae et genua dissoluta' (*Is. 35, 3*), hoc erit -is (*agit de Christo paralyticum sanante ut*: IREN. 5, 17, 2 GAVDENT. serm. 11, 14 G.). HIL. in psalm. 13, 3 ad cuius adventum febris quiesceret, caecitas desineret, -is non esset, mors non occuparet. VEG. mulom. 2, 98 stomachus -in ex frigore sustinet (*cf.* CHIRON *infra l. 81*). 2, 105 -in . . . iumenta patiuntur (SORAN. p. 74, 2 matrix -in p. [*gr. p. 127, 2 Ilb.* παραλύεται μήτρα]. THEOD. PRISC. log. 53 si odoratus -in passus fuerit. *al.*; *cf. p. 309, 2. 5*). AVG. civ. 22, 8 p. 571, 31 D. a -i . . . salvus effectus. *al.* *resp. graece* πάρεσις (*v. etiam p. 309, 2. cf. l. 49*): PALLAD. hist. mon. II 18 -i laborans (*gr. p. 131, 19 B.* παρέσεως).

β *determinationes*: (i) *per gen.* (*fere partium corporis; sensus sim. l. 84; cf. sub 2*): PLIN. nat. 22, 105 linguae (DIOSC. 5, 139 p. 231, 2 -in lingue [paralisis in l. *trad., corr. Bulhart in schedis nostris; gr.* ἐπὶ τῶν τὴν γλῶτταν παραλελυμένων]). CHIRON 334 stomachi (*v.* VEG. *supra l. 71*). SORAN. tit. p. 74, 1 matricis. p. 111, 10 nervorum (membrorum *var. l.*). CAEL. AVR. acut. 3, 5, 54 partium. chron. 2, 1, 1 nunc sensus, nunc motus, nunc utriusque. CASS. FEL. 46

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 117, 5 vesicae. ORIBAS. eup. 4, 107 add. Aa p. 615 veretri (p. 616 syn. 1, 20, 5 Aa p. 71, 7 Mø. [*gr.* παρέσεσιν αἰδοίου, *cf.* La paralys[is]in virga patitur, *v. Bulhart, Wien. Stud. 60, 1942, 110*]). syn. 1, 19, 16 La p. 69, 2 Mø. intestini longaonis (*ibid. tit.* longaonis intestina. *cf.* Aa in ano aut in stale [*i.* extali] intestino -in patientibus). (II) *per locut. praepos.* (*cf. l. 5, vix etiam l. 3. p. 308, 80*): PLIN. nat. 31, 120 -i in lingua . . . imponitur *nitrum*.

γ iungitur cum vocibus q. s. morbus, aegritudo *sim.*: (I) *pendet gen.* -is (*cf. l. 12 in var. lect.*): SVLP. SEV. Mart. 16, 2 dira -is aegritudine (*eadem narrat*: VEN. FORT. Mart. 1, 368 tabida -is gelido languore puella). VICT. VIT. 3, 43 infestum -is morbum. (II) *per appositionem*: VICT. VIT. 2, 26 -i morbo (*var. l.* -is *ut*: PASS. mart. Graec. [BHL 3970] 6). GREG. TVR. vit. patr. 19, 3 -i aegritudine contractus. *addas fortasse* (*nisi cum Bonnet, Le Latin de Grég. 219, 2 gen. vel adi. intellegas aut per ablativos separatim causam et effectum indicari malis*): GREG. TVR. Iul. 9 p. 568, 19 mulier -i humore constricta (Mart. 1, 2 p. 587, 17 gravata. 2, 14 p. 613, 24 percussa. 4, 30 p. 657, 9 perculsa).

2 *allegorice vel in imagine* (*accedit* quasi *l. 24*): PAVL. NOL. epist. 32, 25 p. 300, 10 avaritiae lepram et invidiae ferruginem . . . et luxuriae -im depellet *anima*. AVG. in psalm. 36 serm. 3, 3 l. 11 fecit interiorem hominem salvum a -i remittendo peccata. *ibid.* l. 20 interiorem -im (*l.* 23 serm. 46, 13 l. 322 APON. 10 p. 203 interna). 100, 4 l. 55 anima, quae quasi -i dissoluta est. serm. 362, 13, 14 -i sanata *anima*. PETR. CHRYS. serm. 15, 6 ut liberetur a -i omnium peccatorum (CAES. AREL. serm. 67, 1 meorum [*antea*: p. lepra]. 171, 1). 30, 1 ille *paralyticus* carnis patiebatur -im, iste *publicanus* mentis (50, 4 m. nostrae). SALV. eccl. 1, 48 (*de statu peccatoris*) diuturna -i aridas manus . . . ad caelum erigi.

***paralyticus**, -a, -um, παραλυτικός (*resp. gr.*, *nisi aliud adnotatur*). *scribitur* paralit- CHIRON 294 PS. AVG. quaest. test. I 102, 17. *al. et saepe in var. l.*, paralet- ORIBAS. eup. 2, 1 P 14 Aa. 2, 1 add. 27, parilit- ORIBAS. syn. 1, 20, 4 La p. 71, 4 Mø. NOT. Tir. 32, 67 -us (111, 75. 130, 96). *mensuratur* -lў- CLAVD. carm. min. app. 21, 17 PAVL. PETRIC. Mart. 2, 487. 6, 165 ARATOR act. 1, 759. 787. 799. GLOSS. -us: παραλυτικός. *legitur inde a* SCRIB. LARGO, PETRON., PLIN. nat., TERT., ITALA. [*a sermone docto non alienum: var. dial. it.; cf. Faré, Postille. St.*]

i. q. ad paralysin pertinens (*fere de eis, qui paralysi laborant; de passione p. 310, 4; distinguitur* apoplectus: CAEL. AVR. acut. 3, 5, 55 apoplectos toto corpore vitiatos paralysi, -os [*Bendz*, paraplectos *edd.*, parapoplectos *trad.*] vero particulis. *cf. l. 70 et p. 308, 34; sed iuxta pos.* CAEL. AVR. acut. 1, 15, 123): 1 *proprie* (*sc. de animantibus eorumve partibus*): **a** *pro subst.* (*addidimus exempla usus praedicativi; accedit* magis TERT. resurr. 57 p. 117, 2; quasi CHIRON 294, tamquam AVG. in psalm. 36 serm. 3, 3 l. 3):

α varia: SCRIB. LARG. 155 ad lumborum dolorem et -os *medicamentum* (*sim.* 156). PLIN. nat. 20, 85 -is et tremulis dari iubet *brassicam* (23, 53 -is, t., . . ., ischiadicis. 32, 29 t., spasticis, nervorum vitiis, ischiadicis, . . ., -is). 20, 104. 22, 108. 23, 86 -is, spasticis, ischiadicis . . . inlinitur *oleum* (24, 94. *al.*, *v. et l. 49sq.*). 25, 54. 28, 127. 31, 59 -is aut simili modo solutis. ITALA Matth. 4, 24 (cod. a *al.*, *sim.* VVLG.) optulerunt ei . . . lunaticos et -os et omnes curavit. 8, 6 (*ibid.*) puer meus iacet in domo -us. 9, 2 (*ibid.*) optulerunt ei -um iacentem in lecto (*sim.* Marc. 2, 3; Luc. 5, 18 [cod. q *al.* = VVLG.] portantes . . . hominem, qui erat -us [*gr.* παραλελυμένος *ut*: 5, 24 *ibid.*, act. 8, 7 *et* 9, 33 cod. g *al.* = VVLG.]). *al.* TERT. apol. 21, 17 cum ille . . . caecos illuminaret, leprosos purgaret, -os restringeret (*inde* CYPR. idol. 13 p. 29, 12). orat. 25 p. 197, 21 -um sanitati reformavit *Petrus* (*cf. act. 3, 2* vir . . . claudus). resurr. 57 p. 116, 11 et caeci et claudi et -i *eqs. al.* IREN. 2, 22, 3 (2, 23, 1 H.) -um, qui iuxta natatoriam iacebat . . ., curavit (*cf. Ioh. 5, 1sqq.* languidus; *ad eundem saepius alludunt script. eccles., e. g.* CYPR. epist. 69, 13 p. 762, 13 COMM. apol. 649. *al.*, *v. l. 74*). FIRM. math. 3, 2, 23 faciet . . . -os, ridiculos gibbos, nanos incurvos, hermafroditos *eqs.* 3, 5, 30. 4, 11, 7. *al.* PELAGON. capp. 29 de insania equi vel de -o (*de animalibus ut*: 409. CHIRON 294 quasi -us aut sideraticus. 298, 21 [*cf.* 341 de -o sive epilentico]. *al.*). AVG. c. Adim. 17 ipsius Petri filiam -am factam (*de muliere ut e. g.*: PAVL. MED. vita Ambr. 10 quae -a . . . iacebat. SORAN. p. 59, 9 apoplecticae . . . -ae fiunt. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 487 consumpta gravi -a morbo. VITAE patr. Iurens. 43 M. quandam -am. VITA Caes. Arel. 1, 47 respondit iam multis annis -am se et omnibus membris contractam. *cf. p. 310, 3. 5*). *al.* *β gen. pendet e subst.* (*cf. p. 310, 23sq.*): TERT. adv. Prax. 21 p. 265, 17 de -i sanitate (*ad Ioh. 5, 1sqq.*). HIL. in Matth. 8, 3 -i . . . oblatio. *ibid.* -i . . . reditus. GAVDENT. serm. 11, 4 G. -i membra (AVG. in euang. Ioh. 16, 3 -orum m. *al.*). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 49 -orum curatio. GREG. TVR. glor. mart. 2 -orum gressus. ORIG. in Matth. 16, 14 p. 519, 28 -orum constrictione (*gr.* παρέτων ἰάσεως). *γ determinatur per*: *adi.* (*cf. p. 310, 21*): FIRM. math. 6, 31, 69 debiles. *abl.* (*cf. p. 310, 19*): FIRM. math. 7, 21, 2 parte corporis. *praepos.*: PASS. Matth. 17 ex omni corpore.

b *adi.* (*certiora, sc. exempla usus attributivi, alia v. sub a; cf. etiam p. 310, 13*): TERT. carn. 4 l. 32 carnem . . . leprosam emaculat, caecam reluminat, -am redintegrat. IREN. 5, 17, 2 iussit -um hominem tollere. HIL. in Matth. 7, 3 -i pueri curatio (*al.*; *cf.* GREG. M. dial. 3, 25 puella). AVG. civ. 22, 8 p. 572, 29 D. erat ibi iuvenis -us rusticanus. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 16 de nominibus . . . -ae passionis. PAVL. PETRIC. Mart. 6, 165 -a virgo. GREG. TVR. Franc. 5, 4 p. 199, 8 -a membra.

2 *adhibetur pro convicio* (*sc. de viro ad venerem languido; cf. Opelt, Lat. Schimpfwörter, 1965, 28*): PETRON. 131, 10 'quid est' inquit *Circe*, '-e? ecquid hodie totus venisti?'

3 *allegorice vel in imagine* (*fere usu christiano de peccatoribus, infidelibus, haereticis sim. eorumve anima, sensibus sim., cf.* ISID. alleg. 159 -us iacens in lectulo anima est vitiis dissoluta in corpore suo *eqs.*; *usu fere pro subst.*; *adi. v. l. 15. 16. 18. 25*): VIGIL. TRID. ad Ioh. 5 confessus, credo, ut privato mysterio ad crucem citius perveniret, -um populum soluturus *Sisinnius*. HIER. in Matth. 9, 6 anima (nostra *codd.*) -a, si surrexerit, . . . portat lectum suum . . . in domum virtutum suarum (AVG. serm. 46, 13 l. 319. *cf.* anim. 2, 6, 10 de -is et oppressis animae sensibus. *v. etiam* ISID. *supra*). AVG. in psalm. 36 serm. 3, 3 l. 5 -um animo quendam intueor (ORIG. in Matth. 13, 4 p. 188, 8 solutos quidem animo . . . -os a. aestimemus). *ibid.* l. 13 interiorem -um iam esse sanatum (*cf.* 40, 5 l. 11 -us intus eras). 134, 25 l. 4 quotidie credunt . . ., quotidie . . . constringuntur manus -orum (*inde* PROSP. in psalm. 134, 16 fiunt operariae manus -orum). PETR. CHRYS. serm. 30, 2 -us Iudaici populi sit figura. CAES. AREL. serm. 18, 2 infirma et aegrota . . ., dissoluta ac -a cogitatio . . . mentis obstruit claustra.

paramērium, -ī *n.*, παραμήριον. *de quodam genere gladii q. e. semispathium* (*ad rem cf. Grosse, Röm. Militärgeschichte, 1920, 331sq.*): IVLIAN. epit. novell. 79, 4 nemo privatus faciat . . . gladios, quos -a vocant (*cf. Novell. Iust. 85, 4* semispathia, *gr.* παραμήρια).

***paramesē**, -ēs *f.*, παραμέση (*subst. a* παρά *et* μέση, *sc.* χορδή). *gen. lat.* -ae *intellegitur* PS. CENS. *sub 2, ceterum non legitur nisi formis gr., sc. nom.* -e *et acc.* -en *passim, gen.* -es BOETH. mus. 1, 20 p. 208, 7. 209, 26. *al.*, *dat.* -e (*pro abl. adhibito*) BOETH. mus. 1, 20 p. 208, 4. 1, 21 p. 212, 2. *al.*; *plur. non exstat.*

1 *t. t. musicae de chorda, quae iuxta mediam est, eiusque sono* (*quem locum habeat in systemate tetrachordorum, illustravit e. g. Vetter, RE XVI 844; explicatur vox infra l. 44*): VITR. 5, 4, 5 stantes *sonitus* . . . appellantur . . . sic: proslambanomenos, . . . mese, nete synhemmenon, -e, *eqs.* (*sim. in serie*: PS. CENS. frg. 12, 3 BOETH. mus. 1, 20 p. 207, 5. 20. *al.*). 5, 5, 2 ad -en *sonantia vasa* (*sim.* 5, 5, 4). PS. CENS. frg. 12, 4 Timotheos addidit . . . -en et hyperbolaeon. MART. CAP. 9, 690 vox . . . extenditur . . . de nota . . . in notam, ut a media in -en. BOETH. mus. 1, 20 p. 206, 24 quinta *chorda* est -e, quasi iuxta mediam conlocata. p. 206, 27 -e . . . quoniam tertia est a nete, . . . *etiam* trite nuncupatur. p. 208, 4 *tetrachordum diezeugmenon* inchoat a -e . . . et finitur ad neten. p. 208, 7 tonus . . . est distantia meses et -es. p. 209, 28 inferius omne tetrachordum . . . diezeugmenon vocatum est cum additamento scilicet hoc: -e diezeugmenon, trite diezeugmenon, *eqs.* (p. 210, 8). *et saepe apud eundem.* 2 *nomen nymphae, quae quodammodo ad citharae inventionem refertur* (*cf. Herzog-Hauser, RE XVIII 3, 1211, 38sqq.*): PS. CENS. frg. 12, 4 Lycorem, quem quidem Apollinis filium tradunt et nymphae -ae (-e *trad.*, Parnasiae *Jahn, sed cf. nomina musarum antea commemorata*: Hypate, Mese, Nete).

paramesos, *acc.* -on *f.*, παράμεσος (*adi. pro subst.*). *leguntur solae formae gr.* -os *et* -on (*trad. litt. gr.* MART. CAP.). *t. t. musicae, i. q. paramese*: MART. CAP. 9, 931 duodecimus *sonus dicitur* -ος, hoc est prope media. 9, 943 sonus (ton- *var. l.*) -ος nominatur, quod hunc satis proximum sonus adiunctae modulationis offendat. 9, 954 quod *systema* a principali principalium in -ον usque tenditur. BOETH. mus. 4, 3 p. 311, 4 -os (-es *var. l.*, *ut et ceteris locis*), quae est submedia. 4, 4 p. 313, 10. 4, 12 p. 335, 3 cuius *tetrachordi* est prima -os. 4, 13 p. 335, 12. p. 337, 13.

paramitia *sim. v.* paramythia.

paramma, -ae *f.* *vocem gr. ceterum ignotam* τὸ πάραμμα *a* παράπτειν *derivandam subesse putant viri docti.* *fortasse i. q. sella equestris* (*cf. Lauffer ad l.*): EDICT. imp. Diocl. 10, 3 L. (*inter loramenta; antecedit* scordiscus) -as mulares cum flagello (parhamas et -a *trad.*).

paramonārius, -ī *m.*, παραμονάριος. *de famulo quodam ecclesiastico, fere i. q. custos, mansionarius* (*quam vocem conferas*): CONC.[S] II 2, 2 p. 87, 19 si quis episcoporum . . . ordinaverit oeconomum, defensorem sive -um *eqs.* (*gr. II 1, 2 p. 158, 14* οἰκονόμον ἢ ἔκδικον ἢ παραμονάριον, *cf. II 2, 2 p. 33, 9* ostiarium, *p. 106, 21* custodem, *Rustic. Conc.[S] II 3, 3 p. 93, 4* mansionarium; *vocem om. aliae vers.*).

paramus, -ī *m.* [*vox peregrina, fort. hiberica. Sch.*] [*hisp.* páramo; *port.* páramo. *cf. M.-L. 6228. Corominas III 656sq. Machado[3] IV 303sq. St.*] *i. q. regio, planities sim. deserta porrectaque in montibus* (*ad nomen proprium regionis cuiusdam Asturiae certe spectat* CHRON.; *fortasse etiam ceteris locis potius nomen agnoscas, cum ad eandem regionem pertineant, ubi nomen adhuc continuatur*): CE 1526C, 3 (*Legione, saec. II*) quos *cervos* vicit in -i aequore (*cf. 1526A, 1*

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aequora ... campi). IVL. HON. cosmogr. B 20 p. 36 *fluvius Durius* currit per campos Hispaniae inlustrans -um, deinde disrumpens loca montuosa ... occidit in oceano. CHRON. Caesaraug. chron. II p. 222, 458 Gothi contra Suevos dimicant in campo -o iuxta flumen Orbicum (*i.* Vrb-).

paramȳthia, -ae *f.*, παραμυθία. *fere i. q. consolatio* (*cf. vol. IV 476, 23. 50; de notione fusius disseruit Milani, Rendic. Ist. Lomb. 104, 1970, 513sqq.*): ITIN. Anton. Plac. rec. A 10 *leprosi* lavant in ... termas Moysi et aliquotiens, quem vult deus, mundatur; nam et generalitati (-licia *var. l.*, -litate *rec. B*) est aliqua -a (-mitia *vel* -micia *trad.*; *fere* permitia *rec. B*).
cf. Onom.

paranarr(h)inon *v.* parar(rh)inon.

paranatellon *n.* (*vel* -ōn *m.*), παρανατέλλον (-ων). *i. q. simul oriens* (*sc. part. pro subst. de sidere; ad rem cf. Gundel, RE XVIII 3, 1214, 49sqq.*): SERV. georg. 1, 218 canis -on (*scribitur et* paranathallon, paraantellon) est canceri, id est cum eo oritur.

paranclisis *v.* parenclisis. **parander** (-drus) *v.* tarandrus.

parandium *vox veriloquii causa ficta pro* prandium, *q. v.*

*****paranētē,** -ēs *f.*, παρανήτη (*sc.* χορδή). *scribitur litt. gr.* MART. CAP. 9, 943. *abbreviatur* paran BOETH. mus. 4, 6 p. 322, 6. 11 *et saepe in schematibus apud eundem. de formis: leguntur passim formae sing. gr., sc. nom.* -e, *gen.* -es, *acc.* -en; *formae plur. non occurrunt nisi gen. lat.* -arum VITR. 6, 1, 7 *et acc.* -as BOETH. mus. 4, 13 p. 337, 14 (*potius gr. iuxta* lichanus, *ut ibid.* p. 337, 17). *t. t. musicae de chorda, quae paenultima est, eiusque sono sim.* (*vox explicatur l. 33sq.; ceterum cf.* paramese): VITR. 5, 4, 5 *sonitus mobiles* vocabula ... habent haec: parhypate hypaton, ..., trite synemmenon, ⟨-e synemmenon⟩, trite diezeugmenon, -e diezeugmenon, trite hyperbolaeon, -e hyperbolaeon (PS. CENS. frg. 12. 3 *in enumeratione sonorum.* BOETH. mus. 1, 20 p. 209, 29. p. 210, 10. *al.*). 6, 1, 7 gentes *quaedam* -arum ⟨netarum⟩que acutissimam sonitus vocis perficiunt tenuitatem. MART. CAP. 9. 943 -η ..., quam latine paene ultimam perhibemus (*cf.* BOETH. mus. 1, 20 p. 206, 27 sexta *chorda* ... vocatur -e, quasi iuxta neten locata). BOETH. mus. 1, 20 p. 207, 9 inter paramesen ... et -en nervum medium, *sc. triten,* coaptavit *Lycaon.* p. 210, 26 -e synemmenon (1, 27 p. 219, 10 -en s. Mercurius regit. *al.; adde* VITR. 5, 4, 5 *supra*). p. 211, 19 -e hyperboleon (4, 6 p. 320, 27 distantiam -es h. et netes h. 4, 7 p. 323, 19 spatium -es h. ... ad neten h. *al.; adde* VITR. 5, 4, 5 *supra*). *et saepe apud eundem.*

parangaria, -ae *f.*, παραγγαρεία (*gr. exhibent Basilica 56, 17, 21. al.*), *cf.* angaria. *scribitur* per- COD. Theod. 8, 5, 15 (*T saec. V/VI, item* 8, 5, 59 pr.; *sed* par- *idem* 8, 5, 63 *ut ceteri cod. antiqui passim*). *sing. non legitur nisi* COD. Theod. 8, 5, 59 pr. *de praestatione curruum, iumentorum extraordinaria* (*sc. ad res hominesque in viis non principalibus portandos; ad rem v. Seeck, RE IV 1852, 35sqq.; passim iuxta sunt voces* angaria, paraveredus, *quod infra fere neglleximus*): COD. Theod. 6, 23, 3, 1 ne angarias vel -as sive paraveredos ulla eis ... imponat auctoritas (*cf.* 8, 5, 15 -as ... commovere. 8, 5, 59 pr. si quispiam ... -am non ostensa evectione ... praesumpserit. 8, 5, 63 postulare. 16, 2, 10 -arum ... exactio). 6, 23, 4 pr. ut eorum ... possessiones nullas ... -as ... dare cogantur (*sim.* COD. Iust. 12, 5, 2 pr. [*a. 428*]. *cf.* COD. Theod. 11, 16, 15 -arum praebitio [11, 16, 18 *inter* munera sordida]. 16, 2, 14, 13 -arum praestationem [*cod. V saec. VI*; -am *vel* -ium *recc. duo*; -ae *vel* -am *var. l.* COD. Iust. 1, 3, 2, 3]). 8, 5 rubr. (= Iust. 12, 50 rubr.) de cursu publico, angariis et -is. 8, 5, 59 pr. (*antecedentia v. supra*) singulas libras auri per ... -as *singulas solvere.* COD. Iust. 1, 2, 11 (*a. 445; sim.* 10, 49, 2) -is vel plaustris vel quolibet munere excusari (*cf.* 12, 50, 21 [*a. 440/1*] excusationem ... -arum).

[**parangarius,** -a, -um *falsa var. lectio l. 56.*]

paranicia *v.* paronychium. **parantālis** *v.* parentalis.

paranychium *v.* paronychium. *Baer.*

paranymphus, -ī *m.*, παράνυμφος. *scribitur in codd. etiam* -nimph-, -nimf-, -ninf- *sim.* GLOSS. -us: nuptiarum minister, qui inter sponsum scilicet sponsamque discurrit *eqs.* [*fortasse sard. centr. et mer.* paraninfu, paralimpu. *cf. M.-L. 6228b. Wagner II 221. St.*]

i. q. nuptiarum minister, pronubus (*gr. respondet* νυμφαγωγός): **1** *respiciuntur nuptiae sollemnes:* **a** *strictius de eo qui in ipsis nuptiis quodam munere fungitur* (*ad rem v. Herzog-Hauser, RE XVIII 4, 1293 sq.*): COMMENT. Lucan. 2, 371 'auspex' dicitur -us, qui interest nuptiis, eo quod ab eo nuptiae auspicentur. AMBR. epist. 19, 18 quem *virum* ... -um sibi Samson quasi fidum sodalem ... adsciverat (*sec. iud. 14, 20, ubi Vulg.* unum de ... pronubis). AVG. civ. 6, 9, p. 264, 18 D. -i inde discedunt (*sc. e cubiculo ante concubitum nuptialem. de eadem re* 14, 18 p. 41, 21. *cf.* serm. 293, 7 *ut* -us adhibeatur ... conscius secreti cubicularis ...; quod in nuptiis humanis homo homini -us est, hoc est Iohannes Christo). STAT. eccl. ant. (Corp. Christ. 148, 184) l. 275 sponsus et sponsa, cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel a -is offerantur (*simul pertinet ad fem.* paranympha; *cf. var. ll.* -o *et* -a). LVX. anth. 337 tit. de -o delatore, qui se ad hoc officium omnibus ingerebat (*337, 2* pronubus, *337, 7* auspice). GREG. TVR. Franc. 6, 45 p. 319, 1 (*filia regis Francorum post nuptias legatis praesentibus celebratas ad regem Gothorum proficiscitur*) erat cum ea Bobo dux ... quasi -us.
b *laxius:* **α** *de comite regis, sc. titulus honorificus:* ITALA gen. 26, 26 (cod. 91 *al.*) *venit rex Abimelech* et Ochozath -us eius (*Hier. quaest. hebr. in gen. p. 42, 13* pronubus, *Philo quaest. in gen. 4, 195 add. 7* thalami praepositus, *Vulg.* amicus. *huc spectat fort.* GLOSS.[L] Corp. P 11 = 150 -us: dryhtguma [*anglosax.*]). **β** *de eo, qui nuptias conciliat:* PS. AVG. serm. 47, 1 *Raphael* mihi tanquam caelestis exstitit -us (*loq. Tobias; ad rem v. Tob. 7, 9 sqq.*). HIST. Apoll. 51 (*Apollonius ad coniugem de piscatore, qui cum naufragum servarat*) hic est -us meus, qui mihi ..., ut ad te venirem, iter ostendit.
2 *respiciuntur nuptiae spiritales:* RVFIN. Basil. hom. 7 p. 1787[B] -um illum talium nuptiarum, *sc. Christi et Ierusalem,* Paulum dico (*sec. II Cor. 11, 2* despondi ... vos *eqs. inde per contrarium* AVG. in euang. Ioh. 8, 5 *falsa docentes* excludunt sponsum; -i scilicet vel potius lenones serpentis). Greg. Naz. orat. 2, 14, 3 -um praeparantem domino populum ... prosequitur sponsus (*de Iohanne baptista ut:* QVODV. c. Iud. pag. Ar. 14, 13. PS. FVLG. RVSP. serm. 53 p. 922[A] -us sponsi. *cf.* AVG. serm. *sub 1a*). PS. AVG. serm. 121, 3 (*Mariae filius sponsus erat*) illic fuit paranympha credulitas, -us archangelus (*item de Gabriele:* serm. ed. Mai 168, 2 [*loq. deus*] -um te divini iubeo interesse coniugii. VEN. FORT. carm. app. 1, 325 p. 379 angelus ... -us. SERM. Migne suppl. 4, 1993).

f. **paranympha,** -ae. *scribitur* -nimf- FVLG. aet. mund. p. 158 (*in cap. cui deest littera h*) *et* p. 168, -nynf- GLOSS. V 384, 45. *nom. sg.* -e *l. 29.* GLOSS. -a: pronuba. *i. q. nuptiarum ministra:* **1** *proprie de mulieribus:* STAT. eccl. *v. p. 311, 82.* ISID. orig. 9, 7, 8 *pronuba* est et -a (*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PA 393, *ubi* -e). **2** *translate de rebus:* FVLG. aet. mund. p. 158 epistola adulterii fuerat lena et pervasio -a (*respicitur II reg. 11, 14 sqq.*). p. 168 *in Sabinis* rapina facta est -a. PS. AVG. serm. 121, 3 *v. l. 21.* *Oesterle.*

parapaestus, -ī *m.*, παράπαιστος (*quod est adi., cf. Hesych. π 612* π.· παραπλήξ, ἢ παρειμένος). *nomen pedis metrici ceterum ignotum vel fictum:* NOT. Tir. 114, 59 -us (-pe- *trad.*, *antea:* anapestus, *postea:* molosus).

parapēchium, -ī *n.*, παραπήχιον (*demin. a* παράπηχυ). *de quodam genere vestimenti mulierum i. q.* παράπηχυ (*cf. Pollux 7, 53* ἱμάτιον ... πῆχυν πορφυροῦν ἔχον παρυφασμένον): VARRO ling. 5, 133 -a (-cech- *var. l.*), clamides, sic multa, graeca.

parapēgma, *gen. plur.* -atōrum *n.*, παράπηγμα. *i. q. fastorum genus astronomicum* (*ad rem fusius Rehm, RE XVIII 4, 1295sqq.; vocem gr. de clavo, quo dies notabantur, adhibuit iam* CIC. Att. 5, 14, 1 ex ea die ... -α ἐνιαύσιον commoveto [*sc. ad indicandum initium anni sui provincialis, cf. 5, 15, 1* ex hoc die clavum anni movebis]): VITR. 9, 6, 3 siderum ⟨ortus⟩ et occasus tempestatumque significatus Eudoxus ... ceterique ex astrologia -orum disciplinis (*Iocundus,* -nas *trad.*) invenerunt et eas posteris explicatas reliquerunt.

? **parapessius,** -a, -um, παραπέσσιος (*compos. a* παρά *et* πεσσός [*t. t. architect., i. q. solarium sim., v. e. g. Pap. Monac. 11, 20. 27*]). *i. q. solario proximus, sc. non nisi neutr. plur.* -a *de aedificiis contiguis:* COD. Theod. 15, 1, 39 (= Iust. 8, 11, 14) aedificia, quae ⌊vulgi more⌋ (vulgo *Iust.*) -a nuncupantur, vel si qua alia opera ⌊publicis moeniis vel privatis⌋ (moenibus vel publicis operibus *Iust.*) sociata cohaerent ..., dirui ... praecipimus (-a *restit. e codd. Iust.* [*qui exhibent* -resia *vel* -pesia] *sec. versionem* Τιπουκείτου *in Basilic. ed. Heimbachii 58, 12 adn. h* τὰ παραπέσσια καλούμενα οἰκήματα. parapetasia *Theod., sc. cod. V saec. VI, quod potius corruptum putaverim quam compos. ratione parum perspicua cum* πετάννυμι *coniungendum*).

parapetasius *v.* parapessius.

parapetasma, *plur.* -ata *n.*, παραπέτασμα. GLOSS. -a: id est velamina quo fornicantes in templo nullus possit aspicere (*ex* HIER. in Am. 2, 6–8 l. 169, *ubi editur litteris gr.*).

? **parapeteuma,** -atis *n.*, παραπέτευμα (*quae vox alibi non exstat*). *vocem q. e.* πεττός (πεσσός) *subesse putant plerique viri docti agnoscentes notionem q. e. tessera, qua extra ordinem frumentum accipitur:* COD. Iust. 11, 25, 2 pr. (*a. 392*) centum viginti quinque modios frumenti praeter solitum canonem per singulos dies ..., nomine -tis (-peteau-, -petau-, -petu- *sim. pars codd.*; peritteumatis [*i. abundantiae*] *coniecit Gothofredus*) de horreis publicis ... tribuimus.

paraphasis, *acc.* -in *f.*, παράφασις (*quae vox alibi non exstat*). *i. q. detuitio:* CHALC. comm. 239 *et* 242, *v. vol. V 1, 846, 4sqq.* *cf. p. 313, 26.*

parapherna, *abl.* -īs *n.* (*gen. heteroclit.* -arum), παράφερνα. *scribitur litt. gr.* VLP. dig. *t. t. iur. de bonis, quae extra dotem habet uxor* (*ad rem fusius Gerner, RE Suppl. VIII 401 sqq., cf. etiam Kaser, Röm. Privatrecht II 1975, 201*): PAP. Corp. 208, 15 (*saec. II; rebus enumeratis, quae in dotem dantur:*) ⟨pa⟩raferna tunica et palliol(um) tribacum (*suppl. sec.* 209, 8). VLP. dig. 23, 3, 9, 3 (*disting.:* quae in dotem dantur) si res dentur in ea, quae Graeci -α dicunt quaeque Galli ('alii?' *Mommsen*) peculium appellant, *eqs.* (*cf.* COD. Iust. 5, 14, 8 [*a. 450*] quas *res* extra dotem mulier habet, quas Graeci -a dicunt). COD. Iust. 5, 14 rubr. de pactis conventis ... super dote ... et -is. 5, 14, 8 (*a. 450*) virum in -is se ... immiscere. 5, 14, 11
[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pr. si mulier marito suo nomina . . ., quae extra dotem sunt, dederit, ut loco -arum apud maritum maneant. NOVELL. Iust. 97, 5 cum . . . oporteret eam *mulierem* in -is haec habere (*resp. gr.* ἐν παραφέρνοις *ut ibid.* lucro . . . in -is ei constituto).

paraphoros, -on, παράφορος. *i. q. differens, aberrans sim., sc. nomen generis aluminis (sunt qui neutr. pro subst. intellegant)*: PLIN. nat. 35, 184 alterum genus *aluminis* est pallidi et scabri et quod inficiatur et galla, ideoque hoc vocant -on (*antea*: phorimon vocant *alterum genus*).

paraphrasis, *acc.* -in *vel* -im, *abl.* -ī, *acc. plur.* -īs *f.*, παράφρασις. *scribitur in codd. etiam* -fr- *et* pera- *sim.* GLOSS. III 328, 11 (*in capite* de instructione artis grammaticae) παράφρασις -is (*sed in eodem capite 376, 24* contextus: παράφρασις). *i. q.* παράφρασις (*explicat* QVINT. inst. 10, 5, 5 *infra*): QVINT. inst. 1, 9, 2 *Aesopi fabellas* -i audacius vertere, qua et breviare quaedam et exornare salvo modo poetae sensu permittitur. 10, 5, 5 neque ego -in *carminis* esse interpretationem tantum volo, sed circa eosdem sensus certamen atque aemulationem. SVET. gramm. 4, 7 *grammaticos* instituisse . . . quaedam genera meditationum ad eloquentiam praeparandam ut problemata, -is (peri- *var. l.*), allocutiones *eqs.* HIER. in Is. 64, 4/5 -im huius testimonii . . . assumit apostolus Paulus (*sc. I Cor. 2, 9*) . . ., non verbum ex verbo reddens . . ., sed sensuum exprimens veritatem. *loco dubio*: GLOSS. IV 418, 41 paraphasin: coniectorum (*vel* -torem *trad.*; -in: coniecturam *Goetz in indice*, -in: contextum *Heraeus in exemplari suo [cf. l. 13]; an conferas quod de paraphasi dicitur Chalc. comm. 242* visus . . . videt interiora, sed non adeo clare, *ut restituas* paraphasin: coniecturam*?*).

paraphrastēs, *acc.* -ēn *m.*, παραφραστής (*litt. gr. scripsisse videtur* HIER., *qui bis etiam utitur adv. gr.* παραφραστικῶς, *v. epist. 57, 9, 7. 121, 10, 3*). *i. qui circumscribit (sc. qui liberius vertit)*: HIER. praef. Vulg. reg. p. 10, 5 vel interpretem me aestimato, si gratus es, vel -ήν, si ingratus (*glossam* historiographum *addunt vel substituunt codd. aliquot; cf.* GLOSS. -en: non translatorem).

? **paraphrenēsis,** -is *f.*, παραφρένησις (*si agnoscenda est vox ceterum ignota, v. infra*). *scribitur* -fren-. *i. q. delirium*: ALEX. TRALL. 1, 53 *passio quaedam* non frenesis (*gr. I 509 P.* φρενῖτιν) sed -is appellatur i(d est) alienatio mentis ex intervallo facta. *ibid.* haec est proprietas -is, quae non in toto tempore permanet in febre, sed pausat (*gr. I 509 P. respondet bis* παραφροσύνη, *pro qua voce I 511 ponitur 1, 54* alienationes. *animo interpretis obversatum est fortasse* παραφρόνησις, *quam vocem cum* φρενῖτις — frenesis *contaminavit*).

? **paraphyas,** *abl. plur.* -adibus *f.*, παραφυάς (*si recte restituitur*). *de ramulo, qui a lateribus herbae prorepsit*: PS. APVL. herb. interpol. 74 l. 31 cum foliis in -bus (in pagatis suis *trad.; corr. Howald-Sigerist sec. Diosc. 2, 180, 1* ἔχοντα παραφυάδας φύλλων μεστάς [*lat. 2, 166 p. 245, 5* in giro]).

[parapīēnos *falso edd. vet.* DIOM. gramm. I 481, 15 *pro* parapycnos.**]**

paraplasmaticus, -a, -um, *παραπλασματικός (*cf.* παράπλασμα *et ad notionem Hesych. sub* παραπλασμός). *i. q. vim habens obstruendi (sc. foramina cutis; cf.* paremplasticus [*Diosc.*] *et v. gr. infra*): DIOSC. 1, 118 p. 61, 9 M. *palma* virtute habens stiptica et -a (*gr. 1, 109, 3* δύναμιν . . . παρεμπλαστικήν). 1, 132 p. 66, 11 cummi -um est (*gr. 1, 121* κόμμι . . . κολλητικόν).

? **paraplēcticus,** -a, -um, παραπληκτικός (*sed v. gr. infra*). *i. q. paraplexia correptus (si recte restituitur)*: HIPPOCR. aer. 10 p. 25, 7 G. alios . . . -os (*Kühlewein*, parafl- *vel* palect- *trad.*) fieri in dextris (*gr.* παραπλήκτους).

[paraplēctos *v.* paralyticus *p. 309, 41.*]

paraplēxia, -ae *f.*, παραπληξία. *species morbi q. e. paralysis*: ITALA deut. 28, 28 (Rufin. Orig. princ. 2, 10, 6 p. 180, 2) *puniantur peccatores* mentis alienatione et -a et caecitate *eqs.* (*gr.* παραπληξίᾳ, *Lugd.* percussione, *Monac.* apoplexi, *Vulg.* amentia. *cf. Rufin. l. 6* figuraliter). CAEL. AVR. acut. 3, 5, 52 *apoplexia* vocatur etiam a quibusdam -a. CASS. FEL. 65 p. 158, 17 *et* 19 *paralysis* dicitur apoplexia et -a; sed apoplexia . . . totius corporis esse intellegitur . . ., -a vero in una parte corporis efficitur aut dextra aut sinistra.

parapompica, -ōrum *n.*, παραπομπικά. *t. t. iur. de quodam genere praestationum, vectigalium sim. ad transvectionem pertinentium*: IVLIAN. epit. novell. 124, 9 nihil eorum nomine, quae -a (paraponf-, paraponp-, paroponp- *var. ll.*) dicuntur, collatores exigantur (*resp. gr. Novell. Iust. 128, 9, ubi lat.* transmissoria).

[parapoplēctos *v.* paralyticus *p. 309, 42.*]

paraprēsmata *n. plur.*, παραπρήσματα. *t. t. med. de quodam genere morbi cutis*: CHIRON 39 (*sim.* 465) ipsa vitia, quae uri debent, -ta appellantur; quae fiunt in concava articulorum (c. testiculorum *prave* 465), quas meleerides appellant (melliccrides appellamus 465. *cf. Hippiatr. gr. I p. 326, 20* παραπρήσματα). 41 (*sim.* 468) quibus . . . morbi vitium se profundit in plantis, quae -ta appellantur (aut mellicerides, quae aquatilia vocantur *add.* 468) . . ., non debet uri (*gr. ibid. I p. 327, 9* παραπρήσματα ἢ μελικηρίδες ἢ ὑδατίδες).

paraprosdocia, -ae *f.*, παραπροσδοκία (*gr. alibi non exstat*). *adhibetur pro voce gr. (vix lat.* GLOSS. *et p. 314, 5; cf. et p. 314, 8*). *de figura rhet., qua quis inopinata profert (huc referunt* GLOSS. III 501, 59 paraprosachia: figura quaedam): SCHOL. Cic. Gron. A p. 347, 4 vehementi -ᾳ καὶ μετὰ ἐπιβολῆς . . . dixit. EVGRAPH. Ter. Haut. 876 (*restituit Wessner*). *vix subst., sed transcripta potius locutio q. e.* παρὰ προσδοκίαν: SCHOL. Cic. Clun. p. 270, 3 ('praetexta calumnia') cum 'toga' inferre deberet, para prosdociam 'calumniam' intulit (*per unam vocem scribit ed.*).

? **paraprosdoxia,** -ae *f.* *ex* παραπροσδοκία *transformatum videtur sec.* παραδοξία *sim., nisi per errorem scribae* -doc- *intellegendum. i. q. paraprosdocia*: CASSIOD. in psalm. 17, 31(32) l. 484 quae figura dicitur -a, latine inopinatus exitus, cum aliud proponitur, aliud explicatur.

parapsis *v.* paropsis.

paraptōma, *abl.* -ate *n.*, παράπτωμα. *scribitur litt. gr.* GLOSS. II *et* AVG. *l. 15.* *i. q. delictum (ita* GLOSS. II 396, 10. III 501, 58): AVG. quaest. hept. 3, 20 p. 248, 12 delictum apud eos *Graecos* . . . -α dicitur (*affert Gal. 1, 6* delicto, *gr.* παραπτώματι). *ibid.* l. 15 in -e tamquam decidere intellegitur, qui delinquit.

parapycnos (*sc. pes*), παράπυκνος (*gr. alibi non exstat*). *t. t. metr. de pede metrico inter pedes heteroplocos pentasyllabos enumerato*: DIOM. gramm. I 481, 15 -os (-pic-, -gig- *var. ll.*, parapienos *edd. vet.*; pariambus *Gaisford*) ex brevi et longa et tribus brevibus temporum sex.

pārarcus *vox ficta ex* 'pār arcae' *ad explicandam originem vocis q. e.* parcus (*si recte coni. Hertz, v. infra*): GAV. BASS. Gell. 3, 19, 2 'parcus' . . . quasi 'par arcae', quando sicut in arca omnia reconduntur . . ., ita homo tenax . . . omnia custodita . . . habet sicuti arca; quam ob causam 'parcus' quasi '-us' (*Hertz*, pararce [par arcae *ed. Marache*] *vel* parce *trad.*) est nominatus. *Baer.*

parārius, -a, -um. *a* par. *ad par pertinens*: **1** *respicitur par equorum, sc. de genere aeris equestris (ad rem cf. Kubitschek, RE I 686)*: PAVL. FEST. p. 221 -um (-arum, parium *var. ll.*) aes appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. **2** *masc. pro subst. de argentario sim., qui parem summam et acceptam et expensam referens fidei firmandae causa intercedit inter creditorem et debitorem (v. Havet, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 523 sqq. et e. g. Erdmann, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 63, 1943, 396 sqq.; an coni.* partiarius*?*): SEN. benef. 2, 23, 2 quidam nolunt nomina secum fieri nec interponi -os nec signatores advocari (3, 15, 2 nomina interpositis -is [pararis, pararari *pars codd.*] facit). *Gatti.*

parar(rh)īnon *n.*, παράρρινον (*gr. non exstat*). *nomen herbae q. e. antirrhinum*: PLIN. nat. 25, 129 *lychnis agria* antirrhinum vocatur sive -on (*cf. André ad l.; alii* anarrhinon, *v. vol. II 183, 77. 79;* paranarrhinon *ed. Iani sec.* 1, 25, 80 *cod. R; ceteri codd. varia exhibent, e. g.* per-, pan-, -arion). *Baer.*

parasanga, -ae *m.* (*sed testimonia de genere lat. non exstant*), παρασάγγης. *nomen mensurae viarum Persicum (ad rem v. Becher, RE XVIII 4, 1375)*: PAVL. FEST. p. 222 -ae apud Persas viarum mensurae. PLIN. nat. 6, 124 inconstantiam mensurae diversitas auctorum facit, cum Persae quoque schoenos et -as alii alia mensura determinent (*inde* SOL. 54, 15 *cum nationes* aliae -is terras metiantur). HIER. in Ioel 3, 18 l. 345 cum et Latini mille passus vocent . . . et Persae -as. POL. SILV. pond. mens. chron. I p. 549, 5 IV m(ilia) passuum scunus (*i.* schoe-) si⟨ve⟩ para[pa]sanga (EXC. metrol. chron. I p. 551 -a idem quod s.). ISID. orig. 15, 16, 1 (*inde* GROM. p. 370, 6L. GLOSS.).

parasceuasticus, -a, -um, παρασκευαστικός. *i. q. ad praeparationem pertinens*: SCRIB. LARG. praef. 8 in libro, qui -on, id est praeparationum inscribitur, contendit *Asclepiades eqs.* (*ita cod. Tolet. et ed. princ.* [*litt. gr.*], parasceuon *codd. Marcelli, unde* παρασκευῶν *Helmreich; sed cf.* CAEL. AVR. chron. 2, 13, 186 Asclepiades . . . scribens libros -os). *Beikircher.*

parasceuē, -ēs *f.*, παρασκευή. *scribitur* -sciv- GREG. TVR. Franc. 4, 31 p. 166, 6 (*var. l.*), -sceph- SERM. Rev. Bénéd. 24, 1907, 531 l. 19, -schep- GLOSS. V 129, 5. *litt. graecis*: DON. *sub 2 (in codd. varie depravatum vel omissum). de formis v. infra sub 1b, de notione sub 1a. mensuratur* - - ∪ ∪ CYPR. GALL. exod. 629. [*de* SCRIB. LARG. praef. 8 *v.* parasceuasticus. *dub. trad.* IVL. RVF. rhet. 32 (-e *ed. princ.*, προπαρασκευή *Capperonnier*).]

1 *apud Christianos de die, qui antecedit sabbatum (inde a* TERT. *respic. aut quilibet dies Veneris, e. g. l. 77. p. 315, 12. 24, aut dies pascha antecedens, e. g. p. 315, 13sq. 22; cum gen.* paschae *l. 80. p. 315, 7,* passionis dominicae *p. 315, 28. 31; vesper tantum respici vid. p. 315, 25, cf. l. 74. p. 315, 8 in vers. variat cum* cena pura, *v. vol. III 779, 66 sqq.*): **a** *testimonia de notione et usu*: IREN. 5, 23, 2 hoc est -e, quae dicitur cena pura, id est sexta feria (AVG. in euang. Ioh. 120, 5 propter -en, quam c. p. Iudaei latine usitatius apud nos vocant [*sim.* serm. 221]. GLOSS.). VICTORIN. POETOV. fabr. mund. 4 dies sextus -e appellatur, praeparatio scilicet regni (AVG. in euang. Ioh. 117, 2 -e . . . latine p. est; sed isto verbo graeco libentius utuntur Iudaei . . ., etiam qui magis latine quam graece loquuntur. *ibid.* in hac -e paschae, id est p. immolationis Christi. EVCHER. instr. 2 p. 155, 2 GLOSS.). RVFIN. Orig. in exod. 7, 5 p. 211, 3 quae *dies* ante sabbatum ponitur, quae apud nos -e appellatur (*sim.* SERM. Rev. Bénéd. 24, 1907, 531 l. 19 sexta . . . dies est -en *eqs.* ISID. eccl. off. 1, 25, 3). [*Oesterle*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVG. gen. ad litt. 4, 11 sexto die, id est -e, quam dicunt *sextam sabbati* (EVCHER. instr. 2 p. 155, 2 ISID. eccl. off. 1, 30, 1). AVIT. BRAC. Lucian. epist. rec. A 2 die . . . -e, hoc est feria sexta (*cf.* IREN. *supra*).

b *exempla sec. formas digesta*: α -ē: *pro nom.* (*v. etiam sub a passim*): ITALA Marc. 15, 42 (cod. d *al.* = VVLG.) erat -e ⌊quod est ante sabbatum⌋ (sabbati *cod.* c). Luc. 23, 54 (aur. *al.*) dies erat -e (VVLG. -es, *gr.* -ῆς *vel* -ή). Ioh. 19, 14 (cod. r *al.* = VVLG.) erat . . . -e paschae. 19, 31 (*ibid.*) -e erat (cod. v -ē, cod. ff² -em cenam paraverant). VICTORIN. POETOV. fabr. mund. 5 -e superpositio fiat (*an abl.?*). GEST. Pilat. 15, 4 die, quae est -e. CYPR. GALL. exod. 629 (*var. l.* -a). COMPVT. Carth. 2, 7 p. 289, 8 incidit sesta decima luna -e. *pro abl.* (*v. et l. 1. 9. p. 314, 80*): TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 454, 13 in -e *manna legitur.* PS. AVG. quaest. test. I 84, 1 a -e usque ad resurrectionem. 94, 1 inlucescente -e. ISID. fid. cath. 1. 54, 1 -e passus *est.* *in appos. iuxta* dies (*sc. quasi indecl. ut etiam l. 20. 21*): GEST. Pilat. 15, 5 in die -e. AVIT. BRAC. *v. sub a.* COMPVT. Carth. 2, 7 p. 289, 12 passus . . . die -e. PS. IGNAT. Trall. 9, 5 die . . . -e tertia hora. 9, 6 continet . . . dies -e passionem eius. β -ēn (-em): *acc. pendens e verbis vel praepos.* (*cf. l. 8. p. 314, 75*): ITALA Matth. 27, 62 (cod. b *al.* = VVLG.) die, quae est post -en (cod. n -em, aur. *al.* -e). Ioh. 19, 42 (cod. b *al.* = VVLG.) propter -en (aur. *al.* -e). TERT. ieiun. 14 cur stationibus quartam et sextam sabbati dicamus et ieiuniis -en? HIER. in Gal. 4, 10/11 p. 378^A observantes . . . -en. p. 378^C per -en. hom. Orig. in Is. 5, 2 p. 265, 11 propter -en. AVG. serm. 221 = serm. coll. Morin p. 459, 26 *dies dominicae passionis* terminatus est usque ad -en (-ae *var. l.*). *acc. temporis* (*pro abl., cf. Hofmann-Szantyr 42 nisi iam nomen indecl. agnoscendum; v. etiam sub* pentecoste): GREG. TVR. Franc. 4, 31 p. 166, 6 -en passionis dominicae obiit. *pro nom.: l. 8* (cod. v). *p. 314, 84.* γ *gen.* -ēs *vel* -ae: HIER. in Matth. 12, 40 in parte -es. PS. THEOPHIL. in Matth. 36 Migne suppl. 3, 1307 -ae passionis dominicae . . . dies. *ibid.* hora sexta -ae. *adde* VVLG. *l. 7.*

2 *in sermone gramm. de enuntiatis fabularum scaenicarum, quibus futura quodam modo praeparantur* (DON. *sim. adhibet* praeparatio, praestructio, προοικονομία, προπαρασκευή): DON. Ter. Andr. 226 -ή alterius scenae. Hec. 574 hic ad exitum spectat -ή. Eun. 103 figura -ή. Phorm. 101. Ad. 263 pulchra -ή.

cf. Onom. *Oesterle.*

parasēmum, -ī *n.*, παράσημον. *i. q. insigne navis*: CIL IV 9591a, 4 (*in amphora*) in n(ave) C. Vmbr(ici) . . . tutela Iovis et Iuno(nis) ⌊para semi⌋ Victoria (⌊⌋ *voces puncto separari videntur, sed haud inepte -i legit idem editor olim dubitanter, v. Notiz. Scavi 1946, 110sq.; gen. pro abl. ut e. g.* nationis *pro* natione *CIL XIII 613*). III 3 (*a. 104—114*) Dionysio . . . gubernatore navis -o Isopharia. ITALA act. 28, 11 (cod. g) cui *navi* erat -um et Dioscore (*i.* -coroe? *gr.* ἐν πλοίῳ . . . παρασήμῳ Διοσκούροις [*παρ. potius subst. quam adi., v. Blass-Debrunner-Funk, Gramm. NT §198, 7*]. *Vulg.* cui erat insigne Castorum. *cf. additamentum cod. C Vulg.* parasimus dioschori [*sim. cod. D*] *nec non* IREN. 3, 14, 1 -a navium). SCHOL. Iuv. 4, 77 Pegasus, filius trierarchi, ex cuius Liburnae -o (*Scaliger,* -sia *codd.*) nomen accepit.

·[**parasin:** in testimonio parens GLOSS. *corrupt.*; παρών *coni. Bücheler,* πάρεισιν . . . parent *Heraeus in exemplari suo.*]

parasiōpēsis *f.*, παρασιώπησις, *t. t. rhet. i. q. praeteritio, non legitur nisi litteris gr.* RVT. LVP. 2, 11 (*inde* QVINT. inst. 9, 3, 99).

parasis *v.* paropsis. *Beikircher.*

parasīta, -ae *f. v.* parasitus.

parasītaster, -trī *m.* *a* parasitus. *inter deminutiva in* -(a)ster *desinentia affert* PRISC. gramm. II 102, 10. 114, 16. 127, 14. *inde* GLOSS. V 585, 16. *cf. etiam* SCHOL. Ter. p. 159, 29 parvus parasitus. *i. q. parasitus* (*contemptim dictum*): TER. Ad. 779 alius quidam, -r paululus (*de distinctione sententiae v.* DON. *ad l.*).

parasītātio, -ōnis *f.* *a* parasitari. *i. q. actus parasitandi*: PLAVT. Amph. 521 nequiter paene expedivit prima -o.

?**parasītīcius** (-ic- ?), -a, -um. *si recte trad., a* parasitus, *fortasse sec.* aedilicius, tribunicius *sim.* *i. q. parasiticus*: FVLG. serm. ant. 26 (*exemplum fictum putatur*) Plautus in Curculione . . . ait: auctionem facio -am (*Helm confert Stich. 218; de prosodia v. Pizzani ad l.; sed fortasse legendum* parasiticam, *quod adi. est Plautinum*).

parasīticus, -a, -um, παρασιτικός. *i. q. ad parasitum pertinens, parasiti proprius sim.*: **1** *spectat ad parasitum comoediae* (*fortasse etiam l. 68*): **a** *in comoedia ipsa*: PLAVT. Capt. 469 ilicet -ae arti maximam malam crucem. Stich. 229 cavillationes, adsentatiunculas ac perieratiunculas (periur- *P*) -as. QVEROL. p. 61, 13R. senatus consultum . . . Servilianum et -um (*sc. iocose fictum, tamquam lex parasitorum*). **b** *exempla varia, quibus de parasito comoediae agitur*: DON. Ter. Eun. praef. 1, 9 exempla . . . urbani moris, -i, militaris (*cf. p. 316, 8*). Eun. 236, 5 vernilitate (*cf. 4* morologiae parasitorum). 271, 2 locutio -ae elegantiae . . . plena. 391, 1 *sermo* continet . . . assentationem -am et stultitiam . . . militis. 1070, 2 supposuit . . . *rem* -am pro aemuli amore et commodo. 1087, 1 poeta . . . fidem ostendit amicitiae -ae. Phorm. 330, 1 oratio. 342, 3 verbum (*cf. 342, 1* ad procacitatem parasitorum rettulit). 1052 facete ex persona -a beneficii optio facta est. **2** *usu vario*: EPIST. imp. Aug. Suet. vita Hor. p. 45, 11 *Horatius* veniet ergo ab ista -a mensa *Maecenatis* ad hanc regiam *Augusti.* SCHOL. Iuv. 3, 67 ('trechedipna') vestimenta -a. SIDON. epist. 3, 13, 3 levitate. 4, 25, 2 (*agit de petitione muneris episcopalis*) per fragores -os culinarum suffragio comparatos. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 4 cernas hic alium . . . quasdam suggillatiunculas fringultientem ab alio, qui stipem suam . . . dilapidavit, -o more laudari.

adv. gr. παρασιτικῶς (*i. modo parasitico*) *exhibet* DON. Ter. Phorm. 327 loquitur. 336, 2 dixit.

parasītor, -ārī. *a* parasitus, *cf.* παρασιτέω (*v. Flobert, Verbes déponents, 1975, 71*). *inf. praes.* -arier PLAVT. Stich. GLOSS.^L I Ansil. PA 407 -ans: adolans (GLOSS. V 129, 7). *i. q. parasiti more cibum quaerere*: PLAVT. Persa 56 numquam quisquam meorum maiorum fuit, quin -ando paverint ventres suos. Stich. 634(637) viden ridiculos nihili fieri atque ipsos -arier?

deriv.: parasitatio. *compos.*: supparasitor.

parasītulus, -ī *m.* *a* parasitus *deminutive.* GLOSS.^L III Abstr. PA 37 -i: buccellarii (-atarii *var. l.; inde* I Ansil. PA 408 buccellaturii. GLOSS.^L Corp. P 159 -tali: buccelatori. *cetera v.* GLOSS. *et vol. II 2228, 1 sqq.*).

ᵃ**parasītus,** -ī *m.*, παράσιτος. *de orig.*: SCHOL. Ter. p. 98, 18 -us sonat mecum cibatus vel apud me, quia παρά apud, σῖτος cibus dictus est; vel -i dicuntur a parendo et assistendo eo, quod assidentes ipsi maioribus personis illorum voluptati per adulationem obsequuntur. GLOSS.^L V Abba PA 124 paras⟨i⟩tus: paratus iniuriam facere et pati (*veriloquium intellexit Landgraf, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 412*). *abbreviatur*: parasi INSCR. Bull. Comm. Arch. Roma 61, 1933, 117 n. 107/8, par CIL XIV 4198. NOT. Tir. 35, 77 (*cod. V, cett.* -dis-, -dys-). *de gen. plur.* -um *dub. v. infra l. 79.* *legitur inde a* NAEVIO, CATONE, *frequentant* PLAVT., TER., *e poetis praeter comicos habent* LVCIL., HOR. epist., MART., IVV., AVSON. [*in versu fort. interpolato* PLAVT. Stich. 225; *vix recte trad.* PLAVT. Truc. 680; *dub. trad.* AMPEL. 8, 5; *confunditur in codd. cum* paradisus *l. 30 et* GLOSS. V 472, 21.]

i. q. παράσιτος, *comes epuli*: **I** *de eo, qui adulando sim. cibum quaerit* (GLOSS. paratus iniuriam facere et pati vel qui iocos facit, ut ventrem impleat, vel domesticus, id est cliens. bucellarius, adulator, blanditor. *ad rem v. Hug, RE XVIII 4, 1397 sqq.; cum gen. hominis l. 51. 52. 53. p. 317, 40. 59. cf. p. 317, 80; cum gen. rei sub B; cum dat. hominis* PLAVT. Stich. 628. *cum adi. posses. l. 61sqq. 64sq. p. 317, 55. 58. 71; in appos. iuxta subst. l. 77 p. 317, 7*):

A *strictius* (*iunguntur alii homines infames*: leno *l. 63. 77. p. 317, 7. 23. 39. 42,* puellae lenonum *p. 317, 53,* amica *infra l. 66,* meretrix *p. 317, 34. 37. 40. 41*): **1** *de personis quibusdam artis ratione fictis* (*transfertur ad rem p. 317, 3*): **a** *in comoedia* (*inter notas comoediae personas enumeratur l. 63. 72 sqq. p. 317, 12. 24 sqq.; saepe etiam cum milite glorioso coniungitur, e. g. l. 74 sq. p. 317, 15 sqq.*): α *ipsa* (*in tit. Plauti*: -us medicus [*affert e. g.* NON. p. 200, 12]. -us piger [*affert e. g.* VARRO ling. 7, 62]): NAEV. com. 60 haut -orum aliorum similest. PLAVT. Bacch. 573 -us ego sum . . . militis (631 m. -us modo venerat aurum petere hinc. TER. Eun. 228. GLOSS. III 335, 41 -us militum: παράσιτος στρατιωτῶν). Capt. 75 nos -i . . . quasi mures semper edimus alienum cibum. 82 quasi . . . cocleae . . . -i rebus prolatis latent in occulto miseri, victitant suco suo. 85 prolatis rebus -i venatici [canes] sumus, quando res redierunt, molossici. 474 ipsi *domini* opsonant, quae -orum ante erat provincia (*cf.* Mil. 667 vel hilarissimum convivam . . . vel primarium -um atque opsonatorem optimum). 491 alii -i frustra obambulabant in foro. 825 non ego nunc -us sum, sed regum rex regalior (*quia tantum edi*). Curc. 67 -um in Cariam misi meum petitum argentum (*cf. l. 52 et* 143 -um hodie adventurum cum argento. Mil. 948 ad Seleucum regem misi -um meum). Men. 76 modo . . . leno, modo adulescens, modo . . . rex, -us, hariolus. 222 Menaechmus et -us eius (*idem iuncti*: 389 tibi et -o tuo). 223 -us octo hominum munus facile fungitur *apud mensam.* Most. 24 amicas emite, liberate, pascite -os (*cf.* SALV. *sub 2; item obicitur alicui luxuria p. 317, 43 sqq.*). Persa 123 cynicum esse egentem oportet -um (*cf.* Stich. 331 egentem -um). Stich. 231 -um inanem, quo recondas reliquias *mensae.* 388 ridicul[os]issimos (*cf.* MART. CAP. 5, 492 [*argumentum a repugnantibus*] non et -us est Gnatho et ridiculus [ridiculosus *var. l.*] non est). *al.* TER. Haut. 38 ne semper servus currens, iratus senex, edax -us . . . agendi sint (Eun. 38. *v.* HOR. *et* APVL. *sub* γ *et cf.* GELL. 3, 3, 5 [*in fabula Plautina*] esuriens). Eun. 26 -i personam inde (*e fabulis Naevii Plautique*) ablatam et militis. 30 in east (*fabula Menandri*) -us colax et miles gloriosus. 264 -i ita ut Gnathonici vocentur *tamquam philosophi discipuli.* Phorm. 28 Phormio -us. *al.* TITIN. com. 45 -os amovi, lenonem (-um *ed. aliquot*) aedibus absterrui. 47 non exsecrat -um nec virum aspellit domo (*sic Hermann,* exscratis *sim. trad.; affert Non. p. 495, 12 ut gen. plur. in* -um, *unde Lindsay temptat* exsecratrix). 99. AFRAN. com. 367 te numquam mihi -um, verum amicum aequalem atque hospitem (*cf. p. 317, 51*). ARGVM. Plaut. Asin. 7 is rem omnem uxori per -um nuntiat. INDEX person. Plaut. Rud. 559 Stich. 326. *al.* Ter. Eun. 232. *al.* QVEROL. p. 23, 19R. Mandrogerus ego sum -orum omnium longe

[*Paśkiewicz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praestantissimus. *al.* *pro convicio*: PLAVT. Most. 887ª inpure -e. :: qui -us sum? :: ... cibo perduci poteris quovis (*servi loquuntur*). *iocose de re*: PLAVT. Epid. 311 metuo ..., ne ulmos -os faciat, quae usque attondeant (*servus timet, ne a domino verberetur*).

β *in explicationibus*: DON. Ter. Eun. 236, 6 tristitia gravitasque ... aliena semper ab hominibus -is. SCHOL. Hor. sat. 1, 9, 76 leno ad Satyrionem -um (*in fabula Plautina*). epist. 2, 1, 173 -i vocantur, qui quaestu gulae dominis favent, id est adulantur. SCHOL. Ter. p. 99, 32 differentia est inter -um et nebulonem; -us proprie dicitur adulator. SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 228 qui ⟨non⟩ (*add. Castiglioni, Boll. Fil. Class. 42, 1935/6, 127*) parcit mandendo, id est -us. Ad. 590 ⟨comici⟩ aduliscentium ⟨servo⟩s non minus gu⟨losos⟩ quam para⟨sitos⟩ inducunt. *al.*

γ *exempla varia*: CIC. Lael. 98 nec -orum in comoediis adsentatio faceta nobis videretur, nisi essent milites gloriosi (*hinc* AMM. 28, 4, 12 *garruli quidam adulantur divites* -orum in comoediis facetias adfectando [*sententia lacunis laborat*]; ut enim illi sufflant milites gloriosos *eqs.* IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 20 p. 1545 quis -us ita militis gloriosi vires assentationibus extulit ut Traducianus diaboli?). fam. 1, 9, 19 quod in Eunucho -us suaderet militi. HOR. epist. 2, 1, 173 adspice ..., quantus sit Dossennus edacibus in -is (*in fabulis Plautinis*). FEST. p. 326 *histrio quidam* fere omnibus mimis -us inducatur. QVINT. inst. 11, 3, 74 in comoediis ... servi, lenones, -i ... inter se discernuntur. 11, 3, 112 in fabulis ... servi, ancillulae, -i ... citatius moventur. 11, 3, 178. APVL. flor. 16, 9 *sunt apud poetam quendam* -i edaces et parentes tenaces *eqs.* Ps. CYPR. spect. 6 p. 8, 18 *scaena exhibuit* scurriles iocos, -os sordidos (*cf. supra l. 1*). AVSON. 398, 46 p. 228 P. -orum collegia Plautinorum. DIOM. gramm. I 489, 13 (=SVET. frg. p. 11, 4) *histrio deformis personis utebatur* nisi -us pronuntiabat. HIER. epist. 22, 29, 4 *mulieres impudicae* rubore frontis attrito -os vicere mimorum. AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 20 p. 1546 (*respondet* IVLIANO *l. 18*) ut tamquam -i et assentatores diabolum falsis laudibus mulceatis.

b *in declamationibus rhetoricis*: SEN. contr. 2, 6, 9 meretricem vidi pendentem collo senis et -orum circumfusum patri gregem. 10, 1, 7 venit iste *dives* cum turba clientium ac -orum (*cf. l. 40. 60sq.*). contr. exc. 3, 4 redivivum me senem meretrix vocat, -orum iocantium materia sum. QVINT. inst. 2, 4, 23 et pro luxuria et pro amore dicimus, et leno interim -usque defenditur sic, ut *eqs.* decl. 252 p. 29, 6 rapuit eam -us divitis. 260 p. 63, 19 non meretricibus donat, non in -os profundit (*cf.* Ps. QVINT. decl. 9, 20 non redempta meretrix ... non lenonum -orumque cara adulatio in crimen venit). 296 p. 169, 11 obicimus adulescenti ante omnia, quod -um habuerit. p. 169, 17 quid enim est -us nisi comes vitiorum? turpissimi cuiusque facti laudator? *al.*

2 *vario usu* (*ad explicationem cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 99, 16 *homines* qui -orum in modum vel solo possint ventre corrumpi, ad gylae blandimenta venales. ALTERC. Hadr. et Epict. 73 quid sunt -i? :: qui tamquam pisces adescantur): CATO agr. 5, 4 -um ne quem habeat *vilicus* (*ad rem conferas Colum. 1, 8, 5* ne convictum cum domestico ... habeat). LVCIL. 717 amici quaerunt animum, rem -i ac ditias. IVV. 1, 139 nullus iam -us erit (*i. dives cenabit solus*). 5, 145 ad mensam quotiens -us venerit infans. 14, 46 puellae lenonum et cantus pernoctantis -i. APVL. apol. 100, 4 temulentum illud collegium, -os tuos. TERT. apol. 39, 16 qua penes vos -i adfectant ad gloriam famulandae libertatis sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi. LAMPR. Heliog. 21, 5 *Heliogabalus* oppressit in tricliniis versatilibus -os suos violis et floribus (*de simili irrisu -orum* 24, 5. *al.*). SCHOL. Iuv. 1, 135 adfectione et invidia -orum. 5, 3 -i Caesaris. *al.* AMBR. in psalm. 48, 25, 1 adseclae ... atque -i *divitis* (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 5, 2, 11 dives -orum vel adfinium adulatorum circumsaeptus excubiis [*gr.* ἐπὶ σιτίων ... προσεδρευόντων]). VAL. CEM. hom. 10, 2 (tit.: de -is) *inter adulatores* procedit -orum gula, cui consuetudinis est iniuriam mero vendere. SALV. eccl. 3, 51 *heres divitis* pascebat -os et helluones copiis *patris*. FACVND. defens. 12, 5, 1 *veritatem assentationi adversam* si tenerent magnifici sacerdotes et non inde vellent placere principibus, unde -i fallaces incautis solent patronis illudere. PASS. Ambr. Ferent. (BHL 376) 3 habebat ... Ambrosius secum quendam -um ..., cui versa vice dominus serviebat, ita ut calceamenta ei detraheret (*de comite quodam ministrante*). *de asino conviva*: APVL. met. 10, 16, 8 *vinum* offer -o meo. *per merum convicium* (*in lusu verborum cum* paracletus): ACT. Archel. 25, 3 *Manes* quem ego magis -um quam paracletum dixerim.

B *laxius de quibuslibet adulatoribus, assentatoribus*: HIER. epist. 96, 6, 2 verbositatis Origenis cupiunt esse -i (*cf.* CONC.[S] I 5 p. 161, 19 [=p. 277, 29] impietatis Nestoris -i [*gr. I 1, 6 p. 138, 29* παράσιτοι]). PETR. CHRYS. serm. 105, 3 *diabolus* minister scelerum, criminum leno, -us ipse vitiorum.

II *de dis epulonibus* (*in theologia Varronis*): AVG. civ. 6, 7 p. 258, 22 D. (*sec. Varronem*) epulones ... deos -os Iovis (p. 258, 24; *Cardauns n. 71* -os I. *Varroni abiudicat*).

III -i Apollinis (Phoebi MART., *omisso gen. p. 318, 11 sqq.*) *de collegio mimorum* (GLOSS. II 589, 3 mimus; *ad rem v. Ziehen, RE XVIII 4, 1376 sqq., Jory, Hermes 98, 1970, 237 sqq.*): FEST. p. 326 quare -i Apollonis in scaena dictitent, causam Verrius ... reddidit. *ibid.* de ipsa appellatione -orum Apollinis. MART. 9, 28, 9 laurigeri -um ... Phoebi (*de mimo*). CIL XIV 2408, 3 (*a. 169*) diurno -o Apoll(inis) tragico comico. 2113, 5 (*a. 187*) pantomimo ... sacerdoti ... Apollinis -o (*l. 7 sq.; cf.* 2988, 4 archimimus. 3683, 3 [*si recte suppletur*]). X 3716, 4 (*saec. II ex.*) -o et sacerdoti Apollinis (*cf. l. 4 et 8 sq.*). INSCR. Dessau 5186, 5 (*aet. Commodi*) pantomimo ... patrono -orum Apollinis sacerdoti synhodi (*cf.* CIL XIV 2977, 9 [*aet. Severi*] pantomimo ... archieri synodi). CIL VI 10118, 2 (=CE 411, 2) ⟨ad⟩ectus scaenae, -us Apollinis ... ⟨quar⟩tarum ... actor (XIV 4198. *cf.* VI 37817 -o secund⟨arum actori⟩ ... poetae). VI 37418 P. Herenni -i (*cf.* VIII 25574 Iulius -us). IX 1578, 7 XI 7767a. b. XIV 4273a. b. INSCR. Bull. Comm. Arch. Roma 61, 1933, 117 n. 107/8 (*graphio scriptum, dubio sensu*) parasi(ti) pereamus. INSCR. Année Epigr. 1945 n. 118 (*Romae*) -us Apollinis et q. q. collegi cantorum.

f. **parasīta,** -ae (*cf. Wackernagel, Synt. II 12*). **1** *proprie de sociis mulieris*: HOR. sat. 1, 2, 98 *matronam circumsistunt* custodes ..., ciniflones, -ae. **2** *translate de ave, quae mores quasi parasiticos ostentat*: PLIN. nat. 10, 68 *otus est* imitatrix ... avis ac -a et ... saltatrix (*cf. Arist. hist. anim. 597b24 sq.* κόβαλος καὶ μιμητὴς καὶ ἀντορχούμενος).

deriv.: parasitaster, *?* parasiticius, parasitor, parasitulus. *cf.* parasiticus. *v. etiam Onom.*

parasquin- *v.* paracyn-. *Paśkiewicz.*

parastas, -ados *f.*, παραστάς. [*var. raet. centr. cf. Faré, Postille. St.*] *i. quod statuitur, collocatur iuxta aliquid*: **1** *in aede de antis, pilis ab utraque parte ianuae collocatis* (*cf.* parastata *sub 1b*, parastatica *sub 1a*): VITR. 3, 2, 1 *templum* in antis, quod graece ναος εν παραστασιν (*trad. litt. lat.*) dicitur. **2** *in machina bellica de lignis quibusdam*: VITR. 10, 10, 2 latitudo -os mediae unius foraminis (*ibid. ter* parastatica; *cf. etiam* parastata *sub 1a*). 10, 10, 3 in media -e.

parastata, -ae *f. et m.*, παραστάτης. *i. quod vel qui statuitur, collocatur iuxta aliquid* (*aliquem*): **1** *de rebus*: **a** *in navibus vel machinis de lignis quibusdam*: CATO inc. libr. frg. 18 malum deligatum, -ae vinctae (iunctae *legunt alii. affert* ISID. orig. 19, 2, 11 *explicans*: -ae stipites sunt pares stantes, quibus arbor *navis* sustinetur [*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PA 409]). VITR. 10, 11, 5 -arum longitudo *tanta* (-orum *codd.; in descriptione ballistae, cf.* parastas *et* parastatica). **b** *in aede de antis, pilis dictum videtur*: CIL X 7495 (in p)ronao columnas IIII et para⟨statas ...⟩ et podium et pavimentu⟨m⟩ (*si sic supplendum, cf.* parastas, parastatica *et fortasse Inscr. osc. Planta n. 34*).

2 *de homine, sc. adiutore vel ministro*: CIL X 1584 (*saec. III in.*) Libero patri ... Eglectiani sacerd(otis) Aurel(ius) Aug. lib. Draco -a consacravit.

parastatica *v.* parastaticus.

parastatico, -āre. *fortasse a* parastaticus (-a), *ut sit i. q. assistendo sublevare sim.* ('*lenire*' *intellegit Oder in indice ed. graecolatinum a* παραστατικός *derivandum agnoscens, sed notioni* παραστατέω, -στάτης *melius congruere videntur*): CHIRON 393 *tussis perpetua* leniter -ari potest, persanari non potest (*Veg. mulom. 2, 129, 5* adiuvari vel suspendi). 417 si quod iumentum iocur aliqua doluerit, non poterit sanum esse; ..., si sudabit, intelligis eum posse -ari (parasticari *cod., cf. l. 57*).

parastaticus, -a, -um, παραστατικός. *scribitur per haplographiam* parastic- *l. 73. 81. 83, cf. supra l. 55; ad haplographiam cf. p. 292, 49. non invenitur nisi fem. vel masc. pro subst.*

i. quod statuitur, collocatur iuxta aliquid: **1** *fem.* parastatica, -ae: **a** *in aedificiis de pilis* (*sc. fere iuxta columnas positis; cf.* parastas, parastata): VITR. 4, 2, 1 trabes ... supra columnas et -as et antas ponuntur. 5, 1, 6 (*describitur basilica*) columnae ... habentes post se -as ..., quae sustinent trabes ...; supraque eas aliae -ae *eqs.* TAB. cer. Pomp. Année Epigr. 1973 n. 139 (*a. 51*) Puteol(is) in foro in porticum Augusti Sextiana in -a libellus adfixus fuit (*eadem formula ibid.* n. 140 [*a. 51*]. 141 [*a. 61 ut* n. 142]. 1978 n. 131 [*a. 51*]). PLIN. nat. 33, 52 argenteae trabes et columnae atque -ae. CIL VI 543, 3 (*a. 115*) imagine(m) arg(enteam), -as cum suis ornamentis et regulis *posuit*. III 75, 12 (*ca. a. 203*) *ex novis lapicidinis* tractae ... sunt -ae et columnae grandes et multae. NOT. Tir. 100, 85 (-stra- *trad.; 84* colomna). **b** *in machinis variis*: VITR. 9, 8, 6 *in clepsydris* in columna aut -a horae describuntur (*nisi -a pertinet ad aedificium aliquod*). 10, 10, 2 -ae (parastice *unus e codd.*) dextra ac sinistra ... altae *tantum* (*in ballista ut ibid.* a -a ad foramen ..., a foramine ad medianam -am. 10, 11, 6 -ae latitudo. *cf.* parastas *et* parastata *sub 1a*). **c** *in sermone veterinariorum de osse in genu posito* (*fortasse 'ossa sesamoidea' significantur; cf. 2b*): VEG. mulom. 3, 1, 2 (*de numero et positione ossium*) in genibus -ae II.

2 *masc.* parastaticus, -ī: **a** *de instrumento medicorum ad fracta ossa curanda idoneo* (*nisi fallimur*): CHIRON 544 *ad mandibulam fractam curandam* ex pannis -os (parasticos *cod.*) madefactos ab interiore parte componito. 596 si quod iumentum crus fregerit, ... fracturam tegebis et supra -os (parasticos *cod.*) impones; deinde fasciabis, sequenti regulas ... alligabis (*haud scio an ita explicandum*

[Oesterle]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sit, ut -is *ossa reponantur, deinde regulae membrum laesum impediant, quominus flectatur [cf. e. g. 566]; sed loco sim. 997 desunt* -i). **b** *de morbo ossium, ossilagine,* 'exostosi' (*ad ossa q. d. metacarpalia refert Fischer in plagulis coll. voce* parcellis; *ceterum cf. 1c*): CHIRON 641 quodcunque iumentum ossilaginem submiserit non bene, ex qua re -um vel genum longum fecerit.

cf. parastatico. *Oesterle.*

parastichis, *abl.* -ide *f.*, παραστιχίς. *significatur ordo litterarum, qui est in latere paginae a summo ad imum, i. q.* acrostichis: SVET. gramm. 6, 4 *Aurelius Opillus cognomen suum* per duas *l litteras* effert in -e (per-, paraschide *var. ll.*) libelli qui inscribitur Pinax. GELL. 14, 6, 4 quorum ... nominum *-ίς* reperiatur *apud Homerum* (*trad. litteris gr.*).

? **parastrōma,** *abl. plur.* -atibus, παράστρωμα (*si vere agnoscenda est vox, quae apud Graecos non legi videtur*). *i. q.* stragulum, *tapete sim.*: GREG. TVR. Franc. 6, 20 domus ... cum argento, ⌊-bus⌋, utensilibus (*vox omnibus codd. tradita fortasse ab ipso auctore perperam pro* peristromatibus *adhibita est; cf. André, Emprunts et suffixes nominaux, 1971, 15 adn. 2*).

parasynanchē, *acc.* -ēn, παρασυνάγχη. *scribitur litteris gr.* CELS. *i. q. genus anginae*: CELS. 4, 7, 2 levius est *genus*, ubi tumor tantummodo ruborque est ...: id *-ην* appellant *Graeci* (*item distinguuntur alia genera, sc. fere* cyn-, paracyn-, syn-, hyanche: CAEL. AVR. acut. 3, 1, 3 si *tumor* in altera fuerit parte, -en *nuncupant.* ALEX. TRALL. 1, 136 *flegmon* extrinsecus ... *facit* -en [*gr. II 125 P.* π.]).

parasynaxis, *acc. plur.* -īs (*i.* -εις) *f.*, παρασύναξις. *scribitur in codd. et* -sun-, -sin-. *acc. plur.* -es, *quem exhibent e. g. Krüger* (COD. IUST.) *et Migne 56, 553, non trad. nisi falsa var. lect.* CONC.S II 2, 2 p. 26, 10. 12. *i. q.* congregatio adversa, *non legitima sim.*: COD. IUST. 1, 5, 8, 3 = CONC.S II 2, 2 p. 26, 3 (*a. 455*) Apollinaristae vel Eutychianistae ... -is et conventicula tam diurna quam nocturna non contrahant (1, 5, 8, 5[= p. 26, 10] *si* -is et c. interdicta collegerint. *cf. ibid.* [= p. 26, 12] inlicitas -is conventusque celebrare).

parasynthetos *adi.*, παρασύνθετος (*latine non legitur nisi neutr. plur.* -a). *t. t. gramm., i. q.* decompositus (*v.* PRISC. *infra*): DIOM. gramm. I 301, 29 *nomina* conponuntur etiam de conpluribus, quae -a Graeci appellant, ut 'inexpugnabilis'. MACR. exc. gramm. V 604, 27 verba ... ex conpositis nominibus -a vocantur. 604, 29 verba -a. *editur litteris gr.*: MACR. exc. gramm. V 600, 34. 601, 1. 5. PRISC. gramm. II 177, 12 *figura* Graeci decomposita, quam Graeci -ov vocant (568, 18). *Beikircher.*

[parātārius *vix recte coni. Humelbergius* APIC. 8, 6, 1 *pro voce dubia* faratarius, *v. vol. VI 1, 279, 18sq.; ceterum falso traditur pro* parietarius, *q. v.*]

paratatikon *n. pro subst.*, παρατατικόν, *t. t. gramm. gr., sc. i. q. imperfectum, non exstat nisi formis gr.* MACR. exc. gramm. V 613, 31. 614, 25. 32 (*litt. lat.*).

parātē *v.* 1. paro (paratus).

paraterūsa, -ae *f.*, παρατηροῦσα. *scribitur in codd. litteris latinis variisque erroribus. fere i. q.* speculatrix: TVRPIL. com. tit. -a (*affertur abl. nudo* -a NON. p. 132, 14 *et al. apud eundem*; in -a PRISC. gramm. II 478, 15).

parathēcē *f.*, παραθήκη. *si acc. lat.* -am *restituere nolis, legas potius* -en, *cum formam* -em *ab edd. praelatam ne cetera quidem composita, velut* bibliotheca *sim., exhibere videantur. i. q.* depositum (*sc. in comparatione vel imag. de homine eiusve anima; cf. Gloss.* depositum: π.): VITA Anton. 20 p. 36, 8 custodiamus nos a cogitationibus inmundis, et [non] quasi ⌊-em datam⌋ (*Garitte*; parate cedat *a trad.*; -am *Bartelink*) nobis custodiamus domini (domino *Garitte*) animam, ut ipse agnoscat facturam suam (*gr.* π. *vel* παρακαταθήκην. *cf. Euagr. vita Anton. 20 p. 873/4* depositum). PS. PHILO antiq. 3, 10 cum ... completi fuerint anni saeculi, ... vivificabo mortuos ..., et reddet infernus debitum suum, et perditio restituet -em suam (*Harrington sec. codd. duos*; -en *unus*, partem *cett.*).

parathesis *f.*, παράθεσις. *t. t. rhet.*: ISID. orig. 2, 21, 46 (*in capite* de figuris verborum et sententiarum) -is est, cum quasi deponimus aliquid inperfectum apud memoriam iudicum, repetituros nos dicentes, cum oportunum fuerit (paratisis *fere trad., var. l.* parenthesis *affert Otto*; paratitisis GLOSS.L I Ansil. PA 419; paraetesis *Eckstein sec. 2, 21, 38* apaetesis [*v. vol. II 205, 41*]).

[paratida *corrupte tradi videtur* GLOSS. III 580, 6 adragines i. portulaga sive -a vel crassa gallina (*deest* -a *in glossa ceterum simili III 608, 29*).]

1. parātio, -ōnis *f.* *a* 1. parare. *genus fem. testatur* NON. p. 219, 28 (*affert* AFRAN., *v. infra*). [*falso tradi videtur pro* separationes DIDASC. apost. 49, 15 (*v. Tidner, Komm. 1938 ad l.*); *vix recte* -em *restituit Huemer* VIRG. gramm. epist. 4 p. 24, 25 (*lectiones traditas* rationem *vel* narrationem *praetulerunt alii*).]

fere i. q. actio parandi, *sc. acquirendi vel faciendi sim.*: AFRAN. com. 268 (*loco parum dilucido*) silentio opus est; nulla ⌊inest⌋ -o (⌊⌋ mi est *ed. princ. Nonii, praeterea* enim est *proposuit Ribbeck*). SALL. Iug. 31, 8 regni -o (*cf. 31, 7 Ti. Gracchum* regnum parare aiebant). VLP. dig. 30, 39, 7 constat etiam res alienas legari posse, utique si parari possint, etiamsi difficilis earum -o sit (*cod. F*, comparatio *vel* praeparatio *recc.*). GLOSS. II 396, 19 παρασκευή: -o, preparatio, hic apparatus, apparitio (*i.* -rat-), instructio, instrumentum. 398, 20 παρετοιμασία: -t⟨io⟩ (*suppl. Goetz in indice*, -t⟨ura⟩ *dubitanter Heraeus in exemplari suo*). *fortasse addendus est titulus mutilus*: CIL VIII 12066, 2 -em frumenti (⟨com⟩p- *supplevit Mommsen*).

? **2. parātio,** -ōnis *f.* *a* 2. parare (*nisi de errore scribae cogites, v. Svennung, Wortstud. Oribas. 1932, 104 et cf. falsam var. l.* -e *pro* comparatione COD. IUST. 1, 17, 1, 7). *fere i. q.* comparatio, collatio: ORIBAS. syn. 4, 13, 2 La p. 12 *aves* minus nutriunt ... ad -em generis animalium terrestrium (*gr.* παραβαλλόμενον, *Aa* conparationem).

paratitla *n. plur.*, παράτιτλα. *significantur* additamenta *in legum collectionibus* ad titulos *adiecta* (*sc. quae alias constitutiones sim. ad rem pertinentes breviter comprehendunt; v. e. g. Krüger, Gesch. der Quellen des Röm. Rechts, 1888, 359 et Berger, Encyclop. Dict. of Roman Law s. v.*): COD. IUST. 1, 17, 1, 12 sufficiat per indices tantummodo et titulorum subtilitatem, ⌊quae -a nuncupantur⌋, quaedam admonitoria eius *codicis digestorum* facere (⌊⌋ *om. rec. prior, sc. Dig. de conc. dig. 1, 12, addidit F*², -a *litteris graecis exhibens*; par(a)ticia *codd. rel.*). 1, 17, 2, 21 (= DIG. de confirm. dig. 21) si qui ... per titulorum subtilitatem adnotare *has leges* maluerint et ea, quae -a nuncupantur, componere (*litteris latinis F, graecis vario modo corruptis codd. rel.; gr. cod. F*: τῶν ὀνομαζομένων παρατίτλων).

parātor, -ōris *m.* *a* 1. parare. *i. qui parat*: AVG. c. Cresc. 1, 8, 10 p. 332, 20 si contentiosus habetur a vobis vel animosus -rque rixarum, *qui pro vera fide certat* (*item fere* 1, 11, 14 p. 336, 27 concitatorem ⌊-emque⌋ r. [*om. pars codd.*]).

[parātōrius *v.* pariatorius.]

paratragoedo, -āre, παρατραγῳδεῖν (*cf. Leumann, Kl. Schr., 1959, 169*). *fere i. q.* tragicum *loquendi morem ludificando* imitari *sim.*: PLAVT. Pseud. 707 (*702sqq.* magnufice hominem compellabo ...: io io, te te, turanne, *eqs.*) ut -at carnufex (-diat *ed. princ.*).

paratrētus, -a, -um, παράτρητος. *fere i. q.* in latere perforatus *sim.*: SORAN. p. 75, 19 *in generando* vir inpediri solet, quotiens hypospadias est vel -us, hoc est in latere balani cavernam habens, per quam semen emittat.

paratrimma, *plur.* -ata *n.*, παράτριμμα (*quod gr. infra respondet*). *scribitur* -ima- ORIBAS. eup. 2, 1 D 3 Aa p. 464 *et in codd. rec., ceterum* -igma- *ibid.* 2, 1 B 47 La p. 442 *et al.*, patrim- *ibid.* 2, 1 P 16 La p. 497. *legitur plur.* -ta *praeter l. 46.*

fere i. q. locus cutis attritus, attritio *sim.* (*cf. Gloss.* attritio: παράτριμμα): **1** *generatim*: ORIBAS. eup. 2, 1 B 47 La p. 442 si super -ta et ulceribus ... superspargas *balaustium* (*Aa* iscorticatura [*i.* excorti-]). 2, 1 L 13 Aa p. 486 (*sim.* La) ad -ta et paronicia. 2, 1 P 7 Aa p. 497 *pini cortex* ut in ⌊-a si⌋ cataplasma sit inposita sanit magnifice (*acc. sing., an legendum* ⌊-asi⌋ *sec. var. l. gr. 2, 1 Π 19* παρατρίμμασι? La: -ta ... sanat). **2** *speciatim -a fit: inter coxas, i. q. intertrigo*: ORIBAS. eup. 2, 1 D 3 Aa p. 464 ab igne usta ulcera et ea, que vocantur -ta, id est inter coxas, que se de itinere excorticaturas faciunt (*sim.* La). *in pedibus*: ORIBAS. syn. 7, 5 tit. La p. 135 ad ... -ta, id est subtritura (*antea*: subcontritus et scorticata, *Aa* subtritas). 7, 5, 4 La p. 136 quod Greci -ta dicunt (*gr.* τὰ ἐξ ὑποδημάτων π., *Aa* quae ex calciamento fiunt subtriturae).

parātūra, -ae *f.* *a* 1. parare. *scribitur litteris gr. p. 321, 9. 79. 80. plur. non exstat nisi* TERT. apol. 22, 10 -as (*item* PHILO *et* ARNOB. *sub 1aβ*, REGVLA mag. 81, 7). virg. vel. 12, 5 -ae. *de notione v.* GLOSS. *p. 321, 28 (fortasse etiam supra l. 4) nec non* LYD. *sub 2bβ. vocem frequentat* TERT. (*31ies*), *ceterum exhibent* ITALA, VITA Cypr. *paucique posteriores; deest in versibus; abiit in sermonem gr., v. infra p. 321, 9. 28 (cf.* παρατούριον *Hesych. Π 706,* ἀντιπαράτωρα *Suda A 2701 Π 470*). [*confunditur in codd. cum* apparatura TERT. adv. Val. 26 p. 202, 16 VITA Cypr. 2, 5 VVLG. II par. 5, 5 (*dub. trad.* GLOSS. IV 562, 59); *olim vix recte coni. pro* praeparatura TERT. anim. 43, 9.]

1 *significatur potius* actio parandi *vel status paratus (sc. maxime cum respectu faciendi, efficiendi, sed praeparandi e. g. l. 75. p. 321, 6, acquirendi, colligendi l. 83)*: **a** *notione* communi (*respicitur fere actio; ad statum fortasse referas p. 321, 3*): **α** *in bonam vel neutram partem; parant*: Ⓘ *deus sive natura*: TERT. apol. 22, 10 *daemones* habent de incolatu aëris ... caelestes sapere -as, ut et pluvias, quas iam sentiunt, repromittant. anim. 37, 1 omnem ... hominis in utero serendi struendi fingendi -am aliqua ... potestas divinae voluntatis ministra modulatur. adv. Marc. 3, 2 p. 378, 23 *opus salutis, sc. adventus Christi,* -am desiderabat, ut credi posset, substructam (-structum, *sc. opus, Kroymann*) fundamentis dispositionis et praedicationis. ITALA psalm. 64, 10 (cod. 136 Cas.) sic -a eius *dei terram fecundantis* (*gr.* ἑτοιμασία, *Veron. al. et Vulg.* praeparatio). 110, 6 (*ibid.*) *deus* -am operum suorum adnuntians populo suo, dare illis hereditatem gentium (*male respondent gr.* ἰσχύν, *Vulg.* virtutem). Ⓘⓘ *homines*: TERT. anim. 25, 6 taceo cubiculares aestus et omnem illic caloris -am enitentibus necessariam. adv. Marc. 4, 12 p. 454, 14 pridiana pabuli -a (*Iudaeorum manna colligentium, exod. 16, 5*). 4, 31 p. 526, 25 (*ad Luc. 14, 16* homo quidam fecit

[*Breimeier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cenam) cenae -a vitae aeternae saturitatem figurat (*cf.* Ps. AVG. serm. Migne suppl. 2, 1021 spiritalis alloquii tanquam nitidi convivii -am). virg. vel. 12, 5 manifestae -ae (manifesta -a *Rigaltius*) totam circumferunt mulieritatem, sed virginari volunt sola capitis nuditate (*syn.* habitu, suggestu). VITA Cypr. 2, 5 iam veteres ... tenebras sola lucis, *sc. fidei,* -a vincebat (paritura *vel* aparatura *var. ll.*). PHILO quaest. in gen. 4, 239 ad -am custodiae, ne quid subito abominandum proveniat. *? hucine contextu parum dilucido forma gen. gr.* περατούρας (*ad* ε *pro* α *v. Mayser, Gramm. der griech. Pap., 1906, 55 sqq.*): PAP. Amherst II 142, 16 (*saec. IV*) *praefectum Augustamnicae* κελεῦσα⟨ι τ⟩ῷ πραιποσίτῳ τ⟨ῶ⟩ν κάστρων ἵππων[ων] τῆς ἐγγίστη⟨ς⟩ -ας ἐπαναγκάσαι τοὺς ἐγγεγραμμένους κτλ. (*de loco parandi cogitat van Herwerden, Lex. Gr. suppl. et dial. II s. v.* περ-, *alii aliter*).

β in malam partem, sc. de insidiis sim.: PHILO quaest. in gen. 4, 238 (*ad 27, 41* ut occidam Iacob) talis est pravitas malignantium ..., insidiosa, -as (parat. has *var. l.*) sibi inpossibiles reservando *in posterum.* ARNOB. in psalm. 56 p. 404ᴬ (*ad 56, 7* laqueum paraverunt pedibus meis) si ... contra -as daemonum paratum cor habeas.

b *notione deflexa respicitur, quali statu sit, quod paratum est, sc. fere i. q. condicio, qualitas sim.*: TERT. apol. 27, 4 ille ... spiritus daemonicae et angelicae -ae, *sc. diabolus.* anim. 53, 6 *anima post mortem* exultat aut trepidat, prout -am devorsorii sui sentit.

2 *significatur potius ipsa res parata (sive res qua quid paratur; de animantibus* OPTAT. *sub a*): **a** *generatim*: α *cum gen. indicante id ipsum, quod paratum est (adi. pro gen.* OPTAT.; *hic illic fortasse vergit in notionem q. e. copia, maxime ubi accedunt adi. quantitatis, cf.* GLOSS. II 397, 2 *-a* ⟨cop⟩ia [*suppl. Heraeus*]): TERT. adv. Marc. 3, 10 p. 393, 2 deum non eguisse ... carnis -ae (-a *var. l.; an ad 1?*). 4, 43 p. 565, 23 *mulieres* convenerunt ad sepulcrum cum odorum -a. pall. 3, 7 tantam ... -am materiarum *vestibus aptarum* ingenia ... vestificinae prosecuta *sunt.* adv. Val. 16 p. 196, 8 *Paracletus* vitia ... in materiae corporalem (*sunt, qui coniciant* incorp-) -am commutans ex incorporali passione. 26 p. 202, 16 in hoc et -am mundi prospectam *esse* (appar- *var. l.; cf. Iren. 1, 6, 1 = 1, 1, 11H.* mundum fabricatum esse). ITALA II Macc. 12, 27 (rec. B) machinarum et sagittarum -am abundantem (*gr.* παραθέσεις, *recc. cet.* apparatus, apparaturam, instrumentum). VITA Cypr. 11, 7 deliciarum omnium -am (*antea*: loci gratiam). OPTAT. serm. 7 Migne suppl. 1, 291 (*ad psalm. 90, 11* ut te custodiant *angeli*) protectionem angelicae -ae. *β cum gen. indicante, quo pertineat, quod paratum est*: TERT. anim. 19, 3 unde mox illis *surculis* ... folia formantur ..., si non in ipsis o m n i s -a generis quiescit et partibus promota grandescit? (patient. 13 p. 21, 9 patientia ... adversus o. subvertendae fidei ... -a⟨m⟩. scorp. 10 p. 169, 2 o. eius *persecutionis* ... -am illuc transferre. VVLG. II par. 5, 5 intulerunt ... o. -am [appar- *var. l.*] tabernaculi. *cf.* TERT. spect. 4 p. 6, 8 ex idololatria universam spectaculorum -am constare). pudic. 22 p. 272, 27 aqua et sanguis, utriusque lavacri -a (*sc. baptismatis et martyrii*). ITALA psalm. 88, 15 (cod. 136 Cas.) iustitia et iudicium -a throni tui (*gr.* ἑτοιμασία, *Veron. al. et Vulg.* praeparatio, *Hier. psalt. sec. Hebr.* firmamentum). PHILO quaest. in gen. 4, 197 (*ad 27, 3* pharetram et arcum) gaudere ... -a belli. *γ vario usu*: TERT. anim. 18, 3 *a Platone* adversus sensus corporales aliam portendi -am ut multo idoniorem, vires scilicet animae. 19, 6 *in utero hominis* anima ... cum omni sua -a pullulavit, tam intellectu quam et sensu. adv. Marc. 1, 11 p. 305, 22 ut sublimior *deus* ... nullam sibi prospexerit agnoscendo -am. 2, 1 p. 333, 12 *Marcion* aliud subruere necesse habuit, ut, quod vellet, exstrueret; sic aedificat, qui propria -a caret. GREG. M. epist. 12, 13 p. 360, 30 de benedictione (*i. reliquiis*) ... sancti Petri transmisimus fraternitati vestrae -am unam (*dictum videtur de reliquiarum particulis ratione quadam paratis, compositis sim.; v. e. g. 8, 33 p. 36, 19* in qua *clave* benedictio de catenis illius *Petri* est inserta; *ceterum cf. p. 323, 36*).

b *speciatim*: α *de testimoniis, documentis sim. (sc. sec. usum similem vocis* instrumentum, *v. vol. VII 1, 2014, 19 sqq.; ad ipsos utriusque testamenti libros pertinere videtur maxime l. 67. 68. 75*): TERT. apol. 47, 9 nostram hanc noviciolam -am (*antea*: vetus instrumentum). anim. 2, 3 germanae et ... propheticae -ae (*opp.* apocrypha). carn. 8 l. 9 *haereticos* de sua -a repercutere (*cf.* adv. Marc. 4, 1 p. 422, 23 omnem sententiam et omnem -am Marcionis ad ... euangelium eius provocamus). coron. 1 l. 19 *martyr* calceatus de euangelii -a (*alludit ad Eph. 6, 15* calceati pedes in praeparatione euangelii). ieiun. 11 p. 289, 4 utriusque testamenti -am. adv. Marc. 4, 3 p. 427, 15 authenticam -am (*cf. p. 428, 12* germanum illud apostolorum instrumentum). monog. 7, 1 de omni nostra -a (*antea*: vetera ... instrumenta legalium scripturarum). *β de vestibus, pannis, textilibus sim.*: DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVIIᵃ 21 vela olosirica coccoprasina duo; item alia -a olosirica blattea (*sim.* 29). LYD. mag. 1, 7 p. 13, 17 W. τοῦ ῥηγὸς ... -α, οἱονεὶ στολὴ ἐπίσημος (2, 14 p. 70, 4 τοιαύτη ... τῆς ἀρχῆς ἡ παρ' αὐτοῖς λεγομένη -α, ἀντὶ τοῦ σ.). REGVLA mag. 81, 1 habere debent fratres in hieme -am grossam cottidianam stamineam et tunicam aliam nocturnam (*cf. Bened. reg. 55, 5* cucullam in hieme vellosam). 81, 4 in aestate ... habeant -am l i n o s t i m a m non satis grossam (81, 7 -as subtiliores l. *cf. 81, 5* pallios l.).

1. parātus, -a, -um *v.* 1. paro.

2. ᵃparātus, -ūs *m.* *a* 1. parare. *genus masc. testatur* NON. p. 219, 28. *de formis: longe praevalet abl. sing.* -u (*v. l. 11*), *deinde sequitur acc. plur.* -us; *omnino desunt gen. sing. et plur. nec non dat. sing.* (*vix pro dat. habeas formam* -u IVVENC. 4, 520 *p. 323, 54,* ALC. AVIT. carm. 4, 298 *infra l. 25*). *legitur raro in oratione soluta, sc. apud* CIC. (*1, sed* apparatus *38*), SALL. (*1/–*), *?*LIV. (*1, v. IIB*/app. *95*), SEN. *phil. (3/27) et inde a* GELL., *sed saepe apud* TAC. (*16/10, sc. opusc. 1/4,* hist. *7/5,* ann. *8/1*); *frequentius occurrit in versibus idque fere ultimo hexametri loco (sc. 49 e 52 hex. exemplis, maxime forma* -u) *inde ab* OV. (*7*), CARM. de bell. Aeg. (*2*), VAL. FL. (*2*), *in serm. gr. fort. p. 431, 67.* [*confunditur maxime cum* apparatus, *e. g.* LIV. 10, 41, 3 SEN. epist. 14, 6 (*contra editores ad* apparatus *traxerim* INSCR. Paest. ed. Mello-Voza 91, 18 cultu at paratuque), *et cum p. p. p.* paratus, *e. g.* STAT. Ach. 1, 18 (*falsa var. l.* LVCAN. 4, 374. VAL. CEM. hom. 15, 1 p. 738ᶜ [*v. ed. Riberi*]. *cf.* QVINT. inst. 10, 1, 15, *ubi* -us *falso trad. pro* paratur).]

I *significatur potius actio parandi vel status paratus*: **A** *cum respectu conferendi, praebendi sim.*: SALL. hist. frg. 1, 88 *Sertorius* magno usui bello Marsico -u m i l i t u m e t a r m o r u m fuit (TAC. hist. 2, 84, 1 navium, m., a. -u strepere provinciae). CARM. de bell. Aeg. 41 instrumenta necis v⟨a⟩rio congesta -u (*sc. quo varia instrumenta parantur*). PANEG. 3, 10, 2 in tanto rerum -u, *quo provincia reficitur.* ALC. AVIT. carm. 4, 298 (*in arca fabricanda*) mons ut quisque fuit, famulo placuere -u: Pelion ... cum mittat ... quercus *eqs.* (-u *pro abl. habeas, dat. intellexerunt Peiper in indice aliique*).

B *cum respectu praeparandi*: **1** *quolibet agendi modo*: **a** *praeparatur bellum sim.*: CARM. de bell. Aeg. 65 hos inter coetus ⟨t⟩alisque ad bella -us. STAT. Theb. 2, 104 *Polynicis* ingentia ... acta ... rerumque graves ... -us (*cf.* 3, 719 magnos cunctamur ... -us. Ach. 1, 940 tantos ... revocare -us). TAC. ann. 15, 9, 2 ut Parthi omisso -u invadendae Syriae spem omnem in Armeniam verterent. **b** *praeparantur varia*: STAT. Ach. 1, 18 (*ad Domitianum carmine canendum*) te longo necdum fidente -u (parato *var. l.*) molimur magnusque tibi praeludit Achilles (*nisi ad C1*). TAC. hist. 1, 23, 1 *Otho* studia militum ... -u facinoris, *sc. occisionis Galbae,* adfectaverat. CLAVD. DON. Aen. 4, 290 p. 392, 27 *Aeneas sociis* -us urgentissimae navigationis iniunxit. ALC. AVIT. carm. 6, 641 (*verba Marthae, sec. Luc. 10, 40* me solam ministrare) sola -u vexor (*nisi ad C1*).

2 *cogitando, sc. de consiliis sim.*: STAT. Theb. 5, 37 vos arma vocant magnique in c o r d e -us (AVSON. 422, 6 p. 379 P. *Iovem* inmodicos volventem c. -us, ... ut *eqs.* [*Hom. B 3* ὅ γε μερμήριζε κατὰ φρένα]. *cf.* STAT. Ach. 1, 97 *Thetis* alios animo [iterum *var. l.*] commenta -us). TAC. hist. 2, 98, 2 Vitellii -us noscebantur, Vespasiani consiliorum pleraque ignota. PAVL. PELL. 350 nostros spe sollicitante -us.

C *cum respectu faciendi, efficiendi, moliendi sim.*: **1** *notione sollemni*: TAC. hist. 3, 43, 2 *procurator Forum Iuli praesidio tuebatur totamque regionem Vespasiano conciliavit*; quae ut ⌊-u firma⌋ et aucta rumore apud *Vitellianos* ... increbruere *eqs.* (⌊⌋ *sc. his molitionibus firmata, tuta sim., vix* 'vera' *ut vol. VI 1, 819, 10 et e. g. Heubner ad l.*). VESPA 18 (*loq. pistor*) *Saturnalium* epulas semper rerum commendo -u. IVVENC. 3, 328 (*ad Matth. 17, 4*) trino ... hic tentoria ... faciam diversa -u. 3, 630 discipuli celeri conplent praecepta -u. PAVL. NOL. carm. 6, 28 sacerdos credita sollemni curabat templa -u. 16, 164 *mulier* mentis in excessu divino facta -u. 20, 346 suem vir conspicit ... mirando adstare -u: ... vestigia lambit ... et *eqs.* 21, 668 (*21, 664 quae aedificanda* sedula ... cura parabat) inpleto stetit hic opus omne -u (*cf.* CE 891, 1 operis [*sc. viae*] ... -us). PAVL. PELL. 280 formido ... tardabat coeptos ... -us (*an ad B?*). *al.* 2 *notione deflexa respicitur, quali statu sit, quod paratum est, sc. fere i. q. species, qualitas sim.*: PAVL. NOL. carm. 19, 617 eadem crux dissimili conpacta -u (*19, 612* forma crucis gemina specie conponitur). 27, 639 haec tibi, Christe ..., tenui fragilique -u pro nobis facimus (*cf. 27, 596* quae facta et picta videmus). ORIENT. comm. 1, 223 pacta tibi dubio non vis nutare -u ('*an* patratu *?*'*Ellis in app. crit.*): promissam certo pectore redde fidem (*an cogites de instrumento, sc. documento sim., ut ad IIC pertineat?*). PAVL. PETRIC. Mart. 4, 341 larga satis regali dona -u.

II *significatur potius id ipsum, quod paratum est (sc. ad usum quendam factum est, ut hic illic idque maxime sub C1a intellegi possit res, qua quid parari potest)*: **A** *pertinet ad victum cultumque hominum (fere luxuriosum, splendidum; aliter l. 75, v. praeterea p. 323, 15. 17. al.)*: **1** *usu generali de vitae -u*: **a** *necessario*: CIC. fin. 5, 53 *sapientes in beatorum insulis* nullum necessarium vitae cultum aut -um requirentes. **b** *opulento, luxurioso sim.*: OV. epist. 15(16), 193 hanc *Helenae* faciem largis ... -bus (parentibus *var. l.*) uti deliciisque decet luxuriare novis (*cf. 191* cultu divite). TAC. hist. 2, 59, 2 *Vitellius* nullo principali -u, sed vetere egestate conspicuus (*cf.* ann. 11, 12, 3 servi, liberti, -us principis. 11, 30, 2 domum, servitia et ceteros fortunae -us). 2, 81, 3 aemulantium inter se regum -us (*cf.* ann. 6, 37, 3 gazam et -us regios). ann. 3, 55, 2 opibus, domo, -u speciosus. GELL. 1, 14, 1 (*ex Hyg. hist. frg. 3 Peter*) multa ad splendorem domus atque victus defieri neque pro ampli-

[*Breimeier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tudine dignitateque lautum -um esse Fabricio (-umque *var. l.*). 19, 1, 7 quispiam dives ex Asia, magno ... cultu -uque rerum et familiae.

2 *speciatim pertinet ad*: **a** *convivia* (*tam de omni eorum apparatu quam de escis, quas certe solas respiciunt e. g.* PAVL. NOL., SEDVL.; *comprehenditur eucharistia* PRVD.): Ov. met. 4, 763 pulchro ... instructa -u ... convivia regis. 8, 683 *Philemon et Baucis* veniam dapibus nullisque -bus orant. VAL. FL. 2, 651 stant gemmis auroque tori mensaeque -u regifico (CLAVD. 5, 340 atria r. iussit splendere -u exceptura dapes). IVV. 14, 13 lauto cenare -u (CYPR. GALL. gen. 1237 canistra regificis dapibus l.que inpleta -u). TAC. ann. 3, 52, 1 ventris et ganeae -us. PRVD. cath. 4, 34 nos tu, *deus*, gemino fovens -u artus atque animas utroque pastu confirmas. CLAVD. 15, 180 splendet Tartareo furialis mensa -u, caede madens, atrox gladio, suspecta veneno. PAVL. NOL. carm. 16, 168 -us (paratos *var. l.*) intulerat *mulier* (*16, 162sq.* panes, ... escas). SEDVL. carm. pasch. 5, 408 modico ... -u postquam victa fames (*op. pasch. 5, 36 p. 301, 5* modicis ... dapibus). *al.* **b** *vestiendum*: Ov. met. 6, 451 venit magno dives Philomela -u, divitior forma, quales *Naiades incedunt* ..., (454) si modo des illis cultus similesque -us. fast. 3, 627 *Anna* Tyrios induta -us. **c** *sollemnitates varias* (*in explicatione allegorica* CHROMAT.): Ov. Pont. 3, 4, 5 *carmen meum* est opus exiguum vestrisque -bus impar (*sc. pompae triumphi, v. André ad l.*). TAC. hist. 2, 95, 1 editis ... gladiatoribus ... ingenti -u et ante illum diem insolito. ann. 13, 17, 1 proviso ante funebri -u, qui modicus fuit. CHROMAT. serm. 10, 4L. perire *non* poterat tantus -us nuptiarum (*ad Matth. 22, 8* nuptiae ... paratae sunt).

B *pertinet ad rem sacram*: LIV. 10, 41, 3 omnis ille occulti -us sacri (*codd. opt.*, app- *det. aliquot et cum parte edd. vol. II 257, 48 sec. 10, 38, 8 et communem Livii usum, v. p. 322, 7. cf. et* TAC. ann. 12, 47, 1 provisum illic ⌊sacrificii -um⌋ [⌊⌋ sacrificium imperatum *trad.*]). ARNOB. nat. 3, 15 p. 174, 2 M. multo ture ... et reliquo caerimoniarum -u (*cf.* AVSON. 152, 8 p. 6 P. nullo -u [*postea*: nec tus ... nec liba *eqs.*]. PRVD. perist. 10, 919 hos -us [*10, 916sq.* aras ... et tus *eqs.*]). *hic potissimum addantur reliquiae pretioso ornatu compositae* (*cf. p. 321, 60*): PAVL. NOL. epist. 31, 2 tali -u (*antea*: conpositionem ..., qua tubello aureolo *particulam crucis* ... inclusimus).

C *vario respectu* (*cf. p. 322, 66*): **1** *potius de corporeis*: **a** *de instrumento* (*tam usu generali quam de singulis rebus*): **α** *vario* (*maxime tortioni, poenae sim. apto*): SEN. epist. 14, 6 *pestes natura contingentes* nihil habent, quod intentent, quod praeferant; haec (*i. tortiones sim.*) ut magna bella aspectu -uque vicerunt (app- *var. l.; cf. ibid.* apparatus terribilis, *4* ingens ... pompa). PRVD. perist. 11, 105 conposito satis instruxere -u martyris ad poenam verbera, vincla, feras. MAR. VICTOR aleth. 3, 745 maiore bonus iudex damnare -u mavult *Sodomitas*. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 299 funereo ... -u (*cf. Sulp. Sev. dial. 3, 4, 1* diversa perdendis parari iubet genera poenarum). 5, 589 hanc ... Martino cupienti evertere molem (*sc. idolum*) cuncti defuerant ad talia vota -us (*Sulp. Sev. dial. 3, 9, 1* nulla erat facultas). **β** *belli, pugnae sim.* (*cf.* SEN. *supra*): VAL. FL. 2, 510 *Herculem* immanem ... -u. TAC. Agr. 25, 3 magno -u ... oppugnare ... castella. IVVENC. 4, 520 (*Christus ad Iudam tradentem*) totum conplere licebit, huc venisse tuo quaecumque est causa -u (parato *var. l.; vix dat., ad 'inf. omisso accusativo' v. Huemer in indice p. 161*). PRVD. psych. 200 Mens Humilis ... egens alieni auxilii proprio nec sat confisa -u (*cf. 198* paupertinis ... armis). CLAVD. 21, 336 Martis graviore -u.

b *de herbis, frugibus sim., quascumque regio quaedam parat* (*subestne imago ornatus sim.?*): IVLIAN. in Ioel 2, 4sqq. l. 129 ut omnem -um regionis vultumque delerent *locustae sim.*

2 *potius de incorporeis*: **a** *quae homines sibi parant*: SEN. dial. 3, 20, 7 *mala ingenia* magnitudinem ... non habebunt; ceterum sermone, conatu et omni extra -u facient magnitudinis fidem (*intellegam, quaecumque non innata parari possunt, sc. habitus, dignitas, vis sim.; vix de solo ornatu*). GELL. 17, 2, 13 (*ad Quadrig. hist. 8* magnum viaticum, *sc. eloquentiam, dignitatem sim.*, ... ad rem publicam evertendam habere) 'magnum viaticum' pro magna facultate et -u magno nove positum est (*postea*: apparatus). **b** *quaecumque vita parat, sc. eventus sim.*: SEN. dial. 9, 15, 3 *qui miserias ineptiasque vitae deridet*, nihil magnum, nihil severum, ne miserum quidem ex tanto -u putat. *Breimeier.*

paraverēdus, -ī *m.* *a gr.* παρά *et* veredus, *sec.* parangaria; *ad compos. duarum vocum peregrinarum cf.* epiraedium. *scribitur etiam* -verid-, -vared-, -verend-, -vend-. NOT. Tir. 112, 71a (*antea*: veredus). *legitur in litteris publicis inde ab a. 339; transit in gr.* παραβέρεδος. [*francog. vet. et med.* palefroi; *prov. vet.* palafrei; *fortasse hisp.* palafrén. *cf. M.-L. 6231. Wartburg VII 640 sq. Corominas III 618 sq. St.*]

significatur equus, qui ad magistratus sim. in viis non principalibus portandos a provincialibus quasi tributum exigebatur (*in viis principalibus* veredi *cursus publici adhibebantur, cf. iuxtapos. p. 324, 10 et* COD. Iust. 12, 50, 23 pr. CASSIOD. var. 5, 39, 14; *cet. saepe iuxta* parangaria *nec non* angaria, *unde* -us *hic illic per breviloquentiam vergit in notionem muneris, e. g. l. 18. 24. ad rem v. Seeck, RE IV 1852sq., Rittweger, De equi vocabulo, Diss. 1890, 42sqq.*): **1** *coercetur usus, licentia -orum postulandorum vel punitur abusus*: COD. Theod. 8, 5, 3 praesidibus et rationalibus ... usurpandi agminalis seu -i licentia derogetur. 8, 5, 6 ne quis agminales ac -os aestimet postulandos, *sc. temere*. 8, 5, 7 *ut* quisquis alius (*sc. praeter agentes in rebus*) -um exegerit, non ei cedat inpune (*antea*: -orum exactio patrimonia multorum evertit). 8, 5, 15 *qui* -os ... ad canalem audeat commovere *eqs.* 8, 5, 16 pr. *in* Sardinia, in qua nulli paene discursus veredorum seu -orum necessarii esse noscuntur, ne provincialium status subruatur, memoratum cursum penitus *amputamus*. 8, 5, 59 si quispiam -um ... non ostensa evectione ... praesumpserit, ... singulas lib(ras) auri per singulos -os *det.* 8, 5, 63. 8, 5, 64 pr. NOVELL. Maior. 7, 13 unam sibi angariam et duos -os alteramque angariam officio suo et -os duos liceat postulare *iudici provinciali*. COD. Iust. 12, 50, 23 pr. CASSIOD. var. 5, 39, 14. **2** *datur immunitas certis personis vel corporibus*: COD. Theod. 6, 23, 3, 1 ne angarias vel parangarias sive -os ulla eis *decurionibus et silentiariis* ... inponat auctoritas (*de eisdem* 6, 23, 4 pr.). 11, 16, 15 *inter sordida munera, quibus eximuntur consistoriani comites, notarii eqs.* (11, 16, 18 *excipiuntur ecclesiae, rhetores, grammatici*). Iust. 12, 5, 2 pr. *ne cubicularii* -os ... dare cogantur. **3** *cetera exempla*: NOVELL. Theod. 5, 3, 1 possessiones habere donatas concedantur, si contatos et bastagas et -os ... sine mora dependant. CASSIOD. var. 11, 14, 1 -orum assiduitate ... esse fatigatos *Comenses* (*sim.* 12, 15, 6, *ubi seq.*: -orum ... praebitionem ... in assem publicum constituimus imputari). 12, 18, 2 -orum adscriptus numerus procuretur. PAP. Tjäder 47–48 B 13 br(evis) de paraverid⟨i⟩s. *Oesterle.*

? **parauma** *n. trad. in serie subst. gr. in* a *exeuntium* PROB. app. gramm. IV 195, 18 reuma, ⌊-a⌋, centema *eqs.* (⌊⌋ paramma, pneuma, paradigma *temptaverunt viri docti; compos. vocis* auma [*v. vol. II 1465, 60*] *fortasse cum gr.* αὔω *coniungendum dubitanter defendit Heraeus, Arch. Lat. Lex. 11, 1900, 68*).

parauxēsis, *acc.* -in *f.*, παραύξησις. *litt. gr. trad.* QVINT., MAR. VICTORIN. gramm. VI 49, 14. *i. q. amplificatio, incrementum*: **1** *in arte rhetorica*: QVINT. inst. 9, 2, 106 (*inter figuras sententiarum*) Rutilius sive Gorgias *adicit* ... ἀντίρρησιν, -ιν *eqs.* **2** *in arte metrica* (*syn.* incrementum): MAR. VICTORIN. gramm. VI 43, 11 sq. fiunt enim ex syllabis pedes ordine incrementorum, quem Graeci syllabicen -in vocant; item temporum, quem Graeci chronicen -in nominant (49, 14 porriguntur tempora ... χρονικῇ -ει).

paraxis *v.* paropsis.

parazēlus, -ī *m.*, παραζῆλος (*gr. non legi videtur nisi forma* τὸ παραζῆλον, *quam e scriptore saec. IX affert Lampe, Patristic Gr. Lex. s. v.*). *i. q. prava aemulatio*: AMBR. in psalm. 36, 5, 2 (*ad 36, 1* μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, μηδὲ ζήλου κτλ.) aliud ... esse zelum, aliud -um: haec est enim prava aemulatio *eqs.* (*36, 10, 1 distinguuntur* subaemulatio ..., aemulatio).

paraziēnum *v.* parazonium.

? **parazōna,** παραζώνη *fortasse recte restituit Forcellini s. v. pro* vareza NOT. Tir. 77, 56 (*inde* GLOSS. I p. 246 *sine explicatione*); *sequitur enim 77, 57* varezonium (*Gloss. ibid.* v.: παραζώνιον); faretra *et* faretrazonium *intellexit Schmitz vix recte; v. etiam Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 79.*

parazōnium, -ī *n.*, παραζώνιον. *scribitur in* GLOSS. *variis modis depravatum*: parazienum, paradionium *sim.* NOT. Tir. 77, 57 varezonium. *de notione*: GLOSS. cingulum. prope balteum. genus teli Macedonici. GLOSS. I p. 246 varezonium (*e* NOT. Tir. *supra*): παραζώνιον. *i. q. genus baltei vel gladii* (*ad rem cf. Lambertz, RE XVIII 4, 1416*): INSCR. Année Epigr. 1948 n. 58 (*aet. Tiberii?*) anulum aureum ⟨cum⟩ gemma ..., ⟨in qua⟩ imago Ti. Caesaris ⟨est e⟩t -um. MART. 14, 32 tit. -um: militiae decus hoc gratique erit omen honoris, arma tribunicium cingere digna latus. ITALA II reg. 21, 16 (cod. 91) praecinctus erat -um (*Vulg.* ense novo, *gr. LXX* κορύνην, *sed* παραζώνην *Theodot.*). IV reg. 3, 21 (cod. 91) denuntiaverunt omni praecincto gladium et -um ferenti ad pugnam (*Vulg.* balteo, *gr.* ζώνην, *var. l.* παραζώνην). *Gatti.*

⁎**parca** (Parca), -ae *f.* [*fortasse a* parcere, *sc. de dea puerperii, quae hoc nomine propitietur; cf. l. 72. qui cum* VARRONE (*v. sub IA2*) *a* parĕre *derivare student, in formatione vocis singulari haerent. Sch.*]

de origine: VARRO frg. Gell. 3, 16, 10 a partu (*v. sub IA2*). SACERD. gramm. VI 461, 23 si dicimus fata -as, quod non parcant (*sc. per euphemian vel antiphrasin ut*: 462, 12 DON. gramm. IV 402, 5 SERV. Aen. 1, 22 HIER. epist. 40, 2, 3. *et saepe; cf.* LYD. mens. 3, 10, p. 48, 17 W. Πάρκας ... τὰς μηδενὸς φειδομένας Μοίρας). *scribitur*: parkarum CE 1128, 1 (*Romae*). *litteris gr.* LYD. *supra.* *abbreviatur*: par CIL VII 418 INSCR. Gall. Narb. Espér. 65. 66. parc CIL VII 927. *cf. l. 80.* *de formis: dat. sing.* -a *in titulo antiquissimo sub IA allato. dat. pl.* -abus CIL V 8242 XI 621 XII 5890. INSCR. Gall. Narb. Espér. 83 Parca(bus). Année Epigr. 1969 n. 339 (*Gall. Narb.*). *de notione*: SACERD. gramm. VI 461, 23 fata (MART. CAP. 4, 360 GLOSS.). GLOSS. -a: πεπρωμένη. -ae: Μοῖραι. Μοῖραι, Κῆρες. fa[c]ta vel fortunae melioris. uuyrdae (*anglosax. ut*: -as: burgrunae). *legitur in titulo antiquissimo saec. III a. Chr.* (*v. sub IA*), *postea*

[*Zoppi*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in versu inde a Catvllo *eiusdemque aetatis* CE (*v. p. 326, l. 38*) *et* Verg. *ceterisque poetis aevi Augusti idque maxima frequentia apud* Stat. *et* CE, *in prosa oratione apud* Varronem, Caesell. *posterioresque gramm., ceterum apud* Sen. apocol., Petron., Hyg. *al. et in titulis* (*v. IB*). [*falso trad.* -ae *pro* partae Avson. 336, 7 p. 200 P.]

nomen dearum (*ad usum metonymicum v. IIB*): **I** *in re sacra et in describenda religione Romana*: **A** *pertinet ad cultum veterem dearum ad partum pertinentium (ad rem v. Tels - de Jong, Sur quelques divinités rom. de la naissance et de la prophétie, 1960, 67 sqq.)*: **1** *nomen generale dearum* (*hucine* Varro *p. 326, 1?*): Inscr. lib. rei p. Degrassi 10 (*cippus agri Lavinatis saec. III a Chr.*) ⌊-a Maurtia⌋ dono (⌊⌋ *dat., v. Leumann, Gramm. 1977, 419 sq.*; Maurtia *videtur esse i. q.* Mavortia, Martia, *v. e. g. Leumann l. c. 121. Schilling, Gnomon 32, 1960, 652, sed pro* Mortia *accipit e. g. Latte, Röm. Religionsgesch. 53, 1 coll.* Caesell. *infra; ad vim potius generalem vocis* -ae *cf. titulum geminum ibid.* Neuna fata, *sed v.* Varro *sub 2*). Caesell. Gell. 3, 16, 11 tria ... nomina -arum sunt: Nona, Decuma, Morta (*affert Liv. Andr. carm. frg. 11* quem *diem* profata Morta est. *pergit Gell.* Mortam quasi nomen accepit *Caesellius*, cum accipere quasi Moeram deberet). **2** *nomen proprium unius ex tribus fatis (ortumne errore ex usu supra illustrato, an* Inscr. *huc trahas ex 1?)*: Varro frg. Gell. 3, 16, 10 -a immutata una littera a partu nominata, item Nona et Decima a partus tempestivi tempore (*eandemne vocat* Partulam *Tert. anim. 37, 1?*).

B *aetate imp. per plur. respiciuntur sive* Μοῖραι (*ut sub II*), *sive Matronae illae Gallorum aliorumque (ad quas certe referri possunt l. 38 sq.; v. Heichelheim, RE XIV 2230, 53 sqq.)*: **1** *nude ponuntur*: Hor. carm. saec. 25 vos ..., veraces cecinisse -ae, quod ... rerum terminus servet, bona iam peractis iungite fata (*Act. lud. saec. Aug.* [*CIL VI 32323*] *92* Moerae). CIL V 8235 Libero ... et Pa⟨rcis⟩ (*si recte suppletur*). 8242 aram -abus et Bonae Deae phialam ... dono dedit. VII 928 -is ... v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito) (*eadem vel simili formula*: XI 621 [*v. editorem ad l.*]. XII 348. 645. *al. ibid.* Inscr. Gall. Narb. Espér. 65. *al. ibid.* Inscr. Année Epigr. 1969 n. 339 [*Gall. Narb.*]. *fortasse addendum* CIL XII 659 ⟨d⟩is inferis sive ⟨Par⟩c⟨is⟩). **2** *cum appositione vel attributo*: CIL V 3280 (*item* 3281 *et* 3282) -is Aug(ustis). VII 418 (*item* 927) matribu(s) Par(cis). XIII 6223 deabus -is ⟨C⟩aesonius Liberalis (Inscr. Brit. Collingwood-Wright I 247 -is d. et numinibus Aug.). Inscr. Année Epigr. 1946 n. 158 (*Gall. Narb.*) -is trebus sororibus.

II *in poesi et mythologia i. q.* Μοῖραι (*v. etiam IB*). *epitheta notabiliora*: infestae CE 55, 13 (*aet. Catulli, ut etiam* 59, 3, *si recte suppl.*), concordes Verg. ecl. 4, 47 Ciris 125, iniquae Hor. carm. 2, 6, 9, non mendax Hor. carm. 2, 16, 39 (*cf.* carm. saec. 25 veraces [*v. sub IB*]. Pers. 5, 48 tenax veri), immites Prop. 4, 11, 13 Stat. Theb. 7, 774, nubila Ov. trist. 5, 3, 14, dura Ov. Pont. 4, 15, 36 Stat. Theb. 3, 491. 6, 325, saevae Val. Fl. 5, 531 Stat. silv. 2, 7, 89, celeres Stat. Theb. 8, 328. 8, 439 CE 378, 5, nocentes Stat. Theb. 11, 462 silv. 5, 2, 85. *coniungitur cum* Fortuna Verg. Aen. 12, 147, fatum Sil. 9, 649 (Stat. Theb. 1, 706 silv. 5, 2, 85 Ach. 1, 255. *ceterum voces variant in contextu* Ov. Pont. 3, 7, 20 Sil. 5, 75, *dissimili ratione adhibentur e. g.* Lvcan. 6, 812 *et saepius; cf. p. 324, 81*).

A *usu communi*: **1** *plur.*: **a** *loci generales, quibus illustrantur -arum ortus, nomina sim. nec non ratio quae intercedit inter -as et alios deos (ad* fatum *cf. l. 50)*: Cic. nat. deor. 3, 44 -ae, Hesperides, Somnia; quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt *genealogi* (*sim. narrat* Hyg. fab. geneal. 1. *cf. Hesiod. theog. 217* Μοίρας καὶ Κῆρας). Verg. Aen. 12, 147 qua visa est Fortuna pati -aeque sinebant. Hor. carm. 2, 17, 16 sic potenti Iustitiae placitumque -is. Ov. fast. 3, 802 -arum monitu ... trium (Sen. apocol. 3, 1. *al.; cf. p. 326, 24 et* Ov. fast. 6, 795 tot restant de mense dies, quot nomina -is. Serv. auct. ecl. 8, 75 ternario numero continentur). Stat. Theb. 8, 119 cum -ae tua (*i. Ditis*) iussa trahant (*Schol.*: fata ad tuum arbitrium fila disponere. *similiter potentior est Proserpina*: Clavd. rapt. Pros. 2, 305 [*verba Ditis ad P.*] accipe ... famulas ... -as; sit fatum quodcumque voles. CE 492, 6 *Proserpinam* solventem fila dearum, quae globo -arum revoluta cuncta gubernant). Stat. Ach. 1, 255 (*Thetidis verba ad filium*) nil humiles -as terrenaque fata vererer. Hyg. fab. geneal. 1 -ae tres, id est Clotho, Lachesis, Atropos (fab. 171, 1. 277, 1 -ae C. L. A. invenerunt litteras quasdam. Serv. auct. Aen. 1, 22. *al.*). Serv. auct. Aen. 3, 233 alii eas *harpyias* ... -as esse *tradunt*, unde et divinatio ⌊ei⌋ data est (⌊⌋ *respicitur Celaeno*). Adnot. Lucan. 6, 703 'sorores' -as dicit. Clavd. rapt. Pros. 1, 48 -ae vetuere minas *Ditis* ..., quarum sub iure tenentur omnia *eqs.* Mart. Cap. 1, 3 quidquid ille *Iuppiter* ... -arum pugillo asservante dictaverit (*ad -as scribentes cf. infra p. 326, 8. 68*). 1, 32 (vers.) -arum chorus humana *fata* pensat, tuque, *Iuppiter*, sortem caelitum.

b *inducuntur habitu sollemni*: α *canentes* (*cf.* Verg. ecl. *sub* β): Catvll. 64, 306 veridicos -ae coeperunt edere cantus (*postea describuntur -ae nentes*). 64, 383 carmina divino cecinerunt pectore -ae (Tib. 3, 11, 3 te nascente novum -ae cecinere puellis servitium. Hyg. astr. 2, 15 p. 54, 4 fata [*item* fab. 171, 1. 174, 2]. CE 1141, 15 futura. 1533, 4 quem *terminum. v. etiam l. 29. p. 326, 16 sq.*). CE 55, 13 cinerem ... infistae -ae deposierunt carmine. Varro ling. 6, 52 tempora quod tum pueris constituant -ae fando, dictum fatum. Stat. Theb. 6, 923 dirae recinebant (retinebant *plurimi codd.*) omina -ae. β *nentes* (*cf. 2b et p. 325, 80*): Verg. ecl. 4, 47 'talia saecla' suis dixerunt 'currite' fusis concordes stabili fatorum numine -ae (Avien. Arat. 208 decursis -arum ab origine fusis). Aen. 1, 22 sic volvere -as (Serv. ⌊aut⌋ a filo traxit volvere ⌊aut a libro⌋, una enim loquitur, altera scribit, alia fila deducit [⌊⌋ *add. auct.*]. *cf.* Stat. Theb. 4, 787 sic -as volvere. 7, 774 immites scis nulla revolvere -as stamina). 10, 815 extrema ... Lauso -ae fila legunt ([lina l. *var. l.*]. Stat. silv. 3, 1, 171 [*verba Herculis*] -arum f. tenebo extendamque colus [*item* f. -arum: CE 1109, 2 *aet. Flav.* Ps. Alex. c. Dind. coll. p. 174 Clavd. 2, 157]. CE 627, 7 cunctis f. parant ... nec parcetur [*i.* -itur] ullis. *al.*). Hor. epod. 13, 15 unde tibi *Achilli* reditum certo subtemine -ae rupere (Lvcan. 3, 19 lassant rumpentis stamina -as. Stat. Theb. 8, 13 rumpebant stamina -ae. CE 1997, 2). Tib. 1, 7, 1 hunc cecinere diem -ae fatalia nentes stamina ([*eadem fere* Ov. trist. 5, 3, 25]. Sen. Herc. O. 1098 nulli non avidi colus -as s. nectere. Lvcan. 6, 777 -arum s. [CE 587, 1. 1128, 1]. frg. 1, 1 nunc plenas posuere colos et s. -ae [Stat. silv. 5, 1, 169]. *al.; cf. supra l. 15 sq.*). Sen. Herc. f. 559 evincas ... -arum ... colos non revocabiles (Mart. 9, 17, 2 -arum ... pensa brevesque c. Clavd. carm. min. 26, 87. *cf. l. 18. 19*). apocol. 4, 1 vers. 20 plus solito nevere ...; 'ne demite, -ae' Phoebus ait. Petron. 29, 6 *in pariete pictae sunt* tres -ae aurea pensa torquentes (Ivv. 12, 64 -ae meliora ... p. manu ducunt hilares et staminis albi lanificae. *cf.* Mart. *supra*). *al.*

c *vario usu*: α *futura sciunt variaque agunt, iubent, vetant sim.*: Catvll. 68, 85 scibant (scirant *coni. L. Müller*) -ae non longo tempore abisse (*coniugium an coniugem?*). Verg. Aen. 3, 379 prohibent ... cetera -ae scire Helenum (Hor. carm. 2, 6, 9 Stat. Theb. 6, 325 Clavd. 15, 121). 5, 798 si dant ea moenia -ae (Lvcan. 6, 812 *fatum* cognoscere -ae ... dabunt). 9, 107 aderat ... dies et tempora -ae debita complerant. Ciris 125 patriam incolumem ... concordes stabili firmarant numine -ae (*cf. supra l. 5*). 270 cui *Mino* -ae tribuere nec ullo vulnere laedi (CE 1612, 1 *annos* -ae quos tribuerent). Val. Fl. 5, 531 *num* saevae ... petant iam vellera -ae. 6, 693 iuvenem terris -ae tenuere Cytaeis. *al.* β *mortem destinant* (*v. etiam passim sub b*): CE 59, 3 (*aet. Catulli*) ⟨infestae⟩ -ae ... finem vitae statuerunt. Verg. Aen. 10, 419 *Halaeso* iniecere manum -ae telisque sacrarunt Euandri (*cf.* Lvcan. 1, 113 -arum Iulia saeva intercepta manu). CE 965, 12 (*a. 10*) supremum *annum* (*vel diem*) -ae sorte dedere mihi (2121, 14 [*saec. I?*]). Epiced. Drusi 73 claudite iam, -ae, nimium reserata sepulcra. Sen. Herc. f. 188 nimium ... properas ...: certo veniunt tempore -ae. Sil. 4, 203 -ae ... ad manes traxere *Sarmentem*. Stat. Theb. 5, 736 haud ... indebitus ... luctus adest, recto descendunt limite -ae. 7, 367 fessum vita dimittite, -ae. silv. 2, 1, 148 -is fragiles urgentibus annos. CE 430, 2 quam -ae ... merserunt funere acerbo. 537, 1 -ae te rapuerunt ... spectantes ... tuae gloriae cursum (1119, 4). *et saepius in* CE. γ *exempla cetera*: Verg. Aen. 12, 150 -arum ... dies et vis inimica propinquat (*cf.* Prop. *sub 2a*). Prop. 4, 11, 13 immites habuit Cornelia -as (*cf.* Ov. trist. 5, 3, 14 *sub 2a, an et* epist. 11, 107 *sub B?*). Ov. met. 5, 532 sic -arum foedere cautum est. Sil. 5, 75 heu vani monitus, frustraque morantia -as prodigia (*syn.* fata). 5, 406 augurio -arum impellere metas. 8, 6 expectanda *esse* viri fata, optandumque ... -arum auxilium. 9, 475 fixas -arum vertere leges (*al. v. vol. VII 2, 1250, 15 sqq.*). 9, 649 -arum ... fraus. Stat. Theb. 8, 439 heu celeres -ae (*item in exclamatione*: silv. 2, 7, 89 o saevae nimium gravesque -ae. Mart. 6, 62, 3 heu crudele nefas malaeque -ae. CE 1204, 1). *et saepe.*

2 *sing.* (*v. etiam sub IA et p. 324, 82*): **a** *vario usu*: Hor. carm. 2, 16, 39 mihi parva rura ... -a non mendax dedit. Prop. 3, 5, 18 optima mors, -ae quae venit acta die (-ae *Lachmann*, -a *fere trad.*; Parca ... dea *Hailer; alii aliter; cf.* Verg. *sub 1cγ*). Ov. trist. 5, 3, 14 nubila nascenti ... mihi -a fuit. Pont. 4, 15, 36 dura iubet gelido -a sub axe mori. Pers. 5, 48 nostra ... aequali suspendit tempora libra -a tenax veri (CE 1164, 4 invida quem tenerum -a t. rapuit; quo matri multos scribsit *annos?*). Stat. silv. 2, 1, 138 subitas inimica levavit -a manus. *parum constat de* CIL II 6064.
b *respicitur actio nendi sim.* (*cf. 1bβ*): Ov. am. 2, 6, 46 stabat vacuo iam tibi, *psittace*, -a colo. Epiced. Drusi 164 hanc lucem celeri turbine -a neat. CE 221, 6 ⟨non am⟩ori ... ⟨-a pa⟩rcit coniugis, ⟨quae morte⟩ rupit sta⟨mina⟩. 1144, 1 *vitae* tempus ... mihi ... stamine -a praeripuitque colu.

B *ad notionem metonymicam q. e. fatum fortasse vergunt*: Ov. epist. 11, 107 nubite felices -a meliore sorores (*Planudes vertit* τύχῃ βελτίονι, *sed conferre possis supra l. 51. 65*). Pont. 3, 7, 20 -a ... ad extremum, qua mea coepit, eat. CE 1206, 1 invida -arum series livorque malignus ... mea ruperunt stamina lucis (*Lucan. 1, 70* invida fatorum series *contulit Heraeus in exemplari suo, v. etiam vol. VI 1, 367, 64 sqq.; an* series *de tribus dici potuit?*).

in lusu verborum cum parcere CE 627, 7 (*e coni. etiam* 221, 6; *cf. p. 324, 72*).

parcarpus *v.* panc-. *Zoppi.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[πεπρωμένον: **parcātum** GLOSS. II 401, 53. *vix cogites de adi. sec.* fortunatus *formato et notionis q. e. a Parcis affectus sim.; potius corruptum videtur pro* Parca, ⟨fa⟩tum (*cf. p. 324, 82*).]

parcē *v.* parcus.

parcelalon *trad. inter nomina leontopodii* (*pedelconis*) PS. APVL. herb. 7 l. 10 add. rec. *β* (*inde* GLOSS. III 573, 66 -on: pedileonis). *obscurum; vix est, quod conferas Ps. Diosc. Vind. 3, 96 p. 109, 14* παπαβέρκλουμ (*non* παρα-, *ut affirmant Howald-Sigerist ad l.*); *fortasse latet potius* pardalion (*cf. Diosc. 3, 106 p. 422, 27* leontopodion aut pardalion).

parcellis, *plur.* -ides. *vulgari quodam modo depravatum e gr.* παρακερκίς (*an sec.* σκέλος *mutatum?*), *nisi mendose trad. i. q. ossilago cruris* (*ad rem v. Hippiatr. gr. II p. 259, 6; ad ossa q. d. metacarpalia refert Fischer in plagulis coll. voce* parastaticus *sub 2b*): CHIRON 576 de -es. 593 si quod iumentum -es ⌊submiseri[n]t⌋, sic intelliges: iosu (*i.* deorsum) quam genu ... tubiscula (*i.* tuberc-) ex osso nata invenies (⌊⌋ *cf. e. g. 642* si quod iumentum ossilaginem ... summiserit).

1. parceo *v.* parco. **2. parceo** *v.* porceo. *W.*

parceprōmus, -a, -um. *a* parce promere (-ĕ- *sec.* bene-, maledicus *sim.*); *compos. a* 1. parcus *et* promus *intellegunt qui* parcipromus *legunt.* [*falso legebatur olim* PLAVT. Pseud. 1266.] *i. q. qui parce promit, avarus:* PLAVT. Truc. 183 qui cum geniis suis belligerant -i (-e- *P; in A littera incerta est*).

parciloquium, -ī *n.* *a* 1. parcus *et* loqui; *cf.* pauciloquium. *i. q. locutio parca, sc. taciturnitas:* APVL. met. 5, 13, 1 fidei atque -o meo (-i mei *var. l.*) perpendisti documenta.

parcimōnia, parcimōnium *v.* parsimonia.

? **parciōsus,** -a, -um. *a* 1. parcus (*sc. pro* *parcosus *sec.* ebriosus), *si agnoscenda est vox. i. q. moribus parci, avari sim. praeditus:* GLOSS. III 374, 35 (*in capite* de moribus) -us: φαιλος (*trad.*; φειδωλός *coni. Vulcanius; sed fortasse latet* φαῦλος, *si huc trahi possunt* GLOSS. III 459, 22 *et* 475, 16 partiosus: φαῦλος [*an* partiosus *i. q. partes sequens, sc. factiosus?*]).

parciprōmus *v.* parce-. *Korteweg.*

***parcitās,** -ātis *f.* *a* 1. parcus. *plur. non exstat. de notione:* HIER. in Zach. 12, 6sq. l. 187 φειδολία (*v. sub IA2b*). GLOSS. parsimonia: -s, frugalitas. *sim. al. legitur singulis locis apud* PVBLIL. (*? v. infra l. 71*), SEN. *phil.*, ITALAM, PALLAD., *deinde saepius, maxime apud ecclesiasticos inde ab* AMBROSIAST., HIER., PRVD. [*confunditur in codd. c.* paritas SEN. clem. 1, 22, 2, paucitas BENED. reg. 39, 10. *loco obscuro:* OPT. PORF. carm. 22 (*in versu intexto 6; sed carmen est fortasse medii aevi*).]

I *significatur habitus animantium parcorum* (*fere hominum, sed dei p. 328, 39, leonis p. 328, 14*): **A** *usu communi pertinet ad res parce utendas, adhibendas, fere i. q. parsimonia* (*accedit saepius gen. rei parce adhibitae, v. maxime sub 1 et 3a, gen. gerund. sub 4; gen. explicat. vel identitatis p. 328, 10* [*cf. structuram inversam p. 328, 12*]): **1** *in universum:* SEN. clem. 1, 22, 2 civitatis ... mores magis corrigit -s animadversionum (paritas a. *var. l.; an ad II? cf. postea:* turba damnationum). ANIAN. Chrysost. hom. 5, 5 in re tali diligere -em (*Migne gr. 57, 61* φειδώ. *ad II Cor. 9, 6* qui parce seminat. *item:* SALV. eccl. 3, 69 qui seminant in -e [*opp.* largitate]). CASSIOD. Ios. antiq. 2, 88 *Ioseph Pharaoni* consilium dedit, ut frugum -s haberetur et non affluenter Aegyptiis his uti permitteret (*gr.* φειδώ. *de copiis servandis; vix ad 3*).

2 *in re familiari administranda, pecunia utenda* (*exempla certiora, cetera v. sub 3; distinguuntur vel iuxta ponuntur passim virtutes vitiaque varia, e. g.* largitas, luxuria, parsimonia, tenacia): **a** *in bonam vel neutram partem i. q. frugalitas sim.:* PALLAD. 1, 26, 1 *turdi* reditum maximum praestant -i beneficium ministrante luxuria *ementium.* HIER. in eccles. 7, 3 ad comparationem avaritiae et nimiae -is (*fortasse addas:* EVGRAPH. Ter. Haut. 437 aut largitatem n. aut -em). MACR. somn. 1, 8, 7 temperantiam sequuntur ... moderatio, -s, sobrietas. POMER. 3, 3, 2 excludat -s vera luxuriam. ENNOD. dict. 19, 3 p. 479, 14 quae ... -s *parentum* ... servavit (*syn.* parsimonia). CASSIOD. var. 2, 2, 4 privata -s liberalitates publicas enutrivit. GREG. M. moral. 32, 45 p. 662^B nonnumquam tenacia -s putatur (*sed locis geminis epist. 1, 24 p. 35, 16 past. 2, 9 respondet* parsimonia. *cf.* ISID. sent. 2, 55, 3 virtutem -is ... tenacia imitatur). *huc pertinet, nisi aevi est posterioris:* PVBLIL. (?) N 61 necessitatum -s est remedium (*hanc Caecilii Balbi q. d. sententiam metri gratia Publilio tribuit Friedrich in ed. a. 1880, 12; cf. ibid. p. 292, 207*). **b** *in malam partem i. q. avaritia, tenacia* (*cf.* nimia -s *sub a*): SCHOL. Pers. 6, 20 miseram -em *avari cuiusdam.* 6, 21. AMBROSIAST. in II Thess. 3, 15, 1 ne forte quidam ... occasionem -is et inhumanitatis captarent (ORIG. in Matth. ser. 70 p. 164, 3). HIER. in eccles. 6, 1–6 *quod avarus* stultissima -e se cruciet. in Is. 52, 11sq. l. 58 in vitiis universa contraria sunt, ut ... luxuria -i (*cf.* in Zach. 12, 6sq. l. 187 via dextra -s est, quam Graeci φειδολίαν vocant, sinistra luxuries, media rectaque frugalitas). ENNOD. opusc. 3, 32 p. 338, 24 sordenti -e (*opp.* profusione immoderata).

3 *in usu cibi potusque* (*respicitur cibus simplex vel ieiunium sim.; ad distributionem cibi pertinet* BENED. *sub b; accedit saepe color continentiae, moderationis sim., ad quem cf. B2; fere pro syn. accedunt* abstinentia, continentia, temperantia *et al., v. infra passim*): **a** *apud varios auctores:* SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 2, 2, 70 ('victus tenuis') -s. SCHOL. Iuv. 11, 58, 1 'si laudem siliquas': id est -em. SORAN. p. 16, 15 abstinentia ... vel -s sit cibi *aegris* (CAEL. AVR. chron. 3, 8, 118. 4, 8, 111 [*antea:* cibi ... deductione]. *cf. l. 17*). THEOD. PRISC. eup. faen. 35 *aegris* vini et carnium -s indicenda est (*cf.* VAL. CEM. *sub b*). log. 106 panis -s et potus ... continentia. **b** *apud ecclesiasticos:* HIER. epist. 54, 8, 3 *vana est pudicitia* sine comitibus ... suis, continentia et -e. PRVD. perist. 10, 359 ieiuniorum -em sobriam (VEN. FORT. vita Albin. 6, 15). QVODV. prom. 2, 39, 90 nequior *quam intemperantia est* ... simulatio -is. 4, 5, 7 abstinentia -is (RVRIC. epist. 2, 15 p. 395, 20). CASSIAN. conl. 5, 11, 3 in omni ... -is exercitatione versari. 7, 26, 1 -s ... et continentia praedatoris (*ad III reg. 13, 28* non comedit leo de cadavere). inst. 4, 14 ex his *reditibus* sustentare ... suam ... -em (*opp.* usibus ... multorum). LEO M. serm. 44, 2 l. 39 *ieiunia servanda* non ciborum tantummodo -e, sed maxime privatione vitiorum (*sim.* 94, 1 l. 31 quando exterior -s a temperantia interiore procedit). 81, 2 (*opp.* satietas). 89, 1 edendi licentiam simplici -e cohibemus, ut in usu ciborum modus eligatur. PETR. CHRYS. serm. 41, 1 *si* aegri medicis serviunt ardua -e, quare ... sit durum Christo moderatis oboedire ieiuniis *eqs.*? VAL. CEM. epist. p. 758^A -s vini (*I Tim. 5, 23* vino modico). PS. EVSEB. GALLIC. hom. 44, 3G. qui ... exteriore salutifera poculorum -e se macerat (*cf. l. 18*). BENED. reg. 39, 10 servata *in distributione cibi* ... -e (paucitate *var. l.; cf.* GLOSS. -e: abstinentia). *al.*

4 *loquendo, scribendo* (*respicitur brevitas*): ANIAN. Chrysost. hom. 4, 1 Petrum verborum -e gaudentem ([*opp.* ubertate loquendi. *Migne gr. 57, 40* βραχυλογίας]. ENNOD. epist. 2, 5, 3 p. 44, 10). CLAVD. MAM. anim. 3, 17 (*opp.* prolixitas). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 23, 21 disputandi (*cf.* syll. categ. 2 p. 829^D introducendi. CASSIOD. inst. 1, 23, 2 loquendi). ENNOD. epist. 4, 12, 4 p. 107, 26 -e in eloquendis illis *excessibus* usus fueram.

B *pertinet ad alios mores, sc. potius:* **1** *ad non laedendum, ut vergat in vim q. e. indulgentia, clementia* (*c. gen. obi.* ITALA): ITALA Col. 2, 23 (Theod. Mops. *ad l.*) ⌊non in -e corporis⌋ (*explicatur ibid.* quia ... corpori suo parcere nolint. ⌊⌋ *gr.* ἀφειδίᾳ σώματος, *cod. d al.* vexationem c., *Vulg.* ad non parcendum corpori). IVLIAN. in Os. 2, 14–17 l. 319 quia censura eius *dei* nulli esse deberet de nimietate suspectior, cum, si scelerum ... quantitatibus ... conferatur, excusandam -em, excusandam habeat tarditatem (*an cogites de raritate censurae, ut ad II pertineat?*). CASSIOD. hist. 3, 2, 22 dum omnes Christiani sine -e perimerentur (*Sozom. 2, 11, 4* ἀφειδῶς, *quae vox respondet etiam:* 3, 2, 31 s. ulla -e eos verberibus laniavit. 6, 12, 10 Ios. antiq. 6, 61. *cf.* CASSIOD. *sub 2*). PS. IGNAT. Tars. 9, 2 domini cum -e estote (*gr.* μετὰ φειδοῦς τοῖς δούλοις ἐπιτάσσετε).

2 *ad se continendum, ad non intumescendum, ut vergat in vim q. e. moderatio, modestia sim.* (*ad abstinentiam cibi pertinentia v. sub A3*): PS. HIER. in I Tim. 6, 6 qui *quaestus* ⌊cum -e⌋ rationabiliter accipitur (⌊⌋ *vix ipsi Italae tribuendum, quae cum Vulg. exhibet* cum sufficientia; *gr.* μετὰ αὐταρκείας). IVLIAN. in Am. 1, 1 l. 37 propositum seriae -is ... *Amos* explicavit, dicens: ... 'pastor eram' (*Am. 7, 14; postea:* haec ... modestiae virtus). 6, 2 l. 78 vicinarum ... gentium laudata -e damnavit *munera Iudaeorum superbientium.* ENNOD. opusc. 2, 47 p. 302, 19 *Christi milites* indepta culmina sublimi -e moderantur (*antea:* celsiore humilitate). CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 100 concubinis sine -e iugiter miscebatur (*gr.* ἀφειδῶς, *ut* CASSIOD. *sub 1*). GREG. TVR. Mart. 1, 26 *quidam* in oratione cum summa -e se contenens (*nisi ad A3 referendum*). 1, 38 si vere fuerint -s fidesque coniunctae.

II *significatur status rerum, quae parce conlatae sunt, fere i. q. paucitas* (*hucine iam* SEN. *ex IA1, ceterum* IVLIAN. *ex IB1?*): AMBR. Isaac 3, 8 *amans* non est unius osculi -e contenta, sed plura exigit. LEO M. serm. 12, 3 de omni mensura munerum ipsius *dei* gaudeamus; ... tam nobis copia quam -e consulitur (*antea:* inopia). PROSP. vocat. gent. 2, 4 p. 690^B praesentes divitiae fidem praeteritae *non* abrogant -i (*antea opp.* gratiae largitas. *in eadem re:* 2, 9 p. 694^C -s gratiae). PETR. CHRYS. serm. 163, 3 legalis cibi singularitas et -s (*sc. manna; opp.* convivii caelestis effusio). *Paśkiewicz.*

parciter *v.* parcus.

[**parcitor** *falsa var. l. pro* pariator *q. v.*]

parcitūdo, -inis *f.* *a* 1. parcus. *i. q. parsimonia vel avaritia:* GLOSS. II 470, 26 φειδωλία: hoc parsimonium, -o (parsio *interpr. ed. Stephani*). 589, 5 -o: cupiditas. *Korteweg.*

***parco,** pepercī (parcuī, parsī), parsum (*alias formas v. infra*), -ere. [*coniungendum esse cum* compescere (*pro* *com-perscere) *viris doctis persuasum est; sed de origine radicis nihil constat. Sch.*] *? notatur* p *p. 331, 52.* NOT. Tir. 34, 100 -it. 35, 1 -ercit.

de formis: *1) stirpis praes.:* *imperat. praes.* -itis *iuxta* dedite CE 366, 1 (*aet. imp. Aug.*). *formae heteroclit. praes.* -e(n)t *trad.* ROMVL. fab. 42, 2 rec. W (-bat *cett.*). EVSEB. EMES. serm. 28, 7 (*parum constat de* CE 627, 7). *2) stirpis perf.:* parcui: NAEV. com. 69 -uit (*affertur a* NON. p. 153, 20 -uit: -ercit [*inde* GLOSS.]). parsi (*in doctrina gramm. e. g.* DIOM. gramm. I 368, 7 melius veteres -si

[Korteweg]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

declinant; nam parsimoniam, non parcimoniam dicimus [*cf.* GRAMM. suppl. 98, 28 -o, -si, parsimonia]. *v. etiam l. 29. 34*): PLAVT. *septies, e. g.* Bacch. 996 Capt. 32 (*addas fortasse p. 330, 26 et cf. p. 337, 52*). TER. Hec. 282. CATO or. frg. 23, 1 (122 M.). NOVIVS Atell. 78 NEP. Thras. 1, 5. PETRON. 58, 5 (par ero *trad.*). SVET. gramm. 23, 4 -sisse (parcisse, (pe)percisse *var. ll., v. Brugnoli ad l.*). GELL. 5, 14, 15. TERT. adv. Marc. 4, 23 p. 497, 26 -sit (*Kroymann*; persit *M*, -ercit *cett.*). INSCR. Année Epigr. 1974 n. 168 (*e Latio*); *vix addatur* VICTOR CAP. *p. 338, 52.* peperci: PLAVT. Aul. 381 (*dub., v. p. 337, 52; cf. etiam p. 330, 27*). ENN. ann. 199 TER. Ad. 562 ACC. trag. 360 *et passim inde a* CIC. *3) coni. aor.* -sis PLAVT. Bacch. 910 Pseud. 79. *4) supin. et part. perf.*: parsum (*testatur* PRISC. gramm. II 511, 24. 573, 8): IVLIAN. in Os. 7, 1. *perperam restitutum est* ITALA Zach. 11, 5 (Gild. Brit. 88 chron. III p. 74, 35; passi sunt *trad. recte, cf. gr.* ἔπασχον). parcitum: COMMENT. Lucan. 2, 102; *falsa var. l.* PLIN. nat. 33, 78. pepercitum: LVCIF. reg. apost. 7 l. 5 D. pepertum: CHART. lat. ant. 518 III 21. *5) part. fut.*: parsurus (*testimonia gramm.*: DIOM. gramm. I 368, 10 facit ... participium futurum -surus, ut ait Varro in Laterensi [*v. l. 20*]; sed Plinio [*sc.* dub. serm. frg.] displicet. PRISC. gramm. II 511, 24. GLOSS. -surus: -citurus): VARRO frg. Prisc. gramm. II 512, 1 AETNA 623 sq. LIV. 26, 13, 16. 35, 44, 6 SVET. Tib. 62, 3. Nero 37, 3 -surum (-citurum, passurum *var. ll.*). TERT. adv. Marc. 5, 12 p. 618, 15. *al.* parciturus: HIER. epist. 14, 2, 2 in Is. 28, 21/22 l. 31 FAVST. Aug. c. Faust. 22, 4 MAX. TAVR. serm. app. 29 p. 908B VICT. VIT. 2, 13. GLOSS *l. 38*; *falsa var. l. pro* -surus *e. g.* SVET. Nero 37, 3 HEGES. 1, 43, 3 p. 106, 13.

de notione: SACERD. gramm. VI 433, 3 *sunt verba, quae* in tempore perfecto separantur, ut -o 'ignosco' et 'servo'; ignosco facit -erci (*affert* VERG. Aen. 2, 534) ... servo facit -si ([*affert* TER. Hec. 282; *sim. distinguit perfecta* DON. *ad l.*]. NON. p. 370, 25 sqq. -ere est veniam dare [*affert* VERG. Aen. 6, 853 LVCIL. 1089], -ere servare [*affert* VERG. Aen. 10, 532 LVCIL. 719]. SERV. Aen. 10, 532 -e ... est secundum antiquos 'serva', ut apud Lucilium et Ennium invenitur [*loci non indicantur*]). CHAR. gramm. p. 390, 25 B. -si semel, -erci saepius (*sim.* DIOM. gramm. I 368, 8 DIFF. ed. Beck p. 75, 6). SYNON. Cic. p. 439, 16 -ercit: temperavit. consuluit. abstinuit. conservavit. moderatus est. saluti fuit, incolumitati. GLOSS. -o tibi: quod est φείδομαί σου. -e: dimitte. -surus: ignosciturus, miserturus. GLOSS.[L] I Ansil. PE 424 -ercit: indulsit. 425 -ercit: veniam dedit. *al.* *legitur inde a* LIV. ANDR. (*v. p. 338, 22*), NAEV., PLAVTO *per totam latinitatem, si excipias quosdam artium scriptores, sc.* VITR., CELS., SCRIB. LARG., MARCELL. med. *al.; occurrit saepe forma imperativi, v. imprimis p. 332, 36. 337, 73. 338, 72; quatenus notiones conferri possunt, adhibetur multo frequentius quam* temperare, *quod verbum legitur inde a* PLAVTO.

[*prov. vet.* parcer *et var. prov.; cf. M.-L. 6231 a. Wartburg VII 641. St.*] [*confunditur in codd. maxime cum* pascere *e. g.* PLAVT. Most. 104 SEN. clem. 1, 22, 1 COLVM. 11, 1, 25 (*cf. etiam p. 337, 27; falso trad.* APVL. met. 2, 11, 6. *restituitur* ANTH. 15, 128), parere *e. g.* CIC. de orat. 3, 170 SIL. 17, 464 (*restituitur* ITALA Sirach 23, 2 [cod. 171]), pati *e. g.* LIV. 26, 13, 16 SVET. Nero 37, 3 (*cf. etiam l. 22*), spargere AETNA 623 sq. (*restituitur* GERM. frg. 3, 16; *falsa var. l.* FRONTIN. strat. 2, 13, 1).]

exempla sic digerenda censuimus:

I *i. q. temperare*:

A *dativo aliisque structuris ponuntur quae parce vel omnino non adhibentur, praebentur*: 1 *cum subst. vel pron.*: *p. 330, 8.* 2 *cum struct. verbali*: *p. 332, 19.*

B *dativo aliisque structuris ponuntur, quae non laeduntur*: 1 *usu communi*: *p. 333, 2.* 2 *cum respectu custodiendi, curae adhibendae*: *p. 336, 70.* 3 *-ere alicui aliquid, vergit in vim q. e. indulgere*: *p. 337, 32.*

C *absolute*: 1 *cum respectu parce vel non adhibendi*: *p. 337, 49.* 2 *cum respectu non laedendi*: *p. 338, 19.*

II *vi novata* '-ente re' *fere i. q. cessante*: *p. 339, 44.*

III *structurae*: *p. 339, 50.*

I *fere i. q.* **temperare**, φείδεσθαι (*quae vox respondet in* GLOSS. *et infra in versionibus, nisi alia adnotavimus*). *usu originario significabatur primitus fortasse is, qui partes suas coercet, cohibet (cf. formulam priscam p. 331, 68), deinde is, qui se ipse continet, sc. usu intransitivo, cui accedere potuerunt variae structurae indicantes quo actio verbi spectet (cf. Ernout-Meillet s. v.). pro syn. accedunt (exempla potiora)*: consulere ACC. trag. 137 AFRAN. com. 116 CIC. Font. 3 rep. 3, 24. *al.* BELL. Alex. 24, 2. *al.*, (con)servare CIC. Verr. II 3, 75 de orat. 2, 221. *al.* PVBLIL. Q 31 SEN. contr. 1, 2, 12. *al.*, ignoscere CIC. Verr. II 5, 104 SALL. Catil. 52, 32 RVT. LVP. 1, 9. *al.* (*distinguitur* SEN. clem. 2, 7, 2), abstinere VERG. Aen. 2, 534 SEN. epist. 114, 7. *al.*, misereri SEN. contr. 7, 1, 8 QVINT. decl. 338, 26 ITALA Ezech. 8, 18 (cod. 176 = VVLG.). *al.*, *opponuntur e. g.* damnare PLAVT. Trin. 829 LIV. 8, 32, 12. 27, 33, 11. *al.*, perdere CIC. Quinct. 51 OV. met. 9, 728, occidere CIC. Phil. 2, 59 SEN. contr. 7, 5, 14 VAL. MAX. 6, 1, 2. *al.*, laedere OV. am. 3, 2, 21 MANIL. 4, 76 SEN. contr. 7, 5, 14. *al.*, saevire OV. epist. 4, 148 SEN. Med. 432 dial. 6, 16, 8. *al.*, uti (*sc. non nisi notione sub IA illustrata*) OV. met. 2, 127 SEN. dial. 11(12), 14, 3 PLIN. nat. 15, 7. *al. et multa sim.*

A *dativo aliisque structuris ponuntur, quae sive parce sive omnino non adhibentur, praebentur, fiunt (haec notio praevalet passim, illam vero distinximus l. 11. p. 331, 10. 28. 55. 82; per zeugma quoddam accedit etiam obiectum sub B illustratum l. 19. 24 [cf. p. 341, 11]; pro subi. sunt homines vel dei passim, animalia p. 331, 22. 332, 66, res p. 331, 30. 41. 47. al.)*: 1 *cum subst. vel pron.* (*iuxta gerund. v. sub 2c*): **a** *in universum temperatur*: α *operae, impensis, pecuniae sim.* (*sc. rebus suis saepe, sed alienis l. 14. 26. 31. 34. al.; occurrit saepe in sententiis negativis; respectus parce, frugaliter adhibendi elucet maxime l. 16 sq. 31*): NAEV. com. 69 suo labori[s] nullus -uit ([suos labores *Ribbeck dubitanter*]. PLAVT. Pseud. 5 duorum l. ego hominum -sissem lubens, mei te rogandi et tis respondendi mihi. *cetera v. vol. VII 2, 796, 57 sqq.*). PLAVT. Capt. 32 nil pretio -sit (HEMINA hist. 13 LIV. 22, 59, 19). Cas. 501 argento -i nolo, obsonato ampliter. Curc. 381 nisi eam *pecuniam* mature -sit (VARRO frg. Prisc. gramm. II 512, 1 -surus pecuniis bene partis. SALL. Catil. 25, 3 pecuniae an famae minus -ret *eqs.* [*vergit ad B*]). Mil. 1380 investigabo, operae non -o meae (Most. 104 operam [*v. infra*]. CATO agr. 1, 1 ne ... opera tua -as visere *praedium tuum* [*inde* PLIN. nat. 18, 26 operae]. CIC. fam. 13, 27, 1). Most. 104 sumptum (-u *var. l.*), operam ⟨non⟩ -unt suam (CIC. fam. 16, 4, 2 ulla in re. SALL. Catil. 14, 6 neque s. neque modestiae [*ut vergat ad B*]. *sine negatione*: PLIN. epist. 2, 6, 5. DECRET. decur. Forosempron. [CIL XI 6123, 1] 13 s. publicis. *al.*). Truc. 375 utinam a principio rei ⌊item -sisses⌋ meae, ut nunc repercis saviis ([⌊ ⌋ *ita e. g. Leo*; -ercisses *A*, item parsissi *P*; repersisses *coni. Spengel*]. *de fortunis ut*: PLIN. epist. 6, 28, 3 illis *rebus tuis* ac meis -o. REGVLA mag. 87, 30. *cum praepos.*: PAVL. NOL. carm. 20, 290 de terrenis sibi -ere r. [*sc. nec aliis erogare*]). CIC. Planc. 86 me ... illi *amicorum* auxilio -ercisse. PVBLIL. N 5 nullus est tam tutus quaestus, quam quod habeas -ere (carcere, arcere *sim. fere trad.; cf., si recte rem familiarem intellegimus*: Q 31 quod nescias cui serves, stultum est -ere). VERG. Aen. 10, 532 auri memoras quae multa talenta, gnatis -e tuis (*cf. p. 329, 32 sq.*). LIV. 35, 44, 6 nec impensae nec labori nec periculo (IVV. 5, 156). RVT. LVP. 2, 15 multum desiderare egentis est signum et nihil -ere egestatis est initium. *al.*

β *instrumentis vulnerandi, feriendi* (*manibus l. 39. 48 sqq.*): PLAVT. Men. 848 pugnis me votas, *Apollo*, in huius ore ⌊quicquam⌋ -ere (⌊ ⌋ *pro obi. interno accipiunt viri docti, e. g. Ussing ad l., sed ipsam partem oris pugnis non laedendam intellexisse videtur Klotz in versione a. 1948, ut ad B pertineat locus*). LVCR. 6, 399 *cur* sinit *Iuppiter fulmina in cassum cadere* neque -it *eis* in hostis? OV. met. 2, 127 (*Phoebus ad Phaethonta*) -e ... stimulis et fortius utere loris. SEN. Herc. O. 1013 -e verberibus, precor (*dubium an potius actionem intellegas; item*: STAT. Theb. 6, 305 silv. 1, 4, 44). epist. 114, 7 -ercit gladio, sanguine abstinuit *Maecenas*. LVCAN. 7, 729 -endum ferro manibusque suorum iam ratus *Caesar hostibus devictis* (SIL. 7, 265 f. flammisque. FLOR. epit. 2, 6, 17). SIL. 9, 124 -e, precor, dextrae, non ut mihi vita supersit ..., sed sanguine *patris* ... ne damnes ... manus (*nisi ad p. 335, 44 trahas. cf.* manibus: LVCAN. 7, 729 *supra l. 48.* QVINT. decl. 265, 15. PANEG. 4, 37, 4 temperet ... dexterae, manu [-nui *var. l.*] -at. AVG. serm. 5, 2 videtur -ere manu et saevit in corde. LIB. geneal. chron. I 179, 373). 17, 286 (*Venus ad Neptunum naves tempestate affligentem*) -e, precor, pelago (*ad B trahunt alii, vix recte*). ITALA prov. 13, 24 (Cypr. testim. 3, 105 *al., sim.* VVLG.) qui -it baculo suo, odit filium suum. VVLG. Ier. 50, 14 debellate eam *Babylonem*; non -atis iaculis. SEDVL. carm. pasch. 5, 77 -i mucrone iubet (*cf. op. pasch. 5, 5* aciem vagina condi). DRAC. laud. dei 3, 611 flagello. *audacius dicitur instrumento -ere, qui impedit quominus alius eo uti debeat* (*sim. p. 331, 49; ceterum cf. e. g. l. 81*): SEN. Herc. O. 1913 quotiens telis facibusque tuis, *Iuppiter*, ... -ercit *Hercules puniens scelestos.*

γ *actionibus variis et affectibus sim.* (*cf. l. 9 sqq.; adhibetur de animantibus praeter l. 66, 77*): (I) *cum casibus obliquis* (*fere dat.*): VERG. georg. 2, 339 hibernis -bant flatibus euri (SERV. auct.: pro abstinebant). Aen. 1, 257 -e metu ([SERV.: dimitte metum. CLAVD. DON. p. 59, 25 noli timere]. SIL. 5, 372). 2, 534 voci iraeque. 9, 656 -e ... bello (*cf. Hom. A 422* πολέμου δ' ἀποπαύεο). OV. ars 1, 716 incepto -e referque pedem. SEN. Herc. f. 742 quisquis *tyrannus* ... incruentum mitis imperium regit animoque -it (*sc. irae sim. ut*: QVINT. decl. 265, 15 -e a. tuo. ARNOB. nat. 7, 8 animos [*loco varie temptato*]). Thy. 222 sceleri. LVCAN. 2, 180 pereuntis *Marii* -ere morti *inferendo vulnera non letalia* (AVG. in psalm. 30 enarr. 1, 11. VITA Mitriae [BHL 5973] 2 m. ei -ere [*sc. servo*; eius *var. l.*]. *adde p. 340, 50*). PLIN. nat. 10, 79 *multa* omitto ... fastidio -ens. Ps. QVINT. decl. 14, 6 *ut venenum* corporis -at invidiae (*v. vol. VII 2, 202, 39*). 18, 7 -ent osculis palam, abstinebunt ... complexibus. TAC. ann. 15, 61, 4 adspectui. SVET. Tib. 62, 1 neque tormentis neque supplicio cuiusquam -ercit (RVFIN. hist. 3, 36, 6 *martyris* suppliciis ... -entes *Christiani* [*sc. deprecando sim.; gr.* παραιτησάμενοι *tantum*]). DECL. in Catil. 74 nec ulli studio -ercisse umquam consciscendarum opum nec ullo desiderio ... abstinuisse reputatus est. APVL. met. 7, 19, 1 dolori. *al.* (II) *cum praepos.*: ab (*cf. p. 332, 13. 340,*

[*Korteweg*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

49. 51): Liv. 25, 25, 6 *legati* precantes, ut a caedibus et ab incendiis -retur (*cf.* Cassiod. Ios. antiq. 18, 5 ab homicidiis [*gr.* ἐξαφίωνται φόνου]). Itala exod. 32, 12 (Lugd.) -e ab ira furoris tui (*gr.* παῦσαι τῆς ὀργῆς, *Monac.* desine ab, *Vulg.* quiescat). Sol. 27, 13 pariter omnes *leones* -unt a sagina. Avg. civ. 2, 24 p. 89, 2 D. ab sceleribus. v a r i i s: Itala (= Vvlg.) Sirach 13, 15 *potentior* non -et de malitia et de vinculis (*gr.* φείσεται περί. *cf. p. 330, 30*). Cassiod. hist. 1, 11, 18 ut de cetero -ret in delicto (*cf. Sozom. 1, 13, 8* φείδοιτο τῶν ἁμαρτημάτων. *cf.* abstinere in *vol. VII 1, 784, 4*).

δ *cibo et potioni; praevalet respectus*: Ⓘ *parce adhibendi* (*cf. p. 337, 57*): Verg. Aen. 8, 317 nec . . . *agrum colere* norant aut -ere parto (Serv.: nec inventa servabant). Plin. nat. 15, 7 oleo noluit -i *natura* (⌈*antea*: vinis uti necesse non est⌉. 19, 57). Mart. 6, 27, 5 annoso nimium ne -e Falerno (*nisi* nimium *cum adi. iungas*).

Ⓘⓘ *abstinendi, non adhibendi* (*nisi coll. p. 336, 7 de colore non violandi cogitare malis*): Hor. carm. 2, 7, 20 nec -e cadis (*nisi ad l. 10 supra*). Liv. 29, 1, 14 *Scipio* frumentum Siculorum civitatibus imperat, ex Italia advecto -it. Sen. Thy. 914 ne -e potu: restat etiamnunc cruor. Mela 1, 41 *genti cuidam* cibus est caro . . . ferina, nam gregibus . . . quod potest -itur. Ser. Samm. 705 nimio . . . -ito v i n o (Comm. instr. 2, 22, 5 v. copioso). Avson. 151, 6 p. 5 P. dormiunt glires hiemem perennem, sed c i b o -unt (Sedvl. op. pasch. 2, 17 p. 224, 14 sabbatico). Val. Cem. hom. 19, 3 quasi adeo sit abstinendum a cibis, aut in totum -endum poculis. *in inscriptionibus poculorum de liquore non infundendo* (*cf. p. 337, 62*): CIL XIII 10018, 134 aquam -e. 135 -e picatum, da Amineum, *sc. vinum*.

ε *rebus variis* (*fere cum respectu abstinendi, prohibendi sim., hic illic etiam parce admittendi, adhibendi, maxime l. 30. 46 sq.*): Plavt. Persa 572 *in domo munienda* ne sis ferro -seris. Lvcr. 2, 1163 *arva exhausta* -unt fetus augentque labores. Caes. civ. 1, 64, 2 neu p e r i c u l o *militum* -ret *Caesar* (*iuxta* labori *ut*: Liv. 35, 44, 6. 37, 53, 15 Cvrt. 5, 13, 5). Nep. Paus. 2, 5 ne cui rei -at ad ea efficienda, quae *eqs.* Tib. 1, 2, 35 *qui obvii fitis*, -ite l u m i n i b u s . . .: celari vult sua furta Venus (Ov. met. 5, 248 -ite l. [*verba Persei caput Medusae detegentis; an ad p. 335, 33?*]. *cf.* o c u l i s: Prop. 4, 9, 53 [*sacerdos ad Herculem*] -e o., hospes, lucoque abscede verendo. Itala gen. 45, 20 [Lugd.] non -atis o. pro vasis vestris [*aliter Vulg.; gr.* μὴ φείσησθε τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν σκευῶν. *duas vers. afferunt* cod. 91 *al.* ne -atis o. rerum vestrarum *et* adest⟨e⟩ o. vestris et nolite -ere vasis]). Manil. 1, 463 *natura paucis stellis adumbravit caeli signa*; quicquid subduxit flammis, *ei* natura -ercit succubitura oneri (*sed* -ercit *cum* oneri *iungit e. g. Housman*). Sen. Herc. O. 1507 (*1497* planctus pone) -e iam l a c r i m i s (*v. vol. VII 2, 841, 8 sq.; cf.* Sen. dial. 12[11], 4, 3 nulli -endum est rei magis quam huic, cuius tam frequens usus est). dial. 10, 8, 3 quomodo illi, qui paucos viderent superesse *sibi annos vitae*, trepidarent, quomodo illis -rent (*cf.* epist. 15, 4 quae *exercitationes corporis breves* . . . t e m p o r i -ant [88, 39. 94, 28]). 11(12), 14, 3 (*ad matrem*) gratiae nostrae, tamquam alienis rebus utereris, -ercisti. Plin. nat. 19, 58 quae *holera* non egerent igni -rentque ligno (*ratione simili adhibitum ut p. 330, 60*). Stat. Theb. 11, 576 malis hominum, Stygiae, iam -ite, divae. Lex rivi (cil xii 2426) 7 del⟨atoris⟩ pars dim⟨idia⟩ *multae* esto, nesi (*i.* nisi) l⟨egi⟩ p⟨arcere⟩ v⟨olet⟩ (*si recte solvit Seckel apud Bruns, Fontes I⁷ 288, 9; aliter Mommsen ad l.*).

b *in dicendo, scribendo temperatur*: **α** *variis rebus* (*maxime instrumento loquendi*): Ⓘ *ita ut parce adhibeantur*: Plavt. Bacch. 996 cerae . . . haud -sit neque stilo *scribens litteras longiusculas*. Mil. 1220 ne -e ⌊v o c e m, u t⌋ audiat *miles* (⌈*acc. in codd. Serv. auct. Aen. 10, 532*; voci ut *vel* victu *codd. Plauti*⌉. Itala prov. 26, 25 [Hier. adv. Rufin. 3, 43] -ens voce magna [*gr. male resp., sed cf. Vulg.* quando submiserit vocem]. Max. Tavr. serm. 93, 1 M. [*ad Is. 58, 1*] vehementer clamare nec voce -ere [*inde* Caes. Arel. serm. 115, 5 voci]). Hor. sat. 1, 10, 13 sermone . . . defendente vicem modo rhetoris . . ., interdum urbani -entis viribus atque extenuantis eas consulto. Ⓘⓘ *ita ut prorsus contineantur, non adhibeantur*: *vox, lingua sim.*: Plavt. Persa 682 tace, -e v o c i (⌈voce *var. l.*⌉. Verg. Aen. 2, 534 *Priamus* non . . . abstinuit nec v. iraeque -ercit. *paulo aliter*: Tac. ann. 15, 61, 4 v. [*sc. allocutioni sim.*] . . . et adspectui -ercit *tribunus* intromisitque *alium*). Pavl. Fest. p. 222 '-ito l i n g u a m' in sacrificiis dicebatur, id est coerceto, contineto, taceto (Evagr. sent. mon. 14 p. 1181ᶜ linguae [*cf. alteram vers.* Leclercq, Scriptorium V 2, 1951 p. 205 -ens . . . lingua, *ubi* -ae *vel* -am *var. ll.*]. *addas p. 339, 57*). Itala prov. 10, 19 (Cypr. testim. 3, 103) -ens . . . labiis sapiens eris (*Vulg.* moderatur; *an ad l. 55?*). 16, 17 (Hier. adv. Rufin. 3, 43 *et var. l.* Vvlg.) qui diligit vitam, -it ori suo (⌈*om. codd.* Vvlg. *plerique sec. hebr.*⌉. Hier. interpr. Iob 7, 11 [= Vvlg.] non -am ori meo [*cf. ad l.* Greg. M. moral. 8, 36 ori . . . suo -it, qui confiteri malum quod fecit erubescit; in laborem quippe os mittere est *eqs.*]). *varia*: Ps. Qvint. decl. 5, 14 -e . . . adversorum interpretationi. Porph. Hor. carm. 2, 1, 9sq. -e . . . tragico stilo *opus historicum scribens*. Hier. in Is. 8, 19—22 l. 72 -imus librorum magnitudini (-nem *var. l.*).

β *ipsis dictis, scriptis* (*sc. fere cohibendis, non faciendis, sed parce adhibendis maxime* Plavt. Pseud. 79): *variis*: Plavt. Poen. 1145 (*ad nutricem imagine iocosa*) tace atque -e muliebri supellectili. :: quae east supellex? :: clarus clamor. Pseud. 79 quid faciam tibi, *ut opem feram*? : : eheu. : : eheu? id quidem hercle ne -sis: dabo (*nisi rectius* id *cum* dabo *iunxit Ussing*). Cic. Verr. II 4, 27 (*tabulae emptionis non proferuntur*) an litteris -ercisti? Hor. epod. 17, 6 Canidia, -e vocibus . . . sacris. Liv. 1, 46, 7 verborum contumeliis. 6, 3, 4 -ere l a m e n t i s Sutrinos iussit *Camillus* (8, 7, 21). 8, 7, 21 ut neque lamentis neque e x s e c r a t i o n i b u s -retur (39, 10, 3). Lavd. [Turiae] (cil vi 1527) 2, 22 quid plura? -amu⟨s⟩ orationi. Sen. Herc. O. 1843 v o t i s -erci, nil ego a superis peti (Phaedr. 953). 1965 questibus. Med. 174 compesce verba, -e iam, demens, m i n i s (Prosp. carm. de ingrat. 157). Plin. nat. 28, 62 sermoni. Sil. 3, 133 ominibus -e et lacrimis. 7, 248 dictis. *al.* v e r b i s: Afran. com. 355 quiesce et . . . -as istis v. Hor. carm. 3, 14, 12 male ominatis (*sed v. Delz, Mus. Helv. 30, 1973, 54, qui coni.* ab inominatis). Prop. 2, 28, 13 non nostis -ere v. (*sine attributo ut*: Ov. Pont. 4, 3, 28 insultare iacenti te mihi nec v. -ere fama refert [*sunt qui admittentes structuram p. 340, 75 illustratam* mihi *cum* -ere *iungant, ut locus pertineat ad B*]. Sen. Oed. 1020. epist. 29, 2 quare . . . v. -am? gratuita sunt. Ps. Qvint. decl. 19, 6 erga me. *al.*). Sen. dial. 2, 11, 2 obsceníoribus. *al.*

2 *cum structura verbali*: **a** *inf.* (*maxime apud poetas; in prosa oratione* Liv. 34, 32, 20 Apvl. apol. 23, 6 *et inde paulo saepius*):

α *formae variae*: Plavt. Bacch. 910 (*907* ut eum dictis . . . castigem) cave -sis in eum d i c e r e (*sine respectu invehendi*: Vlp. dig. 28, 2, 3 pr. si -ercerit *pater* 'filium' dicere, 'ex Seia' autem 'natum' dixit. Avg. civ. 15, 7 p. 71, 17 D.). Epid. 464 quid . . . vera -am proloqui? Ter. Hec. 282 (*verba desperantis*) hancine ego vitam -si perdere! (Don. *ad loc.* 4 continui, abstinui). Catvll. 64, 146 *viri* nil metuunt iurare, nihil promittere -unt. Lvcr. 2, 680 *dum* religione animum turpi contingere -at. Hor. sat. 2, 2, 58 *avarus* nisi mutatum -it defundere vinum. carm. 3, 28, 7 -is deripere . . . amphoram? Prop. 3, 15, 43 non meritam -as vexare Lycinnam. Itala II reg. 12, 4 (Iren. 4, 27, 1) -ercit accipere (Vvlg. -ens . . . sumere). prov. 24, 11 (Lucif. Athan. 1, 28) redimere eos . . . ne -as (*Vulg.* ne cesses). Ivvenc. 4, 105 nec . . . pestes prosternere corpora -ent (*Matth. 24, 7*). Symm. epist. 1, 13, 1 *te* adloqui . . . non -erci. *al.* *contaminatione quadam*: Pavl. Nol. epist. 34, 9 nec -it omittere *peccatorem diabolus*, nisi frangat. **β** *imperat.* -e, -ite (*fere pro* noli [*quod a poetis stili grandioris alienum est, v. Axelson, Unpoetische Wörter, 135*], cave): Plavt. Persa 312 *vomicam* pressare -e. Verg. ecl. 3, 94 -ite, oves, nimium procedere (Serv.: servate, ne procedant; *accepitne* oves *pro obi.?*). Aen. 3, 42 -e pias scelerare manus. Aetna 629 attollere praedas (*sunt qui coni.* pergite). Hor. carm. 1, 28, 23 ne -e . . . harenae . . . capiti inhumato particulam d a r e (Mart. 11, 43, 11 nomina). 3, 8, 26 nimium cavere. Tib. 1, 6, 51 v i o l a r e puellam (Ps. Prosp. carm. de prov. 203). Lygd. 5, 6 immerito iuveni -e n o c e r e, dea (Prop. 2, 5, 18). Prop. 1, 15, 26 desine . . . revocare . . . periuria . . . et oblitos -e m o v e r e deos (Ov. epist. 19 [20], 117 fast. 4, 204. Stat. Theb. 7, 219 moveri). Ov. epist. 5, 43 flesti discedens: hoc saltem -e negare. 17(18), 203 -e q u e r i (rem. 645 Val. Fl. 7, 225). trist. 3, 3, 51 -e . . . l a c e r a r e genas (Pavl. Nol. carm. 11, 6 CE 971, 9). 3, 11, 32 -e, precor, manes s o l l i c i t a r e meos (Epiced. Drusi 376. CE 995 B, 19 [*aet. imp. Tib.*]. Mart. 11, 22, 4 CE 1468, 2). *et saepe.* Epiced. Drusi 375 irritare. Dorcat. carm. frg. 1 pilos . . . condere. Liv. 34, 32, 20 -e, sis, fidem . . . iactare. Octavia 270 renovare luctus. 963 precari. Lvcan. 7, 659 prosternere gentes. 10, 395 -e morari. Sil. 9, 46 cladi -e obvius ire. 17, 27. Mart. 7, 68, 2 *carmina* commendare . . . -e, precor. *al.* CE 1037, 2 (*saec. I*). Apvl. apol. 23, 6 Min. Fel. 14, 2. *al.*

? subaudiendus est inf. verbi dicendi (*quod elucet posita determinatione ad inf. supplendum spectante*): Apvl. met. 1, 8, 2 'tace . . .; -e' inquit, 'in feminam divinam' ('*subintellege . . . invehi' Floridus ad l.; vix recte ad p. 340, 25 trahit e. g. Molt, 1938, ad l.*).

b *enunt. secund.* (*iuxta alias determinationes v. p. 340, 55*): Plavt. Trin. 316 ne . . ., neu . . ., neu . . ., neu tibi aegritudinem . . . parerem, -si sedulo. Tert. nat. 1, 10, 40 (*sim.* apol. 14, 6) *poetae non* -ercerunt, ut non aerumnas ac poenas dei praefarentur. Romvl. fab. 92, 4 rec. gall. *et* vet. (*verba pulicis descendentis de camelo*) bene feci . . . -ens, ne te diutius gravarem (tibi -ere, ne *rec. W*).

c *gerund.*: Liv. 26, 31, 5 contumeliis in eos dicendis *non* -itis. Lvcan. 1, 147 (*de Caesare*) numquam temerando -ere ferro (*v. Ollfors, Textkrit. u. interpret. Beiträge, 1967, 12 sqq.*). Sil. 14, 549 frangendae in vulnera prorae. Apvl. met. 1, 2, 5 '-e', inquit, 'in verba ista haec tam absurda tamque immania mentiendo' (*praepos.* in *potius ad effectum vel finem mentiendi spectare putaverimus, quam pro dat. cum* -e *iungendam esse; v. p. 340, 25*). Tert. anim. 33, 5 nec ossibus -itur nec cineribus indulgetur ⌊nuditate plectendis⌋ (*ad utrumque verbum referas*). Itala II Macc. 5, 12 (rec. P) *rex* iussit militibus non -ere caedendo eos qui in illos incidissent (*gr.* κόπτειν ἀφειδῶς, recc. LX -ere occursantes, Vvlg. occursantibus). Avg. civ. 1, 9 p. 16, 31 D. ut non -ant obiurgando peccata. 9, 8 p. 379, 21 malitiae . . . exprimendae.

d *part. praes.* (*cf. Eklund, The . . . Use of the Present Part. in Latin, 1970, 106 sqq.*): Itala II Macc. 5, 6 (rec. L) Iason . . . non -bat caedem faciens civium suorum (*gr.* ἐποιεῖτο σφαγὰς . . . ἀφειδῶς, rec. X acies civium, rec. P nulli, Vvlg. in caede civibus). *dubium an huc pertineat*: Vvlg. Iob 6, 10 haec mihi sit consolatio, ut adfligens me dolore non -at *deus* (*an subaudias 'mihi'? vix ad p. 339, 70*).

[*Korteweg*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *dativo aliisque structuris ponuntur, quae non laeduntur, damno non afficiuntur sim.*: **1** *usu communi*: **a** -unt *quilibet (sc. fere homines; animalia l. 79 sqq. p. 335, 42. 336, 10. al., res e. g. p. 334, 5. 30. 335, 60. 336, 11)*: **α** *animantibus (rebus, sc. positis pro animantibus e. g. l. 73. p. 334, 36)*: Ⓘ *quolibet modo*: Ⓐ *alteri cuidam*: PLAVT. Asin. 176 sq. mihi *amanti* ... te, *lena*, -ere aequomst. :: ... quae amanti -et, eadem sibi -et parum. TER. Haut. 43 novas *comoedias* qui scribunt, nihil -unt seni (*actori*). CIC. Verr. II 3, 75 quibus *aratoribus* -ere et consulere ... et *quos* ... conservare debuisti (*antea*: civitas ... spoliata ab isto ac vexata). Planc. 89 iis *amicis* ... consulendum et -endum putavi (*sc. non implorans eorum auxilium*). fam. 9, 20, 3 (*iocose*) statui ... tibi (*sc. hospiti*) ne aegroto quidem -ere. 13, 8, 3 rogo ..., ut Albinio -as, praedia Laberiana ne attingas. PVBLIL. H 22 honeste -as inprobo, ut -as probo (*sim.* M 37. *contrarie*: Ps. SEN. mon. 117 bonis nocet, qui malis -it. AVSON. 311, 5 p. 407 P.). S 22 suis qui nescit -ere, inimicis favet. SALL. Catil. 52, 32 si ipse pudicitiae, si famae suae, si *dis* aut hominibus umquam ullis -ercit ([*sc. a sceleribus abstinendo*]. LVCAN. 6, 599 [*ad magam*] -e deis *superis* et manibus exprime verum. STAT. Theb. 2, 689 nimium ... secundis -e deis [*sc. noli superbire*]. 9, 814 -e parenti, -e deis quicumque favent [*sc. noli pugnare*]. *cf. verba Mezentii*: VERG. Aen. 10, 880 divum, *quos Aeneas invocaverat, non* -imus ulli [*cf. Glenn, Am. Journ. Phil. 102, 1981, 43 sqq.*]). VERG. Aen. 11, 105 (*verba Latinorum corpora suorum petentium*) -ret *Aeneas* hospitibus quondam socerisque vocatis. COPA 26 lassus iam sudat asellus; -e illi. HOR. carm. 3, 10, 17 *Lyce*, supplicibus tuis -as (*amatorem admittendo ut*: TIB. 1, 8, 51 neu Marathum torque ...; in veteres esto dura, puella, senes; -e, precor, tenero. 2, 5, 114 Ov. epist. 4, 162. *al.*). Ov. am. 3, 2, 21 (*ad consessorem*) -e puellae: contactu lateris laeditur ista tui. epist. 7, 75 (*Dido Aeneae*) nec mihi tu curae; puero -atur Iulo, *ne hiberno mari committatur*. ars 2, 30 (*Daedalus a Minoe veniam abeundi petit*) si non vis puero -ere, -e seni. *al.* Ⓑ *sibi ipsi, sc. abstinendo*: *laboribus, incommodis, periculis sim.* (*cf. l. 7. 82. p. 334, 11*): TER. Haut. 164 *Menedeme, die festo* tandem aliquantulum tibi -e. CIC. Verr. II 5, 3 cum sibi ipse non -ercisset *pugnando*. CAES. Gall. 5, 40, 7 ut ... sibi -ere cogeretur *Cicero vigiliis defatigatus*. civ. 3, 10, 6 proinde sibi ac rei publicae -rent *Caesar et Pompeius*. SALL. Iug. 107, 1 sibi in proelio. Ov. epist. 18(19), 205 (*Hero Leandro*) si tibi non -is, dilectae -e puellae. LIV. 9, 8, 4 SEN. contr. 9, 4, 3. SEN. clem. 1, 1, 4 (*verba imperatoris clementis*) quotiens nullam inveneram misericordiae causam, mihi -erci (*vix ad l. 43; cf. enim* 1, 5, 1 tu animus rei publicae tuae es ...; tibi ... -is, cum videris alteri -ere). *al.* *cupiditatibus noxiis (sc. accedente respectu potius sibi consulendi quam se cohibendi sim.; exempla certiora; vix huc l. 41)*: AFRAN. com. 116 pudica quod sum, consulo et -o mihi, quoniam comparatum est, uno ut simus contentae viro. CIC. Cluent. 168 cum ad illud prandium crudior venisset et ... sibi tum non -ercisset, ... aegrotasse *iuvenem*. HOR. sat. 1, 4, 127 avidos vicinum funus ut aegros ... metu sibi -ere cogit, sic *eqs.* (PORPH.: observantius secum agunt). MART. 1, 106, 10 crebros ... bibas trientes ...; quid -is tibi?

Ⓘⓘ *non occidendo, non vulnerando sim.*: Ⓐ *in bello, praedationibus sim. (hucine p. 335, 52?)*: PLAVT. Caec. frg. 5 ita sunt praedones: prorsum -unt nemini (*item de piratis*: CIC. Verr. II 4, 21 quibus *amicis* ... -ant). CIC. Phil. 2, 59 mihi ... -i oportere (*antea*: me non occidisti). ad Brut. 5, 5 W. (*Brutus in C. Antonium clementia uti vult*) cui -imus ...? his ergo consulimus, *qui nos occident*? (*item -itur ducibus belli civilis: ibid. iterum.* ANTON. epist. Cic. Phil. 13, 36 [*inde* CIC. *ibid.*]. *an locos ad p. 334, 50 trahas?*). CAES. Gall. 7, 28, 4 non aetate confectis, non mulieribus, non infantibus -ercerunt *milites* (*cf. enumerationes similes*: CVRT. 9, 5, 20 senibus, ... feminis, ... infantibus. ITALA [=VVLG.] III Esdr. 1, 53 Weber iuveni et virgini et seni et adulescenti [*loco gemino II par. 36, 17* non est misertus adulescentis]. VOPISC. Aurelian. 31, 5). 7, 47, 5 matres familiae ... obtestabantur Romanos, ut sibi -rent (*cf. ibid.* abstinerent). BELL. Afr. 85, 6 ut -rent *hosti milites* (SEN. benef. 4, 34, 2. PETRON. 107, 4 dediticiis h. [*antea*: crudelitatem ... impediunt]. QVINT. decl. 379, 3 [*ibid.* ignoscere]. *al.*). 85, 9 eis *militibus*. NEP. Thras. 2, 6 cedentes violari vetuit, cives enim *civibus* -ere aequum censebat (SVET. Iul. 75, 2 acie Pharsalica proclamavit, ut c. -retur. *al.; cf. p. 334, 51 sq.*). Dat. 6, 6. VERG. Aen. 1, 526 pio generi. 6, 853 Romane, memento ... -ere subiectis et debellare superbos (*inde* CYPR. GALL. deut. 993 supplicibus). PROP. 4, 6, 81 *si* aliquid pharetris (*i. sagittariis*) Augustus -et Eois. Ov. Pont. 1, 2, 125 *princeps*, qui vicit semper, *victis* ut -ere posset (LIV. 30, 42, 17. 33, 10, 4. 33, 12, 7 SIL. 14, 673. *al.*). *al.* Ⓑ *cetera exempla*: CIC. Verr. II 1, 69 levius eorum *Lampsacenorum* peccatum fore, si homini scelerato -ercissent, quam si legato non -ercissent. CAES. Gall. 6, 28, 2 neque homini neque ferae ... -unt *uri* (*item -unt animalia*: TIB. 1, 1, 34 vos exiguo pecori, furesque lupique, -ite. 3, 9, 1 [*ad aprum*] -e meo iuveni. PLIN. nat. 8, 48 [*inde* SOL. 27, 15] prostratis -it [*leo ut*: MART. 1, 14, 5. 2, 75, 10 GELL. 5, 14, 15]. 8, 134 -entes sibi *irenacei* [*sc. qui non corrumpunt suas spinas*]. *al.*). VERG. Aen. 3, 41 (*loquitur Polydorus mortuus*) iam -e sepulto, -e pias scelerare manus (*de violatione sepulcri ut*: VAL. MAX. 9, 2, 1 p. 428, 24 mortuorum umbris. QVINT. decl. 369, 3 mortuo. TERT. apol. 37, 2. CE 837 -e pi[a]e manes [*nisi intellegas* -e, piae *sunt* manes]). AETNA 623 sq. nullis -sura incendia ... vel solis -sura piis. HOR. carm. 3, 11, 46 (*loquitur Hypermestra*) viro clemens misero -erci. Ov. epist. 17(18), 142 ut ... mihi -at *Hellespontus* (*de aquis ut*: met. 1, 311 quibus unda -ercit, illos ... domant ... ieiunia. MART. epigr. 25, 1. PRVD. perist. 5, 440 [*nisi ad C*]. DRAC. Orest. 377). *al.* SEN. contr. 7, 5, 14 occidit ... maritum, novercam laesit, puero -ercit. *al.* VAL. MAX. 6, 1, 2 *Verginius* proprio sanguini non -ercit (*sc. filiae*). PHAEDR. 1, 22, 2. 3, 2, 15 ferae. SEN. Herc. O. 887 quicumque fato ignoscit et -it *sibi eqs.* (*respicitur mors voluntaria ut*: QVINT. decl. 292, 2 credibile *non* est eum -ercisse hospiti [*sc. non accusando*], qui s. non -ercit. MARCIAN. dig. 48, 21, 3, 6 qui ... s. non -ercit, multo minus alii -et. AVG. civ. 1, 23 p. 38, 16 D.). Oed. 31 *lues* mihi -it uni; cui reservamur malo? epist. 90, 45 *homines saeculi aurei* -bant ... mutis animalibus. *al.* LVCAN. 9, 688 *Persea caput Gorgonis ferentem* Pallas ... iussit non laedere terras et -i populis. *al.* *in tortura (cf. l. 68. p. 339, 7 sqq.)*: CHART. lat. ant. 518 III 21 (*saec. IV/V*) *praeses* ad officium, *a quo servus caedebatur*, d(ixit): '-e'; cumque pepertum ei fuisset *eqs.* PASS. Macc. 11, 7 maximum accipitur beneficium, si ex nulla nobis laterum parte -atur (*verba martyris ut*: PRVD. perist. 10, 137 *ne* mi remissus leniter -erceris). PASS. mart. gr. (BHL 3970) 13 p. 98ᴬ iussit -i filiis, *qui caedebantur*.

Ⓘⓘⓘ *non accusando, non detrectando sim.*: CIC. S. Rosc. 95 vereor ..., ne ita hunc *reum* videar voluisse servare, ut tibi *accusatori* omnino non -ercerim (*ibid. iterum; -it patronus, orator ut*: Tull. 4 adversario nulla in re -ere. SEN. contr. 2, 4, 10 Latro fratri -ercit, puerum pressit. 7, 5, 14 ASCON. tog. cand. p. 70, 30 QVINT. inst. 11, 1, 68. *al.*). Sest. 118 cui *Clodio* ... ne histriones quidem coram sedenti -ercerunt. rep. 4, 11 *comoedia* quem non vexavit? cui -ercit? (*item -unt scriptores saturarum sim.*: HOR. sat. 1, 4, 35 non ... -et amico. MART. 10, 33, 10 -ere personis, dicere de vitiis. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 111 satyrice ne sibi quidem -ercit. LACT. inst. 1, 9, 8 Lucianus, qui diis et hominibus non -ercit. *al.*). Att. 1, 17, 3 vereor ... ne, dum defendam meos, non -am tuis. HOR. sat. 2, 3, 326. SEN. contr. 7, 5, 15 pro amatore sanguini suo non -it *noverca contra testimonium filii disputans* (*sensu ambiguo etiam vulnus novercae respici videtur*). 9, 6, 17. SEN. Herc. O. 1426 cetera ut sileam mala -amque fatis, *unum tantum dicam*. CVRT. 6, 10, 7 non ... nomen meum praeteriit, ut possit videri socio *coniurationis* -ercisse (*in eadem re*: 6, 10, 9). PETRON. 59, 1 (*ad obiurgantem*) -e adulescentulo. Ps. QVINT. decl. 19, 6 -e saeculo, -e marito, -e patri. SVET. Aug. 86, 2 *modum dicendi Maecenatis Augustus* irridet; sed nec Tiberio -it. *al.* (*cf. e. g. l. 12*).

Ⓘⓥ *non condemnando, impunitatem dando sim.*: CIC. Verr. II 2, 76 (*ironice*) retinete hominem *Verrem* in civitate, iudices, -ite et conservate. 5, 104 fieri nullo modo poterat, quin Cleomeni -retur (*antea deliberat Verres*: poterone eos adficere supplicio ..., ignoscere Cleomeni?). Font. 35 *in sententiis ferendis* civi -ere (RVT. LVP. 2, 18). *al.* SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 12, 2 cui *Marcello* inimici propter dignitatem -ercerant (*respicitur venia post bellum civile data ut*: MAT. Cic. fam. 11, 28, 2 civibus victis ut -retur ... laboravi. R. GEST. div. Aug. 3 victor ... omnibus v⟨eniam petentib⟩us civibus -erci. *cf. p. 333, 57 sqq.*). SALL. Catil. 52, 12 (*verba Catonis*) dum paucis sceleratis -unt *senatores*. Ov. trist. 5, 5, 64. LIV. 8, 32, 12 *milites dictatorem in contione* orabant, ut -ret magistro equitum, neu cum eo exercitum damnaret. 29, 20, 3 quod legato *a Locrensibus accusato* -ercisset *Scipio*. RVT. LVP. 1, 9 scelere contaminatis hominibus (*cf. ibid.*: ignoscendo). SEN. contr. 7, 1, 9 huic quisquam -at, qui fratrem suum occidit? contr. exc. 3, 2, 1 *iudices* non absolverunt reum, sed saeculo -ercerunt (*cf. l. 42*). VAL. MAX. 5, 4, 1 reo *Coriolano*. CVRT. 6, 10, 12. 7, 2, 7 ut insontibus et fortibus viris -ret *Alexander*. 8, 8, 18 (*verba Alexandri iudicis*) mones me, ut vestris parentibus -am. PLIN. epist. 9, 13, 21 quod severus in ceteros senatoribus solis dissimulatione quasi mutua -ret *senatus*. CALP. decl. 26 liberis sacerdotis, *qui deseruerunt*, ... -atis. MAECIAN. dig. 29, 5, 14 impuberibus senatus consulto *Silaniano* -i credebat (*iterum ibid. de suppliciis servorum ut*: VLP. dig. 29, 5, 1, 29. 33 impuberi *servo* ... utrum in supplicio tantum -imus an vero etiam in quaestione? *ibid.* 37. 38). MARCELL. dig. 47, 6, 5 nisi ... severius a praetore constituendum est, nec servorum conscio *domino* -endum est. PAPIN. dig. 48, 5, 6 pr. in huiusmodi crimine reo. *al.*

β *rebus*: Ⓘ *animantium statibus, qualitatibus, actionibus (variis modis non laedendi; non detrectando l. 77. 84. al., non puniendo p. 335. 8. 12; selecta inde ab* Ov.): PLAVT. Rud. 222 *vitae* hau -o, perdidi spem (ENN. scaen. 134 CIC. Planc. 71. nat. deor. 3, 15 qui *imperatores* patriae consulerent, v. non -rent. SALL. Catil. 61, 6 suae hostiumque. NEP. reg. 2, 2. *al.*). ENN. ann. 200 *captivorum* libertati (*v. p. 336, 23*). CIC. Tull. 3 minus eius *Fabii rei famae* -ere *accusatione* (*v. vol. VI 1, 214, 82 sqq.*). Rab. perd. 8 *reum* nec suae nec alienae *pudicitiae* -ercisse (Cael. 42 -at iuventus p. suae, ne spoliet alienam. SALL. Catil. 52, 32. SEN. dial. 4, 28, 7 [*opp.* adtemptari]. *al.*). de orat. 2, 221 -bat ... adversarii *dignitati*, in quo ipse conservabat suam (orat. 89 -et et amicitiis et dignitatibus, vitabit ... contumelias. SALL. Catil. 52, 32 SEN. clem. 1, 22, 1. *al.*). 2, 237 -endum ... maxime

[Korteweg]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est caritati hominum, ne temere in eos dicas, qui diliguntur. fam. 11, 27, 1 quem cum obiurgarem, quod parum valetudini -ret *eqs.* SALL. Catil. 14, 6 modestiae (*v. p. 330, 24*). OV. met. 10, 412 (*Myrrha ad nutricem*) discede ... miseroque pudori -e (SEN. contr. exc. 4, 3, 2. suas. 4, 5. *al.*). VAL. MAX. 2, 3, 6 *nemo erat*, cuius magis saluti -i et consuli deberet (CVRT. 6, 9, 24. 7, 2, 26. 9, 6, 15 orabant, ut ... s. suae, id est publicae, -ret *Alexander*. IVST. 28, 4, 4. *al.*). LVCAN. 9, 1087 (*verba Caesaris*) -imus annis *Ptolomaei iuvenilibus* donamusque nefas (*sc. necem Pompei*). PLIN. nat. praef. 33 (*ad principem*) quia occupationibus tuis publico bono -endum erat. MART. 1, 35, 13 -as lusibus et iocis rogamus nec castrare velis meos libellos. PAVL. dig. 2, 5, 2, 1 rusticitati ... hominis, *qui in ius non venerit*, -endum erit. TERT. pudic. 1 p. 221, 23 praecavendo vanissime, quibus *criminibus* -unt et -endo ineptissime, quibus praecavent (*cf.* AVG. civ. 1, 9 p. 15, 3 D. peccatis ... damnabilibus -unt [*ibid.* p. 15, 16]. GREG. M. dial. 2, 12, 2 *Benedictus fratrum* culpam -ercit [moral. 11, 48 culpis]. *sim. al.; cf. p. 336, 60*). *al.*

(II) *animantium corpori eiusque partibus* (*hic illic in imag.; de* PLAVT. Men. 848 *v. p. 330, 40*): ACC. trag. 294 cur ... huius dubitem -ere capiti (*per imag. respicitur salus, vita ut*: 360 re dubia haut dubitarit vitam offerre nec c. -ercerit. CIC. Verr. II 5, 48. Font. 3 -ercisse huius c., consuluisse famae. Cael. 67 VAL. MAX. 8, 7 ext. 7 QVINT. decl. 383, 1. *proprie*: OV. am. 1, 14, 28 [*ad puellam calamistris crines urentem*] c., ferrea, -e tuo. *cf. p. 339, 69*). CIC. Quinct. 40 credamus hoc, Sex. Naevium, cuius (*sc. Quinctii*) caput oppugnet, eius auribus -ercisse (*tacendo ut*: SEN. Oed. 1020 -e verbis ... et -e a. benef. 2, 11, 6 -amus a.; admonitio taedium facit. *caute loquendo*: CIC. de orat. 3, 170 [*v. l. 82*]. SEN. nat. 2, 2, 4 CVRT. 4, 10, 26 PLIN. paneg. 68, 7). dom. 58 an ... veteres illae copiae coniuratorum ... corpori meo -ercissent? (CVRT. 3, 11, 21 ne c. quidem vis ac libido -bat. 7, 3, 16 QVINT. decl. 322, 11. PS. CYPR. pudic. 3 nec c. -ens *impudicitia* nec animis. *al.*). har. resp. 59 corporis sui partibus. Phil. 12, 19 -ite oculis ... meis (*ne horribilia videant ut*: SEN. Thy. 525 rem. fort. 5, 4 SVET. Dom. 11, 3. *al. [cf. p. 331, 33 sqq.]; respicitur oculorum laesio*: OV. am. 1, 7, 65 nec nostris o. nec nostris -e capillis. 3, 3, 48 PLIN. nat. 36, 32. *al.*). Att. 8, 1, 1 *Pompeium*, qui caput ipsum (*sc. Romam*) reliquisset, reliquis membris non -ere (*in imag. ut* CLAVD. carm. min. 53, 29. *proprie*: SEN. clem. 1, 5, 1 m. languentibus. SIL. 6, 623. HIER. in Ier. 2, 16 sq. ut nulli -rent membro, sed omnia constuprarent *Aegyptii*. *al.*). TIB. 1, 1, 67 sq. *me mortuo* -e solutis crinibus et teneris, Delia, -e genis (*cf. l. 35*). OV. ars 2, 413 *in concubitu* lateri ne -e tuo (IVV. 6, 37). fast. 6, 160 aves, extis ... -ite. SEN. contr. 9, 2, 11 cuius *meretricis* osculo nemo se abstinuit, nisi qui -ercit suo. SEN. Med. 480 per manus, pro te quibus numquam -erci (clem. 2, 2, 1 -etur ubique m. tuis [*sc. principis, ne saevire debeat*. -ent- *var. l.*]. PLIN. nat. 35, 105 *m. Protogenis, sc. eius picturae*. *al.; cf. p. 330, 49*). benef. 5, 15, 4 *propinquorum* sanguini (-ne *var. l.*) ... non -itur (epist. 88, 30 alieno s. tamquam suo. 95, 51 s. humano. PANEG. 12, 13, 3 quorum s. [-ne *codd. potiores*] -erceras, arma fregisti. *al.; cf. etiam p. 334, 36*). *al.*

(III) *locis, aedificiis, civitati sim.*: CIC. Verr. II 2, 4 quid expugnasset et quibus (*nisi masc.*) -ercisset et quae reliquisset (*Marcellus in expugnatione Syracusarum ut*: 4, 120 aedificiis omnibus ... -ercit). Vatin. 7 quod patriae -ercerim *in exilium iens* (VOPISC. Aurelian. 23, 4. *cf.* CAES. civ. 3, 10, 6 rei publicae). har. resp. 59 quis minus umquam -ercit hostium castris quam ille omnibus corporis sui partibus (LVCAN. 7, 328). NEP. Them. 6, 5 (*praecepta Themistoclis*) *nulli* loco -rent *Athenienses in muris exstruendis*. HOR. carm. 1, 35, 38 unde manum iuventus ... continuit? quibus -ercit aris? (*cf.* OPTAT. 6, 1 p. 144, 12 altaribus). epist. 1, 14, 30 *rivus* multa mole docendus aprico -ere prato. LIV. 26, 13, 16 *Romanos* Capuae -suros *non esse*. 32, 15, 5 Epirotarum -ercerat agris *Quinctius consul* (TERT. adv. Marc. 2, 17 p. 359, 8 septimo quoque anno ... agro -itur [*cf. lev. 25, 4* agrum non seres]). 32, 33, 12 urbibus -ere ([*11* incendere ac diripere]. 37, 9, 9 moenibus urbique. 38, 8, 6. CVRT. 5, 7, 5 [*opp.* incendendam]. 7, 6, 20. IVST. 11, 4, 6 [*7* diruitur]). SEN. Herc. O. 1304 (*verba Herculis*) *aliter ac gigantes* caelo -erci (LVCAN. 4, 596). epist. 55, 6 illi *rivo*, cum mare patet, -itur *a piscatoribus*. COLVM. 7, 9, 8 *non* -etur horreis, *si foris deficit pabulum*. 10, 58 (*de terra colenda*) matri ne -ite. LVCAN. 2, 734 -itur Hesperiae; ... Romana ... tellus immaculata sui servetur sanguine Magni *in Aegypto sepulti*. PLIN. nat. 3, 138 (*sim.* 33, 78) *metalla fodere* interdictum *esse* ... vetere consulto patrum, Italiae -i iubentium. 16, 216 cui (*del. Mayhoff*) templo -ercit religione inductus Hannibal (IVST. 8, 3, 4 non deorum inmortalium t., non aedibus sacris, non diis penatibus ... -ercit. AVG. civ. 1, 4 p. 9, 24 D. 3, 18 p. 127, 20 SVLP. SEV. chron. 2, 26, 6). *al.*

(IV) *rebus variis* (*tam corp. quam incorp.*): CIC. leg. agr. 1, 11 quibus *causis* (*sc. agris quibusdam onerandis vel vendendis*) gratis -ret *Rullus legis exceptione*. Cael. 67 *testes* capiti ... innocentis fortunisque -ant (COD. Theod. 16, 1, 1 sciat *delinquens* non saluti suae, non f. esse -endum). de orat. 3, 170 in quo (*sc. verborum novorum usu*) ... est auribus consuetudinique -endum. SALL. Iug. 85, 3 bellum parare simul et aerario -ere (*cf.* COD. Iust. 6, 51, 1, 14a illi *fisco non* -imus). VERG. georg. 2, 363 dum prima novis adolescit frondibus aetas, -endum teneris et ... ipsa *vitis* acie nondum falcis temptanda (*item non putando sim.*: COLVM. 4, 24, 21 -endum est vitibus et ... anguste putandum. PLIN. nat. 17, 160 ipsi *articulo malleoli*. 17, 162 gemmis). 4, 239 *si mel non eximens* -es ... futuro ... et *apium* res miserabere fractas (SERV. auct.: -es alimento illis futuro. SCHOL. Verg. Bern.: consules). Aen. 7, 115 penuria adegit edendi ... violare ... orbem fatalis crusti (*sc. panis*) patulis nec -ere quadris. HOR. sat. 1, 1, 71 (*ad avarum*) congestis undique saccis indormis ... et tamquam -ere sacris cogeris. OV. met. 14, 531 ignes ... timent *naves*, quibus unda -ercit. fast. 1, 685 formicae, subiectis -ite granis. 6, 625 *Tullii* signo ... -ercit ignis. SEN. nat. 2, 52, 1 teneris et rarioribus -it *fulmen* ..., quia transitu patente minus saevit. LVCAN. 2, 129 flammis ... -ercit *sanguis effusus*. PLIN. nat. 16, 57 corpori ipsi *piceae non* -itur (*sc. cum picis gratia inciditur*). 17, 65 rami -unt suboli (*opp.* umbra ... premitur). *al.*

b *-unt dei, mors, fortuna sim.*: *α usu pagano*: PLAVT. Merc. 680 Apollo, quaeso te ..., meo ... ut -as gnato pace propitius (*affert* PORPH. Hor. carm. saec. 33 sq. *tuens notionem non nocendi; an ad 2?*). Trin. 829 (*825 sqq.* te omnes saevum ... commemorant; ... *ego* placido te et clementi ... usus sum) pauperibus te -ere ..., divites damnare atque domare (*de Neptuno ut*: OV. rem. 743 nepoti, *sc. Hippolyto*). ENN. ann. 199 sq. (*Pyrrhus ad captivos*) quorum virtuti belli fortuna -ercit, eorundem libertati me -ere certumst (CIC. fam. 13, 4, 2 NEP. Thras. 1, 5 VAL. MAX. 6, 9, 15. SEN. Herc. f. 326 maximis virtutibus. dial. 6, 16, 8 LVCAN. 2, 518. *al.*). VERG. Aen. 6, 63 vos quoque Pergameae iam fas est -ere genti, dique deaeque. HOR. carm. 3, 2, 15 mors ... *non* -it inbellis iuventae poplitibus timidove tergo (SEN. Herc. f. 872. Tro. 402 noxia corpori, nec -ens animae). 3, 9, 12 si -ent animae fata superstiti (*ibid.* 16. SEN. dial. 12 [11], 1, 2. 4, 1 nihil umquam ulli -unt nec remittunt. SACERD. gramm. VI 461, 24 dicimus f. Parcas, quod non -ant [462, 11 MART. CAP. 4, 360]. CE 96, 7 f. non -unt bonis. *al.*). TIB. 1, 2, 99 mihi -e, Venus; ... quid messes uris acerba tuas? (OV. epist. 7, 31 DRAC. Romul. 10, 588). 2, 6, 7 (*5* ure, puer) quodsi militibus -es (*de Amore ut*: OV. epist. 4, 148 qui mihi nunc saevit, sic tibi -at Amor. DRAC. Romul. 10, 588). PROP. 1, 17, 28 (*ad Nereides*) mansuetis socio -ite ⌊litoribus⌋ (*abl., nisi dat. ut vergat ad 2; v. Fedeli, 1980, ad l.*). OV. met. 9, 728 sq. si di mihi -ere vellent, -ere debuerant; si ... perdere vellent *eqs.* fast. 2, 451 -e, precor, gravidis, facilis Lucina, puellis. 4, 911 aspera Robigo, -as Cerialibus herbis. *al.* LIV. 27, 33, 11 deos inmortales, miseritos nominis Romani, -ercisse innoxiis exercitibus. PAVL. FEST. p. 239 ut vivis *liberis et servis* -rent *Lares*. CE 1020, 3 (*aet. imp. Tib.?*) ⟨sit tibi⟩ terra quies, -ito et ipse tuos (*item de dis manibus*: CIL VI 13101, 6 -e matrem ... et sororem tuam ..., ut possint tibi facere ... sollemnia. INSCR. Année Epigr. 1967 n. 238 [*Hisp. Tarrac.*] -e tuos). SEN. Herc. O. 1137 (*Hercules ad Iovem*) debuit frangi polus; quid -is astris? dial. 1, 4, 7 eos ..., quibus indulgere videtur *deus*, quibus -ere, molles venturis malis servat. *al.* *β usu christiano* (*exempla selecta*): TERT. adv. Marc. 1, 26 p. 328, 1 quia ... malo ... -ere deum indignius sit quam animadvertere. ITALA deut. 33, 3 (Lugd.) -ercit plebem suam *dominus* (*Vulg.* dilexit). psalm. 6, 3 (cod. 136 Cas.) ne ... in furore tuo corripias me; -e michi, dominus (*gr.* ἐλέησόν με, *Veron. al. et Vulg.* miserere). Ion. 4, 11 (Wirc.) Ninevem civitatem magnam (VVLG. *dat.*). Rom. 8, 32 (cod. d, *sim. al. et* VVLG.) qui *deus* nec filio suo -ercit, set pro nobis omnibus tradidit illum (*inde e. g.* TERT. fug. 12, 3 f. s. non -ercit pro te). II Petr. 2, 4 (Aug. civ. 15, 23 *al.* = VVLG.) deus angelis peccantibus non -ercit. CYPR. epist. 61, 3 qui essent, quos inimicus lacesseret, qui contra, quibus diabolus ut suis -ret. FIRM. err. 28, 13 diu criminibus tuis -ercit divina moderatio, diu facinus tuum cum dissimulatione respexit (*sim. non puniuntur crimina*: VVLG. Iob 14, 16 -es [-is *vel* -e *var. ll.*] peccatis meis [SACR. Gelas. 1341 M. GREG. M. moral. 9, 83. *al.*]. GREG. M. moral. 9, 80 praeterita, quae deliquimus. 10, 12 verbum prolatae contumeliae. *cf. l. 49. p. 334, 73; structuram 'aliquid alicui', ut vergat in vim ignoscendi, v. sub 3*). VVLG. gen. 18, 24 (*loquitur Abraham*) non -es loco illi propter quinquaginta iustos? (*Itala, Quodv. prom. 1, 16, 23* remittes). Iob 7, 16 (*verba Iob*) -e mihi (*gr.* ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ. *Hier. interpr. Iob* discede). Is. 30, 18 exspectat dominus, ut misereatur vestri, et ... exaltabitur -ens vobis. PRVD. ham. 937 confiteor, dimitte libens et -e fatenti. *al.*

2 *cum respectu custodiendi, curae adhibendae sim.* (*cf. C2b*): **a** *exempla usum praeparantia* (*sc. quodam modo vigente adhuc vi non laedendi, non molestandi sim.; exempla potiora, ceterum cf. e. g. l. 17. p. 333, 11. 44*): PLAVT. Asin. 177 sibi (*v. p. 333, 7*). Bacch. 751 potin ut cures te atque ut ne -as mihi? mea fiducia opus conduxi (*cf.* CIC. Catil. 4, 3 consulite vobis; prospicite patriae; conservate vos ...; mihi -ere ac de me cogitare desinite). CIC. Flacc. frg. Cus. 15 huic hominum generi maiores nostri sic -endum ... arbitrabantur, ut eos ... etiam in culpa defenderent. rep. 3, 24 iustitia ... praecipit -ere omnibus, consulere generi hominum *eqs.* leg. 3, 9 (*verba legis*) *magistratus* sociis -unto, se et suos continento. BELL. Alex. 24, 2 ut consuleret *novus rex* regno paterno, -ret ... patriae *afflictae*. SALL. Iug. 106, 3 (*verba Sullae*) *se* mansurum potius, quam ... turpi fuga ... vitae -ret. HOR. epist. 1, 7, 11 *hieme* ad mare descendet vates tuus et sibi -et. PHAEDR. app. 6, 11 amicos sublevate, miseris -ite (*cf.*

[*Korteweg*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

OCTAVIA 473 pulchrum . . . est . . . consulere patriae, -ere afflictis, fera caede abstinere. ITALA psalm. 71, 13 [Veron. *al.* = VVLG.] -et *rex bonus* pauperi et inopi et animas pauperum salvas faciet). PLIN. nat. 8, 134 aliter non est occidere *irenaceos* et tergori -ere (*quod morituri urinae aspersione corrumpere temptant*). *al.*

b *usu pleno fere i. q. servando, custodiendo consulere alicui* (*exempla minus dubia*): **α** *animantibus*: PLAVT. Capt. 32 nil pretio -sit *pater*, filio *ab hostibus capto* dum -ret. ACC. trag. 137 (*verba Ismenes Antigonam a consilio periculoso absterrentis*) me par est tibi consulere et -ere. ITALA gen. 20, 6 (Ambr. Abr. 1, 7, 59. *al.; loquitur deus ad Abimelech*) -erci tibi, ut non peccares in me ([*Vulg.* custodivi]. ENNOD. epist. 9, 12, 2 p. 237, 27 -at tibi . . . deus, ut credas me immemorem tui esse). psalm. 18, 14 (Sangerm. *al.*, *sim.* VVLG.) ab occultis meis (*sc. delictis, v.* AVG. *ad l.*) munda me, domine, et ab alienis -e servo tuo ([*Hier. psalt. sec. Hebr. 19, 14* libera. *huc spectat* AVG. serm. 216, 10]. 21, 21 [Barnab. 5, 13] -e animae meae a gladio [*gr. ibid.* φεῖσαι, *sed LXX* ῥῦσαι, *Veron. al. et Vulg.* erue]). PASS. Macc. 14, 7 *apes raptorem mellis pungentes* plus -unt generi quam saluti *suae*. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 131, 21 *deus* nostrae unanimitati prospiciens et saluti populorum -ens (*gr. I 1, 7 p. 163, 18* κηδόμενος, *Conc.*[S] *IV 1 p. 134, 31* procurans. *cf. p. 339, 37*). *reflexive* (*se custodiendo, abstinendo*): AVG. epist. 211, 14 (*inde* Ps. AVG. reg. III 6, 2) vobis a verbis durioribus -ite. in euang. Ioh. 22, 12 (*ad temere loquentem*) -e tibi; noli praecipitare sententiam (*cf.* -ere voci *sim. p. 331, 64 sqq.*). **β** *rebus*: ITALA Ezech. 24, 21 (Wirc.) ego, *deus*, profano sancta mea . . ., desiderabilia oculorum vestrorum et quibus -bant animae vestrae (*cod. 176* ex quibus pascebantur [*man. pr. ex* parc-] animae v., *Vulg.* super quo pavet anima v.). GRILL. rhet. ed. Courcelle, Rev. Phil. 29, 1955, 36 l. 84 nulla . . . *a Romanis* illata poena . . ., quod antea (*i. ante bellum*) non amiserant, -ercerunt *Rhodii*. DICT. 5, 2 praeteritorum satias; futuris saltem -endum ac consulendum est.

3 *structura novata alicui aliquid vergit in vim q. e. indulgere, condonare sim.* (*cf. vol. VII 1, 1253, 19 sqq.; dat. commodi iunctura laxiore appositum v. p. 339, 52. 340, 1*): **a** *cum respectu indulgenter concedendi, praestandi*: GELL. 16, 19, 10 vitam . . . sibi ut -rent oravisse *Arionem* (*sec. Herodot. 1, 24, 2* ψυχὴν . . . παραιτεόμενον). CASSIOD. var. 11, 35, 3 (*remuneratio collegae militia functo statim praebeatur*) tibi . . . praestas, quod -is alteri, quando indemnitas prioris lucrum potius fit sequentis *eadem exspectantis* ('*indulges*' *Traube in indice ed.; sed vide, ne* quod -is alteri *sit idem atque* '*eo quod damnum non infers alteri*'; *sequitur enim* indemnitas). **b** *cum respectu indulgenter remittendi, non puniendi* (*obi. sunt crimina ut p. 336, 60*): VITA Caes. Arel. 2, 24 illi misello -at deus peccatum hoc. GREG. M. moral. 15, 39 illis . . . minima *crimina sim.* -untur, qui maiora . . . defleverunt. CE 709, 8 ([*multo ?*] *post 542*) in se linquentibus facinus funditus -ens *episcopus*.

C *absolute, sc. non indicatur cui temperetur* (*structuras e contextu subaudiendas hic non attulimus, cf. p. 332, 57; dat. commodi accedit sub 1aβ*): **1** *cum respectu parce vel non adhibendi, utendi sim.; -unt*: **a** *qui rem familiarem vel alimenta servant, non profundunt*: **α** *vario usu*: PLAVT. Aul. 381 festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi -erceris (*edd. varie emendaverunt formam perf. a Plauto alienam* [*cf. p. 329, 2*]). TER. Haut. 139 illi *filio, quem male tractavi*, de me supplicium dabo laborans, -ens, quaerens (SCHOL. Ter. Bemb. servans [*affert* VERG. *p. 330, 34*]. *item explicat*: TER. Ad. 813 conserva, quaere, -e, fac quam plurimum illis *filiis* relinquas). CATO agr. 58 eas *oleas* condito; -ito, uti quam diutissime durent (*nisi acc. etiam ad* -ito *trahas; cf. p. 339, 59*). NOVIVS Atell. 78 (*versu lacuna depravato*) qui non -sit apud se . . . frunitus est. CAES. Gall. 7, 71, 4 frumentum se . . . dierum XXX habere, sed paulo etiam longius tolerari posse -endo. PORPH. Hor. sat. 2, 2, 106 -endo prospicis, ne umquam tibi desit, quod *eqs.* CIL XIII 10018, 133 -e (*in vase potorio, cf. p. 331, 24*). **β** *accedit dat. animantis, cuius commodo sumptus non fiunt* (*minus probabiliter, idque certe non apud* PLIN., *intellegi potest etiam dat. hominis damno non afficiendi*): LVCIL. 619 sumptum homini praebeat, genium suum defrudet, ⟨et⟩ ali⟨i⟩ -at (*si recte coni. Krenkel, Miscellanea Critica II, 1965, 176*; det alii, -at *Marx*, alieno -at *Ribbeck*). CE 366, 1 (*aet. imp. Aug.*) -itis heredi ([*v. Wieland, Mus. Helv. 14, 1957, 193 sqq.*]. 1106, 2 avarus, h. -ens, invidus ipse sibi). PLIN. epist. 9, 37, 2 *coloni omnia* consumunt . . ., ut qui iam putent se non sibi -ere.

b *qui verbis abstinent, tacent* (*de carminibus* VERG.; *saepe forma imperativi*): PLAVT. Poen. 250 soror, -e, amabo: sat est istuc alios dicere nobis . . . :: quiesco. 993 *eum* appella, quid velit, quid venerit *eqs.*: ne -seris. TER. Phorm. 793 ostenderem . . ., quo pacto. :: -e sodes (*cf.* SCHOL. Ter. p. 138, 3 minus loquere). VERG. ecl. 8, 109 -ite, ab urbe venit, iam -ite, carmina, Daphnis (*huc traximus coll. 61* desine, tibia, versus. *an intellegas* '*ne nocueritis*' ?). PHAEDR. 3 epil. 1 supersunt mihi, quae scribam, sed -o. SEN. Herc. O. 1447 (*ad se ipsum*) -e et hanc vocem occupa. 1942 -e (*cf. structuram plenam* 1965 -e . . . questibus). LVCAN. 6, 773 ne -e, precor: da nomina rebus, da loca *eqs.* TAC. dial. 27, 1 'non verebor nominare singulos *scholasticos* . . .' :: '-e' (aparte *sim. trad.*). ITALA Is. 58, 1 (Tert. adv. Iud. 9, 30 *al.*) exclama in vigore et ne -erceris, exalta ut tuba vocem tuam (*Vulg.* cesses). II Cor. 12, 6 (cod. d *al.; sim.* VVLG.) veritatem dicam, *si gloriabor*; -o autem, ne quis *eqs.* HIL. syn. 90 -ens . . . de his nihil dico. *al.*

c *qui in quibuslibet condicionibus abstinent, se continent* (*v. etiam sub 2aβ*): PROP. 3, 9, 29 *Maecenas, cum possis summos honores adipisci*, -is et in tenues humilem te colligis umbras. GERM. 656 *Orion ob scelus poenas luit ideoque* -ite mortales: numquam levis ira deorum. GELL. 2, 1, 5 *saeviente pestilentia Socrates* -endi moderandique rationibus dicitur . . . retinuisse *salutem* (*sc. vita continenti*). ITALA Is. 54, 2 (Aug. civ. 18, 29, *sim.* VVLG.) dilata locum tabernaculi tui . . .; fige, noli -ere, prolonga funiculos tuos. CLAVD. rapt. Pros. 1, 67 *Pluto iratus* -ercit erubuitque preces ('*desiit furere*' *Burman; ceterum v. Hall, comm. 1969 ad l.*). DRAC. Romul. 8, 155 (*Cassandra suadet, ut Paris necetur*) Troile, quid cessas? quid -is, . . . Hector? (*159 sqq.* vos saltem surgite cives . . ., muris depellite fratrem).

part. praes. -ens *pro adi. fere i. q. parcus, avarus*: HOR. carm. 3, 19, 21 cur . . . cessant flamina tibiae . . . ? -entes ego dexteras odi: sparge rosas (PORPH. otiosas, quae . . . non spargant rosas).

2 *cum respectu non laedendi sim.*: **a** *notione communi* (*sc. iisdem fere coloribus ac sub B1; -unt fere homines, sed res e. g. l. 32. 34, dei l. 39. 48. al., animalia l. 47*): **α** *in universum*: ① *formae variae* (*exempla selecta inde a* SEN. *rhet.*): LIV. ANDR. carm. frg. 28 -entes praemodum (*deficiente contextu dubitanter huc traximus; v. e. g. Broccia, Ricerche su Liv. Andr., 1974, 40 sqq.*). TER. Ad. 562 venit . . . insaniens; nil -ercit *meque verberavit*. LVCIL. 1089 quom -ere possint (*suppleas* perdunt *sim., si recte confertur* CIC. Quinct. 51 mavolt *vir bonus* commemorari se, cum posset perdere, -ercisse, quam, cum -ere potuerit, perdidisse). OV. Pont. 1, 7, 45 qua . . . est res passa, -ercit *Augustus*, usus et est modice fulminis igne sui. LIV. 39, 50, 5 multitudo . . . -endum . . . censebant; . . . *alii* ad necem eius *Philopoemenis* consentiebant. MANIL. 4, 76 *contra rationem* laeduntque cibi -untque venena. SEN. contr. 7, 1, 8 praedones iam miserentur, piratae (irati *trad.*) iam -unt. SEN. Med. 432 o . . . sortem asperam, cum saevit et cum -it ex aequo malam (*cf.* Phoen. 35 [*loquitur Oedipus*] Cithaeron . . ., semper cruente, saeve . . ., cum occidis et cum -is). clem. 2, 7, 2 -et . . . sapiens, consulet et corriget (*distinguitur*: ignoscet). LVCAN. 8, 652 (*Cornelia ad Pompeium mortuum*) hoc merui . . . in tuta puppe relinqui? perfide, -bas? (*vergit ad b*). 8, 707 *Pompeius fuit* felix nullo turbante deorum et nullo -ente miser. SIL. 14, 430 qua . . . -bat . . . vapor *ignis*. STAT. silv. 1, 2, 80 (*loquitur Amor*) *virginem* summa leviter . . . lampade -entes . . . strinximus. 3, 3, 168 victis -entia foedera Cattis . . . donat *clementia Caesaris* (*vergit in usum adi. q. e. mitis, non gravis sim.*). TAC. Agr. 20, 2 -endo . . . incitamenta pacis ostentare. TERT. pudic. 16 p. 255, 6 hic (*I Cor. 7, 28*) -endo permittit *nuptias apostolus*. ITALA Ezech. 8, 18 (cod. 176 = VVLG.) non -et *oculus* meus neque miserebor (9, 10 [*ibid.*]. VVLG. Ezech. 5, 11. *al.*). CYPR. domin. orat. 21 *Daniel* inter feras esurientes et -entes . . . pascitur. VVLG. thren. 2, 17 destruxit et non -ercit *dominus*. RVST. HELP. benef. 37 *Christus* obses -endi. DRAC. Orest. 600 *ut Clytaemestra, nisi interficiatur*, ingerat inferias animam -entis Orestis. LEX Visig. 1, 1, 7 *iudex erit* in percutiendo parcus, in -endo adsiduus. VICTOR. CAP. frg. Spicil. Solesm. I p. 271 VIII (*ad exod. 4, 24 sqq.*) occasionem propitiandi per circumcisionem, qua -ret, deus dare dignatus est *Moysi* (parcerit *cod.*, -serit *editor vix recte; non enim intellegenda est circumcisio, qua abstinuit Moyses, sed occasio veniae dandae ut ibid. postea*: per datam occasionem . . . voluit -ere delinquenti). *al.* ② *forma* '-ente re' *vel* '-endo' *adhibetur ad indicandum modum actionis, sc. non infestum, gravem, sed cautum, lenem, providum sim.* (*part. praes. vergit in usum adi.; cf. p. 339, 37. 45, part. coniunct. l. 41, aliter abl. gerund. l. 43 sq.*): STAT. Theb. 3, 131 *matres corpora caesorum curant*, pars spicula dextra nequiquam -ente trahunt, pars molliter aptant bracchia (SER. SAMM. 77 corpus d. -ente foveto). Ach. 1, 572 thyrso -ente ferit *Achilles Deidamiam*. CYPR. laps. 14 (*in imag.*) *medicus vulnera* manu -ente contrectat (AVSON. 238, 4 p. 79 P.). CLAVD. 26, 122 (*in imag.*) *medici* sollertia . . . -endo . . . secat, ferro ne largius acto *eqs.* (*sim.* CONC.[S] I 5 p. 354, 20 quos *episcopos* -endo excommunicationi subiecimus [*gr. I 1, 5 p. 130, 34* πεφεισμένως, *dat. eis addit* RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 47, 26]. ORIBAS. syn. 1, 9, 2 La p. 46, 19 Mø. *validiores* amplius evacuas, . . . *infirmiores* -endo evacuas [*gr.* φειδομένως, *Aa* parcius]). SIDON. carm. 11, 41 -enti pistre flagellat *Triton Galateam amatam*.

β *in precationibus, adhortationibus, iussis* (*animo obversari videtur hic illic non tam homo non laedendus quam ipsa actio intermittenda vel non suscipienda, ut loci pertineant ad 1c; sed notiones certa ratione separari non possunt*): ① *variis*: VERG. Aen. 6, 834 -e . . ., proice tela manu (SERV.: Caesari dicit, quem clementem circa Pompeianos legimus). 12, 693 -ite iam Rutuli, et vos tela inhibete, Latini. TIB. 1, 4, 83 (*81* Marathus lento me torquet amore) -e, puer, quaeso (*sc. non spernendo amantem ut*: 1, 5, 7. 2, 6, 29. OV. epist. 4, 167 per Venerem, -as, oro). PROP. 2, 29, 19 (*loq. unus e Cupidinibus*) -ite iam, fratres: iam certos spondet amores *poeta vinctus*. OV. am. 3, 11, 45 (*41* fores . . . minus improba vellem) -e per o lecti socialia iura *eqs.* (*sc. oro*). met. 2, 361 sq. (*verba Heliadum*) -e, precor . . .; nostrum laceratur in arbore corpus. trist. 2, 179 (*ad Augustum*) -e,

[Korteweg]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

precor, fulmenque tuum ... reconde (*in eadem re*: Pont. 2, 8, 23. *al.*). NVX 182 (*loquitur nux ad viatores*) -ite. SEN. contr. 2, 2, 9. 7, 2, 2 -e iam, quaeso, Popilli: nihil tibi nisi occidendum Ciceronem mandavit Antonius. PHAEDR. 2, 8, 8 ille *cervus fugiens* supplex: vos modo, *boves*, inquit, -ite. SEN. Herc. f. 1314 (*Hercules ad Amphitryonem*) iam -e, genitor, -e, iam revoca manum (*sc. a te*). *al.* *verba iudicis vel domini sollemnia ad tortorem* (*cf. p. 334, 18*): PASS. Saturn. Dat. (BHL 7492) 6, 9 '-e' inquid *iudex* reclusumque in carcerem passioni ... martyrem destinavit. 8, 7 proconsul ... lingua nolenti '-e' prosilivit; cessavere carnifices. *al. ibid.* AVG. in psalm. 122, 6 l. 17 *servus* adtendit ad manus domini sui, *qui eum caedi iussit*, quoadusque dicat: '-e' (*sim.* CASSIOD. in psalm. 122, 2 l. 51). CHART. lat. ant. 518 III 21 (*saec. IV/V*). PASS. mart. gr. (BHL 3970) 14 p. 98^E iussit caedentibus -i (*i. imperavit verberantibus, ut -atur*). ⓑ *ad deos, elementa naturae sim. spectantibus*: HOR. carm. 2, 19, 7 sq. recenti mens trepidat metu ..., euhoe, -e Liber, -e, gravi metuende thyrso. 4, 1, 2 Venus, ... rursus bella moves? -e, precor, precor. TIB. 1, 3, 51. 1, 9, 5 -ite caelestes *periurium non punientes*. LYGD. 5, 21 -ite, pallentes undas quicumque tenetis ... dei. OV. epist. 17(18), 45 (*Leander ad Boream*) -e, precor, facilemque move moderatius auram. fast. 4, 921 (*ad Robiginem*) -e, precor, scabrasque manus a messibus aufer. *al.* SEN. Med. 595 -ite, o divi, veniam precamur, vivat ut tutus *Iason*. SIL. 6, 588. 8, 659 -ite, crudeles superi: iam stragis acervis deficiunt campi. STAT. silv. 1, 2, 269 -at Lucina, precor. MART. epigr. 25b, 4 (*Leander ad undas*) -ite dum propero, mergite cum redeo. *al.* *in parenthesi ad excusanda verba impia*: CONC.^S IV 2 p. 101, 13 examinata sunt, quae dubitationem ... generare videbantur et, -at divina maiestas, qualia ... aliqui blasphemizabant (*item fere rec. altera* Athan. ed. Opitz III p. 53, *gr. ibid.* φεισάσθω).

b *vergit in vim custodiendi, consulendi sim.* (*cf. p. 338, 38, ceterum v. B2; cum acumine iteratur vox notionibus diversis l. 34 sq.*): QVINT. decl. 246, 9 inventa est ... una quae magis amaret, una quae -ret: noverca (*privignum in bellum proficisci prohibens*). HIER. epist. 55, 5, 5 crudelitate clementi non -it medicus, ut -at, saevit, ut misereatur (*sim.* MAX. TAVR. serm. 75 p. 684^D summam medendi artem non -it, ut -at). RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 76, 38 *divina gratia* homines -endo gubernat et misericorditer regit (*gr. I 1, 7 p. 76, 22* χάριν ... κηδομένην *tantum, I 5 p. 374, 6* cui omnium hominum cura est. *cf. p. 337, 20*). ARATOR act. 2, 685 *arca i. ecclesia* servata ... crescit per spatii -entis opem (*sc.* L *cubitorum [v. gen. 6, 15]; cf. 2, 675* sacer numerus, *sc.* L, delicta resolvit). SACR. Greg. 202, 50 (202, 925 D.) familiam tuam ..., domine, caelesti protectione circumda, ut te -ente sit libera, te custodiente a malis ... sit secura.

II *vi novata* *pro subi. est ipsa res, a qua abstinetur, quae non adhibetur, sc. non nisi forma* '-ente re' *fere i. q. cessante, non intercedente sim.* (*cf. p. 338, 57 et part. praes. verborum transitivorum intransitive adhibita apud Hofmann-Szantyr 290 δ; syn.* cessare *exstat apud eundem* DRAC. *p. 338, 14*): DRAC. Romul. 2, 155 fracta leonis colla Cleonaei telo -ente necantur *a Hercule*. 10, 96 ut venias -ente mora.

III *structurae* *variae, quibus indicatur*: **A** *cui temperetur, sc.*: **1** *rei non adhibendae, non faciendae vel parce utendae sim.* (*indicatur simul persona vel res, ad quam respicit parsimonia, dativo p. 330, 30. 34. 75, praepos.* erga *p. 332, 18,* pro *p. 331, 37 [ibid. alia versio exhibet gen. sec. gr.]*): **a** *struct. nominali*: α *dat.*: NAEV. com. 69 PLAVT. Bacch. 996 (*et novies*). *et passim.* *accedit* ab *c. abl.*: ITALA sap. 1, 11 (Aug. de mend. 16, 31 *al.* = VVLG.) custodite ... vos a murmuratione ... et a detractione -ite linguae (*gr.* ἀπὸ καταλαλιᾶς φείσασθε γλώσσης. *inde* ISID. reg. monach. 3, 2 a d. -at monachus linguam). β *acc.* (*cf. locos dub. vel coni. p. 330, 13. 331, 71. 337, 58. 340, 81*): PLAVT. Curc. 381 eam *pecuniam*. Mil. 1220 vocem. Most. 104 sumptum (-u *var. l.*), operam. Pseud. 79 id (*sed v. p. 332, 2*). LVCR. 2, 1163 fetus. RVT. LVP. 2, 15 nihil (STAT. Theb. 7, 14 [*nisi pro mera negatione accipias*]). PAVL. FEST. p. 222 (*formula prisca*) linguam. ARNOB. nat. 7, 8 animos (*loco varie temptato*). MAX. TAVR. serm. 75 p. 684^D artem. ISID. reg. monach. 3, 2 (*v. supra*). PASCHAS. verba patr. 55, 5 vestimentum (*postea dat.; Migne gr. 65, 304^A gen. bis;* VITAE patr. 6, 4, 30 *dat.*). CIL XIII 10018, 134. 135. *accedit acc. relationis*: ROMVL. fab. 42, 2 rec. W ille ... alapas non -et caput (rec. gall. *et* vet. sibi alapis non -bat. *Phaedr. 5, 3, 2* alapam sibi duxit). γ *abl.* (*primitus fortasse relationis, qui postea etiam pro instrumentali vel separativo accipi potuit. formas decl. quartae in* u *exeuntes ad dat. traximus, e. g.* VERG. Aen. 1, 257 -e metu [*sed cf.* SERV. auct. *ad loc.* ablativum pro dativo, *item* PRISC. gramm. II 363, 10]. *cf. etiam dubia p. 331, 65. 71; vix addas p. 332, 84. 338, 53*): CATO agr. 1, 1 opera (*accedit inf., v. p. 330, 21*). ITALA prov. 26, 25 (Hier. adv. Rufin. 3, 43) voce (*addas p. 331, 61*). AVSON. 130, 4 p. 430 P. caede. HIER. epist. 55, 5, 5 crudelitate. SEDVL. carm. pasch. 5, 77 mucrone (mucroni *var. l.*). δ *praepos.*: *v. p. 330, 84. 340, 38; aliter, sc. struct. partitiva* PAVL. NOL. *p. 330, 29.*

b *struct. verbali*: *v. IA2 et p. 340, 55.*

2 *animanti non laedendo, rei non violandae sim.*: **a** *sine additamentis*: α *dat.*: PLAVT. Asin. 176 (*et septies*). ENN. ann. 199. 200 scaen. 134. *et passim; refl. p. 333, 32 nec non* PLAVT. Asin. 177 HOR. epist. 1, 7, 11 SEN. benef. 4, 14, 4. *al.* β *acc.* (*cf. IB3 et p. 330, 39. 334, 2. 340, 73; iuxta dat. comm. l. 11, cf. l. 18; vix recte a doctis quibusdam huc trahuntur* DRAC. Orest. 600, *v. p. 338, 50.* CASSIOD. hist. 7, 14, 1 Paulino ... reveritus eius vitam -ercit. in psalm. 117, 18 filio [*ed. Migne*; fili *cod. unus*; fidelis *Adriaen*] non -itur): CIC. Verr. II 2, 76 (*per perseverationem; v. p. 334, 45*). CE 1020, 3 (*aet. imp. Tib.?*) -ito ... tuos (*al. v. p. 336, 43 sqq.; ceterum in titulis*: CE 1466, 2 -e opus hoc [*cf.* 1883, 2 -e tumulum]). ITALA deut. 33, 3 (Lugd.) plebem (*gr.* τοῦ λαοῦ, Aug. quaest. hept. 5, 56 populo). Ion. 4, 11 (Wirc.) Ninevem civitatem (*v. l. 26*). II Macc. 5, 6 (rec. X) acies civium (*v. p. 332, 82*). 5, 12 (recc. LX) occursantes (*v. p. 332, 77*). ANTH. 15, 128 lectum iugalem natis -e tuis. VVLG. thren. 2, 2 praecipitavit dominus nec -ercit omnia speciosa. VEREC. in cant. 3, 12 D. adulescentulos (*trad.; dat. restit. viri docti*). GREG. M. dial. 2, 12, 2 culpam (*cf.* moral. 9, 80 praeterita, quae deliquimus. 9, 83 peccatum. 10, 12). *loco obscuro*: CE 2122, 2 (*saec. I?*) *filium* amissum, mater, ... doleto; fatal⟨e h⟩oc vitium est parc⟨ere⟩ te ⌊puero⌋ (*abl. compar.* '*te potius quam puerum*' *intellexit Löfstedt, Rhein. Mus. 67, 1912, 219, dat. comm., sc.* '*cui sollemnia facias*', *van Leijenhorst in plagulis coll. p. 336, 44*). γ *praepos.*: ITALA deut. 13, 8 (Lugd. *al.*) non -et oculus tuus super eum ([*gr.* ἐπί, VVLG. ei]. 19, 13 [*ibid.; gr.* ἐπί, *Vulg.* misereberis]. Ion. 4, 10 [Wirc.] s. cucurbitam [*gr.* ὑπέρ, Lucif. Athan. 2, 33 cucurbitae, *Vulg.* doles]. *al.* VVLG. Ezech. 7, 4. *al.* LIB. iubil. 47, 5 *filia Pharaonis* -ercit s. te [*sc. Moysen. cf.* ITALA exod. 2, 6 Lugd. -ercit ei]). Ezech. 16, 5 (cod. 176) nec -ercit oculus meus in te ([*gr.* ἐπί, VVLG. super]. Ion. 4, 11 [Lucif. Athan. 2, 33] in Nineve civitatem [*gr.* ὑπέρ, VVLG. civitati]. *addas l. 60. 65 et fortasse* VVLG. I reg. 15, 29 triumphator in Israel non -et. *vol. VII 1, 749, 77 sq. vix recte adduntur* LVCR. 6, 399 APVL. met. 1, 8, 2, *v. supra p. 330, 43. 332, 59; ceterum cf. p. 332, 70*). *aliter, sc. struct. partitiva*: ACT. Petr. 30 usque et de servis suis non -it *fornicatrix* (*aliter gr.*). ?δ *gen.* (*non nisi in var. l. sec. gr.*): ITALA Ier. 17, 17 (Hier. *ad l.* p. 214, 21) -ens mei (*cod. L saec. VI/VII; sed var. l.* mihi *confirmatur loco gemino* p. 215, 10; *aliter Vulg.*). VVLG. Iob 20, 13 illius (*cod. L saec. VII al.; dat. exhibet etiam* HIER. interpr.). ?ε *abl.*: *non nisi in var. ll. infra l. 73 et p. 335, 47. 49. adde* AVG. catech. rud. 19, 6.

b *indicatur insuper ipsum malum, cui temperatur vel consulitur*: α *praepositionibus*: ① in *c. abl.* (*exempla notabiliora exclusis iis, quae meram occasionem indicant, ut* CIC. *p. 335, 81*): SIL. 10, 329 Poenus ... tum denique Martem dimisit tandemque suis in caede -ercit (*sc. ne caedentes laborarent; aliter, sc. ne caederentur*: VVLG. II Macc. 5, 6 [*v. p. 332, 81*]). VLP. dig. 29, 5, 1, 33 impuberi ... utrum in supplicio tantum -imus an vero etiam in quaestione? et magis est, ut de impubere nec quaestio habeatur. PAVL. dig. 49, 16, 14, 1 tironi in hoc crimine. GREG. M. moral. 11, 48 qui sibi nunc in culpa -it, ei postmodum in poena non -itur. ⓑ ab *c. abl.* (*cf. p. 339, 56*): ITALA psalm. 18, 14 *et* 21, 21 *v. p. 337, 14 sqq.* 77, 50 (Sangerm. *al.* = PSALT. Rom.) non -ercit a morte animabus ([*gr.* ἀπὸ θανάτου τῶν ψυχῶν, VVLG. a m. animarum, HIER. psalt. sec. Hebr. morti animae]. HIER. interpr. Iob 33, 18 animae eius a m., ne cadat in bello [*gr.* ἀπό, *Vulg.* eruens]). ACT. Archel. 51, 4 a plagis Pharaoni (Pharaonis *var. l.*). AVG. civ. 21, 18 p. 523, 30 D. ab ea poena supplicibus. epist. 193, 12 ab hac condicione. 211, 14 *v. p. 337, 22.* GREG. M. past. 3, 25 p. 97^D ab increpationis gladio.

β *structura verbali* (*sc. enunt. secund. praeter l. 72; non huc pertinent quae rationem -endi indicant coniunctione* quod LVCAN. 3, 96. 4, 596 *al., vel merum effectum finemve coniunctione* ut FRONTIN. strat. 2, 11, 6 IAVOL. dig. 42, 5, 28 *al.*): TERT. apol. 37, 2 nec mortuis -unt Christianis, quin illos de requie sepulturae ... avellant (ITALA Iudith 2, 11 *v. infra.* SYMM. epist. 1, 88 numquam in me -am, q.). resurr. 15 p. 45, 13 *censura humana non* -ens ... illis *ministris sceleris*, quominus cum auctoribus *puniantur* (ITALA Iudith 2, 11 *v. infra.* ORIG. in Matth. 13, 11 p. 211, 3 [*gr.* ἵνα μή]). ITALA gen. 20, 6 (Aug. quaest. hept. 5, 55) -erci tibi, ne peccares ([*gr.* τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν, Ambr. Abr. 1, 7, 59 *al.* ut non]. Ezech. 20, 17 [cod. 176] -ercit oculus meus in eos, ne delerem illos [*gr.* ἐφείσατο ... ἐπ' αὐτοὺς τοῦ ἐξαλεῖψαι, VVLG. super eos, ut non]. *addas l. 50 et fortasse p. 332, 66*). Iudith 2, 11 (Reg. *al.*) super *contumaces* ... non -et oculus tuus, ut des illos in occisionem ([*gr.* τοῦ δοῦναι, Sangerm. 15 usquequo des illos in mortem, Complut. qui⟨n⟩, cod. 62 quominus]. ENNOD. epist. 9, 12, 2 p. 237, 27. ut non: ITALA gen. 20, 6 [*v. supra*]. VVLG. IV reg. 5, 20. Ezech. 20, 17 [*v. supra*]). ad *c. gerund.*: ITALA (= VVLG.) IV Esdr. 16, 72 Weber insani neminem -entes ad diripiendum (nemine *man. pr. cod. A saec. IX*).

γ *abl. instrumenti, sc. rei vel actionis infestae, qua quis non utitur* (*sc. ut -ere adhibitum videatur pro non laedere, vim non inferre sim.; dub. an huc trahi possint* PLAVT. *p. 330, 39,* OV. *p. 332, 15; cf. etiam p. 339, 76 sq.; ceterum ablativo indicatur res, qua quis consulit, e. g.* CIC. Verr. II 2, 49 summa cura. 5, 48 litteris. SALL. Iug. 106, 3 fuga): ROMVL. fab. 42, 2 *v. p. 339, 69.* AVSPIC. ad Arbog. 22, 3 *cupiditas* in alumnos desaevit, nec saeva -it rabie (*Brandes,* rabiem *cod.*), quorum amore pascitur. DRAC. satisf. 157 inimicorum iugulis mucrone -ercit David (*e. g. I reg. 24, 4 sqq.*). *cf. abl. absol.*: PRVD. cath. 7, 85 incolis fulmen ... pie repressis ignibus -ercit.

[Korteweg]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

δ acc. obi., sc. notione deflexa in structura 'alicui aliquid' v. sub IB 3 b.

B obi. internum: PLAVT. Men. 848 quicquam (nisi aliter explicandum, v. p. 330, 39). TER. Haut. 43 nihil (SEN. dial. 12[11], 4, 1. v. etiam p. 338, 25). 164 aliquantulum. PROP. 4, 6, 81 aliquid.

part. praes. parcēns usurpatur plus minusve pro adi. p. 338, 16. 42. 59.

in lusu verborum cum Parca v. p. 326, 82; per homoeoprophoron in formula supplicantis -e, precor: TIB. 1, 8, 51 (voces disiunguntur 2, 6, 29). HOR. carm. 4, 1, 2 -e p. p. OV. epist. 7, 165. met. 2, 361. et saepe; vox iteratur notionibus diversis p. 333, 84. 335, 26. 337, 8. 339, 34 sqq. (cf. p. 330, 5sq.).

deriv.: parcus; cf. parsimonia (-ium).

compos.: comperco (vel -ar-), deperco, imperco, reparco (vel -cr-); cf. compesco et imparcenter. Korteweg.

1. *parcus, -a, -um. [a parcere; fortasse sec. largus: largiri formatum; cf. Leumann, Gramm. 1928, 202. Sch.] de origine: GAV. BASS. frg. (6 F.) Gell. 3, 19, 2 -us composito vocabulo est dictus quasi 'par arcae' eqs. (v. sub pararcus). contra GELL. ibid. 4 sq. inducit Favorinum a pecunia et arcere iocose fingentem formam primitivam pecuniarcus, deinde serio proferentem (5) -us ... ab eo, quod est 'parum' et 'parvum', denominatus est. a verbo derivat PRISC. gramm. II 136, 17 probo probus, ... parco -us. compar. -ior et superl. -issimus inde a PLAVTO. de notione (v. etiam p. 342, 25. 345, 3 sq.): SYNON. Cic. p. 440, 26 -us. frugi. abstinens. parvo contentus. suo contentus. alieni contemptor. GLOSS. II 218, 12 ἀδάπανος: sine inpensa, -us. 470, 27 φειδωλός: -us, tenax, abstinens. IV 266, 47 -us: ⌊cupidus⌋, abstinens (⌊⌋ v. vol. IV 1427, 31 sqq.). V 318, 40 qui se continet ubique. al. legitur in versu inde a PLAVTO, CAECIL., TER., in prosa oratione inde a RHET. Her., CIC.; pluribus quam decem locis adhibent SIL. (15), MART. (12), PLIN. min. (13), Script. hist. Aug. (22), SYMM. (20) al.; ex auctoribus potioribus adi. neglegunt e. g. VARRO, LVCR., CAES., LIV., CELS., qui tamen omnes adv. parce utuntur. [confunditur in codd. maxime cum paucus OV. am. 3, 6, 9 CYPR. epist. 2, 2 al. (restituitur APVL. carm. frg. 1 PANEG. 2, 18, 1), parvus OV. fast. 2, 538 MART. 10, 41, 6 al. (restituitur SER. SAMM. 1072 VEG. mulom. 1, 35, 2), partus MART. 9, 101, 19 IVV. 10, 116. de CATVLLO 39, 11 v. vol. VI 1, 281, 5 (-us defendit e. g. Schuster, Wien. Stud. 64, 1949, 91, sed v. Fordyce, 1961, ad l.), de PROP. 3, 5, 18 v. p. 326, 63. loco corrupto: GLOSS. IV 549, 5 -us: crimen ⌊talis⌋ (scelus var. l.).]

I respicitur habitus animantium non effusus, fere i. q. temperans, continens, abstinens sim. (item de rebus ad animantes pertinentibus; per similitudinem de rebus naturalibus vel manu factis sub A 1 c). pro syn. accedunt avarus, tenax p. 342, 73 sq., ceterum e. g. continens PLAVT. Most. 31 PLIN. epist. 5, 19, 9, sobrius TER. Ad. 95 CYPR. epist. 11, 6 AMM. 21, 16, 5. al., modestus CIC. de orat. 2, 287 VAL. MAX. 2, 1, 9 FRONTO p. 46, 17 v. d. H. EVTR. 9, 11, 2, frugalis CIC. de orat. 2, 287 CYPR. epist. 2, 2 (cf. frugi IVV. 14, 112 AVSON. 205, 9 p. 63 P.), abstemius APVL. carm. frg. 1 AVSON. 205, 9 p. 63P. AMBR. in psalm. 118 serm. 20, 4, 2; distinguuntur vel opponuntur avarus p. 342, 52, sordidus p. 342, 63, ceterum prodigus RHET. Her. 4, 34, 46 CLAVD. carm. min. 9, 29, avidus VAL. MAX. 6, 4 pr. CAPITOL. Gord. 21, 1 Maximin. 28, 2 SPART. Pesc. 6, 6, effusus SEN. dial. 3, 4, 3 CAPITOL. Opil. 13, 4 (cf. profusus APVL. apol. 25, 2), largus COLVM. 10 praef. 1 VOPISC. Car. 14, 2 CE 1347 A, 14 (saec. IV). EVGRAPH. Ter. Haut. 437. al. et multae aliae voces. in figura q. d. litotes p. 343, 9. 17. 57. al. usurpatur saepe praedicative, sc. -us est sim. inde a PLAVTO passim, ceterum p. 343, 9. 33. 48. 344, 26. al.

A usu communi pertinet ad res utendas, adhibendas vel alicui tribuendas: 1 in universum: a de animantibus, sc. hominibus vel deis, qui non large (vel nullo modo, ut l. 74. 78): α adhibent quidlibet: PLAVT. Rud. 919 (verba piscatoris) opera haud fui -us mea. SEN. dial. 10, 7, 5 custos eius (sc. temporis sibi tributi) -issimus. LVCAN. 9, 590 somni -issimus ... est Cato (IVST. 11, 13, 2 Ps. AVR. VICT. epit. 47, 5). PLIN. paneg. 83, 7 uxor tua quam modica cultu, quam -a comitatu. ARNOB. nat. 5, 10 p. 261, 16 M. (ironice) frugalitatis magnae viri et circa res etiam flagitiosi operis -iores nolentes Iovis semina sine effectu effusa putari. β beneficiis, donis sim. vel poenis afficiunt: CIC. Balb. 50 nimium -us in largienda civitate M. Crassus (item in conferendis honoribus: SVET. Aug. 38, 1 in bellica virtute honoranda. AMM. 21, 16, 1 erga tribuendas celsiores dignitates impendio -us. CLAVD. 28, 555). PANEG. 2, 18, 1 ut -ior (paucior trad.) tardiorve tempore quem, cui quid promiseris, modove decipias. AMBR. paenit. 1, 2, 9 delinquenti -us (sc. veniam non dans, si recte edidit Gryson 1971; var. l. delinquendi partem praetulit Faller). Ps. AMBR. apol. Dav. II 4, 20 deus non avarus munerum nec beneficii -us nec gratiae angustus (eadem fere Ps. GREG. TVR. Thom. 76 Z.). PRVD. cath. 7, 165 sucum papillae -a nutrix derogat infantibus (SCHOL. avara. item in alendo: PAVL. NOL. carm. 18, 228 agricola -ior ... natis quam pecori). CLAVD. 8, 114 Theodosius pietatis abundans, poenae -us erat (cf. IVLIAN. in Am. 3, 12 -us ... vindicandi et miserandi dives deus). rapt. Pros. 3, 36 Natura -um ... Iovem se divite clamat, qui campos horrere situ velit.

b de animantium partibus, actionibus, qualitatibus sim.: HOR. carm. 3, 16, 44 deus obtulit -a quod satis est manu (VAL. MAX. 6, 4 pr. nec -a nimis nec rursus avida manu ... hauriamus exempla). VAL. MAX. 7, 1 pr. patet Fortunam ... adversas res cupido animo infligere, secundas -o tribuere. STAT. Theb. 7, 200 (verba Iovis) cui ... sanguinis usus -ior humani quam mihi? (ARATOR act. 2, 351 partium virilium). AMBR. exc. Sat. 1, 57 iustitia est sibi -ior ... et quidquid habet ... transfundit in proximos. PRVD. ham. 331 mediocriter uti muneribus dei -umque modum servare fruendi (cf. c. Symm. 2, 135 munera -is ... fruenda moribus). CLAVD. carm. min. 9, 29 in hystrice est -us ... ⌊sui⌋ tumor iraque numquam prodiga telorum (⌊⌋ i. rei suae, sc. spinarum, cf. p. 344, 53; 'furor parcens sibi' Burman vix recte).

c de rebus naturalibus vel manu factis (fere hominum modo -is): PROP. 4, 3, 60 -a lucerna (sc. male lucens, v. Camps, 1965, ad l.). PLIN. nat. 14, 29 helvola vitis alternis annis fertilis est, sed melior vino, cum -ior. 16, 44 taeda est abundantior suco quam reliqua genera, -ior liquidiorque quam picea (loco obscuriore tam de arbore quam de eius pice loqui videtur auctor, cf. André, 1962, ad l.). STAT. silv. 4, 5, 13 nos -a tellus solatur (nisi coll. 1 parvi beatus ruris honoribus ad II B 2 trahas. sed cf. LEO M. serm. 12, 3 l. 73 si ... -ior fuit in susceptis terra seminibus et castigatiore proventu vites ... fluxerunt). AVIEN. Arat. 512 -ior hic Aries rutilae semper facis, indigus ignis spectatur iusti (gr. 228 νωθὴς καὶ ἀνάστερος).

2 in re familiari administranda, pecunia utenda sim.: a de animantibus (fere hominibus; de Minerva l. 46, de apibus l. 39): α in bonam vel neutram partem, ut vergat in vim q. e. frugi (de ambiguitate vocis agit SEN. benef. 2, 34, 4): (I) vario usu: PLAVT. Most. 31 nemo adaeque ... antehac est habitus -us nec magis continens. 237 (antea: parsimoniam adhibet). TER. Ad. 95 fratrem ruri esse -um et sobrium (DON. ad loc. 1 non prodigum. GLOSS. frugi). RHET. Her. 4, 34, 46 ut si quis hominem prodigum et luxuriosum inludens -um et diligentem appellet. CIC. de orat. 2, 287 cum optimus colonus, cum -issimus, modestissimus, frugalissimus esset eques quidam. Brut. 148 Crassus erat elegantium -issimus, Scaevola -orum elegantissimus (item masc. pro subst.: HOR. sat. 1, 3, 16 huic -o, paucis contento. PHYSIOGN. 34. 75). orat. 83 sic ut in epularum apparatu a magnificentia recedens quidam non se -um solum sed etiam elegantem videri volet. SALL. Catil. 9, 2 in suppliciis deorum magnifici, domi -i erant prisci Romani (cf. LVCAN. 3, 161 -orum mores ... avorum. MART. 14, 43, 2 patres). VERG. georg. 1, 4 apibus ... -is ([SERV. servatricibus, frugi, quae mella custodiunt]. MART. 14, 222, 2 Ps. QVINT. decl. 13, 3). HOR. carm. 2, 8, 22 meretricem metuunt ... senes -i (ad β trahunt alii). OV. am. 1, 3, 10 temperat ... sumptus -us uterque parens. met. 7, 656 Myrmidones, -um genus ... quaesitique tenax et quod quaesita reservet. fast. 4, 692 cum duro -a colona viro (NVX 72). STAT. silv. 4, 6, 51 -i domus ... Molorchi. 5, 1, 123 coniunx agricolae -i. IVV. 10, 116 uno -am colit asse Minervam discipulus (partam var. l.; v. Courtney, 1980, ad l.). PLIN. epist. 5, 19, 9 Zosimus est tam -us et continens, ut eqs. APVL. carm. frg. 1 fuisti ... Athenis -us (paucius trad.) atque abstemius. PORPH. Hor. sat. 2, 2, 55 nimium (VOPISC. Car. 14, 2 n. avarus, n. -us es. al.; cf. CAPITOL. Pius 7, 11 principis ... nimis -i). al. (II) distinguitur qui parsimoniam in vitium vertit (cf. p. 343, 21): avarus (non huc l. 50): NIGID. frg. (25 F.) Serv. auct. georg. 1, 47 qui -ior est, suo contentus est, quod a. non facit (praemonet SERV. auct.: plus est [sc. 'avari agricolae'], quam si dixisset '-i'). HOR. epist. 2, 2, 194 quantum discordet -us avaro; distat enim eqs. (cf. PORPH. ad 192/3 quamvis par[v]um considerantibus simile⟨s⟩ esse videa⟨n⟩tur). RVT. LVP. 1, 4 nolito te saepius -um appellare, cum sis a.; nam qui -us est, utitur eo quod satis est, tu contra eqs. (cf. QVINT. inst. 3, 7, 25 [sec. Cels.] ut pro ... avaro -um vocemus. IVV. 14, 111 tamquam frugi laudetur a., tamquam -us homo). TAC. hist. 1, 49, 3 pecuniae alienae non adpetens Galba, suae -us, publicae a. HIER. epist. 22, 33, 1 quidam ... -ior magis quam avarior. sordidus: QVINT. inst. 5, 13, 26 pro sordido -um ... dicere. PORPH. Hor. sat. 1, 1, 101/2 Naevius ... fuit in tantum -us, ut s. merito haberetur. LACT. inst. 6, 14, 3 liberalem a prodigo separare ..., aut -um a sordido. cf. AVSON. 319, 7 p. 22 P. -us sine sordibus.

β in malam partem i. q. avarus (saepe syn. avarus vel tenax; nimis -us sim. v. supra; vitium -i describitur HIER. in Is. 57, 10 l. 27): PLAVT. Aul. 206 neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate -ior. 314 (v. p. 348, 32). 315 esse -um et misere vivere. 335 senem -issimum (Stich. 555. TAC. hist. 1, 18, 3 de Galba. PORPH. Hor. carm. 2, 11, 6–8 -i ac tenaces. cf. supra l. 42). CAECIL. com. 204 (200 parentem ... avarum) a -o patre (CIC. Cael. 36 p. -o ac tenaci). TER. Ad. 866 (loquitur Demea) ego ille agrestis, saevus, tristis, -us, truculentus, tenax (cf. Menand. frg. 11 Körte φειδωλός. potius pro subst., ut certe: POMPON. Atell. tit. -i [trad. NON. p. 476, 11 Pomponius partis, corr. Bothius]. NOVIVS Atell. tit. -us. HOR. epist. 1, 5, 13 -us ob heredis curam nimiumque severus adsidet insano. QVINT. decl. 260, 12 avari -ique. APVL. apol. 25, 2. CYPR. eleem. 9 p. 380, 17 -os et steriles). HOR. sat. 2, 5, 79 magnum donandi -a iuventus. SEN. benef. 2, 34, 4 -issimum hominem. SVET. Tib. 46 pecuniae -us ac tenax. Galba 14, 2 Galba erat modo acerbior -iorque, modo remissior ac neglegentior quam conveniret principi electo (huc trahitur vulgo coll. l. 72, sed v.

[Paśkiewicz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Venini, 1977, ad l.). GELL. 10, 17, 3 persona . . . divitis avari et -i (*in mimo Laberii*). APVL. met. 7, 16, 5 *Diomedes* sic -us hordei fuit, ut . . . iumentorum famem corporum humanorum largitione sedaret. *al.*

b *de rebus*: α *variis* (*sc. quae minore sumptu curantur, parantur, vel quae hominum modo -ae sunt* [OV., SIL.]): PROP. 4, 10, 18 a -o (a porco, aprico *trad.*) . . . Lare *Romuli*. OV. epist. 15(16), 191 -a . . . est Sparte, tu, *Helena*, cultu divite digna. SIL. 11, 539 pateant non -a aeraria *militibus conducendis*. MART. 10, 41, 6 nimium munera -a (parva *var. l.*; *item de ludis*: LAMPR. Alex. 43, 4). PLIN. paneg. 55, 5 moderatio est eligere -issimos *honores*; quo temperamento . . . aerario consulis. β *de qualitatibus, actionibus, statibus, partibus animantium*: VITR. 1, 2, 8 distributio (*i.* οἰκονομία) . . . est . . . -a . . . in operibus sumptus ratione temperatio. COLVM. 10 praef. 1 cum -ior apud priscos esset frugalitas (PS. QVINT. decl. 9, 5). STAT. Theb. 12, 487 -a superstitio *parva tantum dona afferens*. MART. 12, 62, 11 cernis . . ., quantus luxurietur honos *Saturnalibus*, quam non -a manus *eqs.* (PALLAD. hist. mon. I 36 p. 322^A [*opp.* cum largitate, *gr. p. 138, 21 B.* φειδωλῶς]). PS. QVINT. decl. 14, 2 -a mediocritate. SYMM. epist. 6, 26, 1 -a . . . expensio *alimentorum*. rel. 13, 2 munificentia. PRVD. psych. 558 *Avaritia mutat habitum*, non ut avara lues, sed virtus -a putetur. *al.*

3 *in dicendo, scribendo* (*respiciuntur verba sive breviter sive raro prolata, sed sublucet hic illic color moderate loquendi, maxime apud* PLIN. nat. *et* STAT. *sub a*, SIL. *sub b*): **a** *de animantibus*: CIC. orat. 81 ille tenuis orator . . . nec in faciendis verbis erit audax et in transferendis verecundus et -us. PLIN. nat. 6, 72 *Indus per tot milia* passuum, -issimis auctoribus, navigatur (*sc. qui minimum indicant numerum. cf.* AVSON. 419, 26 p. 360, 174 P. ego in numero *indicando consulatuum, quos a te geri velim*, -ior, quia tu in munere liberalior: . . . te saepius hoc honore defraudas, ut et aliis largiaris). STAT. Theb. 2, 176 *Adraste*, quam te -um in praeconia famae mens agitat matura tuae. 2, 422 (*Eteocles ad Tydea*) -ior eloquio et medii reverentior aequi inciperes *orationem*. PLIN. epist. 5, 8, 13 *in historia recentium temporum*, si laudaveris, -us, si culpaveris, nimius fuisse dicaris, quamvis illud plenissime, hoc restrictissime feceris. 9, 2, 1 in quibus *epistulis* -ior fui (*sim.* SYMM. epist. 4, 29, 1). 10, 26, 2 in laudando. paneg. 3, 3 in laudibus suis -um (*opp.* nimium). PS. AVR. VICT. epit. 45, 5 *Valentinianus* sermone cultissimus, quamquam esset ad loquendum -us. SYMM. epist. 1, 26 -us es litterarum (*i. epistularum*). AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 18, 2 qui sit -us alloquii nec sermonis intemperans (*opp.* in multiloquio). *al.* **b** *de sermone, animo, affectibus* (*quaedam etiam ad II trahi posse vix mireris*): VAL. MAX. 2, 1, 9 quam -o et quam modesto sermone . . . soliti sint uti (SYMM. epist. 1, 103 [*opp.* prolixior]. *al.* MACR. somn. 2, 5, 4 Tullianus sermo . . . verborum -us, rerum fecundus). SEN. dial. 3, 4, 3 *sunt irae* quaedam saevae manu, verbis -iores, quaedam in *maledicta* . . . effusae. SIL. 17, 208 navita -o . . . voto non auras poscit amicas contentus caruisse Noto. SYMM. epist. 1, 23, 1 Atticis salibus aspersa . . ., sed -ior *pagina tua* (*antea*: brevis). 2, 40 -iorem . . . testimonii cautionem. 4, 12, 3 *mea gratia* quae -a sermonis est (*ibid.* verborum modicus *sum*). ENNOD. epist. 3, 2, 4 p. 73, 4 feriato ore in planctibus -us est animus. 4, 26, 3 p. 117, 9 conloquia (epist. 5, 5, 1 p. 128, 2). 6, 31, 2 p. 167, 6 -a in maximis elocutione contentus. *al.*

4 *in edendo, bibendo* (*separare noluimus locos quosdam potius animum moderatum, non avidum respicientes, qui vergant ad B 1 vel 3*): **a** *de hominibus*: HOR. sat. 2, 2, 62 veteris non -us aceti *avarus quidam*. 2, 3, 114 si quis . . . potius foliis -us vescatur amaris *quam frumento*. PLIN. epist. 1, 22, 4 quam -us in victu, quam modicus in cultu *T. Aristo*. SVET. Iul. 53 vini -issimum *fuisse* (Aug. 77. CAPITOL. Maximin. 28, 2 [*opp.* cibi avidus]. TREB. Claud. 13, 5 [*opp.* ad cibum promptus]. *al.*). CAPITOL. Opil. 13, 4 si prandisset . . ., -issimus, in cena effusissimus. Gord. 6, 6 vini -us, cibi -issimus (19, 2. SPART. Pesc. 6, 6 [*opp.* vini avidus]. *al.*). 21, 1 pomorum . . . avidissimus fuit, in reliquo genere ciborum -issimus. ITALA Sirach 31, 24 (Ps. Aug. spec. 52 = VVLG.) somnus sanitatis in homine -o (*opp.* viro infrunito. *gr. 34, 20* ἐπὶ ἐντέρῳ μετρίῳ). HIL. in psalm. 14, 7 p. 89, 10 ut pecuniam spernat, ut ieiuniis -us sit. SYMM. epist. 8, 23, 2 deliciarum -us. PRVD. cath. 7, 66 (*de Iohanne baptista*). POMER. 2, 23, 1 qui -iores videri volunt et gloriam sibi velut de abstinentia districtiore conquirunt. *al.* **b** *de hominum vita sim. nec non de ipsis epulis*: CVRT. 6, 2, 3 -o ac parabili victu ad inplenda naturae desideria defungi (8, 4, 28 SIL. 15, 810. TAC. ann. 15, 63, 3 senile corpus *Senecae* et -o v. tenuatum. CYPR. epist. 11, 6 RVFIN. hist. mon. 29 p. 455^B. *al.*). SIL. 6, 95 -a vires accersere mensa (TAC. ann. 13, 16, 1. AMM. 16, 5, 1 [*opp.* ambitiosam]). MART. 13, 116, 2 sitis. PLIN. epist. 3, 12, 1 *cena* (SPART. Sept. Sev. 4, 6). CYPR. epist. 2, 2 sumptibus -ioribus quidem sed salutaribus (*antea*: frugalioribus et innocentibus cibis). PANEG. 2, 14, 4 *imperatoris* epulae mensis communibus -iores locorum . . . fructibus instruuntur. LAMPR. Alex. 37, 2 convivium neque opiparum neque nimis -um (SYMM. epist. 6, 81). VOPISC. Tac. 11, 1 fuit vitae -issimae (AMM. 19, 9, 9 *Persarum*. 21, 16, 5. 22, 16, 18. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 281^C arida -aque). PRVD. cath. 7, 15 -am . . . disciplinam *ieiunii* (*cf.* ALC. AVIT. epist. 83 p. 94, 24 -ioribus . . . ieiuniis).

B *in variis condicionibus se continendi vel abstinendi*: **1** *moderate, sine studio, non vehementer agendo (hucine l. 19? ceterum v. quae ad A 3 et 4 monuimus)*: *de animantibus*: HOR. carm. 1, 34, 1 ⌊-us deorum cultor⌋ et infrequens (⌊⌋ SCHOL.: minus colens. *sed illiberalem, sc. parva tantum munera afferentem, intellegunt alii coll. p. 343, 16*). PLIN. epist. 9, 19, 6 in quo (*sc. quod vetuit monumentum sibi fieri*) tibi -ior videtur et pressior *Frontinus quam Verginius*. paneg. 21, 2 tu . . ., beneficiorum tuorum -issimus aestimator. 51, 1 tam -us in aedificando *es*, quam diligens in tuendo (in *cum gerund. ut*: SVET. Claud. 12, 1 in semet augendo -us atque civilis praenomine imperatoris abstinuit. GELL. 3, 1, 12 in sese colendo. ENNOD. opusc. 1, 15 p. 265, 19 in exigendis praemiis). *de affectibus* (*nisi ad 2 trahas*): OV. ars 1, 281 -ior in nobis nec tam furiosa libido *est quam in animalibus*. Pont. 1, 2, 98 paene . . . merito -ior ira *imperatoris* meo est. **2** *non laedendo, incommodis non afficiendo (hucine l. 12? vix etiam p. 342, 10)*: *de animantibus*: SIL. 3, 577 *populus Romanus* haud umquam -us pro laude cruoris et . . . famae sitiens (CLAVD. 22, 29 *Iuppiter* nostri . . . c. -us. *cf.* TAC. hist. 3, 75, 1 moderatum et civium sanguinis -um). 12, 424 *Acerris deletis* nihilo levior nec -ior ira *Nuceriam diruit Hannibal* (*nisi ad 1; cf. vol. VII 2, 1209, 34 sqq.*). FRONTO p. 46, 17 v. d. H. (*antea*: ne tibi litterae meae crebriores oneri essent) me laborum tuorum -iorem . . . esse oportet. AMM. 30, 9, 1 in provinciales admodum -us *erat* tributorum . . . molliens sarcinas. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 28 p. 848 quis tam . . . -us anima, ut eum non paeniteat hucusque vixisse? (*gr. 7, 378* φιλόψυχος. *cf.* vitae parcere *p. 334, 74*). *de armis vel dextera armata*: STAT. Theb. 7, 689 -ior ad cives Polynicis inhorruit ensis. PRVD. perist. 10, 1064 -a ad secandum dextra. COMM. instr. 1, 17, 8 *sacerdotes Bellonae insaniam fingentes* dorsa sua allidunt -a bipenne. **3** *quidlibet non faciendo vel non sectando sim. (cf. quae ad A 4 monuimus)*: *cum inf.*: SIL. 1, 680 *Fabius* -us . . . lacessere Martem. 8, 462 haud -i Martem coluisse Tudertes. MART. 9, 101, 19 *Domitianus* recusatos -us duxisse triumphos. *cum gen. rei qua quis abstinet, cuius cupidus non est*: SIL. 10, 32 *ruebat* acies non -a fugae. TRAIAN. Plin. epist. 10, 9 statuam poni mihi . . ., quamquam eius modi honorum -issimus, tamen patior. IVST. 6, 8, 6 pecuniae adeo -us fuit, ut sumptus funeri defuerit (*aliter p. 342, 61. 82*). *? cum abl.*: GLOSS. II 575, 57 culpa -us (carens *Loewe dubitanter*): inculpabilis.

C *appendix structurarum (ad A et B); indicatur*: **1** *qua (in) re quis -us sit*: **a** *structura nominali*: α *abl.* (*sc. instr. vel limitationis*): PLAVT. Rud. 919 opera haud fui -us mea. SEN. dial. 3, 4, 3 *irae* verbis -iores. SIL. 12, 424 -ior ira *Hannibal* (irae *Gronovius*). STAT. Theb. 2, 422 eloquio. PLIN. paneg. 83, 7 comitatu. CE 492, 17 (*saec. III*) manu. SPART. Pesc. 1, 4 vita (AVG. civ. 4, 3 p. 149, 26 D.). *al.* β *gen.* (*rei adhibendae, admittendae sim. vel etiam appetendae, temptandae*): HOR. sat. 2, 2, 62 *avarus quidam* veteris non -us aceti. LVCAN. 9, 590 somni (IVST. 11, 13, 2 PS. AVR. VICT. epit. 47, 5). SIL. 3, 577 cruoris (CLAVD. 22, 29. *cf.* TAC. hist. 3, 75, 1 sanguinis). 10, 32 fugae. TAC. hist. 1, 49, 3 pecuniae (*sc. utendae ut* SVET. Tib. 46. *appetendae*: IVST. 6, 8, 6). TRAIAN. Plin. epist. 10, 9 honorum. SVET. Iul. 53 vini (*al. v. p. 343, 60*). FRONTO p. 46, 17 v. d. H. laborum tuorum. APVL. met. 7, 16, 5 hordei. CAPITOL. Aur. 5, 8 rei suae (*cf.* sui: CLAVD. carm. min. 9, 29 SIDON. epist. 3, 5, 2). *al.* γ *praepos.* (*hic illic pendent non tam ab ipso adi. quam a toto praedicato ut l. 62*): in *cum abl.* (*vix iam* VITR. 1, 2, 8 *p. 343, 13*): PLIN. epist. 1, 22, 4 in victu. 9, 2, 1 in quibus *epistulis*. 9, 19, 6 in quo. paneg. 3, 3 in laudibus suis. CAPITOL. Aur. 23, 2 in largitionibus pecuniae publicae. Gord. 21, 1 in reliquo genere ciborum (*cf.* GREG. TVR. vit. patr. 14, 1 in cibis). *al.* in *cum acc.*: IVST. 41, 3, 10 *Parthi sunt* in libidinem proiecti, in cibum -i. circa: ARNOB. nat. 5, 10 p. 261, 16 M. *viri* c. res etiam flagitiosi operis -iores. erga: SYMM. epist. 2, 2 mihi e. Lucilli praedicationem sermo -ior, fides maior est.

b *structura verbali*: α *gerund.*: Ⓘ *cum praepos.*: in *cum abl.*: CIC. Balb. 50 in largienda civitate. orat. 81 in transferendis *verbis*. PLIN. epist. 10, 26, 2 in laudando. *al.*, *v. etiam supra l. 8.* ad: PS. AVR. VICT. epit. 45, 5 ad loquendum. PRVD. perist. 10, 1064 ad secandum. erga: AMM. 21, 16, 1 e. tribuendas celsiores dignitates. Ⓘⓘ *gen.*: HOR. sat. 2, 5, 79 magnum donandi -a iuventus. AMBR. Abr. 1, 5, 38 loquendi (ENNOD. epist. 1, 2, 4 p. 4, 10 opusc. 3, 58 p. 345, 18). IVLIAN. in Am. 3, 12 vindicandi. SVLP. SEV. chron. 2, 46, 4 utendi. SIDON. carm. 5, 148 habendi. β *inf.*: *v. l. 30.*

2 *in quem quis -us sit*: **a** *praepos.* (*vix huc* STAT. *sub B 2*): PANEG. 3, 12, 1 tam severe -us in semet, in cives suos tam liberalis est ac remissus (AMM. 30, 9, 1 in provinciales. CLAVD. 28, 555 in se vel pignora). LAMPR. Comm. 16, 8 circa alios omnes. **b** *dat.* (*dub.* PS. CATO dist. 3, 9 munificus . . . vivas, non -us amicis [*var. l.* amicus *praetulit Boas*]. *ceterum cf.* TERT. *sub II B 2*): AMBR. exc. Sat. 1, 57 sibi (*v. sub A 1 b*). paenit. 1, 2, 9 *v. p. 341, 74*. PAVL. NOL. carm. 18, 228 *agricola* -ior . . . natis quam pecori. epist. 25^a, 2 p. 231, 21 qui pauperi -us et sibi prodigus fuerat. CE 1347 A, 14 (*saec IV*) nulli. 698, 15 (*saec. VI*) -us sibi, largus amicis. *? c gen.*: *v. p. 342, 10.*

II *respicitur status rerum non abundans, non amplus, fere i. q.*

[Paśkiewicz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exiguus, modicus sim. (usu imprimis poetico; iungitur saepe attributive cum abl. instr. vel ponitur praedicative, ut quodammodo ad verbum pertinere videatur [sc. notione sub I illustrata, ut l. 11 monuit SERV.]; opp. largus, longus, magnus, pro syn. adhibentur brevis, modicus, parvus al., quae infra adnotavimus; litotes l. 26. 39; accedit dat. l. 61, praeterea abl. mensurae et limitationis l. 54 sq.): A pertinet potius ad multitudinem parvam, paucitatem (locos inter adi. et adv. ambiguos Ov. am. 1, 8, 69 et PETRON. 130, 7 v. p. 346, 14. 56):

1 rerum corporearum: VERG. georg. 3, 403 caseum -o sale contingunt hiemique reponunt (SERV. [inde SCHOL. Verg. Bern.] aut modico, aut . . . ⌊servatorio⌋, quia omne in quod mittitur servat, nam et homo frugi -us vocatur, aut certe -o dixit pro parce, ut sit nomen pro adverbio [⌊⌋ hanc notionem rectius agnovit idem p. 342, 40]. cf. Ov. fast. 2, 538 [535 parva petunt manes] satis est . . . -a . . . mica salis [parva, sparsa var. ll.]). Ov. epist. 20(21), 82 vento lintea -a dari (cf. e. g. rem. 266 dedit . . . lintea plena). trist. 3, 2, 19 nec nostro -ior imber lumine de verna quam nive manat aqua (de lacrimis; de pluvia: AVIEN. Arat. 1831 [1829 modico]). SEN. nat. 4, 2, 2 prout . . . Nilus magnus influxit aut -ior (AMM. 22, 15, 13 si venerit -ior [opp. abunde . . . luxurians; postea: nimietate . . . parvitate]). PLIN. nat. 14, 125 pugnacibus mustis crapulae (i. resinae) plus inditur, lenibus -ius (neutr. pro subst.). 19, 132 betae genus -issimi seminis (Theophr. hist. plant. 7, 4, 4 ὀλιγοσπερμότερον). VAL. FL. 2, 70 restituunt . . . -o corpora Baccho (item de vino: SER. SAMM. 1067 -o conspersa Lyaeo medicamenta [1072 parvo trad.]). SIL. 6, 330 foveam -o tectam velamine frondis. 11, 54 respersis non -o sanguine mensis. 14, 230 fluvium facilem superari gurgite -o (nisi ad B2). MART. 4, 46, 13 -ae cistula non capax olivae. 4, 66, 16 nuces. 8, 33, 12 caryotam fert cum -o sordidus asse cliens. SER. SAMM. 464 furfur . . . -a fuerit cum fervidus unda (item de aqua sumenda: VEG. mulom. 1, 35, 2 -issimum potum . . . suscipiat [parvis- codd., paucis- ed. pr.]. RVFIN. hist. mon. 27 p. 449B aqua -issima utebatur [antea: largiore mensura]. aliter l. 35). ITIN. Alex. 33 Caucasum intersitum . . . par⟨c⟩is arboribus (raris coni. Kluge; cf. Arrian. 3, 28, 5 ψιλόν). AVIEN. Arat. 1663 -o . . . tellus rore madebit. orb. terr. 163 maris unda -ior et tenui praetexens ima fluento. AVSON. 411 p. 270P. -ior ille maiorum mensis . . . sucus (sc. garum). VEG. mil. 3, 11 cibo (HIER. epist. 54, 10, 5). 2 ignis, luminis: SIL. 3, 304 -a durasse hastilia flamma. AVIEN. Arat. 234 -o igne micant manus Ophiuchi. 1119 vix lumine -o eminet Eridanus (AVSON. 369, 29 p. 96 P. nec fulgura -i luminis intendens sol [antea: plena sub luce]). 3 variarum rerum incorporearum: ARNOB. nat. 3, 40 p. 197, 9 M. dei Consentes miserationis -issimae. PS. AVR. VICT. epit. 13, 8 quamvis ipse Traianus -ae esset scientiae. SYMM. or. 3, 4 (neutr. pro subst.) ut Valentinianus pater -iora promitteret de Gratiano filio, sed milites suffragiis suis de eo . . . felicius iudicarent. PRVD. apoth. 844 flatus tibiae -us (845 largo . . . flamine). SORAN. p. 11, 14 aestate -a est purgatio mulierum (postea: modicum; gr. p. 15, 11 Ilb. ἔλαττον, Cael. Aur. gyn. 1, 28 parva). CE 1321, 2 (saec. IV? sed fortasse est spurium) praemia.

B pertinet potius ad spatium parvum, breve sim. (ad pondus fortasse l. 59): 1 temporis: Ov. am. 3, 6, 9 -a dedisse quieti tempora (parva, pauca var. ll.). SIL. 7, 339 cui -a quies minimumque soporis (cf. PLIN. paneg. 49,8 -us et brevis somnus). de pede metrico: BASS. gramm. VI 264, 21 creticus una -ior syllaba est quam paeon. TER. MAVR. 1385 trochaeus est syllaba longus priore, -ior novissima. 2 loci (hucine p. 342, 18?): SIL. 16, 111 nisi sagitta -o summum violasset vulnere corpus (nisi cogites de actione levi vulnerandi). MART. 2, 40, 6 condantur -o . . . Falerna vitro. 4, 8, 10 cum Caesar ingenti . . . tenet pocula -a manu. 7, 74, 6 (in voto) Atlas -a mole prematur. TERT. pall. 1, 1 tunicae neque trans crura prodigae . . . nec ⌊bracchiis⌋ -ae nec manibus artae (⌊⌋ dat. potius quam abl., cf. IC2b; var. l. par(a)e vix recte pro adi. cum adv. parum coniungendo acceperunt Salmasius aliique nec melius pandae, adi. cum pandere coniungendum finxit Sedgwick, Vig. Christ. 22, 1968, 94). AVIEN. Arat. 532 tertia . . . linea . . . -ior est ([sc. Δελτώτου. postea: contracta. gr. 236 οὔτι τόση, Cic. Arat. 8 minor, Germ. 238 brevior]. 948 -ior artat l. circulos). 606 modus ollis Pleiadibus -us et ignis tenuis (gr. 264 ὀλίγαι, Cic. Arat. 37 tenues). orb. terr. 200 terra . . . -i faucibus oris hiat (de Bosporo; cf. Dionys. perieg. 142 στεινότατος). SYMM. epist. 3, 1 artare paginam limite -iore (postea: breves epistulas).

masc. pro subst. v. p. 342, 33. 56. 77. al., neutr. (sc. compar.) l. 22. 44.

adv. ˣ**parcē.** compar. -ius persaepe inde a CIC., superl. -issime saepe inde a CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 3. de notione: GLOSS. φειδωλῶς. cupide vel exigue (cf. p. 341, 28). exigue, continenter. -ius: πεφεισμένως. -issime libavit: tenuiter conprehendit (cf. fort. p. 348, 40). legitur inde a PLAVTO, TER. [confunditur in codd. maxime cum parte (quasi pro adv.) e. g. SEN. nat. 4 praef. 9 QVINT. inst. 11, 3, 100. al., ceterum e. g. cum paucissime AVG. epist. 55, 13; falsa var. l. pro large Ov. fast. 1, 404 COLVM. 1 praef. 19, -ius pro fortius Ov. rem. 463. suppletur in lacuna LIV. 23, 49, 4.]

b *sing.*: *α de matre magna q. d.*: Verg. Aen. 10, 252 alma -s Idaea deum (Ov. fast. 4, 182. CIL VI 499 [*a. 374*] matri deum magnae I. summae -i). Ov. met. 14, 546 alma (*v. supra*). fast. 4, 359 illa deos ... peperit: cessere -i (*postea*: mater). Ib. 457 magnae. Sen. Ag. 688 turritae. Clavd. rapt. Pros. 3, 115 sancta.

β de Iove: (I) *cum gen. obi.*: Ov. met. 14, 807 divumque hominumque -em (*cf.* Sen. Thy. 90 magne divorum -s nosterque. Plin. paneg. 88, 8 hominum deorumque). Sen. Herc. f. 264 divum. 517 caelestium rector -sque (598 arbiter -sque. *cf.* Sil. 15, 61 superum). 1054 magnus ... -s aetheris. Phaedr. 466 maximus mundi -s (Lvcan. 4, 110 summe -s mundi. Plin. paneg. 80, 4). Avien. Arat. 23 ipse -s rerum (*v.* Lvcan. *sub 1*). (II) *cetera exempla*: Hor. carm. 1, 12, 13 -is ..., qui res hominum ac deorum ... temperat. Sen. epist. 107, 11 (vers.) o -s celsique dominator poli. Lvcan. 2, 59 saeve -s. Calp. ecl. 4, 93 Iuppiter ipse -s. Sil. 17, 475 summi ... labat domus alta -is (Homer. 89 [*gr. A 503 Ζεῦ πάτερ*]). Stat. Theb. 2, 359 Saturnius. silv. 5, 3, 232 Tarpei.

γ de variis (*accedit* velut Pavl. Fest. p. 52): Laber. mim. 54 genius generis nostri -s (Avgvst. Paul. Fest. p. 95 deorum filius et -s hominum). Ov. met. 4, 15 (*invocatur Bacchus*) Nycteliusque Eleleusque -s *eqs.* (*cf.* Sen. benef. 4, 8, 1 *putant* Liberum patrem, quia omnium -s sit). 10, 148 Musa -s. 15, 48 -i Amphitryoniadae. fast. 1, 627 Tegeaeae (*i. Carmentae*). 4, 572 future -s, Thybri, potentis aquae. 6, 479 Matutae. Pavl. Fest. p. 52 cui *Iano* supplicabant velut -i et a quo rerum omnium factum putabant initium (Mart. 8, 2, 1 fastorum genitor -sque I.). Sen. Thy. 789 terrarum superumque -s *Phoebus* (Sil. 9, 345 Ph., *o Musae*, ... vocate -em. 13, 538 *qui* -i carmina fuderunt Ph. Stat. Theb. 1, 696). Sil. 2, 671 interni ... aula -is, *Ditis*. Apvl. met. 4, 30, 1 rerum naturae prisca -s, *Venus* (*sim. de Iside*: 11, 5, 1. 11, 7, 4). 11, 2, 1 Ceres alma frugum -s originalis. 11, 27, 2 deum ... summi -is, *Osiris*. Mart. Cap. 8, 803 *Arithmeticam* -em superum. Anth. 723, 3 Luna -s mensum, numerosa prole renascens).

3 *Christianorum* (*accedit particula compar.* Lact. inst. *sub b*): **a** *cum gen. obi.*: Min. Fel. 18, 4 universitatis dominum -emque (*sim.* Hil. trin. 1, 4 universitatis dominum et infinitatis -em). 18, 7 omnium (19, 15. 35, 4 -em o. et o. dominum. Hil. in Matth. 4, 8. *cf.* rerum: Prvd. cath. 7, 25 Cod. Theod. 16, 5, 6, 2). Lact. inst. 2, 5, 3 -em generis humani (Hil. in Matth. 14, 7. *cf.* Ivvenc. 1, 118 hominum [Prvd. perist. 13, 56 Rvst. Help. benef. 126]. Prvd. ham. 697 -s opifexque et conditor Adae). 6, 9, 1 -em animae ... deum (Arnob. nat. 2, 47 -s et genitor animarum. *cf.* Greg. M. moral. 7, 40 cordis). ira 1, 9 mundi -s et conditor rerum. Ivvenc. 1, 747 vitae lucisque (Ps. Hier. epist. 19, 19 p. 207^{D} magister et -s v.). Hil. in Matth. 10, 15 immortalitatis. Ps. Evseb. Gallic. hom. 27, 9 G. virtutum. **b** *sine gen. obi.*: Min. Fel. 9, 4 *Christianos* sacerdotis colere genitalia et quasi -is sui adorare naturam. 17, 7 nonne auctorem suum -emque testatur ver? 31, 8 sic nos ... fratres vocamus ut unius dei -is homines (Tert. scorp. 3 p. 151, 12 [*ad exod. 32, 27 sqq.*] tria milia hominum a -bus proximis caesa, quia tam proximum -em deum offenderant. Prvd. perist. 10, 128. 10, 534. *al.*). Arnob. nat. 2, 48 quo ... -e sint editae *animae*. Lact. inst. 5, 7, 1 deus ut -s indulgentissimus. opif. 2, 1 artifex ... noster ac -s deus. Ivvenc. 1, 572 perfecto similes estote -i (*Matth. 5, 48* pater ... caelestis). Filastr. praef. 3 vero Christo -e amissa falsitate -is mendacissimi *diaboli* (*ibid. iterum*). Sedvl. carm. pasch. 1, 305 perpetui ... -is iura. *al.*

distinguitur deus -s a Christo filio (*quod fortasse ad IA1a referre mavis*): Prvd. apoth. 792 de corde -is filius emicuit (*cf.* cath. 9, 10 corde natus ex -is). 1008 -s deitas. cath. 4, 15 a Christo ... et -e. 9, 107 in -is arce. psych. praef. 60 -e natus alto. Clavd. carm. min. 32, 19 *Christus ascensione* repetens ... -em.

B *de natura, terra, mundo sim.* (*sc. tamquam omnium auctore, tutore [cf.* Varro *sub A2a], aliter sub IV; usus vocis excusatur l. 14. 30. 40*): 1 *cum gen. obi.*: Cic. Tusc. 1, 118 a natura -e omnium (Sen. benef. 3, 28, 2 unus o. -s mundus est. Colvm. 1 praef. 2 communis o. -s Tellus. 2, 1, 2 terram [Svet. Iul. 7, 2]. Plin. nat. 27, 2 *rerum naturam*. *cf.* 18, 1 cunctorum -i, *terrae*). nat. deor. 2, 86 omnium ... rerum ... seminator et sator et -s, ut ita dicam, atque educator et altor est mundus (Colvm. 3, 9, 1 natura [*de eadem*: Plin. nat. 24, 1 sacra. 29, 64. 37, 205. *cf. l. 21*]. Plin. nat. 27, 8 -s r. o. et magistra *casus*. Ps. Qvint. decl. 10, 17 r. o. auctorem -emque spiritum. *al.*). Prec. terr. 1 tellus, rerum naturae -s. 17 magna tu mater deum ... vere gentium et divum -s (*cf.* Sen. Phaedr. 959 magna -s, natura, deum). Manil. 2, 209 -s (pars *var. l.*) mundi natura. Plin. nat. 27, 146 rerum ([omnium *fere suppletur*]. Drac. laud. dei 3, 554 natura [Orest. 776]. Anth. 718, 14 *de Oceano*). Epist. Alex. 1. 13 H. terra quantum aut bonarum rerum pariat aut malarum, conceptrix et -s publica ferarum ac fructuum metallorumque atque animalium (pariens *var. l.; v. quae adnotavit de Boer de tota sententia varie depravata*). 2 *cetera exempla*: Cic. Tusc. 5, 37 a communi -e natura (*item per appos.*: Octavia 385 Lvcan. 10, 238 Arnob. nat. 2, 17 Lact. Phoen. 34 Drac. laud. dei 3, 27 Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 84, 2. *ad eandem referas*: Sen. epist. 90, 38 sufficiebat illa ut -s ⌊in tutelam⌋ omnium [⌊ ⌋ ita tutela *Bücheler*]. Plin. nat. 7, 1 -s ... homini an ... noverca fuerit [*sim.* Qvint. inst. 12, 1, 2]. *al.*). Verg. Aen. 4, 178 illam, *Famam*, Terra -s ... progenuit ([Serv.: generale est, rerum omnium -s Tellus]. *item per appos.*: Petron. 127, 9 [vers.]. CE 1039, 1 [*saec. I*]. Ivv. 8, 257 Clavd. carm. min. 53, 1 Carm. c. pag. 94; *ceterum*: Ov. met. 1, 393 magna -s t. est [*item spectant ad oraculum Deucalioni datum*: Colvm. 10, 60 Prob. Verg. georg. 1, 60—63]. *cf. om. voce q. e.* terra: Ov. met. 1, 383 magnae. Octavia 417). Prec. herb. 2 tellus -s (*item per appos.*: Avien. Arat. 1379 Drac. laud. dei 1, 176. *de eadem*: Octavia 405 Colvm. 10, 164. Plin. nat. 18, 21 t., quae -s appellatur. 33, 1). *al.*

C *transfertur ad mentulam*: Mart. 11, 15, 9 ex qua nascimur, omnium -em, quam sanctus Numa mentulam vocabat.

IV *de variis* **rebus** (*adiecimus quaedam iam supra, v. sub III B et C nec non p. 362, 20*): **A** *de terris, locis sim.* (*aquis sub 2b*): 1 *significatur potius id, ad cuius tutelam, dominationem aliquis (aliquid) pertinet*: **a** *de patria, civitate sim.* (*accedit* velut Tac., Amm. *bis*, quasi Plin. epist.): Varro Men. 235 patriam, maiorem -em (Cic. Catil. 1, 17 p., quae communis est -s omnium nostrum [*sim.* de orat. 1, 196]. rep. 1 frg. Non. p. 426, 10 antiquior. Att. 9, 9, 2 antiquissimam et sanctissimam. *cf.* Clavd. Don. Aen. 1, 95 p. 32, 25 p. potiore loco inter -es numeratur). Prop. 3, 22, 39 haec tibi, Tulle, -s (*sc. Roma ut*: Flor. epit. 3, 18, 5 matrem ... ac -em urbem *Italiae*. Paneg. 7, 11, 6 sanctae. Avson. 290, 9 p. 147P. rerum dominam Latiique -em. Symm. epist. 3, 11, 3 civitas nostra populorum omnium -s. Amm. 14, 6, 5 velut frugi -s. Ambr. obit. Valent. 20. Prvd. c. Symm. 1, 416 fida. Clavd. 26, 52 veneranda. 28, 362 vestra -s, Auguste). Mela 2, 36 Musarum -s domusque Pieria. Plin. nat. 3, 39 omnium terrarum alumna et -s (*Italia ut*: 37, 201 rectrix -sque mundi altera). Sil. 4, 811 Carthago -s (*loquitur Hannibal; de eadem*: Prvd. perist. 4, 61 -s orbis populosa Poeni). Tac. ann. 3, 28, 3 velut -s omnium populus (*cf.* Plin. epist. 4, 13, 5 pro re publica quasi ... pro -e. Amm. 25, 3, 18 velut imperiosa -s ... res publica). **b** *de senatu, curia*: Gran. Lic. p. 10, 12 patriam sibi ... Romam esse, senatum -em (*mutavit ex Polyb. 31, 2, 5, ubi plur. βουλευτάς et πατέρων*). Cod. Theod. 12, 1, 149 -i curiae se ... auferre. **c** *de ecclesia*: Ps. Evseb. Gallic. hom. 13, 2 G. ecclesia omnium fidelium -s (*nisi per imaginem ad I; cf. antea*: mater cunctorum viventium Eva).

2 *significatur potius id, unde aliquis (aliquid) originem ducit*: **a** *de terra, urbe sim., sc. tamquam origine*: *α viventium* (*sive animantium sive arborum, frugum sim.; aliter sub IIIB*): Cic. Flacc. 62 ut ipsa *terra Atheniensium* ex sese suos cives genuisse dicatur et eorum eadem terra -s, altrix, patria dicatur (*sec. Isocr. paneg. 25 τροφὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα*). Verg. georg. 2, 173 magna -s frugum, Saturnia tellus, magna virum (*hinc* Avson. *sub b. cf.* Flor. epit. 3, 5, 10 Athenas ... frugum -em). Vitr. 8, 3, 24 Africa -s et nutrix ferarum bestiarum, maxime serpentium (*item animalium*: Stat. Theb. 4, 226 volucrum ... -s *Messe*. Clavd. 5, 31 -s Argaeus equorum). Plin. nat. 14, 1 *arborum communium* omnium peculiaris -s *Italia* (*cf.* Stat. Theb. 3, 106 nemorum Dodona -s). *de arca Noe* (*v. H. Rahner, Symbole der Kirche, 1964, 531 sqq.*): Cypr. Gall. gen. 295 *arca* venturis ... -s servabat semina saeclis. *β coloniae sim.*: Cic. Scaur. 45a Africa ... -s illa Sardiniae. Liv. 37, 54, 19 certare ... ausi sumus cum -bus quaeque civitas *Rhodiorum* et

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

conditoribus suis. PLIN. nat. 5, 76 Sidon ... Thebarum ... Boeotiarum -s. TAC. ann. 4, 55, 2 -em urbis Romae Troiam. FLOR. epit. 1, 3, 8 Albam ... quamvis -em ... diruit *Tullus Hostilius*. *γ rerum quarumlibet*: SIL. 16, 150 belli ... -em *Carthaginem*. PRVD. perist. 2, 1 antiqua fanorum -s *Roma*. CLAVD. 24, 136 armorum legumque -s *Roma*.

b *de aquis, sc. tamquam origine*: *α viventium sim.*: STAT. Theb. 9, 440 (*Ismenos Bacchum adloquitur*) non te admonet altrix unda ..., iam pridem oblite -um? (*cf. 343* altrices ... aquas). PLIN. paneg. 30, 3 fecunditatis -s *Nilus*. AVSON. Mos. 381 -s frugumque virumque, Mosella (*pendet e* VERG. *sub a*). *β aliarum aquarum*: PLIN. epist. 8, 8, 5 *Clitumnum* quasi -em ceterorum *fluminum*. AVIEN. orb. terr. 246 *Maeotis* sola -s ponto, genetrix haec sola fluento est (*antea*: matrem, *cf. Dionys. perieheg. 165 μητέρα*). ora 393 -s nostri maris *Oceanus*.

B *de aliis rebus*: **1** *de causa quadam efficiente* (*accedit particula comparativa* CIC. de orat., TERT., MART. CAP.): CIC. de orat. 1, 9 omnium ... artium procreatricem quandam et quasi -em (*sc. philosophiam ut*: Tusc. 5, 6 vitae. SEN. nat. 2, 53, 3 artium). leg. 1, 62 earum *rerum* -s est educatrixque sapientia. VAL. MAX. 4, 5 pr. *verecundia* -s est omnis honesti consilii. STAT. Theb. 1, 127 -s odii metus. TERT. anim. 37, 3 decurialem numerum ut exinde reliquorum -em colunt. AVIEN. Arat. 40 autumni ... -is. AMM. 21, 13, 13 *aequitate* -e nutriceque orbis Romani. MACR. Sat. 1, 5, 4 -is artium antiquitatis. MART. CAP. 9, 936 de prima voce velut de sonitus totius -e. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 26, 19 potest res incorporea -s esse ... corporeae. **2** *de materia, elemento sim.* (*accedit particula comparativa l. 29. 34. 35*): APVL. met. 2, 12, 2 *lucernae* igniculum ... memorem ... illius maioris et caelestis ignis velut sui -is. TERT. nat. 2, 3, 3 *deos non esse*, quorum -es, id est elementa, dei non sint (*de isdem*: 2, 3, 7). PAVL. NOL. carm. 22, 37 mundos, quos atomis per inane -bus (pat- *var. l.*) edit *Epicurus* (*ne hic quidem vim verbalem concedas*). AVG. gen. ad litt. 7, 22 p. 221, 7 -s ... animae instituta est aliqua creatura spiritalis (7, 23 p. 222, 4 quasi -em ... a. *cf.* 10, 5 p. 301, 3 ex angelis tamquam -bus *animarum*). ENNOD. opusc. 5, 15 p. 397, 12 de limo -e (*sc. ex quo homo factus est; item*: 10, 5 p. 420, 17 ARATOR act. 1, 374).

deriv.: parentalis, *?* parentarium, parentela, parentivus, parento.

compos.: comparentes (VVLG. Tob. 10, 11), falsiparens; *ambiguum inter* 2. parens *et* 2. pario: cuncti-, omniparens (*ad* 2. pario *potius pertinent* frugi-, luciparens); parenticida.

parentālia *v.* parentalis.

parentālicius, -a, -um. *a* parentalis (parentalia). *i. q. ad parentalia (sc. sollemnia mortuorum) pertinens*: INSCR. Dessau 6468 (*Peteliae, saec. II med.; ex testamento*) in cena -a *quotannis facienda* ... dari volo *denarios tot*.

***parentālis,** -e. *a* 2. parens. *scripturas* -ran- *et* -tel-, -til- *v. l. 67. 68. 80.* *compar. et superl. desunt.* *legitur subst.* -ia *inde a* CIC., PAVL. FEST., *inscr. saec. I, adi. inde ab* OV., FLOR., PS. CYPR. singul. cler.; *abiit in sermonem gr. p. 366, 37.* [*e coni. valde dubia restit. Mommsen loco corr.* VARRO ling. 6, 23 dies -ium (*sed ad gen. plur. v. l. 70*; diem tarentum *cod.*; *cf. Latte, Röm. Religionsgesch. 93, 2*). *falso trad. pro* parentela *p. 367, 48* (*cf. l. 68*).]

I *in re sacra (et usu inde derivando) i. q. ad parentes mortuos pertinens* (*cf. ad rem supra p. 356, 77 sqq.; notiones deflexas v. sub B*):

A *neutr. plur.* parentalia *pro subst.* (*vix cogites de sing. p. 366, 32; de nom. sing. heterocl.* -ium *v. p. 367, 21*): **1** *usu communi significantur sollemnia paganorum, quae fiunt manibus* (*sc. tam privata quam publica, quae fiebant mense Febr. [v. p. 366, 21. 367, 35. 370, 2]; fusius de ritu agit Ov. fast. 2, 533 sqq., ceterum v. e. g. Latte, l. c. 98, Eisenhut, RE Suppl. XII 979; de ritu christiano adhib. per comparationem p. 366, 11*). *cf.* CHAR. gramm. p. 37, 11B. -ia: *νεκύσια* (*item* GLOSS.). GLOSS. III 239, 39 (*in capite de diebus festis*) τὰ νεκύσια, τὰ νεκρώσιμα: -ia. IV 267, 18 -ia: dies festi paganorum. *sim. al.; v. etiam* HIER. *infra sub a. inter* nomina generis neutri semper pluralis numeri *affertur* PROB. gramm. IV 196, 5 (*item* CHAR. *l. c. et al.*), *formam vocis esse* -ia, non parantalia, *praecipitur ibid.* 199, 4. NOT. Tir. 48, 35 parentilia (*K*, -tilla, -tela *alii*). *compendia titulorum v. sub b.* *gen. plur.* -orum *exhibent tituli (v. p. 366, 26.27. al.) et testatur* CHAR. gramm. p. 50, 27B., *qui etiam gen. tertiae decl. probat (nullo allato exemplo; vix addas l. 51; ceterum cf. Leumann, Gramm. 1977, 451)*; *abl. plur.* -lis *v. p. 366, 32.*

a *apud auctores*: CIC. Scaur. 11 cum agerent -ia Norenses omnesque suo more ex oppido exissent. Phil. 1, 13 an me censetis ... decreturum fuisse, ut -ia cum supplicationibus miscerentur ..., ut decernerentur supplicationes mortuo *Caesari*? PAVL. FEST. p. 87 *faba* Lemuralibus iacitur larvis et -bus adhibetur sacrificiis (*inde* SCHOL. Ter. p. 76, 8; *vix adi.*). PETRON. 78, 4 'putate vos' ait *Trimalchio* 'ad -ia mea invitatos esse' (*cf. Sen. epist. 12, 8 p. 371, 41*). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 209 (*sim.* SCHOL. *ad l., ubi scribitur* -telia) Romulus ... Lemuria instituit, id est -ia *eqs.* ARNOB. nat. 7, 37 pulticulae, thura cum carnibus rapacium alimenta sunt ignium et -bus coniunctissima mortuorum. ZENO 1, 4, 3 (1, 1, 12 L.) *luxuria* mortuorum sepulcra convertit in templa, ... -ia in sacrificia, mores in sacra. GAVDENT. serm. 4, 14 G. partes ... idolatriae sunt veneficia ..., observatio ominum, -ia; -ia, inquam ..., nam gulae suae causa ... coeperunt homines prandia mortuis praeparare, quae ipsi comederent *eqs.* 4, 15 qui exercent -ia. SCHOL. Hor. epod. 2, 59 *Terminaliorum dies* post -ia est. CLAVD. DON. Aen. 6, 885 p. 617, 9 -ia mortuis exhibentur. HIER. in Ier. 16, 5/8 p. 197, 9 moris ... est lugentibus ferre cibos et praeparare convivium, quae Graeci *περίδειπνα* vocant et a nostris vulgo appellantur -ia, eo quod parentibus iusta celebrentur (*sim.* in Os. 9, 3/4 l. 62; *cf.* AVG. conf. 6, 2, 2 [*antea*: cum ad memorias sanctorum, sicut in Africa solebat, pultes et panem et merum adtulisset *mater*] quia illa quasi -ia superstitioni gentilium essent simillima, *vetabantur*). AVG. quaest. hept. 5, 47 an per hoc (*deut. 26, 14*) prohibet -ia, quae observare gentes solent? CASSIOD. in psalm. 48, 12 ritum quem gentilitas in -bus agere consuevit, quando fatua superstitione ... in sepulcris invocant nomina mortuorum. *nomen libelli*: AVSON. 158 p. 28, 8P. carorum meorum obitus ... commemoro; titulus libelli est -ia; antiquae appellationis hic dies et iam inde ab Numa cognatorum inferiis institutus. **b** *in titulis*: S. C. de Druso (CIL VI 31200) b1, 4 ⟨ad re⟩m divinam paren⟨talibus faciendam⟩. DECRET. decur. Hercul. Balb. (Année Epigr. 1976 n. 144; *saec. I in.*) ex ... eo loco -bu(s) pompam duci. MENOL. Colot. *et* Vall. Febr. (Inscr. Ital. XIII 2, 47 p. 287 *et* 48 p. 293) -ia. EPIST. donat. Syntroph. (CIL VI 10239) 8 die parentali⟨orum⟩ ..., item ... die rosationis, item ... die natali meo ([-i⟨orum⟩ *Heraeus, Kl. Schr., 1937, 91*; -i ⟨meo⟩ *edd., adi. intellegentes, quod ceterum non legitur in titulis, at v. infra l. 46*]. CIL V 4489, 7 *ut profusiones fierent* diebus -orum et rosalior(um). *sim. ibid.* l. 13. XI 5047 die -orum ne minus homines XII ad rogum suum vescerentur). CIL V 2072 ut facerent Ciar(nenses) na(talia) tur(e) ..., Her(clanenses) par(entalia), mul(ieres) rosas. 5272, 14 lectisternium tempore -or(um) ... quodannis ponatur et parentetur (5907). VI 9626, 11 ut diebus sollemnibus sacrificium mi⟨h⟩i faciatis, id est ... die natalis mei usque ad *denarios tot* ..., -lis *denarios tot* (*potius abl. plur. heterocl. quam gen. sing. pendens e* dies). 10248, 10 ut ... quodannis die natalis sui et rosationis et violae et -b(us) memoriam sui sacrificis ... celebrent. XI 1436 b, 7 parental(ia) et rosar(ia) quotann(is) at sepulchrum suum celebrent (XIII 2465). *al. usurpatur in titulo gr.*: INSCR. Année Epigr. 1901 n. 124 (*Macedonia*) παρενταλίοις.

2 *metonymice* (*ortum fortasse ex interpretatione prava loci cuiusdam qualis l. 6*): GLOSS. V 585, 9 -ia sunt munuscula, quae pro remedio parentum deo in sacrificium offeruntur.

B *adi.*: **1** *strictius cum respectu parentandi* (*ut cogitari liceat de notione secundaria q. e. ad parentationem vel ad -ia pertinens; cf.* parentalicius): OV. met. 13, 619 *aves* Memnonides *quotannis* ... -i moriturae voce rebellant (*615* inferiae ... cadunt *aves. cf. p. 370, 68*). fast. 2, 548 quondam ... -es deseruere dies *Romani* (*cf. supra l. 23*). CLAVD. DON. Aen. 3, 305 p. 307, 14 *Andromachen* fuisse ... -bus obsequiis occupatam (*antea*: ut ... eum *Hectorem* ad tristis epulas advocaret. *vix huc p. 365, 77*). **2** *laxius sine respectu parentandi fere i. q. feralis, funebris sim.*: FLOR. epit. 4, 2, 69 -ia fercula regio ... sanguine madebant (*antea*: super ... mensas et pocula interficiendum se ei *Petreio* praebuit *Iuba*). VEN. FORT. vita Germ. 32, 94 instinctu divino in -es bestias (*sc. par ursorum*) feralis ira succenditur, *ita ut invicem se caedant* (-bus bestiis *var. l.*).

II *vario usu i. q. ad (quemlibet) parentem pertinens* (*sc. ad genitorem alterum vel utrumque, ceterum ad maiores vel propinquos l. 70. 76. al., ad protoplastum l. 82, ad abbates l. 66, ad patres concilii l. 79; non nisi adi.*): **A** *de animantibus*: *de manibus genitorum* (*accedit quodammodo ad usum sub I illustratum*): OV. trist. 4, 10, 87 fama, -es, si vos mea contigit, umbrae. *de progenie propinquorum*: VITAE patr. Iurens. 4 M. -is ... posteritas (*v. vol. X 2, 199, 53*).

B *de rebus*: **1** *de affectibus sim.* (*sc. sive parentum sive erga parentes*): PS. CYPR. singul. cler. 33 p. 208, 17 (*respicitur Luc. 14, 26*) -is affectio (*cf.* AVG. bon. coniug. 3, 3 -is affectus [*sc. erga liberos; erga parentes*: serm. coll. Morin p. 159, 34; *abbatum erga monachas*: VITAE patr. Iurens. 25 M.]). PS. AVG. serm. 195, 4 terror -is (*antea*: timor ... maritalis). ALC. AVIT. carm. 1, 186 ista (*sc. coniugum*) -es non rumpant vincula curae. c. Eutych. 1 p. 21, 16 utrum sine supercilio -i ... impenderit ministerium seminis *Abraham* (*l. 12* multarum gentium pater). CASSIOD. var. 4, 1, 4 posteros nostros obliget gratia -is (*i. 'inter propinquos'*). VEN. FORT. carm. 9, 13, 1 corde -i, iugi pietate colendi *diaconi quidam*. VITA Caes. Arel. 1, 10 meus es ... propinquus: nam ... parentes tuos ... per consanguinitatem -i recordatione complector. **2** *de variis rebus*: PS. CYPR. singul. cler. 36 p. 211, 22 sciant nunc adempta sibi esse -ia patrocinia (*35 p. 210, 27* aiunt: '... sicut indultum est parentibus nostris'). AVG. serm. 293, 1 in nativitate Iohannis aetas congrua non erat -is (*antea*: nascitur ... de anicula). CONC.[S] II 5 p. 34, 11 qui -em rectitudinem negant (*sc. fidem orthodoxam a patribus concilii definitam; antea*: qui paternam sortem ... custodiunt). ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 18, 17 *si Christus homo tantum esset*, communis debiti sarcinam -i chirographo sustineret (*item respicitur peccatum originale*: FVLG. RVSP. epist. 17, 26 peccati -is maculam. praedest. 1, 7 macula -is [*postea*: naevo paternae trans-

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gressionis]. VEN. FORT. epist. [carm. 10, 2]3 hereditas). SIGISM. Alc. Avit. epist. 93 p. 100, 5 me . . . gratiae debitorem non magis -ia debita quam beneficia mihi impensa fecerunt. EPIST. Austras. 43 *nepotem peregrinantem* -em redire depraecamur ad portum (*antea*: sine parentibus annos pupillares transigere). VEN. FORT. carm. 4, 5, 8 Ruricii gemini flores, quibus Aniciorum iuncta -i culmine Roma fuit. vita Marcell. 4, 13 nec sumens de -i laude iactantiam (*antea*: non de generis intumescens superbia).

deriv.: parentalicius, parentalitas.

parentālitās, -ātis *f.* *a* parentalis. *i. q. parentela*: FERRAND. epist. 10 redde . . ., quod exigit -s (parentela *superscr. man. saec. XV; postea*: familiaribus obsequiis). *cf. var. l. p. 368, 23.*

? **parentārium,** -ī *n.* *si vox agnoscenda est, a* 2. parens *derivanda videtur, ut significetur locus, ubi parentes coluntur* (*actionem parentandi intellegunt alii vocem more minus solito a verbo q. e.* parentare *derivantes*). CHAR. gramm. p. 37, 12 B. (*inter* neutralia semper pluralia) haec parentalia νεκύσια; ⌊ubi eos qui peregre moriuntur colunt, -um dicitur⌋ (⌊⌋ *huc transposuerunt Keil et Barwick verba cod. N trad. ad* p. 36, 25 compitalia id est ubi eos *eqs.* [*unde* GLOSS. I p. 247 compitalia seu -um, ubi eos *eqs.*; *compitalia et manes nectuntur ratione dubia etiam Gloss.*^{L} *II Philox.* CO *108*]; parentalium *coni. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 92 dubitanter, sed fortasse forma textus genuini latet in cod. Cauchii et excerptis Par., ubi pro* colunt -um *trad.* solet parentari).

parentātio, -ōnis *f.* *a* parentare. *i. q. actio parentandi*: FEST. p. 157 (*in lac.*) -o, non sacrifi⟨cium⟩. TERT. spect. 12 p. 14, 23 sq. quod . . . mortuis litabatur *muneribus gladiatoriis*, utique -i deputabatur; . . . idololatria -is est species: tam haec quam illa mortuis ministrat. SERV. auct. Aen. 5, 99 *manes* venientes de Acheronte ad hanc -em. 5, 101 ('socii . . . dona ferunt') libenter . . . conferunt -i. CLAVD. DON. Aen. 3, 310 p. 308, 23 -is causa (*cf. Verg. Aen. 3, 301 sqq.* cum . . . dapes et tristia dona . . . libabat cineri Andromache manisque vocabat Hectoreum ad tumulum). MACR. Sat. 1, 10, 16 Cato ait (*orig. 16*) Larentiam . . . annuae -is honore dignatam. POL. SILV. fest. Febr. 13 -o tumulorum incipit.

parentātum *v. sub* parento.

parentātus, *abl.* -ū. *m.* *a* parentare. *i. q. parentatio*: PROB. app. gramm. IV 193, 8 -u (*nullo allato exemplo inter* appellativa generis masculini, quae ablativo casu . . . u littera terminantur).

¤**parentēla,** -ae *f.* *a* 2. parens. *scribitur in codd. hic illic* -ella, *e. g.* LEX Sal. Merov. 67 (*cod. A1*), *et saepius* -illa, *ut* MART. BRAC. corr. 7 (*cod. K*). EPIST. Austras. 28 *et* 47. *al.* *plur. non exstat nisi bis apud* PHILONEM (*cf. p. 368, 25*). *legitur inde a* CAPITOL., PHILONE. [*falsa var. l. pro* propinquitas PS. HIER. in Gal. 1, 19.]

1 *i. q. ratio, quae intercedit inter parentes, cognatio* (*sed ad rationem, quae intercedit inter parentem et filium vel subditum sim., spectant maxime l. 53. 80 sqq. 84. cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 462 -a [-tilia, -talia *trad.*]: propinquitas. *pendet praepos.* cum *infra l. 73*): **a** *usu communi*: CAPITOL. Gord. 23, 6 *socerum* dignum -a sua putavit. PHILO quaest. in gen. 4, 215 divitias, -as, amicitias et dignitates (*interpretem* συγγένεια *pro* εὐγένεια [*vers. armen.*] *legisse suspicatur Petit, 1973 ad l.*). SCHOL. Hor. epist. 1, 20, 19 (*additamentum cod. V; respicitur 20* me libertino natum patre) -am suam . . . designat. AVELL. p. 672, 22 est Stephanus iste, quomodo dicitur, de -a Vitaliani (*cf.* ex: COMMON. patr. 2, 8 ex genere et -a [*antea*: ex genere et cognatione. *gr. Nau 1908 p. 268 n. 175 bis respondet* συγγενική, *in Vitis patr. 5, 5, 24* parens]. PASS. Firm. 2). VAL. CEM. hom. 12, 6 gradum -ae aut necessitudinem consanguinitatis (*cf.* CASSIOD. in psalm. 87, 19 proximos, qui nobis -ae ordine sociantur). 17, 2 quem videt sibi -ae affinitate coniunctum (*cf.* ENNOD. epist. 6, 18, 1 p. 159, 16 -ae catena sociati [*antea*: propinquitatis]. SCHOL. Ter. p. 82, 26 affinitatem: propinquitatem; affinitas est coniunctio -ae. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 256^{A} necessitudinem -ae [*gr. p. 22, 16 B.* συγγενῶν κηδεμονίαν]). CASSIOD. var. 10, 4, 3 quos et gratia iungit et -a conciliat. 12, 9, 1 absque -a successio. in psalm. 15, 7 (*antea*: cognatio). IORD. Rom. 57 *Cyrus et Darius* -ā coniuncti. EPIST. Austras. 28 -ae . . . ex affectu. LEX Sal. Merov. 60 tit. de eo, qui se de -a (parentibus *var. l.*) tollere vult. CAES. AREL. reg. virg. 61. ISID. sent. 3, 21, 7 -ae obtentu. PS. ORIG. hom. Migne suppl. 4, 897 qui me de carnali admones -a et de humana propinquitate commemoras (*cf. l. 77*). *al.* *de cognatione populorum vel generis humani et dei*: AVG. civ. 3, 7 p. 104, 9 D. quid Romana -a dignius *facere potuerunt Ilienses*? PETR. CHRYS. serm. 140, 6 *Maria filium dei concepit*, ut . . . terrenis cum caelestibus -am *conquirat*. **b** *transfertur ad rationem intercedentem*: *inter Christum et fideles*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 23, 3 *confidimus* de illa eius *Christi* -a, qua proprii eius efficimur (*opp.* 23, 6 quae secundum carnem est -a; *gr. Isid. Pelus. epist. 4, 46* ἀγχιστείᾳ *utroque loco; antea p. 23, 2* de cognatione, *gr.* συγγενείᾳ). PS. ORIG. hom. Migne suppl. 4, 898 spiritualem . . . -am *Christi et apostolorum*. *inter genus et speciem* (*sc. ut illud tamquam parens sit, praeponatur sim., haec derivata sit, supponatur*): BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 24 p. 72, 16 subalterna . . . duas formas (*sc. et generis et speciei*) habent . . .; namque . . . et generis quodammodo -am et speciei derivationem sortita sunt. *inter reges et cives*: VEN. FORT. carm. 10, 8, 9 hic *in vestro regno* . . . -a et patria et tutela coruscat, . . . in vobis dona salutis habent *cives*. *inter res similes*: CHRYSOST. hom. II 1200^{C} (*dei filius iisdem verbis utitur ac pater*) ⌊-ae⌋ sermo communionem ostendit naturae (⌊⌋ *perperam cum antecedentibus iungitur in ed.; exspectes* -a sermonis, *cf. Migne gr. 52, 460* ἡ συγγένεια τῆς λέξεως. *antea*: sermonis germanitatem, *gr.* εὐγένειαν).

2 *metonymice de ipsis cognatis* (*addasne l. 25?*): PHILO vita contempl. 13 quibus . . . -ae non sunt (*gr.* συγγενεῖς. *antea*: filiis aliisque cognatis). ROMVL. fab. 25, 8 rec. gall. (*loq. mus ad felem et noctuam*) omnis -a vestra sit maledicta. ALC. AVIT. c. Ar. 30 p. 13, 6 honorari senium -ae (*cod.*, senio parentali *ed. princ.*). EPIST. Austras. 47 desideria . . . de . . . -a vel filiorum vita dignetur implere *deus*. LEX Burg. lib. const. 85, 1 si mater tutelam suscipere voluerit, nulla ei -a praeponatur. LEX Visig. 2, 4, 13 tit. ut contra extraneos -a et propinquitas testimonium minime dicant. LEX Sal. Merov. 67 pater aut -a (parentis, *i.* -es, *var. l.*). VEN. FORT. epist. (carm. 10, 2) 9. MART. BRAC. corr. 7 *ut* omnem -am suam . . . incestaverit *Iuppiter*.

deriv.: parentelitas.

parentēlitās (*trad.* -tīlitās), -ātis *f.* *a* parentela (*cf.* cautelitas, *nisi intellegere malis subst. derivandum ab adi. ceterum ignoto* *parentīlis). *i. q. ratio, qua parentelae (i. ipsi propinqui, v. l. 7) iunguntur, cognatio*: PASCHAS. verba patr. 29, 2 nos nulla inter nos sumus -is (-tilitus, -talitatis, -tele *var. ll.*) adfinitate coniunctae (*Vitae patr. 6, 3, 17* extraneae nobis sumus). GLOSS.^{L} I Ansil. PA 468 -s: ⌊parentelae⌋ (*plur., i. q. propinqui? sed glossam potius ad* PASCHAS. *referas, ut in explicatione gen. sing. servatus sit*).

¤**parenthesis,** -eōs *f.*, παρένθεσις. *scribitur in codd. saepius* -tes- (-τεσ-); *traditur litteris gr.* QVINT. inst. 9, 3, 23. 26. DON. Ter. *passim.* PS. IVL. RVF. schem. lex. 12 (*non nisi ed. princ.*). CARM. de fig. 118; *de* RVT. LVP. *v. Halm in app. p. 3, 1.* *de formis: occurrunt passim sing. nom.* -is *et acc.* -in (-im *var. l.* SERV. Aen. 1, 65), *gen.* -εως *infra l. 76, abl.* -i *l. 48. 83. p. 369. 1. 19; vix cogites de gen. sing.* -is SERV. Aen. 1, 65 est figura -is (*cf. e. g. 1, 9* est figura hypallage); *plur. non exstat.* *non legitur nisi apud rhet. et gramm., sc. forma lat. inde a* PORPH., SACERD., *vox gr. iam apud* RVT. LVP., QVINT.

[*vix recte trad.* VEN. FORT. Mart. praef. I 1 (παραίνεσις *edidit Browerus, fortasse e cod.*); *perperam restit.* PORPH. Hor. epod. 11, 7/8 per -ιν *pro* iuxta se positum.]

i. q. interpositio, sc. technice in arte: **1** *rhet. de figura, qua contextui inseritur sententia quodammodo aliena* (*quae nomina latina substituuntur v. l. 45. 56 sq. 61*): **a** *definitiones*: RVT. LVP. 1, 17 -ις: cum in continenti sententia aliquid interponitur, quod neque eius sit sententiae neque omnino alienum ab ea sententia, tum denique hoc schema efficitur, sed periculose ponitur *eqs.* QVINT. inst. 9, 3, 23 quod interpositionem vel interclusionem dicimus, Graeci -ιν ⟨sive⟩ παρέμπτωσιν vocant, cum continuationi sermonis medius aliqui sensus intervenit (*affertur Cic. Mil. 94*). SACERD. gramm. VI 466, 5 sq. *species hyperbati sunt* -is, hysterologia, . . .; de -i: -is est, cum dictionis ordo interposita sententia diducitur (*affertur Verg. Aen. 4, 296; item inter species hyperbati*: DON. gramm. IV 401, 5 *et* 10. DIOM. gramm. I 460, 26 *et* 33 dialysis sive -is. POMP. gramm. V 309, 20. *cf. l. 53*). SERV. Aen. 1, 65 (*inde* ISID. orig. 1, 37, 18 *inter species hyperbati*) -is est quotiens remota de medio sententia integer sermo perdurat (*distinguitur* ellipsis *ut* 1, 371; *cf. l. 78*). PS. IVL. RVF. schem. lex. 12 -ις est, cum . . . sententia interrumpitur per alienam . . . sententiam (*afferuntur Verg. ecl. 9, 27 sqq. georg. 3, 512 sqq.*); . . . latine haec figura dicitur interruptio vel interiectio. CARM. de fig. 118 -ις: interiectio cum quaedam medio ordine famur. EXPLAN. in Don. ed. Schindel l. 356 -is fit, quotiens disrupto sensu narrationis aliud ex alio interponitur. CASSIOD. in psalm. 16, 3/4 qui versus continet figuram -in, id est interpositionem *eqs.*

b *exempla cetera*: **α** *strictius respiciuntur, quae inseruntur enuntiato absoluta, ut sint non coniuncta eius structurae*: QVINT. inst. 9, 3, 26 coniunxit . . . -ιν et ἀποστροφήν Vergilius (*sc. Aen. 8, 643* at tu dictis Albane maneres). DON. Ter. Ad. 150 'credo iam omnium taedebat': -ις πρώτη: etenim addimus ad ea, quae . . . parum certa sunt, aut 'credo' aut 'puto' (*item de prima* -εως *specie, de qua parum constat, p. 369, 4. 9*). Eun. 780, 5 'qui, malum, alii?': 'malum' κατὰ -ιν suaviter infertur (*cf. p. 369, 1. 11 et* SCHOL. Hor. epist. 1, 18, 28 per -in insertum. SCHOL. Stat. Theb. 5, 243 per -in interpositae). Hec. 385, 3 bona -ις (*sc. orationem rectam interrumpens ut*: SCHOL. Hor. gloss. Γ epist. 1, 7, 52. SCHOL. Theb. 9, 663 *inter verba Dianae* interposuit suam poeta personam . . ., ut sit -is ex persona poetae). Phorm. 123, 4 'qui illum di omnes perduint': 'qui' . . . pronomen *est*, quo incipiens Phormionem describere cohorruit . . . et in hanc vocem . . . erupit; hoc autem certum genus est -εως. SERV. ecl. 1, 31 'fatebor enim': hoc per -in dictum est (10, 46 georg. 1, 36 Aen. 1, 308. 12, 161 [*distinguitur* ellipsis, *v. supra l. 54*]. SERV. auct. Aen. 8, 688 'nefas' exclamatio est . . . aut per -in d. *et saepe in* SERV. [auct.]). Aen. 7, 73 'nefas': absoluta -is (*item de singulis vocibus l. 67. 74*). SERV. auct. georg. 4, 67 longior solito -is (4, 252 longa -is usque ad illum versum). PS. ASCON. Verr. p. 259, 22 obscuratur sensus . . . per hyperbaton cum -i figura. *al.* **β** *laxius respiciuntur, quae quolibet modo inseruntur sermoni*: PORPH. Hor. carm. 3, 10, 17

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

('o, quamvis *eqs.*, ... parcas') de -i inlata sunt (*si recte ad* quamvis *rettulimus; item de* *enunt. secund.*: DON. Ter. Andr. 568 'quod di prohibeant': -ις per εὐφημισμόν [*sim.* EVGRAPH. *ad l.*]. Phorm. 654, 1 -ις prima [*si recte rettulimus ad*: ut aperte ... fabuler]. SERV. auct. Aen. 2, 77 ['fuerit quodcumque']. 11, 636. SCHOL. Stat. Theb. 1, 479 ['ventis ut decertata residunt aequora'] -is per similitudinem. 5, 243). DON. Ter. Hec. 62 ('iurabat quotiens ..., quam sancte, uti quivis facile posset credere, numquam ... ducturum uxorem') -ις prima: 'iurabat numquam ... ducturum' (*sc. iungendum est*). Phorm. 125, 2 'lex est': alia causa narrationi interponitur; et dicitur -ις. 337, 2 sententia⟨s⟩ infert poeta ⟨κατὰ⟩ -ιν (*suppl. Zwierlein, Terenzkomm. des Donat, 1970, 173*). SERV. Aen. 11, 7 ('quercum ... constituit tumulo ... *et* induit ... exuvias, tibi, magne, tropaeum, bellipotens') 'tibi ... bellipotens': ⌊videtur interrupta descriptio⌋ (*add.* auct.); hoc per -in dictum est (SERV. auct. Aen. 6, 317 id est per suppositionem). SERV. auct. Aen. 10, 615 ('si mihi . . *eadem* vis in amore foret, non hoc mihi namque negares ..., quin ... possem ... servare *Turnum*') ut per ea, quae per -in posita sunt, reliquo sensui occurratur ...; alioquin dempta hac -i non congruit primum cum postremo, si ita dicas: 'si mihi ... ⟨foret⟩, quin'. *al.*

2 *gramm. de figura, qua mediae voci* *inseritur littera vel syllaba* (*cf.* DON. gramm. IV 396, 5 alii epenthesin [*v. vol. V 2, 653, 50 sqq.*], alii -in dicunt): CHAR. gramm. p. 366, 4 *et* 15 B. *metaplasmi* species sunt ... prothesis, -is ...; -is est cum inter primam et ultimam syllabam aut littera adicitur aut syllaba: littera ut ... 'relligione' ... pro 'religione' — hunc metaplasmum quidam syncrisin appellant —, syllaba ut 'Mavortis' ... pro 'Martis' *eqs.* (*sim. definitur inter species metaplasmi*: VLT. SYLL. gramm. IV 262, 32). DON. Ter. Eun. 384, 1 'despicatam' ... est -ις μεταπλασμός (*sc. pro* despectus), (2) vel certe alterius verbi declinatio. SERV. Aen. 1, 635 'alituum' ... -is est, sicut Mavortis, nam alitum facit (*in eadem re Prisc. gramm. II 355, 25* per interpositionem). *loco dubio vel corrupto*: DON. Ter. Phorm. 372 A, 1 pergin: ἀπόστροφος per -ιν (*licetne cogitare de nota apostrophi verbo inserta, sc.* pergi'n *pro* pergisne*?*).

pārentia (pārientia), -ae *f.* *a* parēre (*item* GLOSS.). *formam sec.* oboedientia *sim. novatam* -ientia *exhibent* COD. Iust., PAP., CASSIOD., GLOSS.[L] I Ansil.

i. q. *actio vel virtus parendi, sc.*: **1** *oboedientia* (*item* GLOSS.): CHALC. comm. 270 (*ad transl. p. 48 A* victa et parente providis auctoritatibus necessitate) est et alia consulta -a, quae error et facilitas dicitur, ut sit provida -a ratione nixa necessitas (*v. Van Winden, Calcidius on matter, 1965, 37 sq.*). COD. Iust. 3, 4, 1, 1 (*a. 440*) praecepto ... -am accommodare (*cf.* commodare: PAP. Tjäder 10–11, 3, 12 [*a. 489*] praeceptis. CASSIOD. var. 7, 27 cui *comitivae* saluberrimam -am commodate [patient- *var. l.*]). CASSIOD. var. 3, 24, 2 -am vestram saepius approbatam nunc quoque ... monstrate (patient- *var. l.*). GLOSS.[L] I Ansil. PA 519 (*v. Uhlfelder, De proprietate sermonum ..., 1954, 105*) parit parturit, paret vero -am significat. **?2** *apparentia*: *v. p. 385, 15.*

parenticīda, -ae *m.* *a* 2. parens *et* caedere. NOT. Tir. 48, 36. *i. qui parentem occidit* (*sim.* GLOSS.): *in ioco Plautino* (*quem explicavit Leo, Kl. Schr. I, 1960, 35 sqq.*): PLAVT. Epid. 349 ego tuom patrem faciam -am.:: quid istuc est verbi?:: nil moror vetera et volgata verba; peratum ductarent (*Leo*, ductare at *codd.*): ego follitum ductitabo. *apud gramm. vocem* parricida *explicantes*: PRISC. gramm. II 26, 9 pro -a ... factum parricida. ISID. orig. 10, 225 quidam veteres hunc (*parricidam*) -am dixerunt. GLOSS. V 318, 27 (*unde* 636, 20).

deriv.: parenticidium.

parenticīdium: γονοκτονία GLOSS. II 531, 36. *a* parenticida.

parentilia *et* **parentilla** *v.* parentela (*p. 367, 41. 47*).

parentīlitas *v.* parentelitas.

parentīvus, -a, -um. *a* 2. parens. *i. q. ad parentem pertinens*: VAL. CEM. hom. 20, 5 -ae mortis exspectatione animam pascit *avarus* (*antea*: de patris morte ..., de fratris vita). MAX. TAVR. serm. 15, 1 M. *martyribus* -a quadam a Christo affectione concessum est, ut ..., qui erant consanguinitate fratres, fierent etiam sanctitate germani. ENNOD. dict. 13, 4 p. 465, 13 *adulescentes* Paterius et Severus, ornamenta curulium et -a vocabula purpurarum (*de eorum parentibus consulibus v. Prosopogr. Later Rom. Emp. II 836 et 1004*).

parento, -āvī, -ātum, -āre. *a* 2. parens (*cf. p. 370, 8*). *a* pareo *derivare videntur* GLOSS. *p. 370, 4* *scribitur litteris gr. p. 370, 23.* *inter* verba activa coniugationis primae *affert* CHAR. gramm. p. 473, 33 B. *formae stirpis perf. brevioris* -asse(t) *trad.* CIC. Phil. 13, 35 AMM. 23, 5, 8 SIDON. epist. 3, 12, 6, *longioris non nisi* -erat SEN. epist. 12, 8; *de forma ex imperat. et coni. confusa* parentatid LEX luci Lucer. (CIL I² 401) 3 *v. Leumann, Gramm. 1977, 571.* *legitur in prosa oratione inde a* LEGE luci Lucer., *?M. Fulvio Nobiliore aliisque gramm. vel iuris scriptoribus saec. II a. Chr.* (*v. p. 370, 31. 53*), CORNELIA, VARRONE, CIC., *in poesi non nisi singulis locis apud* TRAG. inc., LVCR., OV., AVSON., CLAVD. [*falso trad.* GLOSS.[L] I Ansil. PA 590 participat: -at (*sec. Gloss. IV 418, 33 corrigas* partem dat); *supplendum est fortasse in lacuna* DECRET. decur. Pis. de L. Caesare (CIL XI 1420) 13 ⟨... paren⟩tetur.]

I *fere technice respiciuntur sacra, quae fiunt mortuis* (*tam parentalibus mense Febr. [v. infra l. 30. 53] quam aliis diebus.* GLOSS. -at: ἀποκαίει νεκροῖς νεκύσια. umbris vel tumulis mortuorum frequenter paret, id est obsequitur aut ministrat. *cf.* GLOSS. II 477, 38 χοὰς ποιῶ: -o [*Stephanus*; χ. ποιως pareto parendo *trad.*]):

A *intransitive vel absolute fere i. q.* *sacra mortuorum facere vel munera mortuis debita offerre sim.* (*notionem originariam fuisse fortasse i. q. parentem vocare contendit Wagenvoort, Studies in Roman Literature ..., 1956, 292 sqq., qui confert vocem q. e.* quiritare; *ad invocationem mortuorum cf. praeter locos ab eo laudatos etiam p. 366, 15 et 48. 367, 33. 371, 39*): **1** *usu originario, sc. pagano* (*munera vel victimae indicantur abl. instr. l. 16 sq. 55. 65 sq. et fortasse l. 25. 43, ponuntur pro subi. sub 2a; accedunt adv. vel locut. adverbiales* publice *infra l. 40. 57. 60,* quotannis *sim. l. 48. 49. 57. 62. 65*): **a** *non indicatur cui*: LEX luci Lucer. (CIL I² 401) 3 in hoce loucarid ... *ne quis* cadaver proiecitad neve -atid (*v. p. 369. 76*). CIC. leg. 2, 54 *hostia* maxima -are. Phil. 1, 13 ut, cuius sepulcrum usquam exstet ubi -etur, ei publice supplicetur (*sc. Caesari. item pass. impers.*: SCHOL. Hor. epod. 17, 48 novendiale dicitur ... sacrificium ..., quia nono die post mortem -atur [*vix subaudiatur* sacrificium *pro subi.*]. CIL V 5272, 17 lectisternium ... memoriis *defunctorum* ... ponatur et -etur [*nisi dat.* ἀπὸ κοινοῦ]. INSCR. Année Epigr. 1932 n. 21 [*iuxta Philippos*] ουτ ... παρενιητορ [*pro* -εντη-, *i.* -etur]. *cf. bβ*). LVCR. 3, 51 -ant et nigras mactant pecudes et manibus divis inferias mittunt. VARRO ling. 6, 13 ferunt tum, *sc. Feralibus*, epulas ad sepulcrum, quibus (*dat., an abl.?*) ius [s]ibi -are. PLIN. nat. 18, 118 -ando ... adsumitur *faba* (*cf. p. 365, 76*). TERT. spect. 13 p. 15, 25 non sacrificamus, non -amus (*quae sequuntur v. sub B2*). IVST. 11, 5, 12 ad tumulos eorum, qui Troiano bello ceciderant, -vit *Alexander* (*cf. l. 46*). PHILOCAL. fast. Febr. 13 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 241) virgo Vesta(lis) -at. MACR. Sat. 1, 16, 25 (*e Fab. Max., v. frg. 4 Peter*) *non* oportere atro die -are, quia tunc quoque Ianum Iovemque praefari necesse est, quos nominari atro die non oportet.

b *accedit dat. defuncti* (*sed ipsius -antis, sc. cum acumine quodam, l. 44 [cf. p. 371, 8]*): *α act.*: *-ant homines*: CORNELIA epist. frg. 2 ubi mortua ero, -bis mihi et invocabis deum parentem. TRAG. inc. 146[1] Aegialeo pare⟨n⟩tat pater (*exemplum* καταχρήσεως *est apud Quint. inst. 8, 6, 35; verbum enim -andi potius de filio quam de parente dici debuit*). VARRO ling. 6, 23 cui *Accae Larentiae* sacerdotes nostri publice -ant[e] (*cf. l. 60. p. 367, 34*). TERT. nat. 2, 14, 14 Athenienses sciunt eiusmodi deis (*sc. qui olim homines erant*) sacrificare; nam Aesculapio et matri inter mortuos -ant. resurr. 1 p. 25, 6 vulgus ... defunctis -at et quidem inpensissimo officio. test. anim. 4 p. 138, 29 si quando extra portam cum obsoniis et matteis tibi potius -ans ad busta recedis aut a bustis dilutior redis. AMM. 23, 5, 8 consecrato principi. MACR. Sat. 1, 16, 33. SIDON. epist. 3, 12, 6 Alexandrum -asse manibus Achillis (*postea*: iusta solvisse. *cf. ad rem* IVST. *sub a*). CIL VI 1925 uti ex usuris eius *pecuniae* omnibus annis -et ei hoc loco *collegium*. INSCR. Année Epigr. 1955 n. 126 (*Afr.; ad curiales*) uti mihi quodannos in annos singulos non minus quinques -etis. *-ant ipsa sollemnia*: TERT. spect. 6 p. 8, 11 privatorum memoriis legatariae *ludorum* editiones -ant. *β pass. impers.* (*cf. l. 18*): VARRO ling. 6, 34 (*e Fulvio Nobiliore [frg. 2F.] et Gracchan.*) ab diis inferis Februarius appellatus, quod tum his paren⟨te⟩tur. frg. Serv. auct. Aen. 12, 603 suspendiosis, quibus iusta fieri ius non sit, suspensis oscillis veluti per imitationem mortis -ari (parentum *F*). DECRET. decur. Pis. de C. Caesare (CIL XI 1421) 33 eo die quodannis publice manibus eius per magistratus ... -etur (MACR. somn. 1, 12, 4 cum sol Aquarium tenet, m. -atur. *v. et l. 46. p. 371, 7*). FAST. ann. Iul. Praen. Dec. 23 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 139) -ari ei *Accae Larentiae* publice (*cf. l. 40*). SEN. epist. 122, 3 mortuis ... interdiu -atur (*opponuntur qui noctu convivantur et ita fere* iusta sibi faciunt). IVST. 9, 7, 11 quotannis. HYG. fab. 68, 3 *Eteocli et Polynici* (*item* 68, 3 b. *cf. 68, 3 a* his inferiae ... fiunt). AVG. serm. 361, 6, 6 quibus *patriarchis* exsequias celebratas esse legimus, -tum esse non legimus. CIL XII 731 *ut* omnibus annis sacrificio ei -etur.

2 *transfertur*: **a** *ad animalia tamquam -antia* (*sc. se pro victimis offerentia*): OV. am. 1, 13, 4 Memnonis umbris annua sollemni caede -et avis (*cf. p. 366, 44*). HYG. astr. 2, 4 p. 36, 14 *Erigone* sibi mortem conscivit; cui canis mortuae spiritu suo -vit. **b** *ad ritum christianum* (*sc. in memoriam defuncti celebratur missa, cf. Jungmann, Missarum Sollemnia I³, 1952, 285 sq.*): TERT. castit. 12 l. 25 securus morietur relictis filiis ..., qui illi -ent (*cf. 11 l. 7 sq.* pro cuius *uxoris defunctae* spiritu postulas, pro qua oblationes annuas reddis).

B *transitive, pro obi. sunt*: **1** *mortui, fere i. q. sacrificando placare sim.*: CIL I² 1990 quei eos -ret. **2** *munus, fere i. q. sacrificando offerre sim.* (*cf. II B*): *?active* (*si recte in sermone Trimalchionis potius acc. agnoscendum putavimus quam abl.*): PETRON. 69, 2 nihil sibi defraudit *moechus quidam*, et ... laudo illum; hoc enim nemo -at (*cf. 43, 8* salax erat ...; nec improbo, hoc solum enim secum tulit). *p. p. p. neutr.* -tum *pro subst. de rebus oblatis, sc. cibis*: TERT. spect. 13 p. 15, 25 neque de sacrificio et -to edimus, quia non possumus cenam dei edere et cenam daemoniorum. **?3** *ipsa*

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sacra, fere i. q. sacrificando efficere, celebrare (vix huc p. 370, 19): Gloss. exsequiae: qui -at exsequias, mortuis officium conpensat (*si recte duas glossas sic iunxit Goetz*).

II *vi ex usu technico deflexa de iis, quicumque exsolvunt quod iustum, debitum est vel indulgent rei cui obnoxii sunt (fere per imaginem sacrificandi)*: A *intransitive fere i. q. satisfacere sim.* (*accedit dat. excepto* Clavd. *sub 1a [saepe* manibus, *v. l. 20 sqq. 34*; sibi, *sc. ipsi -anti, l. 30. 41]; passim cum abl. instr.*): 1 *mortuis* (*morituris l. 33*): a *vindicandis iniuriis, sceleribus* (*per sontis supplicium, sc. fere necem; per sententiam iudicis* Cic. Flacc.): Cic. Flacc. 96 quam potestis P. Lentulo ... mactare victimam gratiorem, quam si L. Flacci sanguine illius ... odium saturaveritis? litemus igitur Lentulo, -emus Cethego. Phil. 13, 35 non Dolabella prius imperatori suo (*Caesari, sc. nece Trebonii*), quam Antonius etiam conlegae -asset. Caes. Gall. 7, 17, 7 (*verba militum Avaricum oppugnantium*) praestare omnes perferre acerbitates, quam non civibus Romanis, qui Cenabi perfidia Gallorum interissent, -rent (-are *Ciacconius*). Liv. 24, 21, 2 -andum regi sanguine coniuratorum esse (Sen. dial. 12[11], 16, 2 viginti legionum s. fratri -are *M. Antonium.* Cvrt. 7, 2, 29 duci. Ivst. 13, 3, 10 manibus [Amm. 15, 8, 6 velut ... *tyrannorum* m. Romano s. -antes persultant barbari]). Cvrt. 5, 6, 1 excidio illius *urbis* -andum esse maioribus. Flor. epit. 2, 6, 8 manibus eorum *Saguntinorum* vastatione Italiae, captivitate Africae, ducum ... exitio -tum est. Apvl. met. 8, 12, 4 (*loq. Charite*) sepulchrum mei Tlepolemi tuo luminum cruore libabo et sanctis manibus eius istis oculis -bo. Ivst. 39, 3, 12 *parricidae* supplicio uxoris manibus. Vir. ill. 78, 6 *Ptolemaei* regis nece Pompeio -vit *Caesar.* Clavd. 28, 118 pavit Iuleos inviso sanguine manes Augustus, sed falsa pii praeconia sumpsit in luctum patriae civili strage -ans (parentis *var. l.*). *-ant sibi ipsi morituri* (*sc. vindictam anticipantes*): Flor. epit. 3, 21, 20 Marius iuvenis et Carbo consules quasi desperata victoria ne inulti perirent, in anticessum sanguine (-nem *var. l.*) senatus sibi -bant. *-at is ipse, de quo supplicium sumitur*: Amm. 14, 11, 24 Barbatio ... damnatus exstincti per fallacias Caesaris manibus animā ... -vit. b *variis actionibus*: Ivst. 12, 15, 6 *Alexander moriturus se iam videre dixit,* quantis caedibus, quo cruore mortuo sibi -tura *sit Macedonia* (*sc. certamine de successione futuro*). Avson. 215, 9 p. 71 P. quo *officio horum versuum* claris doctisque viris pia cura -at (*vers. 5 sq.* nomina ... voce ciere).

2 *sibi viventi* (*sc. convivando per imitationem ritus sacri; cf. p. 365, 79. 370, 44. 62*): Sen. epist. 12, 8 *Pacuvius quidam legatus,* cum vino et illis funebribus epulis sibi -verat (-verit, presentaverit *var. ll.*), sic in cubiculum ferebatur a cena, ut ... caneretur: βεβίωται.

3 *rei: explendis affectibus, libidinibus*: Sen. dial. 7, 11, 4 locus ..., in quo luxuriae -atur *conviviis lautissimis.* Cvrt. 9, 5, 20 internecione hostium iustae irae -tum est *a Macedonibus regem occisum esse putantibus.* *vindicandae iniuriae*: Petron. 81, 6 noxio sanguine -bo iniuriae meae.

B *transitive pro obi. est munus, fere i. q. satisfaciendo offerre* (*cf. IB 2 et l. 32*): Tert. uxor. 1, 6 l. 5 quam *nubendi abstinentiam* pleraeque gentilium feminarum memoriae ... maritorum -ant (parcant *var. l.*).

p. p. p. neutr. parentātum *pro subst. v. p. 370, 82.*

deriv.: parentatio, parentatus; *cf.* ?parentarium. *Kruse.*

*pāreo, -uī, -itum, -ēre. [*orig. inc. Sch.*] *scripturam* parr- *in formula iuris adhibitam testatur* Fest. p. 233 'parret', quod est in formulis, debuit et producta priore syllaba pronuntiari et non gemino r scribi *eqs.; exstat quinquies in aere Contrebiensi (v. p. 373, 47), in* Tab. cer. Pomp. Année Epigr. 1973 n. 155. 156 (*a. 52*), *in codd. antiquissimis* Gaivs inst. 3, 91. 4, 43 Interpr. Gai 109 (*bis*). 111. 112, *recc.* Cic. Q. Rosc. 11 (*in apographo Poggii*). Pavl. Fest. p. 221. *al., v. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 147* (*extra sermonem iuris* Tib. 1, 9, 9 *in uno cod.*). *ceterum scribitur* pari- Lex Bant. (cil I² 582) 10 *et in codd. inde a saec. V, sc.* Hyg. lim. grom. p. 147, 11 (*B*). Maecian. dig. 28, 5, 87, 1 (*F*). Cod. Theod. 8, 5, 62, 1 (*T*). *al.* (*cf. Sommer-Pfister, Laut- u. Formenlehre I 1977, 92; Väänänen, Introduction au Latin vulg., ²1967, 46 et 144*). Not. Tir. 36, 17 -et (*de aliis notis v. p. 373, 40*). *de genere: inter verba* neutralia Ps. Asper gramm. suppl. 50, 23; *vix agnoscendum mediopass. p. 374, 67.* *de formis: inter verba coniug. secundae* Prob. cath. gramm. IV 36, 20 sq. Char. gramm. p. 476, 2 B. *pass., sc. non nisi usu impers. et notione oboediendi, inde a* Cic. Verr. II 4, 76 Manil. 64 Rab. perd. 6, *p. p. p.* -itum *deesse dicit* Prisc. gramm. II 492, 5, *sed exstat e. g.* Iavol. dig. 4, 8, 39 pr. Scaev. dig. 4, 8, 44 (*bis*). 33, 4, 12 Symm. rel. 23, 6 CIL IX 3160, 13. *al.* *part. fut.* -iturus: Vell. 2, 90, 3 Lact. inst. 4, 22, 4 Ivst. 1, 2, 1. *al.* *gen. pl. part. praes.* -entum: Sil. 14, 82 Vvlg. Hebr. 11, 1 (*v. etiam p. 382, 46 sqq.*; -entium Liv. 28, 24, 11. *al.*). *de mensura: priorem syllabam productam testantur* Fest. *supra et* Prisc. gramm. II 460, 21; *corripiunt* Cypr. Gall. exod. 163 num. 158 Comm. apol. 80. 279. *al.* Drac. laud. dei 2, 742. *al.* *de notione*: Pavl. Fest. p. 221 -ere oboedire; -et significat apparebit. Non. p. 375, 23 sqq. -et obsequitur (*affert* Verg. Aen. 1, 689) ...; -et videtur, ostenditur (*affert* Verg. *p. 375, 50*). Serv. Aen. 1, 118 -ere ... est oboedire ..., apparere autem videri ...; et haec observatio diligenter custodiri debet, licet eam auctores metri causa vel clausulae plerumque corrumpant (*cf. sim. distinctiones* Diff. Suet. p. 287, 4 Isid. diff. 1, 31. *al.*). Gloss. πείθεται, πειθαρχεῖ, φαίνεται. apparet, obtemperat. *al., v. etiam infra p. 373, 28 sqq. 40. 375, 52 sqq. 377, 79 sqq.*

legitur inde a Liv. Andr., Plavto, Ennio, Ter., Lege Bant., Sent. Minuc. *primaria videtur fuisse notio apparendi, cf. p. 377, 71 sqq. et compos.* ad-, compareo; *quae tamen priore aetate extra sermonem iuris (nota p. 373, 64) exemplis paucissimis exhibetur, sc. p. 373, 80 (sublucet formula iuris, quam* Cic. *saepius affert). 374, 60. 84. 375, 50 (e sermone augurali? cf. p. 374, 62). 376, 22; inde a fine saec. I aliquanto saepius occurrit, frequentatur in* Itala (*invenimus plus quam 50 locis, in* Vvlg. *rarius, sc. 23 locis [quater tantum in libris ab ipso Hier. translatis]) et sola abiit in linguas q. d. romanicas, ceterum praevalente nimirum compos.* appareo *non modo apud priores, sed etiam apud posteriores (aliter* Peregr. Aeth., *ubi* -o *15,* app- *6 locis). notio oboediendi frequentatur in oratione soluta aureae et argenteae latinitatis neque apud poetas inde a* Verg. *raro invenitur, qui* obsequor *perpaucis locis adhibent,* oboedio *et* obtempero *fere neglegunt; aetate vero posteriore magis magisque superatur synonymis, imprimis voce* oboedire. *de usu quorundam auctorum v. tabulam subiunctam*:

	pareo	oboedio	obsequor	obtempero
Plavt.	7	10	24	3
Ter.	1	—	19	5
Cic.	230	27	27	61
Caes.	8	—	1	5
Sall.	11	4	1	—
Nep.	12	2	1	—
Liv.	58	18	2	3
Sen. *phil.*	43	3	14	2
Cvrt.	18	—	3	—
Petron.	8	—	—	—
Plin. nat.	18	4	2	1
Qvint.	14	—	12	—
Tac.	23	5	5	11
Plin. *min.*	21	—	13	1
Apvl.	10	10	5	1
Tert.	9	17	18	—
Vlp. dig.	44	28	3	3
Iren.	1 (tit.)	40	1 (tit.)	1
Amm.	7	10	4	11
Vvlg.	5	104	4	4
Avg. civ.	4	37	2	17
in psalm.	—	59	18	28
Cod. Theod.	43	6	14	6
Cod. Iust.	47	11	9	17
Novell. Iust.	4	41	4	—

[*notione apparendi: val.* părea; *dalm.* (*tertia pers. sing.*) puor; *it.* parere; *sard. centr.* párrere, *mer.* párriri; *raet. or.* paré, *occ.* parér, parair; *francog. vet. et med.* paroir *et var. dial.; prov. vet.* parer *et var. prov., vasc.; cat.* pàrer. *cf. M.-L. 6235. Battisti-Alessio IV 2775. Wagner II 226. Wartburg VII 645 sqq.; v. etiam sub voce q. e.* paresco. *St.*] [*confunditur maxime cum* apparere (Svet. Cal. 8, 5. *al.; falsa var. l.* Cic. off. 2, 23 Vvlg. I reg. 1, 22 Matth. 1, 20. *al.; vix recte trad.* Vitr. 5, 4, 2 Act. Archel. 8, 4), parare (Cic. Sest. 61. *al.; falsa var. l.* Cic. Att. 2, 5, 2 Sen. Med. 924. Lvcan. 8, 595. *al.; falso trad.* Itala psalm. 102, 19 [Veron.]. Greg. M. epist. 9, 156 p. 157, 30 [paravit *Mommsen, Norberg*]; *restituitur* Liv. 45, 25, 13 Vell. 2, 54, 3 Dares 18 p. 23, 6), parcere (Cic. Att. 2, 21, 4 Vvlg. Sirach 23, 2. *al.*), patere (Cic. off. 1, 127. *al.; falsa var. l.* Cic. Phil. 13, 30 Lvcan. 2, 133; *restituitur* Hyg. fab. 204), perire (Cic. Lael. 44. *al.; falsa var. l.* Cassiod. in psalm. 37, 23 l. 412). *locis vix sanis vel lacunosis*: Manil. 2, 383 *et* 454 (*v. Housman ad ll.*). Chiron 637; *falsa var. l.* paruisse *pro* pars esse Ivvenc. 3, 268.]

exempla sic digerenda censuimus:

CAPVT PRIVS: *i. q. apparere*:

- I *usu q.d. impersonali*: A *in formulis iuris: p. 373, 37.* B *usu vario: p. 373, 79.*
- II *usu q.d. personali*: A *accedunt determinationes variae more praedicativi: p. 374, 36.* B *cetera exempla: p. 375, 46.*

CAPVT ALTERVM: *i.q. oboedire*:

- I *de singulis actionibus*: A *-ent animantes (cum dat. rerum p. 378, 12; cum dat. animantium p. 379, 10; absolute p. 379, 50; cum obi. rei exsequendae p. 379, 66).* B *-ent res: p. 379, 71.*
- II *de actione repetita vel de habitu, statu*:
  - A *-ent animantes*: 1 *in universum (cum dat. rerum p. 380, 6; cum dat. animantium p. 381, 5; absolute p. 381, 47).* 2 *colores speciales (de statu subditorum p. 382, 11; de ministerio apparitorum sim. p. 382, 64).*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *-ent res: p. 383, 31.*
appendix structurarum: p. 384, 38.

CAPVT PRIVS: *fere i. q.* **apparere,** *conspicuum vel manifestum fieri aut esse (cf.* SCHOL. Cic. Gron. B p. 327, 6 -ere est constare. GLOSS. -o: φαίνομαι). *colores et usus quosdam difficilius distinguendos ibi tantum, ubi e re visum est, separavimus, sc. statum et actionem p. 375, 81. 376, 41. 76. 377, 31, sensibus potius percipienda et mente iudicanda p. 374, 58. 83. 375, 21 nec non sub IIB1. ceterum hic illic vergit in notionem q. e. videri, maxime p. 375, 33 sqq., praeterea e. g. p. 374, 65. 375, 1; contra in notionem q.e. fieri, adesse, exsistere sim. p. 374, 1. 376, 25. 377, 4. 23; cum negatione forsitan i.g. disparere, v. e.g. p. 376, 38. 39. 377, 44. gr. respondent* φαίνεσθαι *vel* ὀφθῆναι *sim., nisi alia indicavimus; in versionibus passim variat cum* apparere *(quod praevalet in* VVLG.), *quae infra non adnotavimus.*
indicatur, cui vel ubi quis appareat: dativo pers. VERG. Aen. 10, 176 SVET. Aug. 95. PAP. Corp. 250, 17 (*saec. II in.*). ITALA gen. 18, 1 (Ps. Aug. spec. 141 p. 693, 7). exod. 13, 7 (Monac.). *et saepius; dat. rei p. 374, 80. 375, 68. 376, 13. 69 (nisi est abl., dubitamus etiam de p. 376, 13 atque 81). 377, 12. 52 sq. praepos. variis (maxime in c. abl.): p. 376, 79 sqq. 377, 49. 51. 56 sq., ceterum e. g. p. 374, 1. 5. 375, 25. 376, 5. 11. 78. 377, 10. 36. ? acc. gr. p. 377, 13.*

I *usu q. d. impersonali, sc. pro subi. sunt vel subaudiuntur structurae verbales vel adverbia (aetate priore locutio sermoni iuris propria est, cum alibi frequentetur* apparet, *v. vol. II 266, 39 sqq., ubi tamen insunt quaedam structurae personales, quas nos ad II relegavimus). inter verba impers.* CHAR. gramm. p. 476, 15 B. AVG. gramm. V 515, 5. 10 sq. scias ... '-et' et 'liquet' hoc significare quod dicimus 'manifestum est', ut si dicas 'et si -et hoc te dixisse *eqs*'. *perf. exstare negat* EXPLAN. in Don. gramm. IV 553, 10 (*at v. p. 374, 1*). *huc pertinent* GLOSS. -et: φαίνει. φαίνεται. constat. constitutum ⟨est⟩ vel constat seu conplacit. consecrat (*lege* constat *cum aliis codd.*), manifestum est. *al. pro subi. adhibentur adv. l. 43. 48. 82. 84, subi. subauditur e contextu l. 49 sqq. 54 sqq. 80. p. 374, 2, omnino omittitur sub A1c; cetera v. sub A2 et B2 et 3. pleraque spectant ad iudicium mentis, potius ad iudicium oculorum p. 374, 2. 26. 29. al.*

A *in formulis iuris, quae ad actionem vel iudicium spectant:*
1 *exempla digeruntur sec. formam formulae:* **a** *occurrit in enunt. condic., sc.* si -et (-iat LEX Bant., -ret CIC. Verr. II 3, 55 [-et *var. l. ut* 3, 69. *v. etiam l. 68*]. GLOSS. si -et: si constat. *abbreviatur* p LEX Rubr. *infra.* PROB. litt. sing. gramm. IV 275 [*bis*]. NOT. laterc. gramm. IV 328 [*bis*]): LEX Bant. (CIL I² 582) 10 *praetor* iubeto ... eum, sei ⌊ita⌋ -iat, condumnari popul(o) (⌊⌋ *sc. eum adversus legem fecisse. item forma affirmativa tantum affertur:* CIC. Q. Rosc. 11 div. in Caec. 56 Verr. II 2, 31. *al.* GAIVS inst. 3, 91. *al.* INTERPR. Gai 108. *al.*). IVDICIVM Contreb. (Année Epigr. 1979 n. 377; *a. 87 a. Chr.*) l. 1 sqq. sei parr⟨et ag⟩rum *quendam* ... Sosinestanos iure suo ... vendidisse ...; tum sei ita -et, eei iu⟨d⟩ices iudicent eum agrum ... Sosinestanos ... iure suo vendidisse; sei non -⟨e⟩t, iudicent *eqs.* (*sim. ibid.* l. 9 sq. *item et forma affirmativa et forma negata afferuntur:* TAB. cer. Pomp. Année Epigr. 1973 n. 156 [*a. 52*] si -et C. Marcium ... d(are) oportere, ... condemnato; si non -et, apsolvito [*item* 155 GAIVS inst. 4, 46. 47. 86]). LEX Rubr. (CIL I² 592) 1, 31 *si* damnei infectei repromittere noluit, *iudex* c(ondemnato); s(ei) n(on) p(aret), a(bsolvito) (*sim.* 1, 41. *item forma negata tantum:* GAIVS inst. 4, 43 [*bis*]. 47. 50. 51 [*bis*]. *in serm. graeco Pap. Preisigke, Sammelb. 10288, 3b, 13* ἐὰν δὲ μὴ φαίνηται). **b** *occurrit in aliis enunt. secund.:* CIC. Tull. 7 iudicium vestrum est ..., 'quantae pecuniae -et ... damnum datum esse' (31. GAIVS inst. 4, 54 q. partem -et in eo fundo ... actoris esse. *cf.* VLP. dig. 6, 1, 5 pr. [*ex Pompon.*] in quantum -et in illo acervo suum cuiusque esse [app- *var. l.*]. 50, 16, 179 quanti eam rem esse -et [*item* 50, 16, 193]). GAIVS inst. 4, 41 quidquid -et N. Negidium A. Agerio dare facere ⟨oportere⟩ (4, 131). **c** *affertur forma abbreviata ad munus iurisconsulti significandum:* PETRON. 137, 9 vers. 7 iurisconsultus '-et, non -et' habeto.

2 *subiecti loco est acc. c. inf. (acc. subaud. l. 75; appendix synt. ad 1; de ceteris struct. v. supra l. 33 sqq.):* IVDICIVM Contreb. *v. l. 47.* CIC. Q. Rosc. 11 si -rret (pareret *Axer*) *sestertia tot* ... dari (*sc.* oportere, *quod exstat:* TAB. cer. Pomp. Année Epigr. 1973 n. 155. 156 GAIVS inst. 3, 91. 4, 4. 4, 41 dare facere [4, 131]. *al.*). Tull. 7 damnum datum esse (*item* 31). div. in Caec. 56 eam ... dixisse. Verr. II 2, 31 fundum ... ex iure Quiritium P. Servili esse (3, 55 iugera eius fundi plura esse quam colonus esset professus. GAIVS inst. 4, 41 *quendam* hominem ex iure Quiritium Auli Agerii esse. 4, 54. VLP. *l. 60. 61 sq.* INTERPR. Gai 109). 3, 69 adversus edictum fecisse (GAIVS inst. 4, 37 ⟨ope⟩ consiliove Dionis ... furtum factum esse). GAIVS inst. 4, 46 illum ... in ius vocatum esse. 4, 47 *aliquem* mensam ... deposuisse (4, 60 INTERPR. Gai 111. 112).

B *usu vario:* 1 *subi. supplendum est vel indicatur adverbiis:* CIC. Mil. 15 quid porro quaerendum est? factumne sit? at constat; a quo? ⌊at -et⌋ (apparet *vel* at apparet *var. ll.*). SVET. Vesp. 4, 5 id de imperatore Romano, quantum postea eventu -uit, praedictum (apparuit, patuit *var. ll.*). ITALA Matth. 9, 33 (cod. h *al.* = VVLG.) locutus est mutus, et miratae sunt turbae dicentes: 'numquam sic -uit in Istrahel' (*gr.* ἐφάνη οὕτως). ITIN. Theod. 7 *Christi* digiti in eam *columnam* haeserunt et hodie -et.

2 *pro subi. est acc. c. inf. (acc. subaudiendo l. 9. 11. 12):* SVET. Cal. 8, 5 abunde -ere arbitror non potuisse ibi nasci Gaium (apparere, patere *var. ll.*). TERT. cult. fem. 2, 5 l. 14 ut in vobis, *sc. feminis se exornantibus,* -at manus vos quodammodo deo afferre. PEREGR. Aeth. 15, 2 ubi -bat fuisse operatum ... Iohannem baptistam. 19, 6 in ... Aggari vultu, *i. in eius statua,* -bat ... fuisse hunc virum ... sapientem. FEL. Aug. c. Fel. 1, 12 p. 813, 18 -bit, quod teneo, mendacium esse (patebit *var. l.*). 2, 10 p. 839, 14. FORT. Aug. c. Fort. 20 p. 99, 8 quae ab ipso diximus facta esse ... deo, ... incorruptibilia haberi his rebus ... -et. 21 p. 103, 6 COMM. apol. 474. instr. 1, 10, 3 -et esse deum, *sc. Neptunum.* VEREC. in cant. 1, 7 D. CE 382, 1 coniugis officium -et tribuisse maritum.

3 *pro subi. est enunt. secund.:* **a** *interrog.:* HYG. grom. p. 84, 20 antiqui plurimum videbantur praestitisse, quod ...; -et autem, quantum hoc plus sit, quod *eqs.* CE 470, 8 (*saec. I/II?*) et pietas hilic (*i. circa finem vitae vel exsequias*) -et et qui sit amicus. VLP. dig. 34, 1, 14 pr. si non -et, quid sentiat *testator.* 50, 17, 34 si non -at, quid actum est (*postea:* appareat). TERT. adv. Marc. 4, 8 p. 439, 1 cuius dei *filius sit Iesus,* vel hic, *sc. Luc. 4, 41,* -at. 4, 29 p. 520, 4 si *Christus* ... non vult de ... frivolis cogitari ..., paulo post -bit. 5, 13 p. 619, 19 quantas ... foveas ... Marcion fecerit auferendo quae voluit, de nostri instrumenti integritate -bit. COD. Iust. 8, 27, 9 (*a. 287*) ita ... -bit, an ex pretio pignoris debito satisfieri potest. ITIN. Burdig. p. 592, 4 ascenditur Sion et -et, ubi fuit domus Caifae. CLAVD. DON. Aen. 4, 675 p. 418, 20 -bat ..., quid illud esset. VEREC. in cant. 4, 1 D. unde ... sumptum est *canticum Azariae,* non liquido -et. *al.* **b** *alia:* PEREGR. Aeth. 8, 1 -et sane, quoniam ... ingens fuit *civitas Ramessen.* FEL. Aug. c. Fel. 2, 17 si ... -et, quia Christus propter animam nostram crucifixus est, -et, quia *eqs.* FORT. Aug. c. Fort. 21 p. 103, 13 -et ..., quod anima bona factione *carnis* ... peccare videtur, non sua sponte.

II *usu q.d. personali, sc. pro subi. sunt subst. vel pron. (subi. e contextu subaudiendo p. 375, 68; iungitur struct. pers. et impers. l. 18):*
A *accedunt determinationes variae indicantes, qualis (quale) vel qua specie, quid agens aliquis (aliquid) appareat (arcuimus quaedam liberius cum verbo iuncta, sc. p. 376, 9. 17. 377, 36. 46. 61. al.):*
1 *variae locutiones comparativae:* **a** *adv. (explicatur enuntiato secund. l. 43):* SENT. Minuc. (CIL I² 584) 32 quei eorum de maiore parte Langensium ... sententia ita non -bit (*i. agrum his condicionibus possidens*), is eum agrum nei habeto. CLAVD. DON. Aen. 6, 450 p. 565, 9 sic -bat Dido in illa obscuritate, quomodo incipiens luna nubilo caelo conspicitur. *addas fortasse* IVL. VAL. 2, 25 p. 86, 18 *si* id vobis tuto -ret (pateret *Axelson, Zum Alexanderroman d. Iul. Val., 1936, 17 sq.*). **b** *adv. cum subst. (part.):* FRONTIN. (?) grom. p. 38, 1 si ⟨u⟩t aquae diffusae regiones -ant et argumentis ... careant (PASS. Theclae Ba 3 p. 8, 10 *Paulus* aliquando quidem -bat ut homo, interdum vero angeli vultum habebat [apparebat *Bc,* fiebat *A*]). ITALA Luc. 24, 11 (cod. d) -uerunt in conspectu eorum quasi derisus verba haec ([*cod. a al. et Vulg.* visa sunt]. IREN. 3, 18, 7 si ... non factus caro *Christus* -bat q. caro. 4, 33, 2 q. homo). HERM. vulg. (*sim.* Pal.) vis. 3, 2, 6 -bat structura turris tanquam ex uno lapide aedificata. DIOSC. 3, 4 p. 377, 22 *flos quidam cum* marcuerit, sicut florem pire -et (*gr. 3, 4, 2* παραπλήσιον γίνεται).

2 *nomina vel pron. fere praedicative posita (hic illic nom. c. inf., sc. supplenda copula, accipi potest; subst. iuxta adv. v. sub 1b):*
a *adi. vel participia:* α *spectat potius ad iudicium oculorum:* Ⓘ *-ent res:* SEN. Ag. 457 *Graecis abeuntibus* iam litus omne tegitur et campi latent et dubia -ent ... Idaei iuga (patent *var. l.,* pereunt *Poggio*). SVET. Aug. 95 *Augusto* immolanti omnium victimarum iocinera replicata ... -uerunt (patuerunt *var. l.*). TERT. apol. 35, 7 (rec. Fuld.) *si pectora translucerent,* cuius non praecordia insculpta -re⟨n⟩t ... Caesarem *congiaria dividentem* (appare⟨re⟩nt *ceteri*). ITALA Matth. 23, 27 (cod. a *al.* = VVLG.) *sepulcra* a foris -ent hominibus speciosa, intus vero plena sunt *eqs.* (cod. d monumentum -etur decorum [-et *man. alt.; cf. gr.* φαίνεται *in eodem cod.*]). MARCELL. med. 31, 6 cum ... -uerint totae haemorhoides ([*antea:* ut prodeant totae. *sec. Scrib. Larg. 227, ubi* apparuerint]. ENNOD. carm. 1, 1, 2 t. in orbe -et *sol* [patet *var. l.*]). DIOSC. 4, 10 p. 14, 5 *radix* fracta alba -et (*gr. 4, 10, 2* ἔνδοθεν δὲ λευκαί). 5, 109 p. 211, 2 stibu formonsu est, lucidu et radiosu -et (*gr. 5, 84, 1* στίβι δὲ κράτιστόν ἐστι τὸ στίλβον καὶ λαμπυρίζον). Ⓘⓘ *-ent animantes:* APVL. met. 1, 14, 3 quid ... me fiet, ubi iste iugulatus mane -uerit? ITALA exod. 23, 15 (Ottob.) *die festo* non -vis (*i.* -bis) in conspectu meo vacuus (*item* deut. 16, 16 [Lugd.]). Matth. 6, 16 (cod. a *al., sim.* VVLG.) *hypocritae* exterminant ... facies suas, ut -ant hominibus ieiunantes (6, 18 [cod. a *al.*] ne -atis hominibus i., sed patri vestro [cod. q *sing.* -as *sec. gr.* φανῇς, *aur. al. et Vulg.* videaris]. *cf. p. 375, 35*). MAR. MERC. Conc.^S I 5 p. 57, 2 Iesum ..., qui visibilis oculis -uit ([*alteram vers. v. p. 377, 53*]. p. 58, 5 qui v. -uit). CONC. Lugd. a. 583 p. 154, 9 *si* de eorum *clericorum* ... contubernio ... infans natus -uerit.
β *spectat potius ad iudicium mentis:* Ⓘ *-ent animantes:* SEN. Herc. O. 8 (*Hercules ad Iovem*) -ui certe Iove ubique dignus.

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ITALA Matth. 23, 28 (cod. a *al.* = VVLG.) a foris quidem -etis hominibus iusti, intus autem *eqs.* (*cod. h* videmini). II Cor. 13, 7 (cod. d *al.* = VVLG.) ut non nos probati -amus, sed *eqs.* (*cf.* MVTIAN. Chrysost. hom. 8, 1 p. 291/2 probabiles -uerunt *sacerdotes* [*gr. p. 68* εὐδοκιμοῦσι]). IREN. 2, 17, 3 *aeones* erunt ... similes generatori, vel si dissimiles -bunt *eqs.* 3, 23, 2 nec victus quidem adhuc -bit inimicus (-bat *var. l.*). VVLG. Bar. 4, 31 nocentes -bunt, qui te vexaverunt (*sec. var. l. gr.* δήλαιοι *ut Itala Legion.* manifesti sunt). COMM. instr. 2, 17, 11 maxima pars vestra luxuriis dedita -et. ENNOD. dict. 25, 3 p. 501, 14 (*loq. Thetis*) *mortalibus* similes -emus. MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 1 p. 409/10 perfecti tunc -bunt. (II) *-ent res*: IREN. 3, 12, 6 superfluus ... et inutilis adventus domini -bit, si *eqs.* (apparebit *var. l.*). COD. Iust. 8, 53, 5 (*a. 284*) si donatio per epistulam facta non -et, verba tamen testamenti ... fideicommissum continere non ambigitur. HIER. in Matth. 20, 32 ut ex responsione caecorum manifesta debilitas -at. CHROMAT. in Matth. 13, 1, 1 E.-L. omnia admiratione digna et maiestati eius *Christi* congrua -uerunt (apparuerunt *var. l.*). COMM. apol. 298 patriarchae Iacob benedictio vera -uit in gentes (*alii aliter legunt, ut ad B2b pertineat*). VEREC. in cant. 5, 3, l. 49 D. futura ... vita dum ... sapit, ista *praesens* nobis brevior et infelicior -et.

γ spectat potius ad iudicium gustus: ITALA prov. 27, 7 (Epiphan. in euang. 24) *animae egenti* etiam amara dulcia -ent (*Cassian. conl. 14, 13, 4* videntur, *Vulg. aliter*).

b *subst. vel pron.*: *dat. fin.*: FRONTO p. 68, 6 v. d. H. ne delator existas neve indicio -as apud filiam, quasi ... te quam illam magis diligam. *nom.*: IREN. 3, 18, 7 quod ... -bat *Christus*, hoc et erat. CARM. adv. Marc. 5, 14 piacula legis esse typum *eius* ..., quae -uit hostia vere. DIOSC. 5, 96 p. 201, 10 *unum genus pompholygis est* terra plenum, ut cer⟨o⟩tum -at parietibus collectum (*gr. 5, 75, 1* ὡσὰν ἀπόψημά τι).

3 *structurae verbales*: **a** *inf.* (*suppl.* VEN. FORT.; *sec. struct. impers. accedit acc. praedic.* PAP.; *ceterum cf. quae ad 2 monuimus*): PAP. Corp. 250, 17 (*saec. II in.*; *miles ad patrem*) me probavi in classe, ne tib⟨i⟩ -am ... vagari quasi fugitivom. HIER. epist. 22, 27, 7 (*sec. p. 374, 77*) ut -ant hominibus ieiunare. CORIPP. Ioh. 5, 47 vertice silvae commoto -uere quati. *inf. supplendo*: VEN. FORT. carm. 5, 6 p. 117, 11 *ante peccatum orig.* tota hominum mire -bat terra duorum (*sc. esse. notionem obsequendi et structuram q. d. gen. pro dat. accipit Blomgren, Stud. Fort. I, 1933, 11*). **b** *enuntiatum secund.*: quod: ITALA gen. 41, 21 (Euseb. Emes. serm. 18, 49) *vaccae bonae* intraverunt in ventres earum *turpium* nec -uerunt, quod introissent (*gr.* οὐ διάδηλοι ἐγένοντο, ὅτι κτλ. *huc inseruimus coll. Vulg.* nullum saturitatis dedere vestigium *vaccae turpes*; *aliter* cod. 101 nec -uerunt, cum introissent, *ut spectet ad p. 377, 31*). *relat.*: FIRM. err. 8, 3 (*loq. Sol deum se esse negans*) quicquid sum, simpliciter -o.

B *cetera exempla*: 1 *-ent res*: **a** *quae potius mente percipiuntur, aestimantur* (*hic illic cum acumine quodam ad veram naturam, vel alicuius rei apparentem spectare videtur, v. maxime l. 50. 66*): *α actio -endi affirmatur*: VERG. Aen. 10, 176 hominum divumque interpres Asilas, cui pecudum fibrae, caeli cui sidera -ent et linguae volucrum et praesagi fulminis ignes (*locum varie explicant gramm. et comm., v. e. g.* NON. *p. 371, 83.* SERV.: est 'peritissime agnoscuntur' ...; nam si 'videntur' tantum accipias, cuivis possunt videri nec tamen intellegi ...; nec '-ent obtemperant' procedit. SERV. auct.: apparent ac patent ...; an hyperbolice ..., ut ei -ere videantur, sicut dicimus artes quibusdam esse subiectas?). CE 470, 8 pietas (*v. p. 374, 18*). HYG. lim. grom. p. 154, 20 *si* vitium ... conspiciendi fuerit, vana contemplatio in uno quintario statim -et (apparet *var. l.*; *vix ad A*). TERT. adv. Prax. 27 p. 282, 7 tam distincta documenta ... utriusque substantiae (*i. spiritus et carnis*). ITALA deut. 29, 29 (Lugd.) quae ... -ent (*opp.* absconsa; *gr.* τὰ ... φανερά, *Vulg.* quae ... manifesta sunt). Ier. 13, 26 (Hier. *ad l.*) -bit ignominia tua, adulteria tua *eqs.* (*Ambr. Abr. 2, 7, 43* videbitur). PS. CATO dist. 2, 8 temporibus peccata latent et tempore -ent (patent *var. l.*). CHIRON 840 -bit effectus *curationis* (*item* 910). VVLG. Tob. 2, 22 vana facta est spes tua et elemosynae tuae modo -uerunt (apparuerunt, perierunt *var. ll.*). *al.* *subiecto supplendo*: ACT. Petr. 21 p. 68, 25 videte sensum, quod oculis non videtis; et aures vestrae praecluse sunt, sed animo vestro intus -ant (*sc. quae nec oculis nec auribus percipi possunt*). *β actio -endi negatur*: VLP. dig. 40, 5, 24, 17 ordinem scripturae sequendum *in servis manumittendis*; quod si ordo non -at *eqs.* TERT. praescr. 42 l. 14 cum sint *scismata apud haereticos*, non -ent; scisma est enim unitas ipsa. IVL. VAL. 2, 24 p. 84, 26 cum ... medentibus ... curatio illa *non* -ret (procederet *Ausfeld, Rhein. Mus. 61, 1906, 638*; *sed cf. l. 65*). FIRM. err. 22, 2 dei tui, *i. Osiridis*, mors nota est, vita non -et. VVLG. Sirach 23, 2 ut ... non -ant delicta illorum (*var. ll.* appareant, parcant; *gr.* παρῇ). PELAG. in I Cor. 15, 54 *ut* ac si absorta non -at *mors* (appareat, pereat *var. ll.*). COMM. instr. 2, 25, 8 *pace subdola cum haereticis facta* vulnera non -ent.

b *quae potius sensibus percipiuntur*: *α oculis* (*simul etiam auribus p. 376, 57*): (I) *respicitur potius status, quo aliquid conspici potest*: Ⓐ *status -endi affirmatur*: STAT. Theb. 5, 603 *avis ad nidum revertens stupet*, cum solus in arbore -et (cara *var. l.*) sanguis et errantes ... plumae *fetuum necatorum.* silv. 2, 2, 76 haec *villae fenestra* videt Inarimen, illinc Prochyta ... -et *eqs.* HYG. lim. grom. p. 142, 14 tetrantum veterum lapides adhuc -ent. TERT. anim. 6, 3 anima ... movet corpus, et conatus eius extrinsecus foris -ent (*cf.* VITA Anton. 42 p. 53, 21 -et ... animi motus in facie). ITALA gen. 1, 14 (Ps. Cypr. pasch. 5 [cod. c]) ut -ant *luminaria* super terram (*gr.* εἰς φαῦσιν, *var. l.* ὥστε φαίνειν, *cod. 111 al.* luceant, *om. Vulg.* [*cf.* Phil. 2, 15 *sub 2aβ*]. *sim. de sideribus*: SOL. 52, 13 septemtriones ... quindecim dies -ent [*Plin. nat. 6, 69* adparere]. SCHOL. Germ. Bas. p. 78, 21 *Equus* -ens usque ad umbilicum. VICTORIN. Macc. 305 lumen. *al.*). III reg. 8, 8 (cod. 93) -bant capita *eqs.* (*gr.* ἐνεβλέποντο. *de eadem re*: VVLG. II par. 5, 9 vectium ... capita -bant ante oraculum). II Macc. 12, 9 (recc. LX = VVLG.) ut lumen ignis *portus incensi* -ret Hierosolimis (*recc. BM* luceret, *rec. P* conspiceretur). ITIN. Burdig. p. 591, 2 -ent vestigia clavorum (COMMENT. Lucan. 8, 694 ⟨h⟩odieque -et v. *digiti*). p. 592, 6 -et locus, ubi palatium habuit David (p. 597, 4 PEREGR. Aeth. 12, 3. 4. *al.*). PEREGR. Aeth. 5, 5 in hodie adhuc fundamenta -ent, quemadmodum fuerunt lapide girata (10, 4. 13, 3). 19, 14 palatium ... in editiori loco positum erat, sicut et nunc -et, ut vides. CLAVD. DON. Aen. 11, 640 p. 513, 6 capilli eius *capitis nudi* -bant. VVLG. I reg. 16, 7 homo ... videt ea, quae -ent; dominus autem intuetur cor. *al.* Ⓑ *status -endi negatur*: TAB. devot. Gall. (Année Epigr. 1981 n. 621a; *saec. I*) quomodo hoc plumbu non -et et decadet, sic *eqs.* (*cf. p. 377, 46*). SIC. FLACC. grom. p. 117, 1 limites ... non -entibus lapidibus difficile inveniuntur (NIPS. grom. p. 289, 18 L. in agris divisis solent l. in centuriis non -ere). HYG. lim. grom. p. 147, 11 *ut monte obstante sol* -ere cito desinat (*opp.* longius conspiciatur. *sim. de luna*: FIRM. math. 4, 16, 6 [*sc. de luna nova*]. ISID. nat. 21, 2 [*sc. in defectu*]). IVLIAN. dig. 37, 11, 7 *si* quaedam ex his *signis testamenti* non -ent (*opp.* maneant). VLP. dig. 14, 3, 11, 4 si ... vetustate ... contigit, ne ... -ret *scriptura*. ITALA exod. 13, 7 (Monac.) non -bit tibi fermentum in omnibus finibus tuis (deut. 16, 4 [Lugd.]). Luc. 11, 44 (cod. b *al.* = VVLG.) monumenta estis, quae non -ent (*gr.* ἄδηλα). Hebr. 11, 1 (Ambr. paenit. 2, 3, 15 = VVLG.) rerum ... non -entium (*gr.* βλεπομένων). PEREGR. Aeth. 12, 7 columna ... iam non -et (*ibid. iterum*). HIER. tract. in Marc. p. 353, 20 si sol luxerit, lux lucernae non -et. SORAN. p. 63, 16 fici ... triti ita, ut semen eius non -at (*cf.* Ps. APVL. herb. 84 l. 4 herbam ... adeo decoctam, donec non -at. DIOSC. 1, 18 p. 14, 23 M. *opobalsamum genuinum aquae* miscetur ita, ut non -at [*gr. 1, 19, 2* χεῖται ταχέως]. *similia e sermone medico v. sub β et sub* paresco). *al.*

(II) *respicitur potius actio, qua quid in conspectum venit*: Ⓐ *quod antea latebat*: ITALA gen. 1, 9 (cod. 111 *al.*) dixit deus: 'congregetur aqua ... et -at arida'; ... et -uit arida. 8, 5 (Aug. civ. 15, 14) *diluvio decrescente* -uerunt capita montium. 30, 37 (Lugd.) *cortice detracto* -bat super virgas album. exod. 16, 10 (Monac.) gloria domini -uit in nube. psalm. 17, 16 (Sangerm.) -uerunt (paruntunt *trad.*) fontes aquarum, et revelata sunt fundamenta orbis terrae. CHIRON 343 cum -uerit *polypus*, praeciditur (*antea*: se foras ostenderit). DIOSC. 4, 92 p. 50, 23 qui *flos* se citius aperiat et sicut capilli albi -ent et capitellu rotundu (*gr. aliter*). 5, 125 p. 220, 20 cum fractu fuerit *misy*, deintus stellae aureae -ent (*gr. 5, 100* ἀποστίλβον ἀστεροειδῶς). MART. CAP. 8, 881 ante Solem -ere solitus *Mercurius* (*sim. de sidere orienti*: EVSEB. EMES. serm. 6, 6 cum ... -uerit luna, occultantur *stellae*). ITIN. Anton. Plac. rec. A 41 recedente mare ... arma Pharaonis vel vestigia rotarum curruum -ent. Ⓑ *quod antea non exstabat*: ITALA gen. 9, 14 (Ambr. Noe 27, 103) -bit arcus meus in nube (FRG. apoc. p. 153 a. in caelo -bit et cornum et lampada et sonus et vox *eqs.*). Matth. 2, 7 (cod. c) tempus, quando -uit eis *magis* stella. 13, 26 (cod. d) cum ... germinasset faenum ..., tunc -uit zizania (*cf.* GREG. TVR. glor. mart. 90 p. 549, 2 si tardius flores ex more -uerint). 24, 27 (cod. a *al.* = VVLG.) fulgur exit ab oriente et -et usque in occidentem (Ps. AMBR. act. Seb. 4, 13 fulgura et coruscationes numquam -uerunt). 24, 30 (cod. a *al.* = VVLG.) tunc -bit signum ... in caelo (VVLG. apoc. 12, 1). PRISCILL. tract. 11, 144 (*contextu parum sano*) ut ... primum incomposita ... -rent *in creatione mundi*. *al.*

β tactu: MARCELL. med. 27, 3 cum ... ita fuerit lēvis confectio, ut in ungue nulla -at aspritudo (*sec. Scrib. Larg. 113, ubi pateat trad.*). DIOSC. 5, 96 p. 201, 12 ponfolinga ... est ... subleve, ut tactu non -at sicut aura (*gr. aliter*).

2 *-ent animantes*: **a** *quolibet modo, sc. fere naturali* (*sive oculis percipiuntur sive alio modo eorum praesentia sentitur, ut p. 377, 7. 36*; *cum colore elucendi vel eminendi sim. maxime p. 377, 11. 18. 29. 36. pro subi. sunt animalia p. 377, 22, res animatae p. 377, 10. 39*; *contra homines pro rebus habiti v. supra l. 32*): *α respicitur potius actio, qua quis in conspectum venit* (*addidimus exempla inter actionem et statum ambigua*): (I) *indicatur, ubi vel cui quis -at*: MART. 12, 28, 18 ad portum quotiens -uit Hermogenes (*cf. 16* venit). VLP. dig. 4, 6, 10 ut sine dedecore in publico -ere (apparere *var. l.*) non possint (*cf.* 42, 4, 7, 13 qui ... copiam ... sui faciat in publico ibique -at. PS. CATO brev. sent. 5 foro -e [para, parce *var. ll.*]. IVLIAN. epit. novell. 15, 7 publice -at [88, 1]). ITALA exod. 23, 17 (Ottob.) tribus temporibus anni -vit (*i.* -bit) omne masculinum tuum in conspectu domini (*sim.* 34, 24 [Lugd.]. deut. 31, 11 [Lugd.].

[*Breimeier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psalm. 16, 15 [Sangerm. *al.*]). psalm. 41, 3 (Sangerm. *al.* = VVLG.) veniam et -bo ante faciem dei (*cf.* HIER. psalt. sec. Hebr. 84, 8 apud deum). prov. 11, 31 (Ps. Cypr. singul. cler. 18) si iustus vix salvus fit, peccator et impius ubi -bit? ([*Vulg. aliter*]. *inde* I Petr. 4, 18 *nec non* PAVL. NOL. epist. 14, 3. CASSIOD. compl. in I Petr. 4, 12 p. 1367^A non -bunt). II Macc. 7, 22 (rec. P) filii, nescio, qualiter in meo utero -ueritis (Aug. anim. 1, 14, 23 p. 322, 14 -uistis in ventrem meum). Matth. 6, 5 (cod. d) *hypocritae* amant stare in synagogis ... orantes, ut -ant hominibus (*cod. a al. et Vulg.* videantur). HERM. vulg. mand. 12, 2, 4 cupiditas mala ... fugiet a te ... et non -bit ante te (*Pal.* occurrit). HIER. tract. in psalm. I p. 87, 2 desiderant ... -ere in istius saeculi ecclesiis. VVLG. act. 21, 3 cum -uissemus ... Cypro (*var. ll.* apparuissemus, pervenissemus *et* Cyprum; *cf. var. l. gr.* ἀναφανέντες ... τὴν Κύπρον [τῇ Κύπρῳ *unus*]; *Itala cod. g* cum apparuisset ... Cyprus). MART. CAP. 6, 575 -ent denique iam ingressurae Artis obsequio electissimae feminarum (*nisi ad p. 375, 24*). VITAE patr. Iurens. 80 M. ruunt ... quasi coram iudice -ituri (perituri *var. l.*). INSCR. Année Epigr. 1945 n. 97, 5 (*saec. VI in.*) ego ... dux ..., qui nunquam periuravi ..., et in bellu -ui et in pace. *al.* (II) *nude ponitur*: APVL. met. 5, 3, 5 (*antea*: videre poterat *neminem*) ut, quamvis hominum nemo -ret, chorus tamen esse pateret (CE 1254, 5). HYG. fab. 204 *noctua* in lucem non prodit, sed noctu -et (*Barth*, patet *trad.*). VLP. dig. 30, 47, 2 si ... culpa heredis non -at *servus legatus*. PAVL. dig. 4, 8, 32, 12 *si arbiter sese celans et investigatus* diu non -uerit. TERT. resurr. 14 p. 44, 1 totum ... hominem ex utriusque substantiae concretione -ere (*cf.* CARM. adv. Marc. 5, 97 per quam *carnem* -et homo, *qui aliter spiritus invisibilis esset*). COD. Theod. 11, 1, 32 si depraedator fraudium -at (*si recte trad.*). ENNOD. epist. 5, 3, 2 p. 126, 11 ignaris de -endi occasione generatur *horror* (pariendi *var. l.*). *al.*

β respicitur potius status, quo aliquis conspici potest, conspicuus est (*pauca certiora fere negata; huc vergunt e. g. p. 376, 82. l. 21. 27*): ITALA gen. 41, 21 (cod. 101, *v. p. 375, 43*). prov. 23, 5 (Aug. in euang. Ioh. 84, 2) si ... direxeris oculum tuum ad illum *divitem*, nusquam -bit (*de Christo intellegit Aug. explicans*: videri non potest). Phil. 2, 15 (Pelag. *ad l.*) inter quos *pravos* -etis sicut luminaria in mundo (lucete *var. l.* [*cf. cod. d al. et Vulg.* lucetis]; Ps. Aug. spec. 116 p. 654, 1 -bitis). ITALA (= VVLG.) IV Esdr. 11, 16 Weber (*ad pinnam aquilae, quae est terrae domina*) antequam incipias non -ere (*antea et postea saepius* apparere, comparere). SOL. 2, 15 *Aeneas* apud Numicium *fluvium* -ere desiit (apparere *var. l.; ad rem cf. Ps. Aur. Vict. orig. 14, 2* nusquam ... comparuisse). VVLG. Iob 30, 8 filii ... ignobilium et in terra penitus non -entes (apparentes *var. l.*). ACT. Petr. 4 p. 49, 5 *Simon magus* subito non -uit; et postea apparuit *eqs.* CIL XIII 7554, 10 (*in devotione*) *plumbum Sintonem* sic ⟨d⟩esumat non -entem tanquam inferos (*cf. p. 376, 22*).

b *modo naturam superante*: *α spectat ad incarnationem Christi* (*cf. p. 374, 80. 375, 27, aliter l. 67*): TERT. adv. Marc. 1, 15 p. 309, 19 quomodo dominus -uit ... in hoc mundo? (*antea*: manifestari). QVODV. haer. 7, 16 homo -et, deus latet. COMM. apol. 279 ut in terra -ret. MAR. MERC. Conc.^S I 5 p. 25, 23 -et et videtur ab omnibus (p. 64, 28). p. 30, 22 qui oculis -et (p. 57, 40. *cf.* p. 35, 24 qui visui -uit). p. 31, 41 hunc qui -et, hunc quem oculi intuentur (*alteram vers. v. p. 374, 80*). *al.* *β cetera exempla* (*fere de eis, qui in visionibus hominibus apparent*): ITALA gen. 18, 1 (Ps. Aug. spec. 141 p. 693, 7) -uit ... ei *Abrahae* deus ad ilicem Mambrae (*item -et deus*: exod. 6, 3 [Lugd.] ad Abraham. 25, 8 [Ottob.] in bobis, *i.* vobis [*Vulg.* habitabo]. 30, 6 [Lugd.; *gr.* γνωσθήσομαι, *Vulg. aliter*]. deut. 33, 2 [Lugd.; *gr.* ἐπέφανεν, *Vulg.* ortus est). exod. 3, 2 (Lugd.) -uit ... ei *Moysi* angelus (Matth. 2, 19 [cod. d]. Luc. 22, 43 [cod. q]). Matth. 17, 3 (cod. d) -uit eis Moyses et Helias cum eo *Christo* loquentes. 27, 53 (cod. d) *sancti, qui resurrexerunt*, -uerunt multis (*gr.* ἐνεφανίσθησαν). HERM. Pal. vis. 1, 4, 3. 3, 1, 2 in ipsa nocte -uit mihi illa senior (*sc. ecclesia ut*: 3, 3, 3. 3, 10, 2 [*gr.* ἐνεφανίσθη]). PRVD. c. Symm. 2, 237 (*deus ad Symmachum*) meditaris numina mille, quae simules -ere ⌊meis virtutibus⌋ (*i. mea potestate*). CARM. adv. Marc. 5, 207 *Christus* patribus sanctis -ens ab origine mundi. COMM. instr. 1, 41, 5 mundus finitur, cum ille *antichristus* -bit.

CAPVT ALTERVM: *fere i. q.* **oboedire**, *obsequi, obtemperare, obsequio praesto esse sim.* (*sc. intransitive adhibitum praeter IA3*). *quae notio ita e capite priore orta esse videtur, ut actio eius, qui iussu aliquo evocatus apparuit vel ad ministerium praesto fuit, significata sit; cf. e. g. locutionem tritam* dicto -ere (*vol. V 1, 993, 42 sqq.*) *et infra IIA2b. saepius enim sublucet notio q. e. apparere, praesto esse sim., v. e.g. p. 380, 44. 381, 54; ponitur iuxta* praesto esse *p. 383, 40. 55; nota etiam locos variis rationibus inter utrumque caput quasi ambiguos ut p. 375, 50. 377, 15. 380, 41. 381, 77. 382, 8. 383, 51. 63. al. ceterum vergit in notionem q. e. satisfacere, implere sim. maxime p. 378, 29. 50. 380, 42 sqq.* *testimonia notionis*: PAVL. FEST. p. 109 inparentem, non -entem, hoc est oboedientem. PRISC. gramm. III 274, 2 *verba* subiecta sunt, ut 'servio tibi, oboedio, -o, ministro *eqs.*' SYNON. Cic. p. 421, 13 dicto audiens. auscultans. obtemperans. obsequens. morem gerens. imperio -ens. iussioni satis faciens. GLOSS. -o: πειθαρχῶ. πείθομαι. -uit: ἐπείσθη. -ens: πειθαρχῶν. -et: obsequitur, obtemperat. -ere: obedire. *sim. al.* *syn. e.g.* oboedire: CIC. leg. 3, 3 parad. 33 Tusc. 5, 36. *al.*; obsequi: RHET. Her. 4, 30, 41 SEN. benef. 5, 25, 5. *al.* (*quodammodo distinguitur* CE 56, 2); obtemperare: RHET. Her. 4, 30, 41. *al.*, *v. vol. IX 2, 270, 59 sqq.*; sequi: CIC. Rab. perd. 22 parad. 34 Tusc. 3, 33. *al.*; servire: PLAVT. Persa 812 CIC. prov. 2 Rab. Post. 22. *al.* *opp. e. g.* imperare: CIC. Sull. 21 rep. 1, 63. *al.*, *v. p. 381, 79*; iubere: PLAVT. Amph. 244 QVADRIG. hist. 57 CIC. Rab. perd. 20. *al.*

I *respectu certo, sc. fere de singulis vel unius causae, temporis actionibus* (*probabiliora, cetera v. sub II*): **A** *-ent animantes* (*fere homines eorumve coetus sim; dei, divini sim. e. g. l. 36. p. 379, 36. 42; etiam* aquila PHAEDR. 2, 6, 14): **1** *cum dat.*: **a** *rerum; -etur*: *α iussis, voluntati sim. cuiuslibet alterius*: (I) *strictius, sc. dat. significat ipsum iussum vel verba, quibus iubetur* (*exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Mil. 1036 me inclamato ...: : memini et praeceptis -bo (Most. 420. CIC. fil. Cic. fam. 16, 21, 6 dummodo p. patris -rem; διαρρήδην enim scripserat, ut *eqs.* CIRIS 353 PLIN. epist. 9, 10, 1. CE 1982, 3 [*saec. II*] praecepto. *al.*). Persa 812 delude ...: : viden, ut tuis dictis -o (*et saepe, v. vol. V 1, 993, 42–52 et infra p. 380, 26*). 841 (*833* hunc ludificemus) tuo ut imperio -am (QVADRIG. hist. 57 lictor ... Maximum ... descendere iussit; Fabius i. -et. CIC. Verr. II 4, 76 praetoris. Rab. perd. 22. 27 CAES. civ. 3, 95, 2 VERG. Aen. 4, 238. *al.*). CIC. Quinct. 65 decreto praetoris (SENT. procos. Sard. [CIL X 7852] 9. NOVELL. Valent. 8, 1, 5). Rab. perd. 6 nunc ... -bitur et ... accusatoris condicioni et ... inimici potestati (Planc. 41 IAVOL. dig. 35, 1, 40 pr. 35, 1, 55. 35, 1, 56 CELS. dig. 40, 7, 23, 1. VLP. dig. 5, 2, 8, 10 c. -ere ... in persona filii [36, 2, 5, 5. *al.*]. *et persaepe; inde condicioni satisfit etiam sine actione -entis*: VLP. dig. 35, 1, 2 'si navis ex Asia venerit'; ... quandoque venerit navis, c. -itum videtur). Mur. 47 voluntati tuae (Vatin. 2. de orat. 3, 208 vestrum omnium. PLIN. epist. 3, 8, 4 SCAEV. dig. 32, 38, 6. *al.*). Vatin. 5 intercessioni (LIV. 43, 16, 10). Pis. 61 legi tuae (Planc. 41. Phil. 11, 28 huic ... l. -uit Cassius, cum est ... profectus. Tim. 38 l. morique. LIV. 9, 34, 24 MART. epigr. 29, 4 CALP. decl. 23 SCAEV. dig. 18, 3, 6 pr. *al.*). OV. met. 1, 385 iussis (trist. 5, 9, 34. LIV. 45, 13, 2 legatorum Romanorum. STAT. Theb. 10, 82 i. *Iunonis Iris*. TAC. hist. 4, 25, 4. *al.*). 2, 126 monitis (fast. 3, 760 PHAEDR. 2, 6, 14 VAL. FL. 7, 187. *al.*; *cf.* EPIST. imp. Dom. [CIL IX 5420] 26 admonitioni). IAVOL. dig. 4, 8, 39 pr. arbitri ... sententiae (POMPON. dig. 45, 1, 5, 4 s. iudicis. PAPIN. dig. 22, 1, 1, 2. *al.*). *al.*

(II) *laxius, sc. dat. significat*: Ⓐ *varias res, sc. actiones, qualitates sim. alterius, unde is, qui -et, eius voluntatem colligit*: CIC. Caecin. 9 nimiae vestrae, *sc. iudicum*, benignitati -remus, si *eqs.* Rab. perd. 6 inimici potestati (*v. l. 25*). OV. fast. 5, 504 *dei* -ent promissis *agricolae hospitium praebentis*. SEN. contr. 10, 2, 3 *fortiter faciens* -ui (paravi *trad.*) adulescens magnis exemplis. PANEG. 9, 4, 1 imperatorum ... nostrorum providentiae singularique in nos benevolentiae huius quoque operis instauratione -endum est. CIL VIII 26279, 7 ut adfectibus civium -ret epulo quarto a se dato. Ⓑ *munus implendum eiusve condiciones sim.* (*in solvendis debitis sim. praeter* ITIN., CLAVD.): SCAEV. dig. 18, 3, 8 quibus *temporibus solutioni statutis* si non -uisset emptor. VLP. dig. 27, 9, 5, 9 si ... urgeat creditor aut usurarum modus ⌊-endum aeri alieno⌋ suadeat (⌊⌋ carendum alieno *proposuit Mommsen*). PAVL. dig. 19, 2, 54, 1 si pensionibus -uerit *conductor*. COD. Iust. 4, 2, 8 (*a. 293*) huius quantitatis solutioni (4, 10, 8 *a. 294*. 5, 4, 16 *a. 285–295*. 5, 37, 18 *a. 293*). 4, 26, 9 (*a. 294*) sorti et usuris. ITIN. Alex. 20 ubi solum *urbis condendae* describi conveniret, ... *alphitis conlatis architectos* solo pingendo -uisse *ferunt*. CLAVD. 22, 271 *provinciae* hortantur: eat; ... -uit officio *Roma*. PAP. Tjäder 59 I 9 (*a. 433*) *pars condemnata* -at iudicatis (*cf. Tjäder ad l.*).

β signis vel praeceptis sim. religiosis, quae quis observat: CIC. Sest. 83 *Sestius cum* auspiciis religionique -ens obnuntiaret, quod senserat (Phil. 2, 88. nat. deor. 2, 7 Iunius ... classem amisit, cum a. non -uisset. div. 2, 21 signis ... *et* a. 2, 71). har. resp. 11 libenti animo portentis deorum ... religionique -bo (div. 2, 71 contra auspicia navigaverunt; -endum enim religioni fuit *eqs.* VAL. MAX. 1, 6, 3 PLIN. nat. 25, 17 EPIST. Alex. l. 332 H. *adde l. 62 et cf. l. 74*). div. 2, 84 si omini -uisset *Crassus* (NEPOTIAN. 6, 1). SIL. 4, 805 superum ... honori. QVINT. inst. 3, 11, 6 an responsis -ere debuerit *Orestes*. CLAVD. 26, 549 caelo -ere vocanti ([patere *var. l.*]. *v. 26, 545 sqq.* vox edita luco: '...').

γ suis ipsius affectibus vel actionibus, promissis sim., quibus quis indulget, respondet: CIC. Cluent. 158 non ... debeo dubitare, iudices, quin ... religioni potius vestrae quam odio -atis. prov. 2 in hac sententia dicenda non -bo dolori meo, non iracundiae serviam (Att. 2, 21, 4 timeo, tam vehemens vir ... ne ... d. et iracundiae -at [parcat, pereat *var. ll.*]). NEP. Alc. 4, 6 irae (*v. sub δ*). VERG. Aen. 7, 433 ni dare coniugium et dicto, *sc. suo ipsius*, -ere fatetur *rex Latinus*. CVRT. 6, 10, 2 (*loq. Philotas*) *iniuria accusatus* ignoro, quomodo et animo meo et tempori -am (APVL. met. 5, 6, 3 damnosa poscenti). VAL. FL. 7, 154 nutantem Colchida curis Iuno videt necdum extremo -ere furori. CIL X 476, 11 (*a. 337*) sponsioni nostrae (477, 11 [*a. 347*]). *al.*

δ necessitati sim., quae inest rebus, temporibus: CIC. Vatin. 2

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in tanto hominis de me optime meriti, *sc. Sestii*, periculo et tempori eius et voluntati -ere *volui* (Att. 7, 18, 2 t. -amus, cum Pompeio in Hispaniam eamus. CVRT. 6, 10, 2). Planc. 94 *an navigans* cum tempestate pugnem periculose potius, quam illi ... obtemperem et -am? off. 2, 74 si salvi esse velint, necessitati esse -endum (LIV. 9, 4, 16). NEP. Alc. 4, 6 *inimici Alcibiadem in exilium agentes* plus ... irae suae quam utilitati communi -uisse. FRONTO p. 208, 10 v. d. H. *piscator* indignum duxit *piscem magnum* ad venalis deferre, sed dignitati -ens regi obtulit.

b *animantium (fere hominum eorumve coetuum; -etur deis, divinis sim. l. 25. 35. 42. 46, praeterea rei animatae vel personatae l. 22. 34)*: *α in vita publica*: LIV. ANDR. trag. 13 (*Aegisthus ad famulos loqui videtur*) quin, quod -ere ⟨mihi⟩ vos maiestas mea procat, ... hanc deducitis? (*si recte suppletur; si minus, ad 2 referas*). CIC. dom. 50 a senatu iudicatum me ... diligentissime senatui -uisse (p. red. in sen. 38 Pis. 14. Planc. 87 qui *consules* ... senatum s. -ere non sierint. Phil. 6, 9. *al.*; *cf.* Sest. 145 vobis [*i. patribus conscriptis ut*: LIV. 37, 53, 25]. Phil. 7, 2 huic ordini [7, 14]). Phil. 5, 29 si legatis -uerit Romamque redierit *Antonius* (*ibid.* numquam -bit ille l. SALL. Iug. 25, 1 quoniam l. non -uisset [*sc. Iugurtha ut* 25, 7]. LIV. 45, 13, 6). *al.* CAES. civ. 3, 81, 2 *ut Thessaliae civitates* Caesari -rent atque imperata facerent. OV. met. 13, 449 sociis -entibus umbrae *Achilleos Polyxena* rapta sinu matris. fast. 5, 97 'consistite' praescia mater ... ait; et matri et vati -et *Euander* (CVRT. 4, 6, 13 *Alexander* -uit v.). LIV. 21, 63, 7 consulem ... revocantibus ex ipsa acie diis atque hominibus non -uisse (IVST. 13, 7, 4 deo). 22, 42, 10 cum referri signa in castra iubenti consuli milites non -rent (LVCAN. 8, 238). *al.* SEN. contr. 9, 4, 13. SEN. dial. 3, 18, 6 iussus occidere imperatori non -uisti (ASCON. tog. cand. p. 70, 19 i. ac dictatori). CVRT. 5, 9, 13 *Dareus* aegre -uit Artabazo et ... eodem in loco substitit. 7, 1, 39. LVCAN. 10, 399 suadenti ... nefas. TAC. ann. 15, 36, 3. SCAEV. dig. 4, 8, 44 *si* arbitro -itum non esset *eqs.* (VLP. dig. 4, 8, 21, 10. 11. *cf.* VLP. dig. 6, 1, 68 iudici [PAVL. dig. 10, 1, 4, 3]). *al.* *β usu vario*: CIC. Phil. 13, 6 sin responderit *sapientia* '...', tum sapientiae vocem audire videar eique ut deo -am (SIL. 8, 205 [*loco fort. spurio*] *diva Anna Iunoni* deae -ere parat. NEMES. cyn. 10). orat. 35 tibi *Bruto* hortanti ... non -ere nefas esse *duxi*. div. 1, 123 non -uisti mihi revocanti. Att. 8, 11, 4. 11, 9, 2 cessi meis vel potius -ui. TIB. 1, 4, 75 Titium coniunx haec meminisse vetat; -at ille suae. LIV. 1, 50, 9 ni -at patri *filius* (SEN. contr. 1, 1, 8. 1, 6, 8. 7, 1, 5. *al.* QVINT. decl. 301, 22. *al.*). SEN. contr. exc. 4, 3, 1 filia etiam fratri -uit, filius nec patri. LVCAN. 6, 711 (*Erictho inferos precatur*) -ete precanti. PETRON. 129, 12 libenter ... -ui ancillae. IVV. 5, 64 PLIN. epist. 4, 11, 15. 7, 11, 6 exigenti. PAPIN. dig. 35, 2, 13 *servus* -ere domino *fideicommissum iniungenti* debuit (*item de servo*: VLP. dig. 9, 4, 2, 1. COD. Iust. 6, 24, 3, 2 [*a. 223*]. *cf.* 6, 30, 21 pr.; *aliter, sc. -etur deo*: QVODV. virtut. carit. 5, 2). VLP. dig. 12, 4, 3, 9 ut testatori -atur. CHALC. transl. p. 20^B iubentibus vobis hesterno die facile -ui ([*gr.* ἐχαριζόμην]. HIER. epist. 1, 2, 2). *al.*

2 *absolute (selecta; omnino omisimus exempla, ubi dat. facile suppleri potest)*: PLAVT. Amph. 244 *Amphitruo* equites iubet dextera inducere; equites -ent citi. ENN. ann. 228 tonsam ante tenentes -rent, observarent, portisculus signum cum dare coepisset. CIC. Rab. perd. 20 *consules cives* arma capere et se sequi iubent; -ent omnes. Catil. 2, 12 *Catilina* simul atque ire in exilium iussus est, -uit. Deiot. 23 *vix credibile* eos, qui *a rege* missi essent, non -uisse. Phil. 5, 27 *legati Saguntum missi*, si Hannibal non -ret, Karthaginem ire iussi sunt; nostros quo iubemus ire, si non -uerit Antonius? CAES. Gall. 1, 27, 2 *cum Caesar Helvetios* suum adventum exspectare iussisset, -uerunt. NEP. Alc. 4, 3 *cum Alcibiadi* nuntius ... missus esset, ut domum ... rediret ..., non -ere noluit. HOR. sat. 2, 2, 52 siquis nunc mergos suavis edixerit assos, -bit pravi docilis Romana iuventus. OV. met. 3, 104 Pallas ... iubet supponere terrae ... dentes ...; *Cadmus* -et. 6, 162 Manto ... fuerat ... vaticinata ...: 'Ismenides, ite frequentes ...'; -etur. 8, 693. *al.*

3 *usu recentiore cum obi. rei exsequendae (cf. obsequi vol. IX 2, 188, 29 sqq.; non huc pertinet obi. int., quod v. p. 384, 57)*: SERM. Migne suppl. 4, 1993 *deus* instat votis: 'vade ... Gabrihel ...; ac ne dubites -enda esse, quae mando' (*sed postea*: festinat -ere ... imperiis; *an legendum* paranda?).

B *-ent res (sine dat. l. 80. 82)*: CIC. leg. agr. 1 frg. 3 venibit ... sub praecone tota Propontis ..., Mysia et Phrygia eidem condicioni legique -bunt. OV. trist. 1, 4, 22 desinat in vetitas ... contendere terras et mecum magno -at aura deo, *i. Augusto* (*item -ent partes naturae*: OCTAVIA 39 *Claudi imperio* -uit liber diu Oceanus. LVCAN. 6, 462 *nocte magicis artibus prolongata* legi non -uit aether. ZENO 1, 2, 3 [1, 36, 8 L.] *sol lunaque Iosuae* [*sc. sec. Ios. 10, 12 sq.*]. PS. ORIG. hom. in Matth. 3, 1 p. 257, 13 tempestas ... potestati *dei*). SEN. contr. 9, 4, 4 etiam, cum tyranno servirent (*i. me caederent*), mihi -uerunt *manus filii* (SEN. Thy. 986 nolunt m. -ere). CELS. 6, 18, 2^A si mollita sic ... cutis ducenti -uit, expeditior reliqua curatio est (*de eadem* 6, 18, 2^B si non -bit). LVCAN. 8, 606 Romanus regi sic -uit ensis, *sc. iussu Ptolomaei Pompeium necans*. PETRON. 131, 6 nervi -uerunt imperio *manuum membrum virile temptantium*.

II *respectu communi, generali, sc. de actione repetita vel de habitu, statu sim. (hic illic agnoscas usum ingressivum, e. g. p. 381, 15. 21)*: **A** *-ent animantes (fere homines eorumve coetus, regiones sim.; animalia e.g. l. 52 sqq. p. 381, 65 sqq., dei sim. e.g. p. 381, 71 sqq.)*:

1 *in universum (quaedam aut ad 2 aut ad IA trahi posse vix negaverimus)*: **a** *cum dat.*: *α rerum; -etur*: ① *iussis, voluntati sim. cuiuslibet alterius*: Ⓐ *strictius, sc. dat. significat ipsum iussum vel verba, scripta, quibus iubetur (selecta inde a* CIC.): PLAVT. Asin. 147 *filia* tuo, *sc. lenae*, facit iussu, tuo imperio -et: mater tu, eadem era es (CIC. Mur. 22 orbem terrarum -ere huic i. [*sc. Romanorum ut*: prov. 33 CAES. Gall. 5, 2, 4 SALL. Catil. 36, 4 LIV. 4, 10, 3. *al.*]. Tim. 30 *animantia* i. -ere didicerunt [*gr. 38e* τὸ προσταχθέν]. BELL. Alex. 67, 2 *Deiotarus* imperiis *Pompei*. NEP. Dat. 4, 2 i. regis *Persarum*. LIV. 8, 34, 7. *al.*). 601 qui sese -ere apparent huius *adulescentis* legibus, ... numquam bonae frugi sient (VARRO Men. 265 oportet bonum civem l. -ere. 507. CIC. inv. 2, 127 iudicem legi -ere [*item sing.*: leg. 2, 26. 3, 28 LIV. 9, 34, 7. *al.*]. Verr. II 5, 28 Cluent. 150. fin. 3, 64 vir bonus et sapiens et l. -ens. *al.*). CIC. Catil. 4, 24 *consul*, qui ... -ere vestris decretis non dubitet (Sest. 32 CAES. Gall. 6, 13, 10 LEX VRSON. [CIL I^2 594] 129, 33). ac. 1, 5 praeceptis dialecticorum (Tusc. 5, 36 p. illi veteri [*cf. Plato Menex.* 248^a πείσεται]. fam. 9, 1, 2 illorum *librorum*. VERG. Aen. 2, 607 QVINT. decl. 268, 9. *al.*). Att. 14, 14, 2 cui servire ipsi, *sc. Caesari*, non potuimus, eius libellis -emus. CAES. Gall. 6, 13, 10 *Galli druidum* decretis iudiciisque -ent. LIV. 2, 18, 8 creato dictatore ... plebem metus incessit, ut intentiores essent ad dicto -endum (8, 4, 2 non Romanorum solum, sed Samnitium quoque d. 28, 24, 11 *milites* speciem d. -entium ... servabant. 32, 3, 7 CVRT. 7, 4, 9 SACR. Gelas. 755 M.). OCTAVIA 459 (*verba Neronis*) iussis ... nostris -ant (SIL. 3, 387 *equum* i. -ere magistris. APVL. mund. 35 legum [*gr. aliter*]. *al.*). *al.*

Ⓑ *laxius, sc. dat. significat*: ① *varias res, sc. maxime actiones qualitatesve alterius, unde is, qui -et, eius voluntatem colligit*: CIC. Manil. 60 consuetudini (*v. l. 73*). Phil. 11, 27 -ere ... moribus (*v. l. 76*). leg. 1, 56 requiri placere terminos *quaestionis*, quos Socrates pegerit, iisque -ere. Lael. 37 non ... -uit ille *Blossius* Ti. Gracchi temeritati, sed praefuit (*cf.* SALL. [?] in Tull. 5 bonos -ere crudelitati tuae cogebas. COD. Theod. 9, 10, 4 pr. *servi* furoribus talium *dominorum*). LVCAN. 4, 184 (*poeta ad militem*) *cur non* te sponte tua sceleri -ere fateris? SCHOL. Stat. Theb. 4, 751 *Hypsipylen* Iovis -uisse complexibus. COD. Theod. 15, 5, 2 pr. ut ante meridiem tantum sollemnitati -ant *iudices* (*i. ludis adsint*). GREG. M. moral. 11, 57 l. 5 amori illius *dei* bonis operibus -ere. ② *munus implendum eiusve condiciones sim.*: LEX VRSON. (CIL I^2 594) 98, 36 *incola coloniae* munitioni uti colon(us) -eto (-ento *trad.*). COD. Iust. 4, 9, 3 (*a. 294*) *fructuum* restitutioni. 5, 12, 27 (*a. 294*) sollemnibus pensitationibus. 10, 42, 10 (*a. 284–305*) obsequiis publicis (CASSIOD. var. 11, 18). IVVENC. 1, 750 officiis verbo iussis. COD. Theod. 6, 26, 3, 1 equorum oblationibus. 11, 30, 67 ut ... -at appellator temporibus *appellationi statutis*. 12, 1, 72 *possessor agri* eius *curiae* -at functionibus, cui se sponte dedit. 12, 1, 116 muniis. 14, 3, 2 oneribus (15, 3, 3 iniuncto oneri [onere *V*]). ③ *instrumenta iubendi*: VERG. georg. 3, 208 *equi* ante domandum ... negabunt verbera lenta pati et duris -ere lupatis (*item -ent animalia*: HOR. sat. 1, 1, 91 asellum ... -entem currere frenis. OV. trist. 4, 6, 3 equus ... habenis. MART. 1, 104, 7 aper capistris). VAL. MAX. 6, 9, 7 fascibus.

(ii) *signis vel praeceptis religiosis sim.*: CIC. nat. deor. 2, 8 eorum imperiis rem publicam amplificatam, qui religionibus -uissent. div. 2, 125 qui somniis -at (*opp.* qui contemnat). FILASTR. 36, 5 iudaismo, id est circumcisionis aliisque ... superstitionis ... -ere carnalibus (57, 2 i. potius et paganitati [parare *var. l. utroque loco*]. *cf.* 68, 2 christianae doctrinae ac fidei catholicae [pugnare *var. l.*]).

(iii) *suis ipsius affectibus, qualitatibus, rationi sim.*: CIC. Cluent. 121 iudices ... in compluribus iam reis ... suae potius religioni quam censorum opinioni -uerunt. Cael. 42 cum -uerit *iuventus* voluptatibus (POMER. 3, 10, 2 p. 489^A [voluptatibus *var. l.*]. *cf.* CIC. fin. 2, 60 libidini [SALL. Catil. 51, 2 *infra l. 74*]). rep. 3, 24 si sapientiae -as (*cf.* Tusc. 4, 39 rationi. fat. 28 cui, *sc.* ἀργῷ λόγῳ). parad. 33 improbissimis dominis dedecori ac turpitudini. Tusc. 2, 11 *philosophus* decretis suis. HOR. sat. 2, 7, 111 gulae -ens. SEN. epist. 121, 12 *constitutioni suae*. 124, 3 sensibus, id est iudicibus boni ac mali.

δ *agitur de -e perfosso, forato*: fodere *sim.* (*sc. fere furandi vel adulterandi causa*): Plavt. Asin. 563 ubi -es perfoderis (Mil. 142 Cic. Vatin. 11. Pavl. Fest. p. 378 vectibus. Sen. contr. 7, 5 them. 7, 5, 3. 7, 5, 10 pater meus tamquam -s perfossus est. 10, 6, 2. Itala Luc. 12, 39 [cod. e; *gr.* τὸν οἶκον, *cod. b al. et Vulg.* domum]. *al.*; *cf.* Plavt. Pseud. 980 perfossor -um [*v. Lilja, Terms of abuse . . ., 1965, 49*]). Sen. contr. 10, 6 them. noctu -em eius effodit (Itala Ezech. 12, 5 [cod. 175; Vvlg. perfodi]. Avg. serm. 82, 14). Vvlg. Ezech. 8, 8 fode -em (Avg. in euang. Ioh. 7, 12 alienum). *alia*: Colvm. 8, 3, 7 foratis duobus adversis -bus *aviarii* (Argvm. Plaut. Mil. 1, 6 communem . . . -em. *cf.* Colvm. 8, 10, 2 perforatis -bus [Apvl. met. 1, 10, 3. Vlp. dig. 47, 18, 1, 2 effracto perforatoque]. *v. etiam vol. X 2, 654, 1*). 9, 15, 10 foramina -um (Petron. 98, 1. *cf.* Vvlg. Ezech. 8, 7 foramen . . . in -e). Qvodv. prom. 1, 36, 51 clam effractis -bus (*adde* Vlp. *supra*).

ε *agitur de damnis variis, ruina, demolitione -is* (*v. etiam* Plavt. *sub 3*): Enn. scaen. 90 tosti . . . -es *urbis Troiae* (*cf.* Sall. hist. frg. 2, 64 ambusti. Proc. dig. 8, 2, 13 pr. *per tubulos* flamma torretur -s. Vlp. dig. 9, 2, 27, 10 exustus [*inde* Coll. Mos. 12, 7, 8]. Arnob. nat. 2, 77 urat tectum, -em, ianuas). Cic. Verr. II 4, 122 -es . . . nudos ac deformatos reliquit (*cf.* Liv. 38, 43, 5 nudatos). top. 22 in -e . . . demoliendo (*cf.* Vlp. dig. 39, 2, 35 -is . . . demolitione). parad. 28 -es disturbabas. fam. 9, 15, 5 si . . . nihil est in -bus aut in tecto viti (*cf.* Vlp. dig. 39, 2, 28 vitium . . . -is [39, 2, 40, 1 Pavl. dig. 8, 5, 7]. Pavl. dig. 39, 2, 18, 11 -s vitiosus factus). Alf. dig. 8, 5, 17, 2 -s madescebat (*cf.* Iavol. dig. 19, 2, 57 -i . . . umore . . . madefacto). Ov. Pont. 3, 2, 11 dedit -s venturae signa ruinae (*cf.* Sen. contr. 10, 6, 1 -is ruina [Val. Max. 6, 3, 1c. *al.*]. CE 957, 1 *v. supra l. 14. sim. al.*). Liv. 4, 15, 8 *equitis puniendi* tecta -esque . . . dissiparentur. Vitr. 2, 3, 2 *lateribus parum siccatis* -es . . . vitiantur. 6, 3, 2 *stillicidia* -es . . . corrumpunt (*cf.* Colvm. 1, 6, 5 *ne* fundamenta -um corrumpantur). *al.* Sen. contr. exc. 5, 5, 3 *arboris rami* -es moverant. Sen. dial. 5, 35, 5 -es insularum exesos, rimosos, inaequales. nat. 6, 30, 5. Proc. dig. 8, 5, 13 *fistulae* ruptae inundant -em tuum *eqs.* Plin. nat. 2, 197. Pompon. dig. 8, 5, 14, 1 si -s . . . se inclinaverit (CIL VI 1703, 4 [*a. 414*]). 39, 2, 39 pr. decidente -e (Pavl. dig. 39, 2, 18, 11 [*bis*]). Itala lev. 14, 36 (Tert. pudic. 20) maculae et cavositates . . . in -bus (*Vulg. aliter. de eadem re* 14, 37 [*v. p. 391, 79*]. 14, 39 [Lugd.] effusus est tactus in -bus [*Vulg. aliter*]. Vvlg. lev. 14, 44). *al.*

b *specialia quaedam*: α *pertinet ad munitiones oppidi, arcis, castrorum* (*dicitur vel de parte earum vel de ipsis moenibus; distinguitur* murus *l. 74 [cf. p. 387, 82]. 84,* moenia *l. 82; in notionem q. e. oppidum vergit l. 81*): Enn. ann. 534 -s percussus trifaci (*si recte ad oppugnationem oppidi refertur*). Liv. 44, 11, 6 transfosso -e *fornicum non eadem crassitudine structorum, ac vetus murus fuit,* iter in urbem patefacere (*cf.* 44, 11, 8 -es fornicum perfossi). Vitr. 1, 5, 1 -um, qui supra terram sunt futuri (*sc. turrium murorumque; opp.* fundamenta). Cvrt. 5, 1, 34 xx ⟨pedes⟩ lati -es sustinent *hortos pensiles.* Amm. 20, 6, 3 ad fundamenta -um . . . subvertenda. 20, 11, 10 vimineae crates . . . -bus contiguae (21, 12, 6 [*antea ponuntur*: murorum; moenium]). 23, 4, 13 collisis -bus. 31, 6, 4 pacem sibi esse cum -bus memorans *dux Gothorum.* 31, 15, 4 militum . . . numerus . . . adfixus -bus moenium. Adnot. Lucan. 3, 492. Clavd. Don. Aen. 1, 470 p. 95, 10 *castrorum.* Veg. mil. 4, 3 *oppidi* murus . . . hac ratione perficitur: intervallo vicenum pedum interposito duo intrinsecus -es fabricantur (*cf. ibid.* inter -es densata *terra*). 4, 23 *ut* hostes . . . intra binos -es . . . perimantur. Ambr. in Luc. 7, 71 civitas . . . muralibus saepta -bus (CIL VIII 23073). β *de muris sub divo structis, sc. maxime ad aream secludendam* (*manifestiora; huc pertinere possunt nonnulla sub a allata, e. g. p. 388, 2. 21*): Lex par. fac. Put. (CIL I² 698; *ad rem v. Wiegand, Die put. Bauinschr., 1894*) 1, 5 lex -i faciendo in area, quae est ante aedem Serapi. 1, 9 sq. -s, qui est propter viam, in eo -e medio ostiei lumen aperito (2, 15). 1, 12. 1, 16 extra -e. 2, 11 sq. maceria extrema -s qui est, eum -em *eqs.* 2, 16. Liv. 43, 16, 4 -em in sacra via . . . demoliri iusserant *censores quendam.* (*sim.* Val. Max. 6, 5, 3). Pavl. Fest. p. 110 intergerivi -es dicuntur, qui inter confines struuntur (*cf. vol. VII 1, 2197, 61 sq.*). Colvm. 10, 27 *hortus* vel -bus vel saepibus hirtis claudatur (Isid. orig. 15, 9, 4 maceriae sunt -es longi, quibus vineae . . . clauduntur). Plin. nat. 17, 203 -e vel saepe . . . muniri *vineas.* Frontin. strat. 1, 5, 5 *Pompeius vias* -bus intersaepsit. Itala num. 22, 25 (Lugd.) *asina* conpressit eum *Balaam* ad -em *vineae* (*antea*: maceria; Vvlg. asina iunxit se -i). Is. 5, 5 (Cassiod. in psalm. 79, 13. *al.*) -em eius *vineae* (*Vulg.* maceriam). Epist. Alex. l. 336 H. nemus, quod erat intra -em. Pallad. 1, 34, 4 (*agitur de munitione horti sim.*). 10, 13, 2 *cappari circumveniendum est* luto strictis -bus, *sc. ne procedat ulterius.* Grom. p. 347, 14 L. (*enumerantur signa finium*) termini Tiburtini, silicei . . ., structurae -um in modum lineae (*cf. ibid.* l. 29. p. 361, 20 -es . . . finales direximus. CIL VI 19915, 15 in agro -s long(us) p(edes) LV. *al.* γ *de parte cloacae, aquaeductus, putei aliorumque operum subterraneorum*: Vitr. 5, 9, 7 in . . . earum *cloacarum* -bus . . . tubuli instruantur. 8, 6, 3 solum et -es cum camera in specu struantur et ita perducatur *aquaeductus in colle harenoso* (*cf.* Qvint. decl. 298, 14 inclusis intra -es aquis. Cod. Iust. 11, 43, 10, 2 [*imp. Zenone*] -es aquaeductuum). 8, 6, 15 -bus calcatis (*sc. putei ut ibid. iterum et* Plin. nat. 19, 172 in puteorum -bus [Greg. Tvr. glor. mart. 1]. 36, 173 calcari solum -esque *cisternarum.* Pallad. 1, 17, 1 Signinis -bus *construitur.* 1, 17, 2 pavimenti vel -is tectura). Arnob. nat. 2, 20 tellure in effossa locus . . . tecto et -bus clausus. Amm. 22, 15, 30 excisis -bus *syringum et secessuum subterraneorum.* Prvd. perist. 11, 123 -s . . . inlitus *cryptae.* δ *de latere variarum rerum structarum, manu factarum*: Vitr. 10, 9, 5 traicitur per latera -um axis (*sc. in navi*). Sen. nat. 1, 3, 6 piscinam . . . insertis -bus divide. Colvm. 6, 37, 10 (*machina ad asinos admittendos instituta describitur*) duos -es adverso clivulo inaedificatos *eqs.* Plin. nat. 34, 128 spodon . . . derasam -bus fornacium. Tac. ann. 14, 5, 1 Agrippina et Acerronia eminentibus lecti -bus . . . protectae sunt. Itala exod. 30, 3 (Lugd., *sim.* Vvlg.) inauratis . . . -es eius in circuitu (*sc. altaris ut*: lev. 5, 9 [*ibid.*] asparget sanguinem . . . -em a. Vvlg. exod. 37, 26. Ezech. 41, 22 -es eius lignei). Inscr. Afr. Gsell I 2101, 4 (*a. 364*) par⟨ietibus⟩ . . . soliorum ita corruptis (*si ita supplenda*). Gloss. III 590, 66 (*sim.* 612, 18. 624, 31) girius: farina -is in molino (*si latus molae intellegendum*).

2 *proverbia et locutiones quaedam peculiares* (*quae hic desideras v. sub 3; de proverbiis v. etiam Otto, Sprichw. n. 1342/8*):

a *exempla varia* (*notabiliora*): Plavt. Cas. 140 cum . . ., tum tu, furcifer, quasi mus in medio -e versabere (*cf. Leo ad l. nec non supra vol. VIII 1690, 23 sqq.*). Mil. 1140 non sum dignus prae te, *architecte,* palum ut figam in -em (*aliter* Vvlg. Sirach 14, 25, *v. supra p. 176, 52*). Truc. 822 qui es patronus -i (*cf. Kruse, 1974, ad l.*). Cic. Rab. perd. 21 ignaviam suam tenebrarum ac -um custodiis tegere (*cf.* p. red. in sen. 4 non legum praesidio, sed -um vitam suam *tueri* [*sim.* p. red. ad Quir. 14]. Sest. 22 flagitia -bus tegebantur. *al.* Liv. 40, 8, 2 Sil. 2, 361 Plin. paneg. 49, 1 Ambr. Iob 3, 11, 30. *sim. al., v. et p. 391, 3 sq.*). Catil. 1, 6 privata domus -bus continere voces coniurationis *non* potest (rep. 3, 14 deos . . . inclusos -bus contineri. Qvint. inst. 10, 5, 18 *eloquentiam.* Ivst. 30, 2, 1 *audaciam. cf. p. 391, 62 et* Cic. leg. 2, 26 quod -bus includerent deos. Tac. Germ. 9, 2 cohibere -bus deos. Plin. paneg. 75, 2 adclamationes . . . -bus curiae claudebantur. *sim. al.*). off. 2, 29 -es modo urbis stant et manent . . ., rem vero publicam penitus amisimus (*cf.* Att. 7, 11, 3 'non est', inquit *Pompeius*, 'in -bus res publica'. Liv. 3, 52, 6 [*ad decemviros post plebis secessionem*] tectis ac -bus iura dicturi estis? Avg. urb. exc. 6, 6). Cvrivs Cic. fam. 7, 29, 2 duo -es de eadem fidelia dealbare (*opp.* virum bonum esse. *cf.* Petron. 39, 7 qui utrosque -es linunt). Hor. epist. 1, 18, 84 tua res agitur, -s cum proximus ardet. Sen. dial. 9, 2, 9 domum, solitudinem, -es non fert *animus ad civilia erectus.* epist. 55, 7 *villa* Baias trans -em habet (*i. proximas*). Plin. nat. 29, 18 *in iudicibus examinandis* inquisitio per -es agitur. Qvint. inst. 2, 13, 16 si ianua tenebitur incendio, per -em exibimus. Itala III reg. 14, 10 (Lucif. reg. apost. 5, *sim.* Vvlg.) mingentem ad -em (*i. masculum ut* 21, 21 [Lucif. Athan. 1, 19]. *al., v. vol. VIII 998, 53 sqq.*). Spart. Hadr. 23, 14 in caducum -em nos inclinavimus (*sim.* Ael. 6, 3. *utroque loco adoptio filii valetudine laborantis respicitur*). Patric. conf. 12 eram velut lapis, qui iacet in luto profundo . . .; et collocavit me in summo -e (*sc. in episcopatu sim.*).

b *-s tamquam agens vel animatus inducitur* (*cf. p. 391, 61*): Cic. Cluent. 15 timuisse . . . non -es denique ipsos . . . testes nuptiarum (*cf.* Cael. 60 -es conscios *sceleris* [Ps. Qvint. decl. 13, 4 natalium. Amm. 14, 1, 7. *al.*]. off. 2, 29 scelera metuentes. Hier. epist. 60, 15, 3 -es . . . testantur). Marcell. 10 -es . . . huius curiae tibi gra-

[Galli]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tias agere gestiunt (*cf.* DECL. in Catil. 117 -es urbis . . . gaudio exultaturos). Deiot. 30 nulli -es nostram salutem . . . custodient (*cf. p. 390, 55 sqq. et* CIC. nat. deor. 3, 80 Africanum domestici -es non texerunt. SEN. epist. 43, 3 te -es tui tegent). fam. 6, 3, 3 *Athenis sententias philosophicas* -es ipsi loqui posse *videntur* (APVL. met. 2, 1, 5 *credebam* iam statuas . . . incessuras, -es locuturos *eqs.* EPITAPH. Ennod. [CE 1368] 18 -s functi dogmata nunc loquitur). HOR. sat. 2, 3, 8 inmeritus . . . laborat iratis natus -s dis atque poetis (*cf. Kiessling-Heinze ad l.*). OV. met. 4, 73 invide . . . -s, quid amantibus obstas? (SEN. contr. 7, 5, 9 *dexterae* nec -s obstitit nec pater). TERT. idol. 8 p. 37, 16 quot -es signa (*i. idola*) desiderant? HIER. epist. 117, 1, 3 -es in me maledicta resonarunt. AVG. conf. 8, 2, 4 (*per ironiam*) ergo -es *ecclesiae* faciunt Christianos? *al.*

3 *comparationes et similitudines* (*v. etiam l. 40. 43. 48 nec non p. 389, 33*): PLAVT. Most. 165 Amor . . . in pectus perpluit meum: . . . madent iam in corde -es (*subest similitudo aedium et hominis v. 91 sqq. fusius illustrata; cf.* 111 imber lavit -es. 117 -es ruunt). SEN. dial. 1, 6, 4 *qui felices putantur*, miseri sunt, sordidi . . ., ad similitudinem -um suorum extrinsecus culti. PETRON. 23, 5 (*de cinaedo nimis fucato*) ut putares detectum -em nimbo laborare. 131, 10 ramum super oculos meos posuit et quasi -e interiecto audacior facta *eqs.* PLIN. nat. 16, 70 *buxi genus* diffusius et densitate -um (16, 140 *cupressus* tonsilis facta in d. -um. 17, 62 *de myrto*). TAC. dial. 22, 3 (*de orationibus Ciceronis iuvenis*) velut in rudi aedificio, firmus sane -s et duraturus, sed non satis expolitus et splendens. ann. 6, 24, 3 ut tamquam dimotis -bus ostenderet *scelus domesticum.*

B *transfertur ad alia*: 1 *per metaphoram* (*at forma comparationis servata l. 40. 43. 48*): **a** *de hominibus* (*v. etiam sub 3*): PLAVT. Truc. 788 neve inter vos significetis, ego ero -s. AFRAN. com. 14 -s pictus putidus (*si recte ad hominem refertur*). ITALA act. 23, 3 (cod. e *al., sim.* VVLG.; *Paulus ad Ananian sacerdotem*) -s dealbate (*item de simulatore*: AVG. in psalm. 57, 3 [*ad Pharisaeum*] quid te vis dealbare, -s lutee? *cf. p. 392, 13 nec non l. 19 potius cum respectu vilitatis vol. VII 2, 1894, 61 sq.*). AVG. in epist. Ioh. 5, 7 intrent ecclesias, faciant -es basilicarum.

b *de rebus*: α *corporeis*: ① *de latere cavernae, montium* (*parum probabiliter explic. Schneider* VARRO rust. 3, 14, 3): SEN. nat. 6, 25, 1 ut -es, quibus fertur omne tegimen cavi *subterranei*, decidant (*antea*: latera). PEREGR. Aeth. 3, 1 *montes* eos . . . totum ad directum subis ac si per -em. PS. APVL. herb. 28 l. 7 *ostriago* nascitur . . . in monumentis aut in -bus, qui sunt circa ⌊montium radices⌋ (⌊⌋ monumenta *var. l.*). ② *de variis rebus naturalibus -i similibus*: LACT. opif. 10, 8 *deus nasum* velut -e per medium ducto intersaepsit. PS. AVG. serm. ed. Mai 3, 1 (=CAES. AREL. serm. 158A) anima, quae intra carneos fragiles -es habitas (*cf. p. 392, 1*). 72, 2 *in paradiso* per frondeas porticus viridesque -es nativa constructio suboleverat *eqs.* DIOSC. 3, 87 p. 414, 13 *melanthium* in medio *capitello* habens veluti -em, discernens semen ipsum (*gr. 3, 79, 1 διαφράγματα*).

β *incorporeis*: HIER. epist. 15, 4, 3 ab Arrio -bus separamur (*cf.* c. Lucif. 14 [*orthodoxus ad Luciferianum*] a nobis -bus separaris). RVFIN. Orig. in exod. 12, 2 p. 264, 9 (*de aliena agentibus in ecclesiis*) non 'velamen super cor eorum' (*II Cor. 3, 15*), sed -s quidam et murus est positus. BACHIAR. repar. laps. 18 p. 1057[B] soluto per luxuriam continentiae -e.

2 *per synecdochen fere i. q. domus* (*fere i. q. ecclesia l. 71 sqq.; usum testatur* CIC. de orat. 3, 168 ex parte totum, ut pro aedificiis cum '-es' aut 'tecta' dicimus. *in re difficilius definienda probabiliora quaedam selegimus; huc vergunt haud pauca sub II B allata, ceterum e. g. p. 387, 76. 390, 51; v. etiam p. 389, 72*): TRAG. inc. 205 -um umbris occuluntur *mulieres praeter Lacaenas.* CIC. Deiot. 7 quae (*sc. orationes meas*) . . . angustiora -es faciunt. parad. 28 (*ad Clodium*) cum -es *meos* disturbabas. Att. 14, 5, 2 -bus contineri *Caesaris interfectores egredi non audentes.* SEN. contr. 10, 4, 12 illos -es maiorum (*antea*: domum meam). PLIN. nat. 11, 13 *insecta* -bus nostris occultata (*gr. Arist. hist. anim. 599a21 ἐν ταῖς οἰκήσεσι*). PANEG. 12, 14, 3 nusquam extra -es egredi audebat *Maxentius.* 12, 14, 4 pro pudor, intra -um custodias imperator! CAPITOL. Opil. 12, 10 vivos . . . homines -bus inclusit et struxit (*cf.* SCHOL. Iuv. 4, 9 vivae in -bus struebantur *Vestales virgines vitiatae*). EVAGR. vita Anton. 17 p. 869 parvis aruris et -bus *relictis* (*gr. οἰκίαν, Vita Anton. p. 33, 3* domum). AVG. in psalm. 33 serm. 2, 8 redeunt ad -es suos. 54, 14 non intrent -es istos (127, 11). 54, 19 in ipsa congregatione -um horum. 69, 3 in his -bus tundant confusi pectora sua. serm. 47, 22 vis valere testamentum tuum in domo tua . . .; dimittis filiis tuis -es. COD. Theod. 15, 1, 47 privatorum non est -bus coartandum *palatium.* 16, 5, 11 *ne haeretici* ad imaginem ecclesiarum -es privatos ostendant. *al.*

3 *per allegoriam in explicatione sacr. script.* (*afferimus potiora, sec. locos sacr. script. digesta*): ITALA lev. 14, 37 (Lugd., *sim.* VVLG.) tactum in -bus domus *lepra affectae. explicat* HESYCH. *ad l.* p. 962[D] -es domus recte dicuntur hi qui eam continent, id est ordines divina dicentium atque docentium. p. 963[A] ergo -es recte ministri sacrorum *eqs.* ITALA psalm. 61, 4 (Veron. *al., sim.* VVLG.) *inimici hominibus nocent* tamquam -i inclinato et maceriae impulsae (cod. 136 Cas. -s dealbatus [*sc. ad inimicum referens ut Hier. psalt. sec. Hebr.* murus inclinus]). *varie explicatur, cf. e. g.* HIL. *ad l.* corporis . . . -em, quem ante libido . . . perfoderat. GREG. ILIB. in cant. 4, 6 F. *refert ad corpus Christi crucifixum.* ARNOB. *ad l.* p. 409[D]. ITALA cant. 2, 9 (cod. 169 *al., sim.* VVLG.) *sponsus* retro post -em nostrum, prospiciens per fenestras, auscultans per retia. *explicant e. g.* GREG. ILIB. in cant. 4, 6 sq. F., *sc. -em ad corpus Christi referens.* EVCHER. form. 9 p. 56, 8 -s . . . structura bonorum operum. EPIPHAN. *ad l., sc. legem intellegens coll.* Eph. 2, 14 (*v. infra*). APON. 4 p. 74 resurgens post -em incredulitatis nostrae. *al.* ITALA Ezech. 13, 10 sqq. (Hier. *ad l., sim.* VVLG.) iste *populus* aedificat -em et isti *falsi vates* linunt eum stultitia . . .; (14) et suffodiam -em, quem levistis . . .; (15) dixique ad vos: non est -s *eqs. explicant vel pendent e. g.* OPTAT. 1, 2 p. 4, 6 nec ruinosum ac dealbatum extruerent -em (3, 10 p. 94, 14. AVG. in psalm. 95, 3 quid est -s d., nisi hypocrisis?). HIER. *ad loc.* l. 224 deus itaque μεταφορικῶς aedificabat eis, per legis mandata . . . *et* prophetarum eloquia . . ., maceriam . . ., *ut* hoc quasi muro et -e firmissimo cingerentur. l. 227 ipsum . . . -em . . . liniebant pseudoprophetae *eqs.* l. 252 non est iste -s, hoc est 'non est vestra defensio'. RVFIN. Orig. in gen. 10, 1 p. 94, 7 (*ad eos, qui legem ignorant*) non possum linire -em lapsantem. ITALA Hab. 2, 11 (Greg. Ilib. in cant. 4, 6 F., *sim.* VVLG.) lapis de -e clamavit et scarabaeus de ligno adnuntiavit. *explicat* GREG. ILIB. in cant. 4, 7 F. lapis itaque Christus de -e corporis sui clamavit ad patrem (*sc. Luc. 23, 46*) . . .; nam ideo -s dicitur Christus, qui, ut includat suos, servet alienos *eqs.* (*quam explicationem reprobat* HIER. *ad loc.* l. 426, *ipse -es aedificiorum intellegens, v. ibid.* l. 340. 352. 374). ITALA Eph. 2, 14 (Tert. adv. Marc. 5, 17) fecit duo unum soluto medio -e inimicitiae (*gr. τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, aliae vers.* -em maceriae *al., v. ed. Beuron.*).

explicant et pendent e. g. MAR. VICTORIN. *ad l.: cum inter deum et animam* intercederet medius -s quasi saeps ac maceria per illecebras carnis et mundanas cupiditates *eqs.* AMBR. Isaac 4, 32 venit ergo et primo post -em est (*v.* cant. 2, 9 *supra*), ut inimicitias animae et corporis solvat sublato -e, qui inpedimentum concordiae videbatur afferre. in Luc. 3, 24 (*iungit cum gen. 38, 29 ut* HIER. epist. 52, 3, 8 -em diviserat duos ante populos separantem). 3, 26 quasi medium solvit legis -em. HIER. in Mich. 2, 11/13 l. 551 id est obscuritatem veterum prophetarum. PAVL. NOL. epist. 12, 6 -em valli, hoc est peccatum *eqs.* AVG. in psalm. 137, 2 l. 43 medium -em peccati. serm. 358, 4 -e maceriae contradictionis et divisionis. *multo plura praebet ed. Beuron. ad l.* -*es lapide angulari coniuncti* (*cf. e. g. Eph. 2, 20*): FIRM. err. 20, 6 lapis autem hic sanctus id est Christus . . . in angulo positus duorum -um membra aequata moderatione componit, id est veteris et novi testamenti in unum colligit vires (*cf.* HIER. in Ezech. 40, 35 l. 997 quo veteris et novi testamenti -es continentur. GREG. ILIB. fid. 6, 39. *al.*). OPTAT. 3, 10 p. 95, 12 lapis est Christus duos in se suscipiens populos . . ., qui nodo pacis iungit utrumque -em (*cf.* AMBROSIAST. in Eph. 2, 22. COLLECT. Arian. hom. 16, 3 qui duos populos velut duo -es, e diverso venientes, ex circumcisione et praeputio, in una fide copulavit. HIER. in Is. 19, 11/13 p. 183[D]. AVG. c. Faust. 22, 89 p. 696, 14 duos -es . . ., circumcisionis videlicet et praeputii. serm. 204, 3 in Israelitico -e. 258, 1. *sim. saepe*). *al.*

II *syntactica et stilistica*: **A** *iuncturae nominales*: 1 *cum gen. subst., quod indicat aedificium eiusve partem* (*selecta*): CATO agr. 15 villae (SVET. Nero 48, 3). CIC. Verr. II 4, 122 interiores templi -es (SALL. hist. frg. 2, 64 templorum. PRIAP. 2, 10. LIV. 40, 2, 2 in posticis -bus Cereris t. *al.*). Marcell. 10 curiae (LIV. 2, 28, 8 PLIN. epist. 1, 8, 17 paneg. 75, 2). CAES. civ. 2, 9, 5 turris. CIL VI 34013, 3 (*a. 1*) -es et camaras scalariorum. VITR. 3, 2, 6 cellae (3, 5, 4. *al.* PALLAD. hist. mon. I 6 p. 276[D]). 4, 8, 6 aedis (PAVL. FEST. p. 56 NERAT. dig. 39, 2, 47. *al.*). 5, 1, 7 basilicae (AVG. in epist. Ioh. 5, 7 CIL IX 4063, 4). SEN. nat. 3, 24, 3 balnei (PLIN. nat. 13, 22 DIOSC. 1, 32 p. 22, 10 M.). PLIN. nat. 28, 52 gymnasiorum. 30, 51 dormitorii. 36, 189 scaenae. SIL. 2, 361 domus (NERAT. dig. 39, 2, 47 SCAEV. dig. 8, 2, 41, 1. *al.*). PS. QVINT. decl. 1, 9 cubiculi (PLIN. epist. 2, 17, 22. *al.*). PAVL. dig. 8, 2, 28 conclavis vel triclinii. PEREGR. Aeth. 3, 8 ecclesiae (AVG. catech. rud. 27, 14 conf. 3, 3, 5. CIL XII 5336b, 2 [*saec. V*]. *al.*). *al.* 2 *iuxta posita potiora*: CIC. Verr. II 5, 184 tectum et -es (dom. 60 -bus, . . . tectis. har. resp. 16 -es atque t. [Phil. 2, 69 LIV. 3, 52, 6 VAL. MAX. 6, 3, 1c. *al.*]. parad. 28 fam. 9, 15, 5. LIV. 4, 15, 8 tecta -esque. CIL V 3257, 10 [*a. 1 a. Chr.*] tectum -es. *al.*). Phil. 2, 105 pavimenta . . . -es (VARRO rust. 1, 59, 2 *v. infra.* COLVM. 1, 6, 16. *al.*). VARRO ling. 5, 42 (*distinguuntur* -es *aedium et* murus *oppidi. distincte etiam*: LIV. 25, 25, 8 castra *Syracusis posita* contextu -um pro muro saepta. TAC. ann. 15, 43, 4 *non* communione -um, sed propriis . . . muris. *cf. p. 389, 71; distinctione minus perspicua*: PLIN. paneg. 49, 1 -bus et m. HIER. in Ezech. 13, 10/16 l. 224 VVLG. I Esdr. 4, 12. *al.*). rust. 1, 57, 1 -es et solum (VITR. 8, 6, 3 s. et -es cum camara. COLVM. 1, 6, 13 PLIN. nat. 36, 173 TAC. ann. 2, 69, 3. *al.*). 1, 59, 2 camaras . . . et -es pavimentaque (3, 7, 3. 3, 8, 1 SALL. Catil. 55, 4. VITR. 7, 10, 2 -em et camarae curvaturam. 8, 6, 3 *v. supra.* CIL VI 34013, 3 [*a. 1*]. *al.*). SALL. hist. frg. 2, 64 domus . . . -esque (SEN. dial. 9, 2, 9 nat. 6, 30, 5 PLIN. nat. 35, 118. *al.*). ITALA psalm. 61, 4 (Veron. *al.* = VVLG.) -i . . . et maceriae (*cf. iuncturam per gen.*: Eph. 2, 14 [cod. d *al.*] -em maceriae [MAR.

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VICTORIN. *ad l.* medius -s quasi saeps ac maceria]. *al., v. etiam p. 390, 9*). **3** *epitheta situm -is indicantia (notabiliora; v. etiam* intergerivus *vol. VII 1, 2197, 60 sqq.)*: CATO agr. 18, 5 inter canalis et -es extremos *torcularii* (CAES. civ. 2, 9, 2. 2, 9, 3 VITR. 4, 7, 2. 4, 8, 1. *al.* [*hic illic dub., utrum de situ totius muri an de superficie intellegendum*]). CIC. Verr. II 4, 122 (*v. p. 388, 83*) interiores (*sc. de superficie; de toto muro* VITR. 4, 2, 2). Cael. 59 -em . . ., qui cum Quinto Catulo fuerat ei communis (top. 22 [*bis*]. 24. ALF. dig. 39, 2, 43, 1 [*ter*]. OV. met. 4, 66 VITR. 2, 8, 8. 6, 6, 6. *al., saepe in Digestis*). VARRO ling. 5, 42 -es postici (*v. vol. X 2, 227, 22 sqq.*). COLVM. 8, 3, 2 dextro laevoque (CIL VI 9405, 3. *cf.* PORPH. Hor. carm. 3, 26, 5/6 sinistrum. CIL VI 11648 sinisteriore [25192, 7]). 8, 3, 2 -i, qui est intrantibus adversus (8, 3, 7 duobus a. -bus. 8, 10, 2. *cf. p. 388, 16*). IAVOL. dig. 33, 3, 4 medius -s, qui utrasque aedes distinguat (ARGVM. Plaut. Mil. 2, 9 VLP. dig. 8, 4, 6, 1. *et saepius, v. p. 392, 27; aliter, sc. vi partitiva, e. g. p. 390, 8. ceterum cf.* CIL VI 8491, 4 -is mediani). SVET. Nero 48, 3 ad ⟨a⟩versum villae -em. INSCR. Tun. Merlin 652, 4 (*a. 260/1*) cu(m) -e frontale.

B *iunctura* intra -es, inter -es *fere i. q.* *intra domum* (*aliter e. g. p. 390, l. 20. sunt quae vergant in notionem q. e. privatim, e. g. l. 21 sq. 26*): **1** *sine attrib.*: CIC. Quinct. 38 aut i. -es aut summo iure *experiri* (*sim. opp.*: LIV. 4, 9, 6 cum res peragi i. -es nequisset, ventum in ius est). Cluent. 175 i. -es in domestico scelere. Deiot. 5 dico i. -es (*cf.* Brut. 32, *ubi opp.* forensi luce). or. frg. A XV 9 includendus i. -es. VARRO ling. 5, 161 qui locus tectus i. -es relinquebatur patulus. LIV. 25, 1, 7 in secreto modo atque i. -es (*opp.* in publico etiam ac foro *eqs.*). COLVM. 12, 1, 5 i. -es continere (*opp.* foras emittere). GELL. 12, 13, 28. LACT. inst. 1, 20, 18 *non* i. -es aut aediculas luto factas, sed intra pectus collocandae sunt *virtutes* (*inde* epit. 16, 1). *al.* **2** *cum attrib.*: CIC. Tull. 50 cum i. -es tuos hostem . . . teneas (*item cum pron. poss.*: Att. 3, 10, 2 i. -es meos [fam. 4, 14, 3]. SEN. dial. 9, 1, 11 i. -es suos vitam coercere [AVG. in psalm. 46, 12 mittere]). Catil. 2, 1 non in foro, non in curia, non denique i. domesticos -es pertimescemus (VAL. MAX. 2, 7 ext. 2 DON. Ter. Hec. 522, 3. COD. Theod. 12, 1, 6 scelus admissum est [*opp.* in civitate]. 14, 9, 3 pr. docent [*opp.* in publicis magistrationibus]. *al.*). VARRO rust. 3, 3, 1 *alites* i. -es villae solent pasci (*item cum gen. aedificii*: LIV. 2, 28, 8 curiae. AVG. conf. 3, 3, 5 ecclesiae [VITA Fulg. p. 141 L.]). VAL. MAX. 4, 4, 9 haec in foro, haec i. privatos -es plurimum poterant (QVINT. inst. 1, 2, 1 domi atque i. p. -es studentem continere. PANEG. 9, 9, 1 [*opp.* in publica ostentatione]. *al.*). VLP. dig. 29, 5, 1, 27 i. eosdem -es. *cf.* AVG. in psalm. 93, 2 l. 27 inter istos -es.

C *iuncturae verbales selectae*: CATO agr. 14, 1 faber haec faciat oportet: -es omnes *eqs.* (LEX par. fac. Put. [CIL I² 698] 1, 5. 2, 12. 16 VARRO rust. 1, 59, 2 CIL I² 1801, 6 VITR. 1, 5, 3. *al.; cf.* reficere: POMPON. dig. 39, 2, 41 GAIVS dig. 8, 2, 8. *al.*). 18, 6 -es extruito (*al. v. vol. V 2, 1939, 42 sqq.; cf.* obstruere: LEX par. fac. Put. [CIL I² 698] 2, 15 [*v. Heck, Mus. Helv. 24, 1967, 49 sqq.*]. struere: VITR. 2, 1, 3. 2, 8, 4. 2, 8, 19. 8, 6, 3 PAVL. FEST. p. 110 PLIN. nat. 36, 171. *al.* construere: ADNOT. Lucan. 3, 492 GREG. M. in Ezech. 1, 2, 3. *al.*). CIC. Mil. 75 ducere (INSCR. Année Epigr. 1975 n. 327 [*lib. rei p.*]. LACT. opif. 10, 8). ALF. dig. 39, 2, 43, 1 aedificare (*ibid. bis.* COLVM. 8, 3, 4 POMPON. dig. 10, 3, 22. *al.; cf.* inaedificare: COLVM. 6, 37, 10). CIL V 3257, 10 (*a. 1 a. Chr.*) -es allevarunt. VITR. 2, 1, 4 -es arboribus statuentes. 4, 8, 2 -s conlocetur (6, 8, 1). SEN. dial. 2, 12, 2 *moliri* (TERT. cult. fem. 1, 6 l. 4). VEG. mil. 4, 3 fabricantur (DIOSC. 3, 146 p. 436, 5 GROM. p. 361, 20 L.). AMBR. in psalm. 118 serm. 6, 19 fundatum -em (PRVD. c. Symm. 2, 451 fundatus structusque). *al.*

deriv.: parietalis, parietarius, parieticulus, parietinae, parietinus.
compos.: comparieticus, comparietinus.

parietālis, -e. *a* paries. *ad parietem pertinens, parietarius; significatur genus*: *herbae* (*sc. parietariae, q. v.*): MARCELL. med. 13, 6 (*componitur dentifricium*) adicies fasciculos septem herbae -is. *tegulae*: INSCR. Ephem. epigr. IX 1289 (*ad* CIL VII 1238; *in tegula*) -em Cabriabanu(s) (*vel* -bantu(s); *nomen barbari cuiusdam*). *lecti*: GLOSS. lectus -is: κλίνη τοιχωτή (*sc. contra parietem positus; distinguitur* l. cubicularis *et* plutealis; *gr. corrupte trad., correxit Boucherie*).

parietālius *et* **parietāria** *v.* parietarius.

[pari(e)tāriālis aqua *falsa var. l. pro* parietaria in aqua THEOD. PRISC. log. 111.**]**

ᶻ**parietārius,** -a, -um. *a* paries. *de scriptura: forma originaria* -us *legitur in titulis infra sub 1 allatis et saepe in codd., e. g.* ORIBAS. eup. 2, 1 E 5 Aa (*litt. gr. p. 394, 15*); *ceterum exstant frequentiores* parit- Ps. THEOD. PRISC. add. p. 272 CASS. FEL. 2 p. 11, 4 ORIBAS. eup. 2, 1 E 12 La p. 468 ALEX. TRALL. 2, 246 GLOSS. *al., et* paret- PLIN. phys. Bamb. 66, 11 (-rea). ANTIDOT. Brux. 135 ORIBAS. eup. 2, 1 E 5 Ab GLOSS. III 565, 43. *al.; rarius occurrunt* parat- VEG. mulom. 2, 129, 11 (*cod. L*). GLOSS. III 565, 3. *al.*, part- GLOSS. III 617, 61. ? *forma dissimilata* -alius *p. 394, 16. 22* (*sec.* parietalis?). *notatur* parietar CIL VI 6354. *legitur inde a* CIL VI 6354 (*saec. I med.*), EDICTO imp. Diocl., FIRM.; *abiit in sermonem gr. p. 394, 28 sq.* [*de herba (v. 2a infra): rom.* puteara, *neap.* paretara. *cf. Faré, Postille ad M.-L. 6243a. St.*]

i. q. ad parietem pertinens: **1** *generatim*: CIL VI 6354 (= INSCR. Dessau 7623; *saec. I med.*) T. Statilius Nicepor, faber struct(or) parietar(ius) ([*sic solvit Dessau, v. eius indicem p. 730b*; struct(urae) parietar(iae) *intellexit e. g. Kornemann, RE VI 1900, 12*]. 9910, 2. FIRM. math. 8, 24, 8 erit architectus s. -us vel marmorarius). EDICT. imp. Diocl. 7, 8L. pictori -o (*gr.* <τοιχο>γράφῳ. *distinguitur 7, 9* p. imaginario). ANTIDOT. Brux. 135 stercus passeris -ii.

2 *speciatim in nomine herbarum fere in parietinis nascentium; respici videntur*: **a** *parietaria officinalis L.* (*v. e. g. El Ghamrawi, Lexikograph. Stud. über die lat. Pflanzennamen, Diss. 1967, 21 et 26; hic illic fem. pro subst., nisi vocem q. e.* herba *subaudire malis; neutr. pro subst. fort. l. 16*): Ps. DIOSC. Vind. 4, 85 p. 245, 17 περδίκιον' . . . Ῥωμαῖοι . . . παριητάριαμ (*inde, serie aucta*: Ps. APVL. herb. interpol. 82 l. 6 [*in app. crit.*] -a, muralem, ⌊paritalium⌋ [⌊⌋ *neutr. pro subst.? an potius* -aliam *coll. l. 22?*]). PELAGON. 75 herbam -am teneram (76 suco h. -ae [85, 2. THEOD. PRISC. eup. faen. 38. *al.*]. 89, 1 folia [VEG. mulom. 2, 131, 5 PLIN. VAL. 3, 38]. THEOD. PRISC. log. 81 PLIN. phys. Bamb. 66, 11. *al.; ordine inverso*: Ps. THEOD. PRISC. add. p. 318 -ae h. sucus). Ps. APVL. herb. 82 l. 6 herba perdicalis; . . . alii muralem dicunt, alii -am (-aliam *var. l.*); nascitur per parietibus. THEOD. PRISC. eup. faen. 46 -ae radicis sucus (herbae *add. pars codd.*). ORIBAS. eup. 2, 1 E 5 Aa p. 468 elsine vitragine, alii autem perdiciadon, Romani vero -am, alii bitraginem vocant. ALEX. TRALL. 2, 246 succus perdiciados herbe, quam nos -am aut vitrariam appellamus. HIPPIATR. gr. I p. 113, 10 φύλλα βοτάνης σιδηρίτιδος, ἣν Ῥωμαῖοι παριταρίαν (*B*, παριητ- *M*) καλοῦσι (*sim.* II p. 72, 20 παριεταρίαν. *al. ibid.*). GLOSS. -a id est coliconus (*v. vol. III 1571, 46 sqq.*). -a: perdicalis. *al.* *iocose in comparatione*: Ps. AVR. VICT. epit. 41, 13 *Constantinus* Traianum herbam -am ob titulos multis aedibus inscriptos appellare solitus erat (*de eodem Amm. 27, 3, 7* eum herbam parietinam iocando cognominarunt). **b** *genus verbasci* (*v. André, Lex. des termes de botan., 326 sq.*): GLOSS. III 582, 60 falvius (*obscurum, nisi latet* φλόμος) id est lupicuda sive -a . . . vel vervascus.

parieticulus, -ī *m.* *a* paries. *scribitur* paret-. *i. q.* *paries parvus*: INSCR. christ. urb. Rom. 1965, 6 fecimus nobis . . . arcosolio (*acc.*) cum -o suo.

parietīnae, -ārum *f.* *a* paries. *scribitur* parit- HIER. psalt. sec. Hebr. 109, 10 (*cod. A*), parient- GLOSS.ᴸ Corp. D 55. *notatur* pariet TAB. aliment. Baeb. (CIL IX 1455) 3, 9. *de notione*: AVG. in psalm. 101 serm. 1, 7 -ae dicuntur, quas vulgo dicimus ruinas, ubi parietes stant sine tecto, sine habitantibus (*inde sim.* ISID. orig. 15, 8, 3 -as dicimus quasi parietum ruinas *eqs.*). GLOSS. III 313, 64 οἰκόπεδα. V 356, 23 desertinis (*inde* GLOSS.ᴸ Corp. D 55; *v. vol. V 1, 689, 43*). [*cors.* partina; *vasc.* pardia; *cat.* pardina; *arag.* pardina; *derivata*: *port.* pardieiro, *galic.* pardiñeiro. *cf. M.-L. 6244. Wartburg VII 654. Corominas² IV 400. Machado³ IV 309. St.*]
[*e coni. dub.*: CIC. Att. 4, 19, 1 rei publicae . . . -as (*Watt 1965*, putamina *Tucker, Shackleton Bailey*, putavi de *trad.*).]

i. q. parietes ruinosi vel incuria relicti sim.: **1** *proprie*: SISENNA hist. 24 post villarum macerias ac -as quinque cohortes in insidiis reliquit. CIC. Tusc. 3, 53 Corinthi . . . -ae. Att. 5, 19, 3 quae de -is in Melita laboravi ([tarentinis *trad.*]. *de eadem domo*: fam. 13, 1, 3 illud Epicuri -arum). PLIN. nat. 22, 43 *perdicium* nascens in tegulis -isque ([*cf. Diosc. 4, 82 p. 46, 16* tectis aut parietibus]. 24, 183. 25, 161 in muris -isque et t. [*cf. Diosc. 4, 88 p. 48, 22* in parietibus et saxosis locis *eqs.*]. *item de locis ubi herbae crescunt*: 25, 87 circa vetera monumenta -asque et inculta itinerum. 25, 155 in -is et saepibus. Ps. APVL. herb. 76 l. 24 [*cod. Cas.; alii* parietibus]. 84 l. 11 [*var. l.* parietes]). TAB. aliment. Baeb. (CIL IX 1455) 2, 70 *fundus* cum -is (*sim.* 3, 2. 9. 33 casis et -is). ITALA psalm. 101, 7 (Veron., Aug. *ad l., al.*) factus sum sicut nycticorax in -is ([*gr.* ἐν οἰκοπέδῳ, *aliae vers. et Vulg.* in domicilio]. *fusius tractat* AVG. *ad l.* serm. 1, 7 sq. [*v. etiam l. 43*]. PROSP. *ad l.*). HIER. in Ezech. 13, 4/7 l. 92 *vulpes* habitant iuxta Aquilam . . . 'in desertis', iuxta Symmachum et Theodotionem 'in -is' atque 'ruinosis' (*gr.* ἐρειπίοις. *eodem spectant*: hom. Orig. in Ezech. 2, 4 p. 345, 26 adv. Rufin. 3, 7). in Is. 17, 1 p. 174ᴮ -ae *Damasci* ac pristinae potentiae vestigia (*antea*: erit sicut acervus lapidum in ruinam). psalt. sec. Hebr. 109, 10 vagentur . . . et mendicent et quaerantur in -is. VVLG. Ezech. 36, 4 haec dicit dominus deus . . . desertis, -is et urbibus derelictis (*gr.* ἠφανισμένοις, *Itala Hier. ad l.* dissipatis). AVG. in psalm. 101 serm. 1, 15 pulvis de -is ruinarum. 101 serm. 1, 17 cavete -as. LIB. pontif. p. 63, 18 via Salaria sub -as usque (parietes *var. l.*). VITA Caes. Arel. 1, 31 egredientes *e civitate obsessa* quidam extra antemurale inter -as *epistulam proditoris reppererunt* (*vix de ipsis munitionibus, sed potius de ruinis quibusdam extramuranis*).

2 *translate*: CIC. fam. 4, 3, 2 in tantis tenebris et quasi -is rei publicae (*cf. supra l. 50*). AMBR. epist. 6, 3 F. -is quibusdam animae ruinosus.

cf. Onom. Parietinae.

parietīnus, -a, -um (*vix idem ac* parietinae). *a* paries.

[*Galli*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*de* Cic. Verr. II 4, 128 *v. sub* parinum.] *i. q. ad parietem pertinens*: Itala lev. 14, 37 (Tert. pudic. 20; *agitur de lepra domorum*) aspectum earum *cavositatum* humiliorem citra ⌊-am⌋ formam ([*Gelenius*, parietem non *trad.*]. *gr.* ὄψις ... ταπεινοτέρα τῶν τοίχων, *Vulg.* humiliores superficie). Amm. 27, 3, 7 *v. p. 394, 33.* Avg. c. epist. fund. 32 p. 235, 5 passerem -um (*cf. Aug. in psalm. 58 serm. 1, 10* parietum passeres). *Gatti.*

parifico, -āre. *a* par *et* facere. *i. q. parem facere*: Orient. carm. app. 3, 19 nexa vicissim trina potestatum conclusio pārificatur. Patric. frg. 3 nullus credat me ob ista *miracula* ... -andum apostolis.

parīgorīcīs *v. p. 351, 17*, **parīgorizo** *v.* paregorizo. *Kruse.*

parilema Varro rust. 1, 31, 3. *vox ficta, qua origo subst. q. e.* palma *a verbo* pariendi *ducatur, v. p. 141, 45.*

***parilis**, -e. *a* par *sec.* similis, *v. Leumann-Hofmann-Szantyr, Gramm., allgem. Teil p. 70*.* *a verbo* parandi *derivant* Prisc. gramm. II 132, 2 Gramm. suppl. 67, 32 *paenultimam brevem testantes.* *corrumpitur in codd. variis modis, e. g.* palil- Ivl. Val. 1, 42 (*var. l.*), piril- Gloss. *compar. et superl. non inveniuntur.* *legitur multo rarius quam* par, *sc. in versibus apud* Lvcil., CE 959 (*aet. Sull.?*), Cic. Arat., Lvcr. (*bis*), Ov. (*septies*), Cvlicem, Ter. Mavr. (*sexies*) *et haud paucos posteriores, in prosa oratione fortasse in* Didasc. Ter. (*v. supra p. 267, 24*), *ceterum apud* Varronem (*bis*), Apvl. (*quater*), *deinde paulo saepius.* [*vix huc sard. vet.* paniliu. *cf. M.-L. 6244a. Wagner II 213. St.*] [*confunditur in codd. hic illic cum* par, *e. g.* Cypr. Gall. gen. 621 Mart. Cap. 2, 132, pariter Ov. met. 5, 478; *dub. an intellegendum sit* CE 1634, 4; *vix recte coniciebatur olim* Cic. rep. 1, 56 ex -i (*pro voce corrupta* expoliri; *alii alia*), Sen. contr. 1, 6, 11 (puerilem *trad.*, -em *Gertz*).]

i. q. par (*cf.* Gloss. -is: aequalis. -e: par, simile. *sim. al.; indicatur cui [rei] respondeatur per dat.* Lvcr. 1, 1067 Ter. Mavr. 263. 1569 sibi. Avson. 314, 6 p. 408 P. Mart. Cap. 6, 665, *gen.* Romvl. *sub IB, praepos.* Avg. mus. 5, 3, 3 inter se; *respectus indicatur per abl.* Varro ling. 9, 27. 10, 77 Cvlex 358 Gennad. vir. ill. 25 Cypr. Gall. gen. 353 CE 1969, 2, *praepos.* per *p. 396, 4, ? in c. abl. l. 47*):

I *de eis, quae aliis respondent*: A *praevalente vi similitudinis, sc. fere i. q. similis, idem sim.* (*iungitur cum* unus *p. 396, 4. 6, cum* similis *fortasse l. 63*): 1 *respicitur qualitas*: a *responsio fit relatione simplici*: Lvcil. 447 cui -em fortuna locum fatumque tulit fors (*vix ad bβ*). CE 959, 11 (*aet. Sull.?*) fido fida viro veixsit *coniunx*, studio -i ⌊qum⌋ nulla in avaritie cessit ab officio (⌊⌋ *dub. utrum coniunctio an praepos.*). Lvcr. 2, 374 *grana frumenti inter se forma distant*; concharum ... genus -i ratione videmus pingere *litus* ([*cf. e. g. 2, 377* simili ratione. *2, 516* pari ratione]. Ser. Samm. 114 Mart. Cap. 1, 12). Varro ling. 9, 27 cuius modi tritico iacto reddidit segetes *terra*, sic ⟨h⟩ordeo sato proportione reddidit -is. 10, 77 simile verbum verbo *est* tum quo[nia]m et re[m] ... et voce[m] ... e[s]t ⌊in⌋ figurae transitu [declinationis] -e *est* (⌊⌋ *del. Mette*). Cvlex 229 ad -es agor eventus. Ov. met. 7, 305 arte ... -i. 8, 569 discubuere toris Theseus ... quosque alios -i fuerat dignatus honore *Achelous.* 14, 29 *puellam* optantem ... eadem *ac tu* -ique cupidine captam. trist. 1, 8, 26 accipere et -i reddere voce 'vale'. Apvl. met. 5, 7, 1 quoad ... *sororum* heiulatibus saxa cautesque -em sonum resultarent. Ter. Mavr. 263 σίγμα, quod istis *consonantibus* -i sede *oris* vibratur (265). Ser. Samm. 760 lumbricus terrae mixto inducetur aceto aut -i nova ruta modo (Cypr. Gall. num. 389 Cod. Theod. 16, 2, 10. Gloss. -i modo: simili modo [similitudo *trad.*]. *cf. p. 396, 16*). Nemes. cyn. 114 (*nisi ad B*) huic *cani venaticae* -em submitte marem (*Gratt. 263* iunge pares. *cf.* Mart. Cap. 1, 22 [vers.] -em meruisse iugalem). Ivl. Val. 2, 39 *non* se -bus cum diis honoribus exaequabat *Alexander.* Arnob. nat. 6, 10 p. 317, 26 M. *non est* simulacrum, quod non -es lineas principali ab ore traducat. 7, 28 p. 377, 26 -i sensu. Carm. de fig. 62 -em similemve *vim* vincemus (*si recte sic emendatur, v. app. crit.; masc. pro subst. intellegunt alii*). Avien. Arat. 1020. Symm. epist. 7, 100 -i amore. Amm. 20, 7, 11 audacia. Ambr. paenit. 1, 5, 21 duae urbes ex vicinia Sodomorum -is excidii traxere consortium (*cf.* Prvd. c. Symm. 2, 191 -is consortia poenae). Avg. epist. 190, 4 adoptandam *a deo animam* mirabili dignatione gratiae, non -i dignitate naturae. Mart. Cap. 6, 665 Arimphaei ... -em Hyperboreis vitam degunt (*Sol. 17, 1* Hyperboreis similes ... A.). Cod. Theod. 11, 25, 1 quotienscumque ... breves ad sedem *praefecti* ... destinantur, -is notitia provinciali quoque tradatur officio. Oros. hist. 1, 19, 2 via. Avell. p. 46, 18 ceteros ... eorum consimiles sacerdotes, qui se -i observantia dederunt. CE 1376, 8 (*saec. VI*) *Liberius* rexit Romuleos fasces ... successu -i Gallica iura tenens. 2100, 26 (*a. 551*) -em sortem ingemis ipse tuam. *al.* *masc. pro subst.* (*cf. l. 63*): Ivl. Val. 1, 42 congregata tibi ad societatem sceleris -ium conspiratione. Avian. fab. 11 epim. 2 (*interpol.?*) pauperior caveat sese sociare potenti, namque fides illist cum -i melior.

b *responsio fit relatione mutua*: α *de singulis rebus ad complures animantes vel res pertinentibus*: Cic. Arat. 165 consimili specie stellas -ique nitore. Ov. met. 5, 478 -i (pariter *var. l.*) ... colonos ... *et* boves leto dedit *Ceres.* Apvl. Plat. 2, 13 aequalitas ista *inter duos amicos* non aliter provenit, nisi similitudo utroque -i caritate conveniat (*cf.* Ivvenc. 4, 64 fratrum -i ... amore). 2, 14 *amor tertiae speciei* divini atque terreni proximitate collectus, nexuque et consortio -i copulatus (*ad II B trahunt alii*). Nemes. ecl. 4, 5 -is ... furor *duorum amantium.* Anth. 198, 35 fortibus una viris -isque per omnia sors est (Clavd. carm. min. app. 2, 63 [*syn.* aequa]). Arnob. nat. 7, 51 p. 412, 2 M. *deos* hominibus ... se cunctis una et -i gratia sine ulla inclinatione praebere. Ivvenc. 1, 6 cura his ambobus *Zachariae coniugique suae* -is. Symm. epist. 7, 110 duo ... bona -is voluptatis. Amm. 20, 3, 4 *sol et luna* -i comitatu obtinentes circulos proprios ... *et* iunctim locati. Prvd. perist. 4, 27 splendor -is *duarum gemmarum.* Cypr. Gall. gen. 621 iuvenes -ī fulgore decentes (pari *var. l.*). Carm. de Sod. 22 incestu -i. Victric. 5 in disparili sorte -is palma virtutis est. Mart. Cap. 2, 132 puellae vultu decoreque -i ... luculentae. Cod. Theod. 16, 1, 2 pr. *ut trinitatis* unam deitatem sub -i maiestate ... credamus. Oros. hist. 4, 8, 12 *squamas serpentis* a summo gutture usque ad imam alvum -i modo dispositas. Ennod. opusc. 9, 2 p. 416, 9 -i ... iudicio censendus est et qui numquam loquitur ... et qui *eqs.* *al.* β *de compluribus animantibus vel rebus* (*vix huc* Lvcil. *sub a*): Cvlex 358 -es virtutis honore heroes. Pavl. Nol. carm. 25, 3 Christe ..., -es duc ad tua frena columbas (*in imag., cf. 1* concordes animae. *proprie*: Cypr. Gall. gen. 529 columbas -es simili cum turture iunctas [*Vulg. gen. 15, 9* turturem ... et columbam]). Avg. in euang. Ioh. 24, 2 *litteras* -es, aequales. Gennad. vir. ill. 25 *deum* patrem et filium non duarum esse naturarum et divinitate -ium, sed unius essentiae. Cypr. Gall. gen. 353 *fratres* -es pietate. CE 1969, 2 concordes animae ... moribus exími⟨i⟩s -es et amore iugali.

2 *respicitur mensura, quantitas sim.*: a *vario usu* (*de tibiis* -bus Didasc. Ter. Hec. *v. p. 267, 24*): Lvcr. 1, 1067 *antipodas* noctes -is agitare diebus *nostris.* Ov. met. 8, 631 Baucis anus -ique aetate ⌊Philemon (10, 115). Ser. Samm. 210 fel perdicis -i cum pondere mellis ([*Plin. nat. 29, 125* aequo pondere]. 248. 533 -i fuerint si pondere mixta [*Plin. nat. 31, 68* aequis portionibus]). Pavl. Nol. carm. 19, 634 (*describuntur virgae crucis*) ut diducta pari fastigia fine supinant, infra autem distante situ -i pede constant. Cypr. Gall. gen. 1274 -i cum tempore (*1273* septem ... per annos). Mart. Cap. 2, 197 -i interiectione. *al.* *neutr. pro subst. de mensura pari*: Mart. Cap. 6, 717 ἰσότης est, cum duae lineae pares uni mediae duplo -ive (-i *var. l.*) conferuntur. b *in re metrica*: Ter. Mavr. 1569 binas -es qui *pedes* sibi syllabas habebunt. 1968 mox dispare versu subiecto ... tunc ... -em dedit illi *priori versui* (2696 continuos tres -es ... v. 2804). Opt. Porf. carm. 3, 17 -i sub tramite *versuum* (*cf. 9* [*in versu intexto*] limite sub -i). 20b, 12 aequari ... dissona *versuum elementa* tempore sub -i. Avg. mus. 5, 3, 3 ut posteriores *partes versuum* sint ... inter se -es.

B *praevalente vi proportionis, analogiae sim., sc. fere i. q. sufficiens, aptus, dignus sim.*: *adi.* (*hucine p. 395, 58?*): Symm. epist. 9, 72 quod eventus rei publicae prosperos -i tuo sermone ornasti (*postea*: quae *facundia* ... negotiorum magnitudini orationis gravitate respondit). *masc. pro subst.*: Romvl. fab. 96, 2 (rec. gall.) *aquila dixit*: 'quaero -em ⌊coniugii mei⌋' ...; cui milvus: 'me accipe, quia superior tibi sum, ut quaeris' (⌊⌋ *gen. ut p. 269, 35 sqq.*).

II *de eis quae sibi respondent vel aequabilitatem quandam in se continent*: A *divisione, quae fit in aequas partes*: Apvl. flor. 15, 7 adulescens ... crinibus ⟨a⟩ fronte -i separatu per malas remulsis. Avg. mus. 5, 2, 2 ipsius -is divisionis qui ... numerus auctor est? an dualis? :: ita est. Cypr. Gall. num. 120 *sex* plaustra ... *duodecim* bobus -em divisit ad usum. B *qualibet concordia partium, harmonia* (*cf. supra l. 3*): Prvd. cath. 5, 122 felices animae ... concentu -i ... dulce canunt melos (*si recte huc traximus; var. l.* -es *praeferunt alii, v. Assendelft, comm. 1976 ad l.*). Licent. carm. ad Aug. 8 *Varro* mundum ... disseruit canere et -es agitare choreas.

usum pro subst. supra inseruimus, sc. masc. l. 49. p. 395, 76, neutr. l. 36 (*cf. p. 395, 28*).

adv. **pariliter.** *compar. et superl. non inveniuntur.* [*falsa var. l. pro* partiliter Avg. trin. 12, 9, 14; *falso editum est olim pro* pariter Boeth. in Porph. comm. pr. 1, 20 p. 59, 16.]

i. q. pariter (*item* Char. *et* Schol. *p. 278, 71. 279, 29. cf.* Gloss. -r: aequaliter): 1 *vario usu* (*comparantur res cum aliis rebus vel plures inter se*): Don. Ter. Andr. 814, 1 maior ... et ad summam aetatis refertur et ad comparationem aetatis -r positum *est* (pariter *var. l.*). Cassiod. in psalm. 55, 11(9) ut quidquid de illo *patre* dicitur, de isto *filio* -r sentiatur. Verec. in cant. 6, 8 l. 49 D. uno ... pretio omnes *equi* -r comparantur. 2 *spectat ad aequam divisionem, ordinationem*: Avg. ord. 1, 2, 3 quo *centro circuli* cetera -r dimetiantur (trin. 8, 3, 4 facies hominis dimensa -r). Ps. Avg. categ. 12 (124 M.-P.) positio partium ita apte -rque digesta est, ut nulla earum mensurae alterius emineret.

deriv.: 1. parilitas.

compos.: com-, dis-, im-, supparilis.

? cf. Onom.

1. ***parilitās**, -ātis *f.* *a* parilis. *scribitur in codd. hic illic* paral-, *e. g.* Prosp. in psalm. 149, 1. *legitur in prosa oratione*

[Paśkiewicz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tantum inde a GELL., APVL., TERT., *sc. sing., plur. non nisi* AVG. c. epist. fund. 33 p. 236, 14 LEO M. serm. 95, 9; *vocem frequentat* AVG. [*confunditur in codd. cum* paritas, *ubi videas.*]

i. q. status, condicio sim. parilis (*cf.* GLOSS. -s: ὁμοιότης ἢ ἰσότης. aequalitas. GLOSS.ᴸ I Ansil. PA 511 -e: evacuatione [aequat- *coni. ed.*; *an* exaequat-?]. *pro syn. occurrunt saepius* aequalitas, analogia, similitudo [*quae vox distinguitur infra l. 52. 55 et* AVG. trin. 7, 6, 12 l. 150]): **I** *pertinet ad responsionem eorum:* **A** *quae aliis respondent:* **1** *usu communi, sc. praevalente vi similitudinis:* **a** *cum respectu qualitatis:* α *cum gen.:* ① *plur.:* GELL. 14, 3, 8 aequiperatio ... et -s virtutum inter sese consimilium ... speciem ... aemulationis creat. TERT. adv. Marc. 1, 5 p. 297, 11 -i et unitati eorum *duorum deorum* (*antea*: deos tam pares). SCHOL. Cic. Bob. p. 162, 6 ex -e congruentium suffragiorum (*postea*: aequalitatem suffragantium). AVG. civ. 11, 22 p. 491, 18 D. *pulchritudo* constat ... -e ac dimensione membrorum (c. epist. fund. 30 p. 231, 19 in euang. Ioh. 3, 21. *al.*). 22, 19 p. 598, 11 si quid in illa figura ... -e partium *non* congruebat (CLAVD. MAM. anim. 2, 5 p. 116, 19 quae sibi secundum ... numeri aequalitatem p. -e respondeant. FVLG. RVSP. incarn. 28 congruentia et -s p. *corporis.* CASSIOD. in psalm. 55, 11 l. 259). epist. 104, 15 peccatorum (167, 4). c. Faust. 21, 6 moderatione mensurarum, -e numerorum *sensuum et membrorum corporis* (gen. ad litt. 5, 22). LEO M. serm. 12, 1 -s voluntatum (*antea*: morum similitudo). 95, 9 improbarum -es cupiditatum, foedera scelerum. ISID. epist. 8, 2 quod ... de -e agitur apostolorum, Petrus praeminet ceteris. *al.*

② *sing.*: APVL. met. 2, 10, 4 *Photidi* aemula libidine in amoris -em congermanescenti mecum. SOL. 2, 18 Erythraea ... Sibylla ... appellata est de scientiae -e. ITIN. Alex. 4 materiae -s (*sc. belli Persici et Alexandri et Constantii*). IVL. VAL. 2, 28 p. 97, 8 discriminis -e protrahi bellum (*vix ad 2, cf. supra p. 246, 11 sqq.*). CHALC. transl. p. 41ᶜ quibus consortium divinitatis et appellationis -s competit (*gr.* ὁμώνυμον εἶναι). MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 10 p. 1120ᴰ substantiae -e (*patris et filii; cf.* AVG. trin. 4, 9, 12 in eiusdem naturae consubstantiali -e). AVG. civ. 5, 2 p. 193, 2 D. aegrotandi -em. MAR. MERC. Conc.ˢ I 5 p. 24, 16 in deitatis unitate et -e (*sc. personarum. gr. I 1, 7 p. 98, 11* ταυτότητι, *I 2 p. 67, 28. al.* unam eandemque similitudinem, *I 3 Rustic. p. 130, 20* identitate). SIDON. epist. 2, 9, 4 in causis disparibus dicendi -em servare (*cf.* ISID. praef. test. 41 propter ... sensus similitudinem et eloquii -em). *al.*

β *sine gen.* (*cum adi. pro gen. l. 52. 57; cf. praepos.* de, in *c. abl. l. 49. 56*): TERT. adv. Marc. 1, 6 p. 297, 18 excludentes ab eo *deo unico* -em *alterius cuiusdam* (*cf.* p. 297, 25 an diversitas ... duos *deos* capiat, si -s capere non potuit). resurr. 48 p. 99, 14 exemplum ... ex diversitate an ex -e componitur? utique ... ex -e (*inde restit.* PS. ORIG. tract. 17, 13 B. [pravitate, pravite *codd.*]). ITIN. Alex. 2 in omni hac -e *imperatorum.* CHALC. comm. 21 *terra et ignis* habent ... aliquam ex ipsa contrarietate -em ... et haec est analogia, id est ratio continui competentis. 330 similitudo -is disparilitatisque concretio est. AVG. civ. 15, 13 p. 83, 13 D. ista de centum annis ... detractis per tot generationes continuata -s (*in dinumeratione annorum*). in epist. Ioh. 4, 9 non semper 'sicut' ad -em et aequalitatem refertur (*postea*: sed sicut ad similitudinem dicitur). in euang. Ioh. 110, 3 *filius* -em suam commendat, ne credatur *patre* inferior. CASSIAN. c. Nest. 1, 2, 2 Eunomius ..., licet similem sibi divinam esse asseruit trinitatem, diversam tamen a se contendit, admittens similitudinem excludens -em. CASSIOD. anim. 16 l. 6 -s in omnipotentia, aequalitas in caritate. ISID. sent. 1, 3, 1 quamvis usque ad -em angelicam humana post resurrectionem natura proficiat. *al.*

b *cum respectu mensurae, quantitatis*: APVL. Socr. prol. 3 *qui aliter ac lapidum structor meo* operi accommodem ... inaequalitate aspera *quaedam* ... sine ... mensurae -e. CHALC. comm. 19 latera *figurarum* ... habent adversum se competentem modum ...; et solida ergo *iis imposita* ... habebunt adversum se competentem -em (*ibid. iterum; postea*: analogiam sive competentiam). MAR. VICTORIN. gramm. VI 80, 19 *trochaeus*, cum tribus temporibus ut idem iambus constare videatur, posset ... sub huius modi -e *cum eo* misceri (*item in re metrica*: 88, 2 -is, qua inter se congruunt *metra*, contemplatione. AVG. mus. 4, 2, 2 anapaesti -s). SALV. gub. 6, 5 pari utriusque partis *bonorum et malorum* numero contenti sumus; ... *immo* exsultare nos potius ... conveniret, si -s nobis ista contingeret. SIDON. epist. 2, 2, 4 spatii -e *cellarum.* BOETH. arithm. 2, 42 p. 139, 27 neglecta proportionis -e (*in medietate arithmetica ut 2, 43 p. 140, 22* neglecta proportionis aequalitate). *al.*

2 *usu peculiari, sc. praevalente vi proportionis, analogiae sim. de statu, quo quis alicui rei aptus est, aliquid sustinere potest sim.* (*vix huc l. 29 supra*): APRING. in apoc. 1, 10 sq. p. 8 ('audivi post me vocem') omnis humanitas ... nequaquam -em praesentiae *divinae* aut vultus *divini* praestat intuitum, sed quadam fragilitate depressa carnalitas quasi postea (post tergum *Beatus*) dei sermonibus admonetur.

dub. an significetur emendatio sim. codicis festinanter descripti: RVRIC. epist. 1, 8 p. 362, 1 quem *codicem* nunc utrum, sicut est, transcriptum an ⌊-tum⌋ reddere debeam, in vestro pendet arbitrio (⌊⌋ *trad.; alii alia*).

b *speciatim cum respectu adferendi, admovendi sim.* (*exempla certiora, sc. accedentibus praepos.* in *vel* circum *c. acc. praeter l. 20*): PLAVT. Bacch. 727 (*v. 714 sq.* tu ... ecfer cito ... stilum, ceram *eqs.*) quid -asti? :: quae -ari tu iussisti omnia (-are *var. l.*). Truc. 35 quasi in piscinam rete qui iaculum -at. CIC. Att. 10, 15, 4 ego, dum panes et cetera in navem -antur, excurro in Pompeianum. VERG. Aen. 2, 132 -ari ... circum tempora vittae (*per zeugma, v. p. 418, 40; cf.* CLAVD. DON. *ad l.* p. 164, 11 vittis ... caput fuerat nexum). ITALA psalm. 10, 3 (Sangerm. *al.*) -verunt sagittas in pharetram (VVLG. in pharetra, *Hier. psalt. sec. Hebr.* posuerunt sagittam suam super nervum). SVLP. SEV. dial. 2, 8, 6 *stramen* in lectos.

3 *potius acquirat, colligat sim., sc. sibi ipsi vel etiam aliis, ut subluceat respectus praebendi, potestatem permittendi sim.* (*quod infra non distinximus nisi sub αγ et δ; accedit saepius abl. instr. vel modi, e. g.* PLAVT. Men. 584 fenore aut periuriis. CIC. Lael. 55 pecunia, *gen. vel abl. pretii v. p. 416, 55. de notione cf.* SYNON. Cic. p. 423, 27 emit ... mercatur. -at. conparat *eqs.* p. 439, 14 parta. -ta. quaesita. ante collecta. GLOSS. -o: περιποιῶ. -are: adquirere. parta: -ta, adquisita [*sim. al. ibid.*]): **a** *generatim*: α *res varias*: PLAVT. Cas. 392 (*in convicio*) -tum oportet esse iam laqueum tibi (*nisi ad 2*). Rud. 136 *sacrificaturi* semper petunt aquam hinc ... aut vascula ...; Veneri -vi vasa et puteum, non mihi (IAVOL. dig. 33, 10, 11 [*e Labeone*] murrea ... v. et vitrea, quae ad usum ... -ta essent. POMPON. dig. 34, 2, 10 [*e Q. Scaev.*] *al.*). SALL. Iug. 43, 3 arma tela equos et cetera instrumenta militiae -are *eqs.* ([-ere *var. l.*]. VERG. Aen. 2, 181. LIV. 22, 57, 10 a., tela, alia. 42, 52, 11 quae sibi quisque -verit pauper miles [*distinguuntur a.* prompta ex regio apparatu]). ALF. dig. 32, 60, 2 lana lino purpura uxori legatis, quae eius causa -ta essent. 34, 2, 28 argentum, quod usus sui causa -tum esset (*ibid. saepius.* IAVOL. dig. 32, 100, 2. PAVL. dig. 34, 2, 32, 4 [*e Scaev.*] proprium a. ad usum suum -tum). HOR. sat. 2, 3, 215 siquis ... huic *agnae* vestem ut gnatae -et, ancillas, -et aurum (LABEO dig. 32, 29 pr. vestem, quae eius *concubinae* causa empta -ta esset. SEN. dial. 9, 9, 3 POMPON. dig. 34, 2, 10). TIB. 2, 4, 21 mihi per caedem et facinus sunt dona -anda (SIL. 14, 608 multo Mavorte -ta. COMM. instr. 2, 14, 12 [*v. app. crit.*]). PROP. 3, 5, 6 aera. OV. met. 8, 489 magno ... -tas ... inferias, uteri ... pignora nostri. *al.*

β *escas, potiones, medicamenta sim.*: PLAVT. Most. 67 ire in Piraeum volo, in vesperum -are piscatum mihi. CATO agr. 54, 1 glandem -ari legique ... et in aquam conici. Q. SCAEV. Gell. 4, 1, 17 (*de penu*) quod ipsius patrisfamilias ... causa -tum est. *ibid.* quae ... in dies singulos ... cenae causa -antur (*postea*: contrahuntur et reconduntur). CIC. off. 1, 11 pastum, *v. p. 416, 27.* CAES. civ. 2, 22, 1 *panicum et hordeum.* SALL. Iug. 28, 7 -tis commeatibus (*al. v. vol. III 1824, 30 sqq., sed alia notione supra p. 414, 63*). LIV. 28, 26, 4 cibaria dierum aliquot ([*nisi ad 2; item dubites de* FRONTIN. (?) strat. 4, 7, 31]. VLP. dig. 33, 7, 12 pr.). *al.* *praebent ipsae substantiae medicamenti certam sui quantitatem* (*si recte trad.*): OV. medic. 92 quinque -ent (-ant *var. l.*, trahant *Muretus*) marathi scripula, murra novem.

γ *pecuniam, opes sim.*: ① *aliis*: PLAVT. Asin. 90 viginti ... usust filio argenti minis: face id ut -tum iam sit (*sim.* Pseud. 283 at dabit, -bit, *sc. minas viginti*). Epid. 253 eum argentum sumpsisse ... ab danista ..., id -tum et sese ob eam rem id ferre (*sim.* TER. Haut. 737 est -tum argentum ...; atqui iam dabitur). CIC. Att. 11, 11, 2 hic fortasse potero sumere (*sc. nummos sim.*), si sciam istic -tum fore. SALL. hist. frg. 2, 98 (D) 17 stipendium. HOR. sat. 1, 4, 108 viverem uti contentus eo, quod mi ipse *pater* -asset (-assem *var. l.*). VITR. 10 praef. 2 qui quadringenta (-ginta *trad.*) ad opus possunt -are (IVV. 1, 106 quinque tabernae q. -ant). LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 1, 46 *propinquis vestris* dotes -astis. PLIN. epist. 2, 20, 1 assem -a et accipe ... fabulam. *al.* ② *sibi*: PLAVT. Epid. 324 per illam tibi copiam copiam -are aliam licet (*nisi ad B ut et* Poen. 362). Men. 584 qui aut fenore aut periuriis habent rem -tam (Rud. 38 rem bene -tam comitate perdidit). RHET. Her. 2, 20, 32 maleficio -are divitias (*al. v. vol. V 1, 1635, 47 sqq.*). SALL. (?) in Tull. 4 opulentiam ... ex sanguine ... civium (*nisi ad B*). HOR. epod. 1, 32 haud -vero, quod aut ... terra premam *eqs.* (SCHOL.: adquisiero). PROP. 1, 8, 36 Elis opes ... -arat equis (OV. fast. 5, 282 de vetito. SIL. 17, 61 GALLICAN. Avid. 1, 8. *al.*). LIV. 1, 47, 12 *regem* instituisse censum, ut insignis ad invidiam locupletiorum fortuna esset et ⌊-ta, unde⌋ ubi vellet egentissimis largiretur ([⌊⌋ *i. -ta essent ea, e quibus; nisi subaudiatur* fortuna]. SEN. epist. 17, 5 -are ... u. vivam volo). VITR. 6 praef. 5 ad pecuniam -andam ex arte (SEN. benef. 1, 11, 5 TAC. ann. 2, 37, 3. S. C. de sumpt. lud. glad. [CIL II 6278] 8 tam sanct[a]e -atur quam insumitur. *al.*). *al.*

δ *loca, regiones sim.* (*sc. ad possidendum, utendum; paulo aliter l. 24*): ① *aliis*: PLAVT. Cas. 478 apud ... vicinum mihi locus est -tus ...; is mihi se locum dixit dare, *quo latere possem* (*cf.* LAVD. *infra*). CIC. leg. agr. 2, 85 cum ... -etur aliis, eripiatur vobis (*antea*: aliquid ex hoc agro ..., qui vobis ostenditur, aliis comparatur). CAES. Gall. 1, 31, 10 quibus *Harudibus* locus ac sedes -rentur (*item populo*: ITALA exod. 23, 20 [Tert. adv. Marc. 3, 16 *al., sim.* VVLG.] terram, quam -vi tibi, *Israel* [*Tert. adv. Iud. 9, 23 al.* praeparavi, *Aug. c. Faust. 16, 19* iuravi]. PS. PROSP. carm. de prov. 359 domus ... placitura -atur). LIV. 42, 1, 7 ut sibi *consuli* magistratus ... locum publice -re⟨n⟩t, ubi deverteretur. LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 2, 7 ut ... *fugienti* fida receptacula -aris (*v. ed. Wistrand 1976*). SEN. Herc. O. 1434 quis mihi *Herculi morienti* caelum -at? (*nisi ad 2. cf.* ITALA Ioh. 14, 2 [cod. b *al.* = VVLG.] vado -are vobis locum *in domo patris mei* [*cod.* **a** ut praeparem. *sim.* 14, 3 cod. e *al., ubi b al. et Vulg.* praeparavero]. *al.*). PALLAD. 4, 11, 7 armentis ... loca. RVF. FEST. 10 *provincias* sceptris tuis. *al.* *obiciendo malis*: LVCAN. 6, 332 Emathiam, bello quam fata -bant. ② *sibi*: TER. Haut. 976 aram (*i. locum tutum; v. p. 419, 70*). CIC. off. 1, 11 ut *genus animantium* ... omnia ..., quae sint ad vivendum necessaria, anquirat et -et, ut pastum, ut latibula. CAES. Gall. 6, 22, 3 ne latos fines -are studeant *Germani* (*ad rem v. 6, 22, 2*). OV. fast. 3, 576 exilio terra -anda nova est ([petenda *var. l.*]. *cf.* LVCAN. 1, 13 quantum terrae ... pelagique). 4, 383 *in circo* hanc ego militia sedem, tu pace -asti. LIV. 37, 35, 6 -ari singula adquirendo (*sc. partes imperii; opp.* teneri. *cf.* FLOR. epit. 4, 12, 29 difficilius est provincias optinere quam facere; viribus -antur, iure retinentur). STAT. silv. 3, 1, 25 sive tui solium Iovis et virtute -ta astra tenes, *Hercules*. *al.*

b *speciatim emendo* (*conducendo* PLAVT. Mil.; *exempla potiora, cetera v. supra; in contextu variat saepius cum* emere, *quod distinguitur in sermone iuris* VLP. dig. 32, 47, 1; *cf. etiam p. 431, 34*): PLAVT. Mil. 115 ego *servus* ... mihi navem -o (*sc. locum in ea*). Stich. 203 praedium (*al. v. vol. X 2, 578, 60 sqq.*). CATO agr. 22, 4 si orbes in ... trapetos -bis (*postea*: emuntur). agr. capp. 1 quo modo agrum emi -arique oporteat (COLVM. 1, 1, 18 [*e Magone*]. 1, 3, 8. 12. *al.; cf. obi. suppl.*: CIC. Flacc. 71 mallem ..., si ... te crassi agri delectabant, ... in Capenati -visses [*72* emisses]. LIV. 26, 34, 10). CIC. Verr. II 4, 35 quid argenti ... -aris, unde quidque aut quanti emeris. Cael. 36 hortos ... eo loco -asti, quo *eqs.* ([praepar-, -tos *var. ll.*]. Att. 12, 19, 1 Ps. CIC. in Sall. 19). Lael. 55 cetera -are, quae -antur pecunia, equos famulos vestem ... vasa. Att. 1, 10, 4 subsidium senectuti (*i. bibliothecam*). LVCR. 4, 1132 unguenta, coronae, serta ([*v. infra l. 74*]. ITALA Luc. 23, 56 [cod. a *al.* = VVLG.; *cf. Vulg. Marc. 16, 1* emerunt]. *al.*). CAES. civ. 1, 78, 1 erant ... facultates ad -andum *frumentum* exiguae ([*nisi absolute*; prandium *trad.*]. LIV. 34, 9, 12 redemptoribus vetitis f. -are [-ere *var. l.*]. GAIVS dig. 3, 5, 21). SALL.(?) in Tull. 4 qua ex pecunia domum -veris (*3* emebat). *al.* *accedit abl. vel gen. pretii* (*suppl. ex enunt. relat.* IVV.; *v. etiam p. 415, 52. 431, 36, ceterum cf. p. 415, 30*): VITR. 1, 2, 8 quae non poterunt inveniri aut -ari nisi magno. SEN. dial. 9, 9, 2 luxuriam coercere ..., desideriis naturalibus parvo -ta remedia adhibere (*nisi ad a*). IVV. 3, 224 domus ... -atur, quanti *eqs.* APVL. met. 1, 24, 9 has quisquilias, *sc. pisces*, quanti -asti?

B *res incorporeae* (*animum sim. v. sub C*): **1** *quae -antur quibuslibet modis* (*sc. perficiendo, tractando, inveniendo vel etiam excogitando sim.; notione peculiari sub cβ*): **a** *actiones, doli, consilia* (*exempla inde a* CIC. *selecta*): PLAVT. Asin. 294 ne post tempus praedae praesidium -em (Mil. 222 nostris p. -a; interclude inimicis commeatum *eqs.* BELL. Hisp. 39, 1 saluti suae. SALL. Catil. 31, 4 [*an ad C?*]. *al.*). Curc. 212 vindictam. Mil. 138 -vi ... magnas machinas, qui amantis ... facerem convenas. 198 dolum ... conservo (*al. v. vol. V 1, 1860, 35 sqq.*). 1389 -tae insidiae sunt (*al. v. vol. VII 1, 1893, 31*). Vid. 67 consilium (CIC. Pis. 11 VAL. FL. 4, 480). ENN. scaen. 324 *Aiaci* obsidionem -as. CIC. Planc. 89 interitus rei publicae ... *aut* infinita dimicatio -retur. CATVLL. 32, 7 -es ... nobis novem ... fututiones. LVCR. 4, 1132 *ab amantibus* convivia, ludi, pocula crebra, unguenta, coronae, serta -antur (LIV. 45, 32, 11 convivium instruere et l. -are [*cf. Polyb. 30, 14* διατίθεσθαι]. ACT. lud. saec. Aug. [CIL VI 32323] 22 sacrificia atque ... l. CVRT. 10, 5, 5. *al.*). 6, 1229 hoc aliis erat exitio letumque -bat (OV. Ib. 355). BELL. Afr. 88, 6 ut aliquid sibi ex ea re ⌊auxilii -ret⌋ (auxiliaret *sim. codd. opt.; cf.* SALL. Catil. 52, 29 non votis ... auxilia deorum -antur, *sed agendo* [or. Lep. 7 SEN. dial. 11(12), 17, 4]). VERG. Aen. 4, 503 (*494 sq.* pyram ... erige et arma *impone*) iussa -at (*nisi ad A*). SEN. Herc. O. 1969 quos *planctus*. LVCAN. 5, 773 morte (sorte *var. l.*) -ta te sequar ad manes (7, 470 quae *m.* cunctis poena -atur. TAC. ann. 13, 1, 1 EVCHER. laud. her. 6). *et saepe*.

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *animantium status, habitus, affectus vel qualitates, artes sim.* (*exempla inde a* CIC. *selecta*): PLAVT. Aul. 493 mores meliores sibi -ent *mulieres.* Merc. 933 pater mihi exilium -at. Trin. 398 suae senectuti ... acriorem hiemem. Truc. 420 divortium et discordiam inter nos *amantes. al.* ENN. scaen. 137 libertatem. frg. var. 61 primus ... imperium summum Caelus habuit; is id regnum ... sibi instituit atque -vit (SALL. Catil. 5, 6. Iug. 31, 7 [*nisi ad 2*]. LVCAN. 1, 34. *al.*). TER. Hec. 210 filio luctum (SIL. 4, 703 DECL. in Catil. 84). Phorm. 821 eius modi in animo -are cupiditates, quas *eqs.* 957 animo virili praesentique ut sis -a. CATO or. frg. 31 (155 M.) utrinde iram utrinde factiones tibi -es (SEN. Phaedr. 1059 iras -at *monstrum.* AMM. 19, 11, 14 in hostem). CIC. Cluent. 157 *testi* hoc periculum T. Attio auctore -tum esse (PS. AVR. VICT. epit. 43, 4 SVLP. SEV. chron. 1, 43, 9). orat. 43 quibus rebus ea *eloquentia* -etur (SALL. [?] in Tull. 2. QVINT. inst. 10, 1, 2 nisi ... in procinctu -tamque ad omnis casus habuerit e. TAC. ann. 2, 37, 3). fin. 1, 3 non -anda nobis solum ea *sapientia,* sed fruenda etiam. 1, 47 *voluptatem.* div. 2, 122 quodsi ita natura -tum esset, ut ea dormientes agerent, quae somniarent. CASS. Cic. fam. 15, 19, 2 ἡδονὴν ... et ἀταραξίαν. LVCR. 6, 31 quid ... mali foret in rebus mortalibus passim, quod fieret naturali ... seu casu seu vi, quod sic natura -asset. SALL. Catil. 6, 5 amicitias (SEN. epist. 9, 12. 19, 12 PASS. Macc. 2, 2). Iug. 2, 4 summa claritudo. HOR. epist. 1, 18, 100 virtutem doctrina -et naturane donet. OV. ars 3, 368 ludendo ... -atur amor (TAC. hist. 2, 19, 2 parendi). LIV. 8, 13, 14 pacem vobis ... -are in perpetuum ... potestis (SEN. clem. 1, 9, 4 p. -ta est [parta *var. l.*]. EVTR. 9, 17, 3). *et saepe.*

c *dicta, dicenda, scripta eorumve argumenta sim.*: α *notione communi*: PLAVT. Pseud. 454 (*Pseudolus ad se ipsum*) orationem tibi -a advorsum senem (LIV. 28, 43, 1 ad tempus. PLIN. nat. praef. 31 in eum. FRONTO p. 141, 8 v. d. H. SPART. Ael. 4, 7). RHET. Her. 4, 35, 47 (*fortasse e L. Crass., v. eius or. frg. 19 M.*) reo duplicem defensionem (SALL. Catil. 35, 2 TAC. ann. 13, 15, 5). CIC. inv. 1, 25 *orationem* ab aliqua re ... ridicula incipere ... iam -ta. Flacc. 51 *testis* servet, quod -vit. Phil. 13, 19 -ta de circumscribendo adulescente sententia consularis (TAC. ann. 11, 6, 3. 16, 11, 1 cognitionem ... et ... s.). de orat. 2, 118 locos ... multa ... meditatione -tos atque expeditos habere debetis (QVINT. inst. 2, 4, 31 non quia desideratur *communis l.*, sed quia -tus est. TAC. dial. 31, 5. *cf.* CIC. Brut. 46 scriptas ... fuisse et -tas a Protagora rerum illustrium disputationes, quae nunc communes appellantur loci). 2, 152 *ut* habeant -tum ..., quid de quaque re dicant. *al.* LVCR. 4, 512 *verborum copia* contra sensus instructa -tast. 6, 999 ubi haec confirmata ... constiterint nobis praeposta -ta. SALL. Catil. 51, 40 tum lex Porcia aliaeque leges -tae sunt (SVET. Iul. 52, 3 scriptam -tamque. *cf. p. 418, 4*). or. Phil. 17 decreta. VERG. Aen. 10, 585 *non* dicta -at contra (STAT. silv. 5, 2, 83). OV. am. 2, 19, 17 quas mihi blanditias, quam dulcia verba -bat (LIV. 29, 22, 1 res, non v. [praepar-, repar- *var. ll.*]. QVINT. inst. 10, 1, 6 VVLG. Sirach 33, 4). met. 9, 508 cur haec exempla -vi? (IVV. 9, 135). LIV. 28, 45, 4 rogationem. *al.* β *notione peculiari significatur actio perdiscendi, sc. ut verba textus cuiusdam memoriae inculcentur* (*cf. p. 412, 49*): PELAG. epist. ad Demetr. 23 p. 37^{D} *scripturas sacras lege*; quae -anda sunt, memoriae penitus insere eaque iugi meditatione conserva; quae maturanda sunt, frequenter revolve (*si recte huc traximus*). RVFIN. hist. 10, 9 p. 972, 14 pueruli ... meditantes et lectiones suas -antes. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 9, 1 l. 32 G. ad -andum et tenendum ... carmen (*sc. symbolum*). CAES. AREL. serm. 6, 3 p. 34, 1 cantica ... turpia memoriter retinent ...; ista possunt tenere atque -are, quae diabolus docet (*cf.* 19, 3 p. 86, 13 cantica luxuriosa). 6, 3 p. 34, 5 et symbolum discere ... et psalmos ... et -are et tenere et frequentius dicere (CONC. Vas. a. 529 p. 56, 11 [*v. Caes. Arel. ed. Morin II 1942, 86, 18; var. l.* psalmis *tuentur Maassen, de Clercq*]. VITA Caes. Arel. 1, 19 p. et hymnos). 19, 3 p. 86, 9 symbolum ... et orationem dominicam (130, 5 p. 515, 11 s. -are, ita ut ... per se reddant. p. 515, 28). p. 86, 10 pauca verba in symbolo ([*postea*: tenere]. p. 86, 14. 130, 5 p. 515, 32 pauca v. symboli). *al. apud eundem.* *sine obi.* (*sed respicitur nimirum lectio divina sim.*): CAES. AREL. serm. 130, 5 p. 515, 29 quod memoriam ad -andum non habeat (158, 1 p. 610, 17 *lectio non* laboriosa est ad -andum). 238, 1 p. 903, 14 unus dicit se -are non posse, alter dicit 'volo, sed duram memoriam habeo'. p. 903, 27 sq. si non -as ...; cum -as *eqs.* (*postea*: cum tenueris).

d *varia* (*selecta inde a* SALL.): TER. Ad. 39 in animo instituere aut -are, quod sit carius quam ipsest sibi *homo.* CATO or. frg. 5, 2 (18 M.) maiores ... divorsum pretium -vere ... strenuis, decurionatus, optionatus, hastas donaticas aliosque honores (CIC. Phil. 5, 49 *Octaviano* summi h. et exquiruntur et -ti sunt). ACC. trag. 658 quinam Tantalidarum internecioni modus -etur? ([*postea*: dabitur satias]. LVCR. 1, 1008 sibi rerum summa). RHET. Her. 3, 23, 38 (*de imaginibus artis memoriae*) ut ... nos illi omnia -ta quaesita tradamus. CIC. Quinct. 52 omnia tela (*i. sanctiones legum*) ..., quae -ta sunt in eos, qui *eqs.* (SALL. or. Macri 12 vis tribunicia, telum a maioribus libertati -tum). Att. 9, 5, 2 medicamentis iis, quae -antur *rei publicae vulneratae.* LVCR. 1, 551 si nullam finem natura -asset frangendis rebus (TAC. ann. 2, 14, 4). 4, 785 conventus hominum, pompam, convivia, pugnas, omnia (*sc. eorum imagines*) sub verbone creat natura -atque? HIRT. Gall. 8, 53, 2 quo maiores -rent (spera- *var. l.*) necessitates, quibus cogi posset senatus id probare. SALL. Iug. 31, 17 -andi iuris et maiestatis constituendae gratia (hist. frg. 1, 11 alia iura. ELOG. Inscr. Ital. XIII 3, 66 ius fetiale -vit). OV. fast. 6, 647 sic exempla -antur, cum iudex, alios quod monet, ipse facit (LVCAN. 4, 497 STAT. silv. 4, 4, 71. 5, 2, 30). STAT. Theb. 12, 422 sive locum monstris ... Fortuna -bat *eqs.* (TAC. ann. 13, 40, 1 fraudi). FRONTO p. 214, 15 v. d. H. ubertas soli otio -atur. PAVL. dig. 2, 14, 27, 2 posterius pactum ad actionem -andam inefficax est (22, 1, 24, 2 manifesti furti a. COD. Iust. 2, 4, 35 [*a. 294*; peracta *var. l.*]. *al.*). *al.*

2 *quae sive praeparantur, sc. ut esse vel fieri possint, sive incohantur* (*exempla potiora; cetera v. supra*): a *quibuslibet actionibus*: α *generatim; pro obi. sunt*: (I) *subst. vel pron.* (*adv. l. 24; cf. et l. 77; obi. facilius ex contextu suppl. e. g.* PLAVT. Aul., Cas.; *exempla inde a* CIC. *selecta*): PLAVT. Aul. 263 nuptias hodie quin faciamus num quae causa est? :: immo ... optuma.:: ibo igitur, -bo (Cas. 546 non ornatis ... n.?:: orno et -o. TER. Andr. 341 sibi -tas n. [EVGRAPH.: praeparantur]. Hec. 127 in ipsis n., postquam videt -tas. LIV. 30, 12, 20. *al.*). Mil. 907 ludificari ... erum vis? ... commode et facete res -tast (1301 iam dudum res -tast [*sc. profectio*]. Stich. 445 [*interpol.?*]. CIC. Att. 12, 21, 4. VARRO rust. 2, 8, 1 rem divinam). Poen. 909 *leno* disperibit faxo ...; ita -tumst (-tust *A*). ENN. scaen. 167 alteri exitium (SIL. 11, 576 TAC. hist. 4, 58, 1. *al.*). RHET. Her. 3, 21, 34 (=TRAG. inc. 26, *sed versus ficticius videtur*) domum itionem ... -ant (*al. v. vol. V 1, 1948, 63 sqq.*). CIC. Verr. II 3, 65 publice sibi convivia -ari ... iubebat (VERG. Aen. 1, 638. ITALA Tob. 7, 8 [Complut., *cf.* VVLG. 7, 9; *gr. non resp.*]. *al.*). dom. 54 vim (Mil. 100 SALL. Catil. 35, 5 OV. met. 2, 576. 5, 288. *al.*). Mil. 19 ei viro (*i. Pompeio*) ... mors -batur (OV. met. 10, 384 mortis ... -tae instrumenta. TAC. ann. 15, 61, 2 [*nisi ad b*]. *al.*). Lig. 3 bellum ..., quod ... ante audierunt geri quam -ari (*ab eodem verbo distinguitur*: LIV. 2, 43, 7. 31, 33, 4. 42, 13, 5 SEN. Tro. 233. *al.; ceterum iunctura trita est, v. vol. II 1838, 75 sqq.*). Att. 7, 26, 1 fuga, quae -batur, repressa est ([*nisi ad β*]. CAES. Gall. 7, 61, 4 VERG. Aen. 1, 360 OV. met. 3, 46. LIV. 45, 5, 10 occulte. *al.*). 9, 12, 3 ludos (OV. am. 3, 13, 3 LIV. 1, 9, 6. *al.*). SALL. Catil. 27, 2 incendia (32, 2. 48, 4. 52, 36 DECL. in Catil. 84 PRVD. c. Symm. 1, 532). VERG. Aen. 2, 132 (*verba Sinonis*) mihi sacra -ari et salsae fruges et circum tempora vittae ([SERV. auct.: quidam '-ari' pro '-bantur' accipiunt et ad omnia hoc subaudiunt]. 4, 638 [*nisi ad β*; *opp.* perficere]. OV. epist. 20 [21], 157. met. 9, 136. *al.*). PROP. 3, 4, 3 -at ultima terra triumphos. OV. am. 3, 13, 3 festa (fast. 2, 247. 3, 199 DRAC. Romul. 10, 382). met. 15, 762 *Venus* vidit ... -ari pontifici *Caesari* letum (OCTAVIA 620). *et saepe.*

(II) *structurae verbales*: (A) *inf.* (*sc. praes. act. vel depon., poetice perf. act. e. g.* OV. ars 2, 98 SIL. 11, 92; *inf. facilius suppl.* CIC. Catil.; *exempla inde a* CATVLLO *selecta*): ENN. ann. 459 iam ... signa ... sonitum dare voce -bant (LVCAN. 7, 352 regna. MART. 7, 56, 3 Iovi ... templa. *al.*). LAEV. carm. frg. 20 Laertie, ... -a ire Ithacam (VERG. Aen. 1, 678. 4, 118 venatum [CLAVD. DON.: disponunt]. *al.* PROP. 1, 15, 8 formosa novo ... viro. OV. epist. 1, 100. *al.* LIV. 23, 28, 7. *et saepius*). CIC. progn. frg. 5, 2 cum clamore -atis *ranae* inanis fundere voces ([*cf. Arat. 947* βοόωσι]. LYGD. 2, 20 *ossa* f. lacte). Catil. 2, 13 quid dubitaret proficisci eo, quo iam pridem -ret (SALL. Catil. 46, 3 in Apuliam. Iug. 22, 1 NEP. Dat. 4, 1. *al.*). div. 2, 78 libertatem defendere (VERG. Aen. 2, 447 his se ... d. telis. HOMER. 77). Att. 5, 20, 7 Romam litteras mittere (SALL. Catil. 18, 5 Pisonem ... ad optinendas ... Hispanias. OV. met. 5, 182 iaculum. LIV. 42, 29, 8. *al.*). CATVLL. 17, 2 o colonia, quae ... salire -tum habes. LVCR. 5, 1148 se quisque ... ulcisci (OV. fast. 5, 574 numen utrumque. SIL. 2, 133 fatum. 4, 259). SALL. Iug. 13, 2 omni Numidiae imperare. NEP. Att. 9, 2 liberos ... exstinguere. VERG. Aen. 7, 605 Getis inferre ... bellum (LIV. 26, 25, 9 VAL. MAX. 9, 10 ext. 2. LVCAN. 3, 498 acies. *al.*). 11, 509 quas dicere grates quasve referre -em? (OV. ars 2, 17 magna -o ... d. *meo carmine. al.; cf. p. 419, 42*). HOR. sat. 1, 5, 10 iam nox inducere terris umbras et caelo diffundere signa -bat. *et saepe.* *inf. indicat actionem alterius ac -antis* (*cf. acc. c. inf. p. 423, 55*): ITALA Matth. 26, 17 (aur. *et al.* =VVLG.) ubi vis -emus tibi comedere pascha? (*gr.* ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα, *cod. a* praeparemus; *ordine inverso, ut ad p. 424, 31 trahi possit,* cod. b *al.* -emus ... pascha manducare. *cf. etiam* Marc. 14, 12 [cod. r] quo ... -emus tibi manducare pascha? [*gr.* ἑτοιμάσωμεν ἵνα, cod. d *al. et* VVLG. -emus tibi, ut manduces p.]). RVST. HELP. hist. testam. 2 Evae viperea vetitum decerpere pomum invidus arte -at (*vix intellegas ipsum diabolum decerpentem*). (B) *enunt. secund.* (*sc. fin. praeter* LIV. 3, 22, 5; *antecedunt hic illic pron. vel adv. praepar.*):

TER. Haut. 948 iam uxorem ut accersat -et (praepar- *var. l.*). TRAG. inc. 166 pater adpropinquat iamque paene ut *Medea* comprehendatur -at. 188 *te in regnum* summo periclo sola ⌊ut restituam⌋ -o (⌊⌋ restitutio, restituere *var. ll.*). CIC. Verr. II 1, 67 id agi atque id -ari, ut filiae suae vis adferretur (*eodem iuxtapos.*: LIV. 26, 41, 6 non ut ..., sed ne). Att. 8, 1, 2 *a Pompeio* sic ... -ari ..., ut Luceriam ... copiae contrahantur *eqs.* (*an ad b?*). fam. 16, 10, 2 tu Musis nostris -a, ut

[*Breimeier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

operas reddas. LIV. 3, 22, 5 cum Volsci ... dimicare non ausi, quemadmodum quieti vallo se tutarentur, -rent. ITALA Marc. 14, 12 *v. p. 418, 74.* CAPITOL. Max. Balb. 13, 5. *al.*

β *speciatim* -antur *actiones, quae interrumpuntur, ad effectum non perveniunt (sc. ut manifestior eluceat color conandi vel incipiendi; exempla certiora)*: (I) *cum inf.*: TER. Phorm. 3 *poeta vetus Terentium* maledictis deterrere, ne scribat, -at. LVCR. 5, 1269 *olim non aere, sed* argento facere haec (*sc. silvas caedere sim.*) ... -bant ...; nequiquam. SALL. Iug. 42, 5 de ... civitatis moribus si ... -em (parum *var. l.*) disserere, tempus quam res maturius me deseret. VERG. Aen. 3, 248 bellumne inferre -atis et ... Harpyias ... pellere regno? (*3, 240* proelia temptant). HOR. sat. 2, 3, 13 invidiam placare -as virtute relicta? contemnere miser. 2, 3, 271 si *quis* insanire -et certa ratione (*antea*: laboret; *cf. Ter. Eun. 63* si des operam, ut cum ratione insanias). PROP. 1, 20, 43 *Hylas, antequam a nymphis rapitur, aquam* haurire -at. OV. met. 2, 350 cum crinem manibus laniare -ret *Helias*, avellit frondes (*in metamorphosi ut*: 4, 588 quotiens ... aliquos -at edere questus, sibilat. 11, 58 BOETH. cons. 4 carm. 3, 14). 12, 439 dum -at hic armis nudare iacentem, *necatur*. fast. 6, 521 Herculis adventu, quae vim modo ferre -bant, ... terga dedere fugae. *al.* LIV. 1, 36, 1 *rex* muro ... circumdare urbem -bat, cum ... bellum coeptis intervenit (25, 22, 8). CVRT. 8, 13, 23 traicere amnem ... -bat ..., cum *eqs. al., sc. in poesi.* (II) *cum subst. verbali*: VERG. Aen. 8, 214 cum iam stabulis ... moveret *Hercules* ... armenta abitumque -ret, discessu mugire boves *eqs.* SIL. 11, 88 *Torquatum* palmas ... intentantem ... proavitaque facta -antem (*11, 90* excipit his *verbis* ... Fabius: '...'). SPART. Carac. 5, 4 ad orientem profectionem -ans omisso itinere in Dacia resedit. AVSON. 325, 54 p. 112 P. *Amorem* cassa -antem suffugia. ARATOR act. 2, 1162 rapinas.

b *sola cogitatione, consilio sim.* (*sublucet vis q. e. animo proponere, in animo habere sim.; exempla certiora et inde a* CIC. *selecta*): PLAVT. Mil. 267 (*imagine militari*) si invenio, qui vidit, ad eum vincam ... agam: res -tast, vi pugnandoque hominem caperest certa res (TER. Andr. 32 ad hanc rem quam -o, ... fide *opus est*). ENN. scaen. 340 ibi quid agat, secum cogitat ⌊-at⌋ putat (⌊⌋ *sunt qui metri gratia coniciant* curat *vel* paritat). TER. Phorm. 191 quam ... fugam aut furtum -at? (DRAC. Romul. 10, 346). ACC. trag. 485 cuius vos tumulti causa accierim et quid -em, animum advortito (LIV. 25, 8, 6 cum ..., q. -rent, exposuissent. 33, 14, 11 insciis omnibus, q. -ret. *al.* STAT. Ach. 1, 272 quid ... -ant oculi? *al.*). CIC. Q. Rosc. 40 hoc loco ... quid -es respondere, scire cupio. Sest. 144 me ... dicentem et plura etiam dicere -antem horum aspectus ... repressit (VERG. Aen. 4, 390 *Dido* linquens ... *Aeneam* multa -antem d. [volentem d. *var. l., quod trad. 2, 790*]. 10, 554 caput ... multa -antis d. deturbat [*cf. Hom. K 454* ἔμελλε]. *al.; aliter p. 418, 65*). Phil. 14, 15 in me impetus ... -batur (*antea*: cum consilia inirent). SALL. Catil. 43, 3 inter haec -ta atque decreta (*v. 43, 1* constituerant, uti *eqs.*). Iug. 71, 5 quae ipse -visset facere, perfidia clientis sui praeventa *esse* (SEN. Thy. 266 f. quid tandem -as?). VERG. Aen. 8, 400 (*Vulcanus ad Venerem*) si bellare -as atque haec tibi mens est (CLAVD. DON.: disponis). OV. met. 6, 618 magnum, quodcumque -vi: quid sit, adhuc dubito. 6, 623 triste -at facinus tacitaque exaestuat ira (9, 150 TAC. ann. 15, 74, 1). 11, 413 ad Clarium -at ire deum ([*415* consilii ... certam *facit coniugem*]. LIV. 29, 5, 9 CVRT. 9, 3, 8. *al.*). *et saepius.*

poetice pro actione ponuntur ipsa corporea, ad quae consilium sim. spectat (nisi cogites de inf. quodam supplendo): PLAVT. Asin. 168 (*ad lenam*) modo quom accepisti, haud multo post aliquid quod poscas -as (*sc. donum sim. ut*: Truc. 51 prius quam unum dederis, centum quae poscat -at). VERG. Aen. 11, 18 arma -ate animis et spe praesumite bellum (SERV.: aut hypallage est pro 'armis -ate animos' aut certe est mutanda distinctio, ut sit 'animis et spe praesumite bellum'. CLAVD. DON.: arma sint in animis vestris armaque tractentur. *ad rem cf. p. 421, 68*). SIL. 4, 446 *consulem* Garamantica pubes cinxerat et Tyrio regi nova dona -bat, armorum spolium *eqs.* STAT. Theb. 6, 693 spatium ... inmane -bat *Phlegyas discum iacturus.*

C *animantes partesque et coetus eorum*: 1 *-are alios*: a *singulos homines, deos sim.*: α *cum solo obi.*: (I) *generatim (sc. saepe quaerendo, arcessendo, obligando sim.; alias rationes -andi infra illustrare temptavimus; de* PLAVT. Curc. 506 *v. sub* 2. paro): TER. Haut. 976 nec tu aram tibi nec precatorem -aris (-bis *A*). CIC. Quinct. 75 -antur testes, qui hoc dicant. Tull. 19 (*18* adducit ... homines electos ... et iis arma ... comparat) ad quam rem -ti essent (*item coguntur vel instruuntur viri armati*: Sest. 84 homines ... emisti, coegisti, -asti. SALL. Iug. 74, 2 Numidae ab Iugurtha pro tempore -ti instructique. LIV. 27, 10, 2 milites ex formula [27, 10, 3]. 28, 44, 5 mercede -tos milites. *al.*). Verr. II 1, 74 accusatorem. 3, 55 recuperatores. Att. 2, 5, 3 num quis in eius (*sc. auguris cuiusdam?*) locum -etur (*eligendo, potestatem publicam tribuendo sim. ut*: SALL. hist. frg. 1, 11 *plebs* tribunos plebis ... sibi -vit. or. Macri 15. or. Phil. 17 legatos et decreta -atis. LIV. 35, 20, 13 praetores. *al.; cf. p. 420, 73. 78*). ad Q. fr. 1, 4, 3 intercessor -bitur (*in re simili* CAEL. Cic. fam. 8, 8, 9). CAEL. Cic. fam. 8, 1, 1 -vi, qui sic omnia persequeretur, ut *eqs.* LVCR. 1, 199 homines tantos natura -are non potuit, pedibus qui *eqs.* (*item creando, formando sim.*: ITALA psalm. 118, 73 [cod. 325 *al.*] manus tuae fecerunt me et -verunt me [*gr.* ἔπλασαν, *Vulg.* plasmaverunt]. IREN. 1, 6, 1 *salvatoris* corpus ... -tum ..., ut et visibile ... et passibile fieret [*gr.* κατεσκευασμένον]. Ps. HIL. libell. 6 p. 76, 17. *al.*). HIRT. Gall 8, 28, 1 Fabius equites praemittit sic -tos, ut configerent *eqs.* (*item docendo vel etiam exercendo sim.*: LIV. 3, 10, 10 Hernicos ad partes -tos *esse in excitanda belli fama.* SEN. dial. 1, 1, 6 *deus* bonum virum ... experitur, indurat, sibi illum -at. *al.; cf. infra e. g. l. 42. 45*). SALL. Iug. 33, 2 *Iugurtha* tribunum plebis magna mercede -at, cuius *eqs.* (*cf.* 35, 4 pretio ... insidiatores Massivae [*in eadem re*: 35, 6 qui ad caedem -ti erant]). VERG. Aen. 1, 360 fugam ... sociosque. HOR. sat. 2, 3, 215 ancillas (*v. p. 415, 48*). PRIAP. 83 (Tib. 2), 27 bidens amica Romuli senis memor -atur *peni puniendo* (*in eadem re* 31). OV. am. 2, 14, 12 qui ... iterum iaceret generis primordia nostri ..., -andus erat (*item destinantur a deo vel fato*: SEN. Herc. f. 210 protinus reduci *Herculi* novus -atur hostis. TAC. ann. 15, 47, 2 -ari rerum humanarum aliud caput. ITALA gen. 24, 44 [Aug. loc. hept. 1, 88] quam *mulierem* dominus famulo suo Isaac [*Vulg.* praeparavit]. *al.; cf. etiam l. 82*). ars 1, 237 vina -ant animos faciuntque caloribus aptos (*sim.* rem. 805). *al.* ? *usu neglegentiore imperf. pass. pertinet potius ad statum iam perfectum*: VVLG. Esth. 4, 14 (*Mardocheus ad Hester*) quis novit, utrum idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore -reris?

(II) *speciatim -antur*: (A) *servi emendi, operarii conducendi sim.* (*milites sim. v. e. g. p. 419, 76, et pecunia corruptos l. 9 sq.; ceterum cf. p. 421, 9 sqq.*): PLAVT. Epid. 371 ego -bo aliquam dolosam fidicinam, nummo conducta quae sit, quae se emptam simulet *eqs.* Merc. 341 amicam mihi -vi, animi causa, pretio eripui. TER. Hec. 726 aliquam puero nutricem -a (DON.: -a pro quaere). Eun. 488 qui haberet, qui -ret alium *servum* ([*Eugraph. 487* si haberet tantum, unde alium compararet]. CIC. dom 6 s. tuos a te iam pridem ad bonorum caedem -tos. Cael. 58. SALL. Iug. 31, 11 s. aere -ti [HOR. sat. 2, 3, 129]. ALF. dig. 50, 16, 203. *al.*). CIC. Planc. 62 in mancipiis -andis ([*postea*: emimus]. LIV. 41, 6, 10 argento -ta m. VLP. dig. 14, 4, 5, 14). Lael. 55 famulos. CATVLL. 10, 20 octo homines -are rectos (IVLIAN. dig. 19, 1, 24, 1 [*e Sab.*] ex peculio [PAVL. dig. 12, 1, 31, 1]. APVL. met. 8, 26, 2 h. servulum ministerio suo. VLP. dig. 50, 16, 185). 10, 30 meus sodalis ..., is sibi -vit (*sc. servos, v. l. 36; iidem subaudiuntur*: 10, 32). VARRO rust. 1, 17, 3 (*e Cassio*) operarios. 3, 14, 1 fugitivarius (*v. vol. VI 1, 1494, 59*). *al.* ALF. dig. 32, 60, 3 topiarium ..., saltuarium (VLP. dig. 33, 7, 12, 4 [*e Labeone*]). OV. am. 1, 8, 87 servus et ad partes sollers ancilla -entur, qui doceant *eqs.* (*nisi trahas ad l. 6*). LIV. 41, 20, 13 magnis pretiis -tos gladiatores. *al.* (B) *liberi*: *quolibet modo*: PLAVT. Most. 122 parentes fabri liberum sunt; ... *eos* extollunt, -ant sedulo in firmitatem *eqs.* PELAG. in Eph. 6, 1 ('filii, oboedite parentibus vestris') -at eos disciplinae, qu[i]a illos a parentibus ... praecipit erudiri. DRAC. laud. dei 1, 48. *v. etiam p. 424, 28. 30.* *quaerendo, suscipiendo sim.* (*vix creando, ut p. 419, 84, sed v. l. 56; ceterum cf. p. 421, 14. 15*): GELL. hist. 15 unde (*sc. e Sabinis raptis*) liberos sibi et suis, posteros patriae -rent ([patra- *var. l.*]. VARRO Men. 552). STAT. Theb. 1, 70 (*Oedipus ad Tisiphonen*) natos ... tibi ... -vi. PLIN. epist. 8, 10, 2 *abortu neptis* senectutem tuam quasi -tis posteris destitutam (*addas* GELL. *supra*). SER. SAMM. 608 fetus studio *medicorum* curante -tos. CE 92, 12 quem (*sc. puerum?*) nuper -aram. LVX. anth. 293, 3 te ... -vit Aeolus (*fort. generando, v. Happ, 1986, ad l.*). (C) *amici, propinqui sim.* (*sc. conciliando sim., aliter vero l. 12. 17. 28; ceterum cf. infra l. 83 sqq.*): TER. Andr. 66 ut facillume ... amicos -es ([*cf. 68* obsequium a. ... parit]. CIC. Lael. 54 veros [parere *var. l.*]. 55. SALL. Iug. 10, 4 quos *a.* neque armis cogere neque auro -are queas: officio ... pariuntur [-antur *var. l.*]. SALL.[?] rep. 2, 6, 6 LIV. 9, 3, 12. *al.*). Ad. 477 ille ... psaltriam ... -vit, quicum vivat. CIC. p. red. ad Quir. 9 quos *propinquos* ego -are non potui. OV. rem. 449 sibi ... solacia bina -vit (*441* ut ... binas habeatis amicas). fast. 4, 592 *non* gener hoc nobis more -andus erat. SEN. Herc. O. 1491 tuis hanc facibus et thalamis -a. TERT. virg. vel. 11, 8 *virgini* maritum.

β *accedit praedic.* (*obi. vel praedic. suppl.* LIV., SEN.): PLAVT. Merc. 996 hunc senem -a ⌊me⌋ clientem (⌊⌋ *secl. Guyet, Leo*). Mil. 846 ut tibi ... alium subpromum -es. TER. Haut. 1002 eum mihi precatorem -o. Eun. 770 huic ipsi est opus patrono, quem defensorem -o (PLANC. Cic. fam. 10, 7, 1 *non* te ... in culpa d. mihi -vi. SVET. Iul. 29, 1 ingenti mercede. HIER. epist. 49, 1). CIC. Att. 2, 5, 2 qui consules -entur, utrum ... Pompeius et Crassus *eqs.* SALL. or. Macri 1 uti ... *plebs* vindices -visset omnis iuris sui tribunos plebis. VERG. Aen. 2, 181 *Danai* arma deosque -ant comites. OV. ars 1, 378 *ministra, quam amavisti*, dominae munus ⌊te -at⌋ (⌊⌋ temperat *var. l.*). LIV. 5, 26, 1 patres ... evicerunt, ut ... Camillus crearetur *tribunus militum*; propter bella simulabant -ari ducem (SVLP. SEV. chron. 2, 21, 1 vicarium exercitui, quem -verat d., Iudam filium substituit [*nisi aliter interpungas*]). SEN. epist. 86, 21 ne, quemadmodum Aegialus me sibi adversarium -vit, sic ego -em te mihi. SIL. 4, 709 hunc *Flaminium* ... -at imperio Saturnia fesso ductorem *eqs.* MART. 1, 54, 6 inspice, qui novus -atur, an possit fieri vetus sodalis. 9, 14, 1 hunc, quem mensa tibi, quem cena -vit amicum (PLIN. epist. 4, 17, 9

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

multos quidem a. tibi ... -vi, praecipuos tamen Secundum *eqs.*). Qvint. inst. 4, 1, 41 in ancipiti ... benevolum iudicem ... -are. *al.* *pass. cum praedicativo vergit in notionem q. e. fieri* (*sc. non respicitur qui -et*): Ps. Avg. serm. Rev. Bénéd. 57, 1947 p. 123, 52 numquid *Maria* passa est puerpera -ta pudoris in ipso ... partu naufragium?

b *coetum, multitudinem hominum* (*animalium v. sub c*): α *quemlibet*: Plavt. Pseud. 391 tibi nunc dilectum -a ex multis atque exquire illinc unum, qui *eqs.* Cic. Sull. 55 in -anda familia ([*antea*: ut emat gladiatores]. Varro rust. 1, 18, 6 quantam *f. servorum* -es. Frontin. aq. 116, 1 quae f. huius rei causa -ta est [*sc. tutelae ductuum*]). Sall.(?) rep. 2, 6, 6 tibi ... amici et multa praesidia -anda sunt. 2, 10, 8 *apud maiores* factio contra hostis *tantum* -batur. Verg. Aen. 5, 548 puerile ... agmen. Tib. 1, 10, 39 prole -ta. Carm. de bell. Aeg. frg. 2, 3 G. choros. Liv. 39, 24, 3 subolem ... stirpis -bat cogendis omnibus procreare ... liberos. Sen. Phoen. 615 has tuo sceptro -et tradatque gentes. Vlp. dig. 50, 16, 195, 3 corpus quoddam servorum. Itala Luc. 1, 17 (cod. b *al.* = Vvlg.) -are domino plebem perfectam ([*cod. d* praeparare, *cod. e* comparare]. Cypr. epist. 57, 1 p. 651, 10 *ad certamen*). Cypr. epist. 72, 2 p. 777, 11 quam *ecclesiam Christus* ... sanguine suo -vit. *al.* β *militarem*: Plavt. Cas. 50 (*in imag.*) sibi uterque contra legiones -at ...; pater adlegavit vilicum *eqs.* (Brvt. Cic. fam. 11, 20, 4 l. armo, -o. Capitol. Aur. 21, 8). Pseud. 579 (*in imag.*) in meo pectore prius ita -vi copias ..., facile ut vincam (*al. v. vol. IV 908, 63 sqq.*). Cic. Catil. 1, 15 manum (ad Q. fr. 2, 3, 4 [*nisi ad B*]. Heges. 1, 12, 3 p. 18, 25). Sest. 40 exercitum (Phil. 4, 4 [*4, 3* conficeret]. Sall. Iug. 28, 4. *al.* Nep. Dat. 11, 1 Eum. 6, 4. Liv. 6, 6, 13 e. instructo -toque [8, 30, 4]. *al.*). Phil. 10, 9 *Brutus* praesidia vestrae libertati -vit ([*nisi ad B*]. Att. 7, 13, 2 fam. 2, 17, 3). Caes. civ. 1, 29, 3 auxilia, equitatum -ari (Liv. 29, 3, 13. *al. v. vol. II 1628, 37 sq.*). *al.*

c *animalia*: α *in universum*: Cic. Tusc. 1, 108 *in Hyrcania canes publice alitos* pro sua quisque facultate -at, a quibus lanietur *mortuus* (Rvt. Nam. 1, 623). Lael. 55 equos (Caes. Gall. 5, 55, 3 a finitimis e. -are. Sall. Iug. 43, 3. Frontin. strat. 2, 5, 30 e., quos ante portam -tos habebat. Tac. Germ. 18, 3. *al.*). Caes. Gall. 4, 2, 2 *Galli iumenta* impenso -ant pretio (Vlp. dig. 33, 9, 3 pr. [*e Sab.; loco fortasse turbato*] i., quae dominici usus causa -ta sunt). Varro rust. 3, 3, 5 augures ... ad auspicia ... -arunt pullos (Ennod. epist. 1, 18, 4 p. 30, 5 aquilas ferunt p. suos ... ad solis -are radios). Ov. am. 3, 13, 3 sacerdotes Iunoni festa -bant et ... bovem (Vvlg. II Esdr. 5, 18). Liv. 30, 18, 6 -tos elephantos ... in proelium *inducere* (38, 38, 8 e. tradito omnes, neque alios -ato). Manil. 5, 386 volucres ad iussa -tas. *al.* β *in re rustica* (*sc. fere emendo nec non educando, nutriendo sim.; fortasse huc pertinent etiam l. 34. 37*): Cic. Lael. 62 in illis, *sc. capris et ovibus*, ... -andis adhibere curam, in amicis eligendis neglegentes esse (Alf. dig. 32, 60, 3 *oves* stercorandi fundi causa). Varro ling. 5, 96 boves ideo ... -bant (-bantur *m. pr.*), ut inde eligerent ad arandum (rust. 1, 20, 1 Colvm. 6, 1, 3 Pallad. 4, 11, 1. 4, 11, 3). rust. 2, 1, 11 scientia pecoris -andi ac pascendi (2, 1, 12. 2, 1, 13 ut bonum -es p. 2, 1, 15 [*obi. suppl.*]. 2, 1, 24. Vitr. 8, 3, 14 Colvm. 1 praef. 25. *al.*). 2, 3, 10 *ut* ad denas capras singulos -ent hircos. 2, 8, 5 in grege mulorum -ando. 2, 9, 2 *alterum genus canum* custodiae causa -atur (3, 9, 4 *gallinarum.* Colvm. 6 praef. 6 *quadripedum*). 3, 6, 2 *pavones.* *al.*

2 *-are se vel partes suas* (*maxime cum respectu se instruendi, se praeparandi*): a *reflexive*: α *accedunt structurae*: Ⓘ *variae*: Ter. Eun. 249 (*verba parasiti*) hisce *hominibus* ego non -o me, ut rideant, sed eis ultro adrideo *eqs.* Cic. Flacc. 11 ad id se -at *testis* (*sc. ut laedat neve coarguatur*). orat. 122 ad discendum. fam. 1, 7, 9 ut haec multo ante meditere, huc te -es, haec cogites, ad haec te exerceas. *al.* Cael. Cic. fam. 8, 8, 10 Curio se contra eum *Caesarem* totum -at. 8, 9, 2 ad hunc eventum. Lvcr. 4, 804 (*perperam iteratum* 808) *rerum simulacra* pereunt, nisi queis (*Purmann*; que ex *trad.; alii alia*) sese ipse *animus imaginatione* -vit; (805) ipse -at sese porro speratque futurum, ut videat *eqs.* Caes. Gall. 7, 41, 4 similem ad casum. Bell. Alex. 13, 4 ad confligendum (*cf.* 13, 6 ad dimicandum. Verg. Aen. 10, 259 animos aptent armis pugnaeque -ent se. Liv. 9, 14, 1 ad proelium. 36, 43, 12 ad navale certamen. *sim. al.*). Prop. 2, 24 b, 48 dura est, quae multis ... fingit amorem, et se plus uni si qua -are potest (*sc. ornando, qui respectus subest et loco corrupto* Ov. medic. 27. *cf. p. 422, 16*). Ov. met. 6, 613 in omne nefas. *et saepius.* Ⓘⓘ *forma* ita me -o, ut (sic ..., ut *l. 83; locutioni vim peculiarem tribuit* Don. Ter. Hec. 68, 2 hoc verbum adversum ⟨im⟩munificos [*corr. Sabbadini, Stud. Ital. 3, 1895, 351*] et segnes sumitur. Eun. 240, 2 hoc proprie verbum ad exprimendam immunitatem et ignaviam factum est): Ter. Hec. 68 nemo ... ad te *meretricem* venit, quin ita -et sese, abs te ut ... quam minimo pretio suam voluptatem expleat. Eun. 240 (*ad miserum quendam*) itan -asti (praepar- *var. l.*) te, ut spes nulla reliqua in te siet tibi? (Don. *ad l.* 1 quam obiurganter! tamquam in illo sit, quod miser est. Schol. Bemb.: conposuisti, apparasti). Trag. inc. 112 ut vinci nesciant. Cic. Cluent. 88 me ad omnia confirmavi et sic -vi, ut docerem *eqs.* Att. 2, 18, 4 ad Brut. 1, 3 W. Liv. 3, 40, 12. 35, 23, 10. Ⓘⓘⓘ *forma* -o me facere (*cum inf. pass. l. 3*): Sort. Sangall. 17, 11 -a te reddere rationes (*imperat. ut*: Avg. serm. 69, 3, 4 videre. de serm. dom. 1, 19, 57 l. 1416 [*antea*: noli tu percutere] -a te adhuc percuti [percutienti *var. l. et edd. vet.*]. Caes. Arel. serm. 182, 2 p. 700, 5 audire. Gloss. III 46, 36 abstinere te et scire *eqs.* [101, 11 a. et s.]). Schol. Iuv. 13, 199 -vit se ... reddere *pecuniam* (*antea*: r. dubitavit). Avg. in psalm. 86, 9 l. 18 ⌊nos⌋ -emus gaudere ad deum, laudare deum (⌊ ⌋ *acc. ut ibid.* l. 43; *cf. enim* l. 42 ad aliud gaudium nos -emus).

β *nude*: Lvcr. 4, 805 *v. p. 421, 65.* 4, 809 oculos etiam, cum tenuia ... cernere coeperunt, contendere se atque -are. Bell. Alex. 45, 4 -bant se Vatiniani repente oppressi (*sc. ad pugnam; sim.*: Spart. Sept. Sev. 15, 3 ut se -ret ac bellum Parthis inferret. Veg. mil. 3, 22 p. 113, 7 Heges. 4, 15, 2 p. 263, 14). Tert. adv. Marc. 4, 29 p. 521, 24 (*ad Luc. 12, 39 sq.*) qui se non -verint nec caverint furem. Itala apoc. 19, 7 (cod. g *al.*) venerunt nuptiae agni et sponsa eius -vit se (*Primas. al. et Vulg.* praeparavit se).

b *mediopassive* (*an huc* Liv. 42, 53, 1 Mart. 11, 78, 3*?*): Bell. Afr. 12, 3 *Caesar* milites in campo iubet galeari et ad pugnam -ari (*cf.* Liv. 21, 53, 7 ad propinquum certamen. Cypr. epist. 58, 8 p. 663, 13 ad agonem saecularem exercentur homines et -antur. *sim. al.*). Sen. contr. 2 praef. 4 illum illi studio (*sc. declamandi*) -ari, non per illud alteri praeparari. Sen. Herc. f. 872 tibi, mors, -amur; sis licet segnis, properamus ipsi (*cf.* Sil. 12, 586 senes morti ... -antur). dial. 5, 7, 2 ea, quae -as quibusque -aris. epist. 70, 20 cum ad matutina spectacula -retur *bestiarius.* 102, 29 illis *deis nos* in futurum -ari iubet *cogitatio.* Val. Fl. 2, 390 pelago ... -ari praecipitat *Iason socios.* Qvint. inst. 11, 3, 25 ediscere quam maxime varia ..., ut simul in omnia -emur (*nisi ad 1*). Ivv. 6, 251 verae ... harenae. Cypr. epist. 58, 8 p. 664, 4 armari et -ari nos ... docet *Paulus* (*affertur Eph. 6, 12 sqq.*). Avson. 313, 5 p. 408 P. pulchrius multo -ari quam creari nobilem (*praedicative, cf. 1aβ*). *al.*

c *-are partes suas*: Hor. epist. 1, 18, 112 *Iuppiter* det vitam, det opes, aequum mi animum ipse -bo (Liv. 35, 20, 1 nihildum ad id bellum praeter animos. 35, 35, 16. 36, 17, 16 in haec ... praemia dignos -ate a., ut *eqs.* Sen. dial. 9, 3, 1 ad ... certamen. Val. Cem. hom. 1, 5 imperio). Ov. met. 6, 553 iugulum Philomela -bat spemque suae mortis viso conceperat ense (Qvint. decl. 305, 6). 9, 34 bracchia ... opposui ... et pugnae membra -vi. 13, 568 *Hecuba, cum canis fieret*, rictu ... in (ad *var. l.*) verba -to latravit conata loqui. Liv. 35, 35, 16 -ate animos, dextras, ne quis ... cesset (Sen. Herc. O. 999 d. intrepidam -a. Val. Fl. 4, 289 *in pugilatu.* Clavd. carm. min. 53, 7 in bella). Sen. Tro. 87 -et exertos turba lacertos. Val. Fl. 2, 125 *Fama* iam ... ora -at, iam suscitat aures. 7, 32 vultus vocesque. Stat. Theb. 12, 604 *taurus* arma -at (*sc. cornua*). Ps. Qvint. decl. 4, 5 membra nudavi et ad incurrens ubique ferrum vitalia -ta circumtuli. Itala II par. 19, 3 (Lucif. non conv. 4 *al.*) -asti cor tuum ad requirendum dominum ([*gr.* κατηύθυνας, *Vulg.* praeparaveris]. 20, 33 [Complut.] ad dominum [*gr.* κατεύθυνεν, *Vulg.* direxerat]. *al.*). *al.*

II *-antur minus definita, incerta*: A *cum obi.* (*specimina paucissima*): Plavt. Amph. 971 *curemne* ut apparentur, quibus opust? :: ... quantum potest -ta fac[ta] sint omnia. Aul. 784 *num renuntiatur* repudium rebus -tis, exornatis nuptiis? Men. 955 ut -entur, quibus -tis opus est (*cf.* Ter. Andr. 523 quod -to opus est, -a). Persa 302 -tum iam esse ..., unde argentum sit futurum. Ter. Eun. 500 ut sint domi -ta ([Don. 499: non dicit quae, quia intellegitur]. *item per plur. respicitur obi. quoddam generale*: Ad. 787 -ta a nobis sunt, ita ut dixi [Don.: non dixit quae, sed 'ut dixi' dicendo significat dixisse se omnia]). Ad. 285 lectulos iube sterni nobis et -ari cetera. Cato agr. 2, 6 si quid desit in annum, uti -etur. *et saepe.*

B *sine obi.* (*locos, ubi facilius suppletur e contextu, v. sub I; ceterum huc vergit p. 417, 66; adhibetur nimirum variis coloribus supra illustratis*): Plavt. Curc. 353 'omnis res -tast'; et nos, quibus -tum est, assumus (*pass. impers. ut*: Ter. Eun. 608 de symbolis quid actumst? :: -tum est. Cic. Att. 7, 8, 4 *Caesar* cum audierit contra se diligenter -ari. Varro ling. 10, 32 -etur pugnetur, -ari pugnari [*exempla sunt imperandi, quae afferuntur inter* declinatuum species ..., quae tempora habent sine personis]. *al.*). Men. 352 -a cura vide, ⌊quod opust fiat⌋: sternite lectos *eqs.* (⌊ ⌋ *nisi enunt. secund.*). Ter. Andr. 254 uxor tibi ducendast ..., -a, abi domum. Cic. ad Q. fr. 3, 7(9), 3 de dictatore ... actum ... nihil est; ... Hirrus -at, multi intercessores numerantur (*cf. 3, 6[8], 4* Hirrus auctor fore videtur). Sall. Catil. 6, 5 Romani domi militiaeque intenti festinare, -are *eqs.* (Iug. 76, 4. *cf.* Iug. 11, 8 moliri, -are). Iug. 31, 17 maius dedecus est parta amittere quam omnino non -visse (*cf. Thuc. 2, 62, 3* κτωμένους. *item iuxta* parta: Paneg. 2, 25, 6 -andi rabiem p. irritabant). 60, 1 oppugnare aut -are. Nep. Att. 13, 4 potius diligentia quam pretio -are. Verg. Aen. 2, 121 (*v. 2, 118* anima ... litandum) *quaerunt*, cui fata -ent, quem poscat Apollo (Serv.: cui praeparent mortem. auct.: sunt, qui ita dividant: 'cui fata -ent' vitam, 'quem poscat Apollo', ut moriatur. *sunt, qui* fata *pro obi. habeant vel textum corruptum putent*). Liv. 34, 4, 16 (*an ad A?*). Itala II par. 35, 14 (Complut.) postquam *levitae pascha facientes* -berunt sibi et sacerdotibus (*gr.* μετὰ τὸ ἑτοιμάσαι, Vvlg. sibi ... et s. postea -verunt. *vix*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

subaudias pascha *vel sim., ut ad I pertineat; in eadem re*: 35, 15 [Complut.]. ITALA [= VVLG.] III Esdr. 1, 13 Weber. *al.*). Luc. 9, 52 (aur. *al.* = VVLG.) *nuntii* intraverunt in civitatem ..., ut -rent illi *Christo*; et non receperunt eum (*gr.* ὡς ἑτοιμάσαι αὐτῷ, *cod. d* praepararent). act. 10, 10 (cod. e, *sim.* VVLG.) *Petrus esuriens* voluit gustare; -antibus autem eis cecidit super eum pabor *eqs.* (*gr.* παρασκευαζόντων, *cod. d al.* praeparantibus). PANEG. 3, 21, 4 gratuitas et -tu facillimas comites, iustitiam *eqs. al.* *forma* -bo et monstro *pro* -bo monstrare *sim., sc. figura q. d. enumerativa* (*v. Hofmann-Szantyr 783; cf. e. g. p. 422, 12. 14*): CHIRON 28 nunc etiam -bo et monstro: '...' (*antea*: dicere sic incipiam).

CAPVT ALTERVM: *usu technico et notione parum dilucida in administrandis muneribus publicis de suscipienda provincia* (*in locutione iuris fortasse vetusta primitus accessisse obi. putaverimus* [*v.* LEX, SALL., FEST.], *ut* -are *significaret actionem acquirendi praebendique, quae fiebat consensu collegarum mutuo nec sorte* [*opp.* sortiri LEX, CIC.]; *inde fortasse notione deflexa sine obi.* [HEMINA, CIC.] *adhiberi potuit de ipsa actione conveniendi, paciscendi; de* 2. paro *cogitant alii; verbo* 1. comparo *utitur Liv. in eadem re, v. vol. III 2017, 23. 51. 55 sqq.*): -are *inter se*: HEMINA hist. 11 *pastores* praefecerunt aequaliter imperio Remum et Romulum, ita ut de regno par⟨ar⟩ent i. se (pares i. se essent *edd. vett.*). LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 25 aed(iles) ... i. se -anto aut sortiunto, qua in partei urbis quisque eorum vias publicas ... reficiundas ... curet eiusque rei procurationem habeat. SALL. hist. frg. 2, 98(D)6 consules decretas a patribus *provincias* i. se -vere: Cotta Galliam ... habuit, Ciliciam Octavius ([partivere *Wölfflin*]. FEST. p. 234 ⟨provi⟩ncias i. se pa⟨rarent⟩ [*suppl. Mueller post Ursinum*]. *olim vix recte per coni. etiam* SALL. Iug. 43, 1 *pro* partire). -are *cum aliquo*: CIC. fam. 1, 9, 25 sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam; si curiata lex non esset, se -turum cum collega tibique successurum.

appendix *syntactica*:

1 *indicatur obi.*: **a** *acc. subst. vel pron. passim* (*adv.* sic, ita *fortasse* PLAVT. Poen. 909 CIC. div. 2, 122 LVCR. 6, 31 STAT. Theb. 4, 746 [739]; *cf. etiam p. 418, 77*; -are de *aliqua re* HEMINA hist. 11, *quod v. l. 21*). *accedit acc. praedicativus: v. supra p. 420, 67; ceterum e. g.* OV. fast. 2, 317 potanda ... vina (*item cum gerund.*: AVSON. 400, 5 p. 231, 34 P. vinum ... vehendum. CLAVD. 5, 442 MART. CAP. 8, 807. *al.*). LIV. 36, 17, 16 dignos ... animos. 39, 37, 3 eos *muros* arcem et munimentum sibi. *al.* (*cf. adv. fere pro praedicativo positum e. g.* NOVIVS Atell. 40 domus -ta ... festiviter. GREG. M. moral. 2, 80 mentem ... robustius -are). *per praepos. indicatur materies sim.: v. supra p. 414, 29 et cf.* ZENO 2, 10, 2 (1, 43, 4 L.) de filio hostiam. CONSVLT. Zacch. 2, 11 p. 70, 25 honorem ... de crimine. *al.*

adv. **parātē.** legitur apud PLAVT., CIC., SEN. utrumque, al.; compar. -ius inde a CIC., superl. -issime inde a PLIN. epist. [confunditur cum paratus, -a, -um e. g. SEN. contr. 10 praef. 16 CASSIOD. hist. 1, 7, 3 (v. infra sub 2; falso trad. SEN. contr. 2, 1, 32).]

fere i. q. modo parato, ratione parata sim. (accedit passim ad verba, ad esse cum praedicativo CASSIOD. sub 2 [cf. et -e habeo l. 53]; sine verbo ponitur in exclamatione PLAVT. Epid. 374 sub 1):
1 respicitur potius praeparatio, instructio sim. agentis vel eius in parando diligentia, providentia, cura sim. (saepe in dicendo, argumentando): PLAVT. Epid. 374 (ad servum consilia sua aperientem) ut -e (cf. 356 euge, 359 haud male). Rud. 193 id si -e curavi ut caverem. CIC. S. Rosc. 72 diligentius -iusque venisses in iudicium (Brut. 241 orator quidam ad dicendum veniebat magis audacter quam -e). Phil. 2, 79 invectus est copiosius multo in istum et -ius Dolabella quam nunc ego. de orat. 1, 150 sumpto spatio ad cogitandum -ius atque accuratius dicere (opp. subito . . . dicere). SEN. contr. 9, 5, 11 hoc colore . . . -ius usus est (Müller, partius et pertius trad., peritius Gertz, alii alia). 10 praef. 16 causas nemo diligentius proposuit, nemo respondit -ius (PLIN. epist. 3, 9, 32 [disting. confidenter an constanter]). ANIAN. Chrysost. hom. 5, 1 p. 1021/22 memoriter prius audita retinentes -ius atque instructius ad recentia convolatis (Migne gr. 57, 55 οὕτω tantum). AVG. epist. 167, 2 p. 588, 10 vaniloquis . . . litigatoribus -ius instructiusque resistimus. serm. 37, 10 l. 240 (ad prov. 31, 17 succincta fortiter lumbos eqs.) quam devote servit, quam -e (apparate Maurini; vix ad 2). 2 respicitur potius animus pronus, voluntas sim. agentis (fortasse potius eius prompta celeritas e. g. SEN.): CIC. off. 1, 84 (83) dimicare . . . -ius de honore . . . quam de ceteris commodis (antea: promptiores . . . esse). SEN. benef. 2, 2, 2 qui tam -e facit, non est dubium quin libenter faciat. DON. Ter. Andr. 324, 1 -issime narrat (antea: nulla cunctatione). COLLECT. Arian. nom. apost. 11 celeriter domino oboedivit et -e post ipsum secutus est. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 11 p. 618 Caesarem . . . multo quam ipse -ius memoria renovantem Antipatri expeditiones (gr. 1, 283 ἑτοιμότερον). PRVD. perist. 14, 87 vulnus ut inminens cervix subiret prona -ius. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 192, 12 Christus annuit . . . -issime diligentibus se (gr. I 1, 4 p. 34, 6 κατανεύει . . . ἑτοίμως). CASSIOD. hist. 1, 7, 3 qui fuerint dei sui sic -issime proditores (paratissimi cod. unius man. alt.; gr. Sozom. 1, 6, 3 ἑτοίμους). in graecismo -e habeo fere i. q. paratus sum: ITALA act. 21, 13 (cod. e) mori . . . -e habeo (v. vol. VI 3, 2452, 39). CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 188, 7 -e . . . in hoc, sc. ad pacem, habentes nos invenit (var. ll. paratos . . . in hoc invenit [cf. vers. alias, e. g. I 2 p. 104, 27] vel paratam . . . in hoc habentes pacem i.; gr. e. g. I 1, 4 p. 16, 17 ἑτοίμως . . . ἔχοντας). 3 respicitur potius facilitas, qua quid fit: quod fere necessario consequitur ex ipso actu vel statu: SEN. dial. 7, 8, 6 quidquid agetur a sapiente, in bonum exibit facile et -e et sine tergiversatione agentis. PHILO quaest. in gen. 4, 179 (ad gen. 26, 3 ero tecum et benedicam te) dei . . . comitium (i. praesentia sim.) benedictionem . . . -issime praestat. quod pendet ex arbitrio alieno: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 214, 2 dic, quis alterum sit corripiendo lucratus, . . . quis imitatus Petrum et ⟨quis⟩ ad paenitentiam -e susceptus (act. 2, 38 contulit ed., sed subesse videtur potius Matth. 18, 15 sqq. et 21 sq.). CASSIOD. hist. 1, 11, 36 -issime beneficium promeruit Eutychianus, quod poposcit (gr. Sozom. 1, 14, 11 ἑτοίμως . . . λαβεῖν).

deriv.: parabilis, parabundus, 1. paratio, parator, paratura, 2. paratus, parito.

compos.: ap-, 1. com-, dis-, prae-, re-, se-, supparo, impero; imparatus; cf. opiparus (-is).

cf. Onom. Paratus.

? **2. paro,** -āvī, -ātum, -āre. a par, nisi potius cum 1. paro coniungendum. hoc verbum agnovisse videtur PRISC. gramm. II 131, 27 paenultimam corripit 'parilis' a pare . . . derivativum, quod a verbo '-o' nascitur (unde 'comparo' . . .; proprie enim pares sunt, qui inter se possunt comparari). fere i. q. parem facere, sc. aestimando sim.: 1 in lusu verborum cum par: PLAVT. Curc. 506 eodem . . . vos trapezitas pono et ⌊-o⌋: parissumi estis hibus lenonibus (⌊⌋ pari Leo dubitanter [cf. vol. VII 1, 191, 3 sqq.]; ad 1. paro revocant Ernout-Meillet[4] 481 s. v. par). 2 technice in re publica: v. 1. paro sub capite altero.

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deriv.: ? 2. paratio. *compos.*: *cf.* 2. comparo (*dub., an huc spectent quaedam exempla vocum* disparo *et* supparo).

3. paro, -ōnis *m.*, παρών. *nom. gr.* -on PAVL. FEST. p. 147. [*falso trad.* meo -e *pro* myoparone PAVL. NOL. epist. 49, 15 p. 403, 21. *vix recte coni.* -es *pro* prores SISENNA hist. 105, -um *pro* ⟨bar⟩barum AVR. VICT. Caes. 39, 21.]

significatur genus navium: 1 *testimonia gramm.*: PAVL. FEST. p. 222 -es navium genus, ad cuius similitudinem myoparo vocatur (*cf.* p. 147 myoparo ... ex duobus dissimilibus formatum; nam et mydion et -on per se sunt). GELL. 10, 25, 5 navium ... appellationes, *quae in veterum libris reperiuntur*, hae sunt: ... mydia, phaseli, -es, myoparones *eqs.* ISID. orig. 19, 1, 20 sq. -o navigium (navium vel *var. l.*) piratarum aptum et ex his ita vocatum (*affert* CIC. *infra*) ...; (21) mioparo quasi minimus -o; est enim scapha ex vimine facta *eqs.* (*inde partim corrupte* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 535 -o. 536 paroa). 2 *exemplum usus*: CIC. carm. frg. 8 tunc se fluctigero tradit mandatque -i (-e *cod. unus. si frg. recte carmini q. d. Marius tribuitur, conferri potest Cic. Sest. 50* navigio perparvo. *versus iterari videtur in pavimento operis musivi sub imagine -is* CE 2294, 10 [*saec. II vel III in.*] ⟨...⟩atq. -i).

deriv.: parunculus. *Breimeier.*

parobsis *v.* paropsis.

paroch- *v. etiam* paroec-. **parochēnsis** *v.* paroeciensis.

parochus (-os), -ī *m.*, πάροχος. 1 *testimonia gramm. de notione et de origine*: PORPH. Hor. serm. 1, 5, 46 -i ... cupiarii dicuntur ἀπὸ τοῦ παρέχειν ...; hodieque autem a copiariis praestantur haec iis, qui rei publicae causa iter faciunt. NON. p. 48, 21 -os (paracos *trad.*) a graeco tractum est nomen, quod vehicula praebeat (*Iunius*; praeeat *codd., def. Lindsay*); ὀχήματα enim graece ... appellantur; et est officii genus, quod administrantibus paret (*affert* VARRONEM). SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 46 -i genus officii solitum peregrinis sales et ligna praebere; et significat publicum cursum. *ibid.* -i sunt qui solent legatis causa rei publicae iter facientibus necessaria ministrare, publici muliones; παρέχειν est exhibere. 2, 8, 36 '-i': pascentis ἀπὸ τοῦ παρέχειν, id est pastoris illius, qui convivium praebebat. *ibid.* -i dicuntur qui hospitibus publice exhibent necessaria; hic tamen pascentis et domini. 2 *usus auctorum*: **a** *fere technice in re publica significatur is, qui magistratibus sim. hospitium praebet* (*ad rem v. Zucker, RE XVIII 4, 1670 sqq.*): VARRO Men. 475 hic ... omnia erat, idem sacerdos, praetor, -os; denique idem senatus, idem populus (paracos, paratos *codd.*). HOR. sat. 1, 5, 46 proxima Campano ponti quae villula, tectum praebuit et -i, quae debent, ligna salemque. **b** *iocose transfertur ad quemlibet hospitium praebentem*: CIC. Att. 13, 2^{a}, 2 Sestius noster -us publicus occupavit *Ariarathen regulum* (*vix ad a, v. Shackleton Bailey ad l.*). HOR. sat. 2, 8, 36 *Vibidius* calices poscit maiores: vertere pallor tum -i faciem, nil sic metuentis ut acris potores.

parocia *v.* paroecia. **parocimum** *v.* paronychium.

parōdia, *abl.* -ā *f.*, παρῳδία. *scrib. litt. gr.* QVINT. [*vix recte loco corrupto* PORPH. Hor. epist. 1, 16, 73 *coni. Pauly, Beiträge zur Kritik des ... Porphyrion, 1876 ad l.* (praedia *trad.*; παράδειγμα *Petschenig*).] i. *versus (dictum) ad alterius similitudinem compositus, unde fere sensus irridens oritur*: QVINT. inst. 6, 3, 97 adiuvant urbanitatem ... versus commode positi, seu toti ut sunt ..., seu ficti notis versibus similes, quae -α dicitur. DON. Ter. Eun. 590 'sonitu concutit': -a de Ennio (*scaen. 380*). PS. ASCON. Verr. p. 215, 22 dictum ... in Metellos ... Naevi est: 'fato Metelli Romae fiunt consules' ...; de quo (qua *codd. et edd.*) -a subtiliter Cicero dixit: 'te non fato, ut ceteros ex vestra familia *eqs.*'

parodicus, -a, -um, παροδικός. *i. q. pertinens ad πάροδον, sc. technice*: *in astrologia respicitur cursus stellae* (*quae temporalis, χρονοκράτωρ effecta esse dicitur; cf. Vett. Val. p. 100, 29 ἀγαθοποιοῦ μὴ ἐφεστῶτος παροδικοῦ ἢ κατὰ γένεσιν*): FIRM. math. 5, 3, 3 tunc decernit uxorem *bonam*, cum -us Saturnus (id est temporalis) aut Lunam de quadrato viderit, aut *eqs.* *in arte metrica est nomen versus iambici* (*si recte restituitur*): FRG. Bob. gramm. VI 620, 3 tetrametrum catalecticum, ut est apud Aristophanen, quod ⌊-um⌋ dicitur ab eo, quod intrantes caveam (*Wilamowitz, Kl. Schr. IV 413, 2*, trans scabiam *trad.*) chori id genus carminis canere soleant (⌊⌋ -um *Wentzel*, parhoetiacum *cod.*; *sed fortasse rectius emendatione cautiore* parhodiacum *proposuit Wilamowitz l. c.; cf. imprimis* προσοδιακός [*t. t. metr.*] *iuxta* προσοδικός).

*paroecia (par(r)oc(h)ia), -ae *f.*, παροικία. *de scriptura* (*sc. codd. fere antiquiorum*): paroeci- AVG. civ. 14, 24 p. 51, 18 D. *cod. V* (paroci- V^2). CONC.^{S} II 2, 2 p. 108, 25 *cod. Θ.* GEST. Melet. 1, 2 sqq. (Zeitschr. neutest. Wiss. 35, 1936 p. 159, 13 sqq.). *al., praevalet e. g. in codd.* CASSIOD. hist.; *cf.* paroechi-, parroeci- SVLP. SEV. dial. 1, 8, 2 *cod. V.* CONC.^{S} II 2, 2 p. 58, 21 *cod. r.* MARCELL. chron. II p. 93, 486 *cod. T. al. sed iam codd. antiquissimi multo saepius praebent* par(r)oc(h)i-, *e. g.* DIDASC. apost. (*cod. Veron. saec. VI* parrociter, paroci- *semel*) *et Concilia Galliae (v. Corp. Christ. 149 et Mon. Germ. Hist. Leges III 1), sc. cod. Paris. 12097 saec. VI/VII* (parroci- vel parrochi-), *cod. Colon. 212 ca. a. 600* (parroci- *passim*). *al.; v. p. 434, 7 atque Niedermann, Gnomon 14, 1938, 275. ceterum inveniuntur etiam* parychy-, parruchi-, parrechi- *al.* *de notione*: EVCHER. instr. 2 p. 160, 12 -a adiacens domus, id est dei; dioecesis gubernatio (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PA 538 -a: adiacens domus aut dioecesis). GLOSS.^{L} V Abba PA 57 adiacens vel incolatus. GLOSS. V 318, 56 statuta loca. 318, 60 -idas: subiacentis. 379, 33 loca adiacentia ecclesiae. 424, 15 in diocesi: in -a. *legitur in sermone christ. inde a saec. IV exeunte.*
[*e forma* parochia: *francog.* paroisse; *prov. vet.* parrocho *et var. francoprov., prov. cf. M.-L. 6249. Wartburg VII 658 sqq. St.*]

significatur pars ecclesiae christianae, sc. vel societas, congregatio Christianorum vel eorum regio, territorium ad clericum quendam pertinens (*qui colores saepe aegre diiudicantur; praevalet respectus societatis e. g. l. 38. 40. 54. p. 435, 8, respectus localis e. g. l. 19. 36. 37. 46. 82. graece fere respondet* παροικία. *de origine et usu vocis v. de Labriolle, Arch. Lat. Med. Aevi 3, 1927, 196 sqq.*):

1 *de singulis congregationibus fere ruri sitis, quibus praeest presbyter* (*chorepiscopus l. 32; syn. est* dioecesis *l. 42. 55. 63, at distinguitur l. 28. 36*): **a** *in universum*: CANON. Migne 13, 1188^{A} (*decr. Damasi*) paschae tempore presbyter et diaconus per -as dare remissionem peccatorum ... consueverunt. HIER. epist. 82, 8, 1 *eum* in -a sua (*episcopi Hierosolymitani*) Bethleem presbyterum constitutum (*postea*: in ... territorio). c. Vigil. 3 *presbyteri quidam* -as suas vicinia istius scribunt esse maculatas. RVFIN. Basil. hom. 8, 3 p. 1793^{B} *orbis terrarum* divisus ... per singula loca ecclesiarum dei -is et incolatibus distinguetur (AVG. civ. 14, 24 p. 51, 18 D. presbyter fuit ... in -a Calamensis e. GREG. M. epist. 1, 76. *al.*). AVG. epist. ed. Divjak 23 A, 2 Iosias Russicadensis -ae presbyter. EPIST. pontif. 299 Migne 20, 520^{A} ecclesias in dilectionis tuae constitutas -is. 317 Migne 20, 606^{C} Feliciensem -am ad suam (*episcopi*) dioecesin ... pertinentem. 337 Migne suppl. 1, 797 ne quis -as in alterius territorio civitatis crederet retenendas. *ibid.* contentus -is iure tibi debitis. CONC. Reg. a. 439 (Corp. Christ. 148) l. 74 *episcopo irrita ordinatione creato* unam -arum suarum ecclesiam cedere, in qua aut chorepiscopi nomine ... aut peregrina ... communione frueretur. CONC.^{S} II 2, 2 p. 37, 20 rusticas -as quae sunt in singulis provinciis (*sim. aliae vers., sc.* p. 58, 14. 90, 27 rusticanas. 101, 22. 108, 25 rurales). SIDON. epist. 7, 6, 8 in desolatis ... dioecesibus -isque. CONC. Agath. a. 506 (Corp. Christ. 148) l. 196 extra -as ... oratorium in agro habere. Aurel. a. 541 p. 93, 7 si quae -ae in potentum domibus constitutae sunt. CAES. AREL. serm. 1, 1 in -is quoscumque rusticos ... admonere. 2 admonitiones simplices -is necessarias in hoc libello conscripsimus (*cf.* 13 tit. sermo in -is necessarius). VITA Caes. Arel. 2, 19 per -as ambulabant *clerici cum Caes.* (*2, 18 syn.* dum dioceses visitaret). *et saepe.* **b** *opp. ecclesia episcopalis urbana per*: ecclesia (*cf. l. 23 sqq.*): DIDASC. apost. 9, 8 pastor qui constituitur in visitatione praesbyterii et in ecclesiis omnibus et -is. PAVL. NOL. epist. 3, 6 tam in ecclesiis quam in monasteriis Carthagini Thagastae Hippone Regio et totis -is tuis atque omnibus ... locis. EPIST. pontif. Arel. 1 Arelatensis ecclesia, quae sibi Cytharista et Gargarium -as in territorio suo sitas incorporari iure desiderat. CONC. Carth. a. 419 (Corp. Christ. 149) p. 107 l. 207 nec in sua ecclesia vel -a communicet *episcopus accusatus.* SIDON. epist. 7, 6, 8 per rusticas ... solitudo -as (*opp.* urbanarum ecclesiarum). EPIST. pontif. 976 Migne suppl. 4, 1286 *ecclesia Sessulana* quae Nolanae ecclesiae esse videtur -a. *ibid.* si tanta est ecclesiae Sessulanae penuria, ut -a esse non possit, eam potius titulum Nolanae ecclesiae constitue. GREG. TVR. Franc. 6, 38 (*syn.* diocesis). *al.* civitas: EPIST. pontif. Thiel Felix 13, 9 aut in -a presbyter aut episcopus in civitate (*sim.* CAES. AREL. serm. 1, 12 p. 11, 1). CONC. Agath. a. 506 (Corp. Christ. 148) l. 203 nonnisi in civitatibus aut in -is teneant *missas, non in oratoriis in agro sitis.* Vas. a. 529 p. 56, 17 non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus -is. Arvern. a. 535 p. 69, 1 neque in civitate neque in -is ..., sed in villolis. VITA Caes. Arel. 2, 20 praedicationem, quam non solum in civitate, sed etiam in omnibus -is *fecit* (*antea*: cum in dioceses venissemus). *al.* urbs: MONTAN. epist. 1, 2 non solum -arum, sed et urbium cura ... sollicitet *metropolitanum.* GREG. TVR. glor. conf. 105 p. 815, 16 huius urbis episcopus non est coram, eo quod illum causa visendarum -arum elongaverit.

2 *de dioecesi, provincia, cui praeest episcopus* (*sive suffraganeus, e. g. l. 77. 78, sive metropolitanus, e. g. l. 71. p. 435, 5; syn.* dioecesis *l. 84. al.*): CONC. Taur. a. 398 (Corp. Christ. 148) l. 14 *quasdem* ecclesias *in Narbonensi positas* ... suas (*metropolitani Massiliensis*) -as fuisse (*sim. ibid.* l. 26). HIER. epist. 51, 2, 1 (*Epiphan.*) quamquam in monasterio ordinaverim *presbyterum* et non in -a, quae tibi (*episcopo Hierosolymitano*) subiecta sit (*nisi ad 1a*). 51, 2, 2 (*Epiphan.*) ad meae ... -ae videbantur ecclesiam pertinere *Cypri ecclesiae* (DIDASC. apost. 29, 8 si ... praesbyter de e. -ae venerit, suscipite eum. GENNAD. vir. ill. 36 Vigilantius presbyter ... Hispaniae Barcelonensis -ae e. tenuit). 109, 2, 1 episcopum, in cuius -a esse presbyter dicitur. DIDASC. apost. 9, 23 si ... in -a modica ordinandus est episcopus. AVG. epist. 209, 2 ad -am Hipponiensis ecclesiae pertinebat *castellum Fussalense* (EPIST. pontif. Arel. 18 p. 27, 28 -as Arelatensis eclesie ... in ... alios ... fuisse translatas. AVELL. p. 376, 9. 378, 18. 688, 23 congregata synodo de -a e. Thessalonicensis). epist. ed. Divjak 20, 3, 1 cum regendae ... -ae latissimae non sufficerem (*20, 2, 5* in nostra diocesi). CANON. Turner I 1, 2 p. 191

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rec. VIII (*var. l. et aliae recc.* provincias, *gr.* ἐπαρχίαν). CONC.[S] II 2, 2 p. 47, 8 sq. (*gr. II 1, 3 p. 89, 11. 13* διοικήσεων). EPIST. pontif. 630 Löwenfeld 2 si ad tuam (*episcopi*) pertinet -am *basilica consecranda.* AVELL. p. 529, 22 (*Hormisda synodo Epiri veteris*) *metropolitanus* Eugenius -ae vestrae obtinens principatum. 533, 8 episcopos qui sunt in sua (*metropolitani*) -a. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 130, 25 (*Alexandri metropolitani epistula*) si qui remanserint consoni nobis et placuerit eis permanere in -is nostris. EPIST. pontif. 1056 Conc.[S] IV 2 p. 123, 9 *Theodorus Mopsuestensis* coepit repere extra fines suos ... et in -am ad eum non pertinentem. GREG. M. epist. 14, 7 *episcopus* in cuius -a castrum *Cassiopi* ... est positum (*antea syn.*: in tua ... diocesi. *sim. de eodem loco* 14, 13). *et saepe.*

deriv.: paroecialis, paroecianus, paroeciensis, ? paroecitanus.

paroeciālis, -e. *a* paroecia. *i. q. pertinens ad paroeciam: metropolitani*: AVELL. p. 537, 3 -es ... sacerdotes tuos competenti adhortatione confirma (*cf. 533, 8* episcopos, qui sunt in sua paroecia). 607, 5 episcopus Constantinopolitanus ... episcopis suis -bus ... quid ipse fecerit innotescat (RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 243, 15 [*gr. I 1, 3 p. 27, 30* ἐπαρχιῶται ἐπίσκοποι. *antea syn.* suae regionis episcopi, *opp.* metropolitanus]). *ruralem*: GREG. M. epist. 1, 51 parroechiales (-och- *var. l.*) presbyteros ... ordinare. CONC. Brac. a. 572, 3, 2 in ecclesiis parochialibus. *ibid.* parochiales clerici.

paroeciānus, -a, -um. *a* paroecia. *i. q. pertinens ad paroeciam*: CONC. Aurel. a. 541 p. 88, 17 ut parrociani (-och- *var. l.*) clerici a pontificibus suis ... statuta canonum legenda percipiant. Tolet. a. 589 Mansi 9, 994[A] si episcopus unam de parochianis ecclesiis suis monasterium dicare voluerit (*var. ll.* paroecia- *nec non* parroc(h)itanis [*sec.* metropolitanus?], *quod receperunt Arevalo et Vives 1963 p. 126, 12. 134, 22*). CANON. Turner II p. 316 cod. C de presbyteris vel diaconibus parrochianis. *m. plur. pro subst.*: MIRAC. Theclae 1 p. 170, 13 cum ... parrochiani mane ad eandem properassent ecclesiam. VEN. FORT. vita Leob. 24, 76 (*nisi est saec. IX*) filia unica cuiusdam ex parroechianis.

paroecicus, -a, -um, παροικικός. *i. q. ad colonatum spectans, colonarius*: IVLIAN. epit. novell. 111, 1 nulli liceat administratori rerum ecclesiae maioris huius imperialis civitatis ... vendere vel donare ... rem immobilem vel annonas ...; sed neque -o iure dari quidpiam concedimus (*var. ll.* patricio, patrio, pari *sim.*; *cf. Novell. Iust. 120, 1 pr.* παροικικῷ δικαίῳ, *lat.* de colonis iuste dari).

paroeciēnsis, -e. *a* paroecia. *i. q. in paroecia constitutus*: MONTAN. epist. 1, 4 praecipiuntur -es presbyteri ... chrisma a praesidente sibi episcopo petant (par(r)ochi- *trad.*, parochenses *ed. Migne*).

? **paroecitānus** *v. l. 28.*

***paroemia,** -ae *f.*, παροιμία. *scrib.* parh- CYPR., SACERD., CHAR., DIOM.; *vocem gr. exhibent* QVINT., TERT., PORPH., DON. Ter.

i. q. proverbium: 1 *figura rhet.*: QVINT. inst. 5, 11, 21 -ας genus illud, quod est velut fabella brevior et per allegorian accipitur. 8, 6, 57 -αν (*inter allegoriae species ut*: SACERD. gramm. VI 461, 12 DON. gramm. IV 401, 29. *al.*). SACERD. gramm. VI 462, 25 -a est vulgaris proverbi usurpatio ad aliquam rem significandam, cum aliud intellegitur, quam quod dictione monstratur (*sim.* CHAR. gramm. p. 364, 18 B. *ceterum cf.* DON. gramm. IV 402, 11 -a est accommodatum rebus temporibusque proverbium [*inde* DIOM. gramm. I 462, 29 ISID. orig. 1, 37, 28]). PORPH. Hor. epist. 1, 17, 20 -a. DON. Ter. Andr. 555, 2 (*555, 1* sententia γνωμική). Eun. 381, 1 (*381, 2* proverbium). *al.* EXPLAN. in Don. ed. Schindel l. 399 -a est proverbium de re verisimili. POMP. gramm. V 311, 30 -a proverbium latine dicitur (*cf.* ISID. praef. test. 37 proverbia ..., quae Graeci -as vocant). CASSIOD. in psalm. 115, 11 haec ... sententia pertinet ad figuram -am. 2 *titulus libri veteris test.* (*titulus lat. l. 62, Lucif. Athan. 1, 25 et passim*): TERT. pudic. 18 p. 259, 5 in proverbiis Salomon, quae -ας dicimus. CYPR. testim. 2, 1 apud Salomonem in -is (*var. l.* proverbiis *ut 2, 2 et saepius apud eundem*). HIL. in psalm. 127, 1. HIER. epist. 33, 4, 6 (*opera Origenis enumerantur*) in -as omeliae.

paroemiacus, -a, -um, παροιμιακός. *i. q. ad paroemian pertinens*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 105, 16 si anapaestica hepthemimere copulentur, fiet metrum quod -ον appellatur (SERV. gramm. IV 462, 6 de -o: -um constat dimetro catalectico).

***paromoeon,** *abl.* -ō *n.*, παρόμοιον. *scribitur*: parh- CHAR., DIOM., *v. etiam l. 78. litt. graecis* DON. Ter., CARM.; *apud* RVT. LVP. *in tit. graece editur, postea lat.* *t. t. rhet., quo significantur vel variae similitudines verborum vel initia verborum similia* (*v. l. 77 sqq.*): RVT. LVP. 2, 12 -ον: ... -on verborum efficit similitudinem, ita uti hoc est: '... non verbis, sed armis' (*quod appellatur* πάρισον *Quint. inst. 9, 3, 76*). SACERD. gramm. VI 458, 29 de ⌊-o: -on⌋ (paromoeosi parhomoeon *trad.*) est cum multorum verborum diversorum initia similibus litteris proferuntur (*sim.* DON. gramm. IV 398, 20 CHAR. gramm. p. 370, 24 B. *al.*). DON. gramm. IV 397, 9 (*inter schemata lexeos ut* CHAR. gramm. p. 368, 21 B.). Ter. Andr. 218 (*distinguitur* παρονομασία). 592, 2 bene usus est -ῳ. 776, 2 ('provolvam ... pervolvam') de proximo -ον repetivit (*item* Hec. 168, 2). Hec. 274, 2 'inique aeque': comicum -ον. *al. apud eundem.* DIOM. gramm. I 446, 30 de -o: -on est cum verba vel nomina paululum inflexa et tamen prope similia superioribus inferuntur ut 'multa ... multus' (*Verg. Aen. 4, 3*). CARM. de fig. 127.

parōn *v.* 3. paro.

***paronomasia,** -ae *f.*, παρονομασία. *scrib. litteris gr.* CIC., QVINT., DON. Ter., *al.*

t. t. rhet., i. q. adnominatio (*respicitur similitudo vocabulorum earundem vel similium stirpium. ad rem v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 637 sq.*): 1 *exempla varia*: CIC. de orat. 2, 256 *ridiculi* alterum genus est, quod habet parvam verbi immutationem, quod in littera positum Graeci vocant -αν, ut 'Nobiliorem mobiliorem'. RVT. LVP. 1, 3 -a (-α *Halm*): hoc aut addenda aut demenda aut mutanda aut porrigenda aut contrahenda littera aut syllaba fieri consuevit. QVINT. inst. 9, 3, 80 ὁμοιοτέλευτον et -α est (*sc.* 'matrimonium ... patrimonium'). FRONTO p. 100, 10 v. d. H. *Sallustius usus est* -a ... non absurda nec frivola, sed proba et eleganti: 'simulator ac dissimulator' (*Catil. 5, 4*). AQVILA rhet. 27 p. 30, 32 -a (paronymia *trad.*): levis immutatio; haec figura ita ornat orationem, ut in nomine aut in verbo interdum syllaba, nonnumquam littera immutata diversa significet *ut* '*praetor/praedo*' (*inde* MART. CAP. 5, 532). SACERD. gramm. VI 458, 18. DON. Ter. Andr. 218 si in verbis sunt *similia*, παρόμοια dicuntur, ⟨si⟩ in nominibus, -αι. Hec. 1, 8 figura -a. *al., v. etiam vol. V 1, 535, 22 sqq.* 2 *distinguuntur genera diversa*: QVINT. inst. 9, 3, 66 sq. -a quae dicitur adnominatio; ea non uno modo fieri solet: ex vicinia quadam praedicti nominis ducta casibus declinatis, ut Domitius Afer ...: 'mulier omnium rerum imperita, in omnibus rebus infelix', (*67*) et cum verbo idem verbum plus significans subiungitur: 'quando homo hostis, homo' *eqs.* DIOM. gramm. I 446, 13 de -a: -a est veluti quaedam denominatio, cum praecedenti nomini aut verbum aut nomen adnectitur ex eodem figuratu, ut 'fugam fugit' 'facinora fecit' ...; et aliter -a fit ..., quotiens nomine simili utimur in significatione diversa ut *eqs.* (*affert Ter. l. 35*). PS. IVL. RVF. schem. lex. 15 p. 51, 23 -α est secundum praedictum verbum positio alterius ipso poscente sensu, ut ... 'inceptio est amentium, haud amantium' (*Ter. Andr. 218*) ...; contra et aliter: 'puppesque tuae pubesque tuorum' (*Verg. Aen. 1, 399*). Latine dicitur adnominatio vel adfictio.

***parōnychium,** -ī *n. et* parōnychia, -ae *f.*, παρωνυχία (*quod gr. respondet*). *scribitur* paronychium (-onicium *sim.*): PETRON., PLIN. nat., CHIRON, RVFIN. *al.*; paran-: MARCELL. med., DIOSC. 4, 39 p. 25, 3. 4, 51 p. 28, 19 (*iuxta* paron-); panaricium (*cf. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 58 et Stefenelli, Volkssprache, 1962, 36*): SCHOL. Cic., PS. APVL. (*var. l.* paron-), DIOSC. (*praeter l. 40 sq.*), GALEN. alfab. ('de myrta'), MISC. Tir. p. 61, 2, GLOSS. III 206, 58. *formae fem.*: PS. APVL. herb. 42 l. 9 sq. (*var. l.*). PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 82. DIOSC. *sub 2. fem. et neutr. confunduntur* ORIBAS. syn. 7, 18. *legitur inde a* PETRON., *sc. fere apud artium scriptores; praevalet plur.* [*a* panaricium: *it.* panereccio; *sard. centr.* panarīge; *raet. or.* panarits; *cat.* panadis; *hisp.* panadizo, panarizo; *port.* panariz. *cf. M.-L. 6186. Battisti-Alessio IV 2746. Wagner II 211. Wartburg VII 535. Corominas² V 716. Machado³ IV 289. St.*]

1 *de suppuratione, qua pedes vel manus circa ungues afficiuntur* (*explic.* reduvia SCHOL. CIC. Gron. D p. 314, 17. *saepe iuxta* pterygia; *de morbo animalium* CHIRON): PETRON. 31, 3 *servis* insequentibus ad pedes ac -a cum ingenti subtilitate tollentibus (PLIN. nat. 28, 88 *scobe elephanti.* DIOSC. 1, 114 p. 57, 20 M. *oleaster* -a unguibus tollit). PLIN. nat. 21, 142 ad -a farina eius *iridis* utuntur (24, 182. 34, 153 ad ... -a digitorum [*inde* 1, 34 *in summa*]. ORIBAS. eup. 2, 1 L 13 Aa [*sim.* La] ad ... -a, id est in digitis orbicalos. *cf.* syn. 7, 18 tit. Aa ad -a, id est orbicalos in unguibus). 22, 138 inlinitur ... -is *panis* (24, 9). 23, 9 ad ... purganda ... -a (23, 163 DIOSC. 5, 7 p. 169, 12). 23, 69. 23, 77 *oleastri* imponuntur folia ... -is (MARCELL. med. 18, 28. 31). SCHOL. Cic. Gron. D p. 314, 14 (*ad Cic. Rosc. 128, ubi* reduviam) stultitia ... medici est, ut pro capite -um curet (*item proverbialiter*: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 11 [14] leve -um pedis. *proprie*: THEOD. PRISC. eup. faen. 90 DIOSC. 4, 39 p. 25, 3). CHIRON 618 cura levato ungula ne qua -a (paro anchea *trad.*) remaneant (*cf.* 633 ne qua -a relinquas). MARCELL. med. 15, 101 (*in carmine magico*). 18, 26 ad -um et suppurationes unguiculorum. PS. APVL. herb. 42 l. 10 -a mirifice sanat *scillae radix* (-ae mire facit *Ca*). *al.* 2 *de herba quadam, quae reduviam sanare creditur* (*ad rem v. André, Lex. des termes de botan., s. v.*): DIOSC. 4, 51 p. 28, 19 de -a: -a nascitur in lapidibus; frutex est similis peplo *eqs.* (*Ps. Diosc. Vind. 4, 54* -α: ... 'Ρωμαῖοι σύνγουινάλις [*ed. Colon. 1529,* βουιναλα *sim. trad.*, βού⟨κ⟩ιναμ *Wellmann*]).

parōnymus, -a, -um παρώνυμος. *fere i. q. denominativus* (*sive adi. sive neutr. pro subst.*): DIOM. gramm. I 323, 22 derivantur ... nomina modis septem: aut enim patronymica sunt aut possessiva ... aut -a aut verbalia *eqs.* 324, 8 -a sunt quae ab alio quodam trahuntur ..., ut 'equus eques'. PS. AVG. categ. 4 (22 sqq. M.-P.) -a videamus, quae sunt in omonymorum et synonymorum medio constituta *eqs.* (*fusius de horum differentiis agitur. cf. Boeth. categ. Arist. lat. 1a12* denominativa).

***paropsis,** -idis *f.* (*m. v. p. 437, 26*), παροψίς. *de origine*:

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Char. gramm. p. 135, 15 B. -es feminino genere dicuntur, a pulmentario ..., quod Graeci ὄψον appellant. Isid. orig. 20, 4, 10 -s quadriangulum et quadrilaterum vas, id est paribus apsidis. *scribitur: in rationibus figulorum saec. I saepe forma ut videtur linguae gallicae adaptata* parax- (*rarius* parox-), *ceterum* paras- *nec non* paraps- *et* parusp- (*saec. II*); *v. Hermet, La Graufesenque, 1934, 320 et Marichal, Rev. Et. Anc. 76, 1974, 283. 288. in codd. persaepe* paraps- (*e. g. cod. F* Vlp. dig. 34, 2, 19, 9. *cod. d al.* Itala Matth. 23, 25. 26, 23 Marc. 14, 20. *codd. AB* Prvd. psych. 532. *et passim in recc.*), *saepe etiam* parabs- (*e. g. Lugd.* Itala num. 4, 7. 7, 19. 25, 31. *al.* [*sed* -aps- exod. 25, 29. 38, 12 num. 7, 13]. *Monac.* Itala num. 7, 43. 55. 67. 73 [*sed* -obs- num. 4, 7]. *et saepius*). *rarius exstat forma originaria* parops- Petron. 50, 6 (*sed* 34, 2 *bis* paras-, paraps-; *v. Nelson, Petron. en zijn 'vulgair' Latijn, 1947, 33*). Itala Marc. 14, 20 (cod. k), *in var. l. iuxta* -obs-, -abs- Mart. 11, 27, 5. 11, 31, 18 (*v. Lindsay, Journ. Phil. 39, 1903, 56*). Ivv. 3, 142. *et saepius; cf.* parobs- Itala *l. 12 et* exod. 25,29 (Ottob.). Char. gramm. p. 135, 15 B., *in var. l.* Svet. Galba 12, 3. *al.* *notatur in rationibus figulorum* (*v. supra*): par, paroxe, paroxed, paraxi, paruspi. Not. Tir. 35, 76^{a} parapsidus (*interpol. ante* paradisus, *v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 12, 1902, 54*). *de genere: v. l. 1; masc. v. l. 26 sq. 54.* *de formis: nom. sing.* -dis Itala num. 7, 85 (Lugd.). Epiphan. (*infra sub 2*); *acc. sing.* -da *fortasse* Gloss. II 460, 27 τρύβλιον: -da (*cf.* V 379, 51 -dam: gabutan [-des *var. l. et* Gloss.^{L} Corp. p 27]); *acc. plur.* -das Vlp. dig. 34, 2, 19, 9 (Mart. 11, 31, 18 *restituit Housman, Class. Papers II 838*). *masc. heterocl.: nom. plur.* -di *saepe in rationibus figulorum (formae tertiae decl. ibi desunt). v. et l. 20.* *de notione:* Evcher. instr. 2 p. 148, 8 -is: acitabulum maius, aliqui et catinum ita appellari putant. Gloss. τρύβλιον. gabata vel catinum. gabata vel patena. -es: suffusoria. *adde l. 23.* *legitur in rationibus figulorum inde ab aet. Neronis, ceterum inde a* Petron., Mart., Ivv., Svet., Itala.

genus vasis, quo cibus ministratur (*gr. respondet* τρύβλιον *nisi aliud notavimus. usu parabolico l. 61, unde transfertur ad homines l. 64; sing. collect. l. 58; ad rem v. Huemer, Commentat. Woelfflin., 1891, 189 sqq. Hilgers, Lat. Gefäßnamen, 1969, 33. 238*): **1** *indicatur vel e contextu colligitur materia vasis:* **a** *metallica:* Petron. 34, 2 cum forte -s excidisset et puer iacentem sustulisset, animadvertit Trimalchio ... ac proicere rursus -em iussit (*34, 3 syn.* argentum. *cf.* -s argentea: Itala num. 7, 13. 19, 25. *al. ibid.* [Lugd.; *Vulg.* acetabulum]. Prvd. epil. 18. *ceterum affertur inter vasa argentea* Vlp. dig. 34, 2, 19, 9). 50, 6 ex hac massa (*sc. aeris auri argenti*) fabri ... fecerunt catilla et -es (*inde* Isid. orig. 16, 20, 4). Itala exod. 25, 29 (Lugd.) facies -es ... et cyathos ..., ex auro puro facies ea (*cf.* 38, 12 [*ibid.*] vasa mense, id est -es ... et cyathos et libatoria ..., aureae [*Vulg. utrobique* acetabula]). **b** *figlina: in rationibus figulorum:* Inscr. Hermet, La Graufesenque **1, 14** Privatos paraxidi *tot* (*sim. saepe ibid. et* Rev. Et. Anc. 55, 1953, 126. 76, 1974, 105. 107. 283. 291). Rev. Et. Anc. 76, 1974, 288 Bituni parusp(idi) remat(i) *tot* (*sc. more Remorum formati?*). *ibid.* paruspi(di) pullati *tot* (*olim legebatur* gollati, *quod deleatur vol. VI 2, 2125, 82*). *alia:* Mart. 11, 27, 5 cui portat ... ancilla -e rubra allecem (Sedvl. op. pasch. praef. p. 176, 4 in r. testae -e *ministrare cibos*). Vita Caes. Arel. 1, 32 quod dominus in arantino (*i.* Arretino) -e tinxit panem, non in argenteo vase.

2 *exempla varia:* Mart. 11, 31, 18 (*enumerantur vasa varia*) gabatas -esque et leves scutulas cavasque lances. Ivv. 3, 142 quot possidet agri iugera? quam multa magnaque -e cenat? Svet. Galba 12, 3 dispensatori ... -em leguminis pro sedulitate ... porrexisse. Itala num. 4, 7 (Lugd.; *Vulg.* thuribula). Matth. 23, 25 (aur. *al.* = Vvlg.) *estis* hypocritae, quia mundatis, quod de foris est calicis et -is (*sim.* 23, 26 *ibid.; gr. bis* παροψίδος. *pendent e. g.*: Hil. in Matth. 24, 7 Hier. adv. Pelag. 2, 13. Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 70 ut conpetat nobis ... dici: '... -es mundae deforis'. *al.*). 26, 23 (cod. f *al.* = Vvlg.) qui intinguet mecum manum in -e (*pendent e. g.*: Prvd. psych. 532 dextram -e iungit. Leo M. serm. 58, 3 Cassiod. in psalm. 40, 10 l. 205. *al.; ad rem cf.* Ferreol. reg. 39 p. 975^{A} ne frequentius ceteris manum -i ... immergat *monachus*). Sidon. epist. 2, 9, 6 multas epulas paucis -bus apponi. Epiphan. de mensur. 24 de tryblio: hic apud Latinos in passione domini -dis dicitur; est autem quadrangulum et quadrilaterum vas aequa eminae mensura (*Metrol. gr. p. 263, 27* παροψίς. *hinc* Isid. *l. 2*). Vitae patr. Iurens. 67 M. *panem* in -e aqua ... madefactum.

[**paroptēr** *v. l. 80.*]

***paroptēsis,** *acc.* -in, *abl.* -ī *f.*, παρόπτησις (*quod gr. respondet*). *t. t. medicinae de curatione quadam, quae sanat calore:* Soran. p. 61, 1 metasyncritica subiungimus, quae constant ex salso, dropace, cucurbitis, -i, fricatione partium *eqs.* (*sim.* p. 66, 21). Theod. Prisc. gyn. 31 locis isdem psilotra ⌊-es⌋ dropaces et sinapismos appono (*codd.* -is *vel* paropteres, *unde quidam vocem* paropter '*vas ad assum coquendum*' *sibi finxerunt, sed cf. in eadem re* Cael. Avr. gyn. 2, 55 adhibita ... -i). log. 46 *ad capitis dolorem* -is, dropaces, sinapismi ... adhibeantur (89 Cael. Avr. chron. 1, 1, 40. 2, 13, 181 gyn. 2, 13. *al.*). Cael. Avr. acut. 3, 8, 93 cum sit recorporativae virtutis -is. chron. 1, 5, 168 utendum ... -i *ad insaniam.* 5, 4, 76 -i et solis torrore vel arena ignita. *indicatur, qua re calor efficiatur:* Cael. Avr. chron. 1, 1, 36 -is adhibenda erit ex carbonibus (2, 1, 34 -in ex c. aut ... pavimento, item lapidibus ac testis. 3, 2, 40 ex c. vel parietibus ignitis. 5, 11, 134 *infra*). 4, 7, 102 rubor faciendus ventris ... ex dropace vel sole et flammae -i *eqs.* (*cf.* 5, 11, **134** -i ex flamma vel carbonibus ... provocatur sudor). 5, 2, 39 adhibenda ... -is ex igni *eqs.*

paroptus, -a, -um, πάροπτος. *i. q. subassatus:* Apic. 6, 8 (9), 6 pullum -um.

[**parotes** (*i. proci?*): petitores virginum Gloss. V 472, 22. 509, 26.]

***parōtis,** -idis *f.*, παρωτίς. *scribitur* pariot- Plac. med. 5, 19 rec. *a* (*var. l.*). 5, 35 rec. *β* Ps. Diosc. herb. fem. 25. *al.; ceterum codd. praebent etiam* parothid-, parodit-, paroted-, paracet-, *al.* *de formis: sing. non exstat nisi dat.* -i Plin. nat. 23, 123. 24, 15. 188 Plin. med. 1, 7, 4, *acc.* -em Scrib. Larg.; *saepissime occurrit acc. plur., fere forma* -as (*raro* -es, *sc.* Pelagon. 57. 64 [*at* 68 -as]. Plin. phys. Bamb. 51 tit. 51, 13. *al.*). *primae decl. (e forma ambigua* -as [*v. supra*] *ortae videntur): plur. nom.* -ae Chiron 88. Veg. mulom. 2, 23, 1 (*nisi* -de⟨s⟩ *legendum*). Philvm. med. 1 p. 104, 7 Isid. orig. 4, 8, 2. *al.; gen.* -arum Plin. phys. Bamb. 51, 10 Alex. Trall. 1. 124; *dat. vel abl.* -is Chiron 521. Marcell. med. 15, 43 (-bus 15, 36. 37. *al.*). Philagr. med. 4 p. 178, 20 Theod. Prisc. eup. faen. 22 tit. Diosc. 2, 86 p. 212, 30. 2, 144 p. **233, 3** (-bus 2, 88 p. 213, 29. *al.*). *al.* *legitur apud* Vitr. *et inde a* Celso, Scrib. Largo, Plin. nat. *apud rei medic. scriptores.* [*falsa var. l.* Cels. 6, 13, 1 *pro* parulidas (*unde* Oribas. eup. 4, 71 add. Aa p. 591), Plin. nat. 25, 47 *pro* Proetidas; *deletur abl. sing.* Plin. nat. 29, 143.]

1 *t. t. architecturae de ornamento, lapide sculpto, quo ostia utroque latere ornantur, i. q. ancon:* Vitr. 4, 6, 4 *in hyperthyris ionicis* ancones, sive -es vocantur, excalptae dextra ac sinistra praependeant ad imi supercilii libramentum.

2 *t. t. medicinae de genere abscessus* (*de quo fusius* Theod. Prisc. eup. faen. 22–25 Cass. Fel. 17 Alex. Trall. 1, 124–129 Oribas. eup. 4, 45): **a** *exempla ad naturam morbi spectantia:* Cels. 6, 16 sub ipsis ... auribus oriri -es solent; ... id abscessus genus est (*cf.* Chiron 87 *infra.* Theod. Prisc. eup. faen. 22 tumores repentinos sub auribus innatos. Cass. Fel. 17 p. 24, 4 [*inde* Gloss. III 603, 47]. *al.*). Scrib. Larg. 45 antequam suppuraverunt -*es* (*cf.* 206 -as ... suppuratas iungit, si quis emissarium collectionis apto loco, id est infra sinum, ubi collectio est, fecerit. Marcell. med. 15, 73 collectionem -um ... discutit. Isid. orig. 4, 8, 2 -ae sunt duritiae vel collectiones, quae ex febribus aut ex aliquo alio nascuntur in aurium vicinitates). Pelagon. 57 si -es habuerit in faucibus (*cf.* Chiron 87 quodcunque iumentum strumas vel -as vel scrophas habuerit, sic eum intelleges: tumor dextra sinistra ab auricula usque ad fauces grandis increscet *eqs.* [*inde* Veg. mulom. 2, 23, 1]. Marcell. med. 7, 20 si fauces angina vel glandulae et -es occupaverint). Theod. Prisc. eup. faen. 24 *adiutoria* quae ... in maturitatem cogere -as ... valeant. *al.* **b** *varia:* Cels. 5, 18, 5 *medicamentum* -bus. 5, 18, 18 Protarchus ... ad -as: *seq. compositio* (Scrib. Larg. 43 tit. 160. 266 Plin. nat. 20, 179. *al.*). 5, 18, 31 potest ... ea compositio ... ad -as, phymata, strumam *eqs.* Scrib. Larg. 43 discutit ... eas -*as* sine dolore *medicamentum quoddam* (44. 45. 206. 263 Plin. nat. 20, 167. *al.*). Plin. nat. 20, 4 -as, panos sanat (22, 22. 32. *al.*). 20, 234 curant ... strumas et -as (22, 71. 32, 78. *al.*). 22, 158 inlinitur ... -um ... malis (*cf.* Marcell. med. 15, 39 vitium). 23, 123 *fici* prosunt ... -i. 24, 15 -i et strumae ... inponuntur *cupressi. al.* Plin. med. 1, 7, 1 raro medici -bus curationem non devocant ad scalpellum, cum et reprimi possint et ... aperiri molliore curatione. Plac. med. 2, 6 rec. *α* ex hoc *testiculo vulpis* -as confricato (rec. *β* fricaverit). *al.*

paroxynticus, -a, -um, παροξυντικός. *i. q. aggravans, sc. accessionem provocans vel morbum graviorem reddens:* Alex. Trall. 1, 57 -on est ..., si a somno impediatur *phreneticus* (*gr. I p. 519 P.* παροξυντικόν).

paroxysmus, -ī *m.*, παροξυσμός. *i. morbi accessio* (Gloss. med. ed. Heiberg p. 54, 1 paroximus: id est commotio [54, 2 paroximum: id est c. febris]): Oribas. syn. 9, 51, 2 La p. 375 mitigare dolores in ipsis accidentibus paroxismis (*gr.* ἐν ... παροξυσμοῖς, *Aa p. 376* in commotionibus [*cf. vol. III 1940, 53. 58 sq.*]).

paroxytonus, -a, -um, παροξύτονος. *i. paenultima syllaba accentum habens:* Explan. in Don. gramm. IV 527, 20 Simoentis Thermodontis proparoxytona sunt, si ad Graecos respicias ...; -a (-oxi- *codd.*) autem, si ad nostram redigas regulam. 528, 25 cum sint -a Κασσάνδρα et Σιβύλλα.

parpatem *v. p. 250, 18.*

parra, -ae *f. et* parrus, -ī *m.* [*orig. inc. Sch.*] *plur. non exstat; masc.* -us *legitur p. 439, 20. 21. 29. 37* [*var. dial. it., prov., vasc. cf. M.-L. 6251 et Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2787. Wartburg VII 662 sq. St.*] [*confunditur hic illic cum* porro, parvus.]

nomen avium: **1** *usus auctorum* (*quae avis significata sit, non liquet; caprimulgum intellexit e. g. André, Les noms d'oiseaux, 1967, 118 sq., genus quoddam olorum Capponi, Ornithologia lat., 1979, 381 sq.*): **a** *in superstitione:* Plavt. Asin. 260 quo hanc celo-

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cem conferam? impetritum, inauguratumst; quovis admittunt aves: picus et cornix [est] ab laeva, corvos -a (B^2, porro *cett.*) ab dextera consuadent. HOR. carm. 3, 27, 1 impios -ae recinentis omen ducat et praegnans canis *eqs.* (PORPH.: augurio -ae avis). FEST. p. 197 *oscinum est,* cum cecinit corvus, cornix, noctua, -a, picus (*postea: picus* et -a et in oscinibus et in alitibus habentur). HYG. Non. p. 518, 31 est -a Vestae, picus Martis. SERV. auct. Aen. 1, 273 l. 42 cum eos *Romulum Remumque* Faustus ... animadvertisset nutriri a fera et picum -amque circumvolitare. PRVD. c. Symm. 2, 571 cur Cremerae in campis cornice vel oscine ⌊-a⌋ nemo deum monuit, perituros Marte sinistro tercentum Fabios (⌊⌋parta *var. l.*; SCHOL. avis mali ominis).

in locutione proverbiali: PETRON. 43, 4 *quidam* inter initia ⌊malam -am pilavit⌋, sed recorrexit costas illius prima vindemia: vendidit enim vinum, quanti ipse voluit (⌊⌋*sc. mala Fortuna usus est, Ital. prov. confert Maiuri, 1945 ad l.*). **b** *loci ceteri*: PLIN. nat. 18, 292 avem -am (parvam *var. l.*) oriente Sirio ipso die non apparere et donec occidat (*idem facit oenanthe Plin. nat. 10, 87, quam aliam esse avem contendunt André et Capponi ll. cit.*). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 26 -a (*inter varia genera avium*). ANTH. 733, 9 (*fort. medii aevi*) laetis -us (parvis *cod. duo*) ... tinnipat arvis (*cf.* GLOSS. I p. 93 -i tinnipant). *dub. trad.*: PLIN. nat. 10, 96 in genere ⌊autem -arum⌋ est, cui nidus *miro quodam modo* ... perficitur (⌊⌋*Capponi, Latomus 32, 1973, 550 sqq.*; vitae -arum [*vel* v. parvarum, v. riparium] *fere trad.* vitiparrarum, *vocem ceterum ignotam, coni. Harduinus tuenturque edd. rec.*; item ripariarum *Barbarus, adstipulante André l. cit. p. 161*).

2 *explicationes*: **a** *significantur species* '*paridarum*' *L.*: *fem.*: GLOSS. -a: αἰγίθαλλος. -a maior: αἰγίθαλλος. -a modica: αἴγινθος μικρός. κυναίγινθος (*κυαν- Goetz dubitanter*). *masc.*: GLOSS. -us: αἰγίθαλλος. αἴγιθος. **b** *i. q.* μύστης (*i. fortasse caprimulgus, quod* '*interdiu dormiens oculos μύει*' *Wessner, Gloss. I p. 341*): GLOSS. II 142, 6 -a: μύστης ὄρνεον· ⌊κορυδαλλὸς ἢ ἀστραγαλίσκος⌋ (*explicatio lemmatis deperditi*; cardellus *suppletur Gloss.*[L] *II Philox.* PA *96a*, parrula *proposuit Wessner l. cit. coll. p. 448, 55*). 374, 32 μύστης: -a, ⌊sacratus⌋ (*i. sacris initiatus; inde perperam*: 588, 54 -a: qui mistica novit. *vix recte de his glossis Steier, RE XV 362, 6 sqq.*). 509, 23 -us: μύστης (*si recte restituit Heraeus*; bargus: myrte [*vel* myste] *trad.; aliter Goetz s. v.* bargus). **c** *loco dubio*: GLOSS. ⌊passa⌋: εἶδος ὀρνέου (⌊⌋ -a*?* passer*?*).

deriv.: *?* parralis, parrula.

compos.: *?* vitiparra (*v. l. 24*). *cf. Onom.*

? **parrālis,** -e. *si recte legitur, a* parra. *in nomine loci* (*in partibus Tusciae siti*), clivus -is (*? i. parrarum frequentia insignis*): PASS. Alex. Baccan. (BHL 273) 4 in locum, qui dicitur clivus -is (paralis *var. l.*).

parreo (parret) *v.* pareo.

parrhēsia, *acc.* -ān *f.*, παρρησία. *scribitur litteris gr. praeter* ISID., GLOSS. *quasdam.* *i. q. oratio libera, verborum licentia.* (*cf.* GLOSS. II 399, 22 -α: licentia, fiducia, confidentia. GLOSS.[L] I Ansil. PA 481 -a [-rre- *cod.*]: confidentia): *in sermone communi*: CIC. Att. 1, 16, 8 fautoribus illius victoriae -αν eripui. *technice in arte rhet.* (*v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 761*): RVT. LVP. 2, 18 -α (*lat.* -rre- *cod., sed v. Halm in ed. ad p. 3, 1*): fere contrarium est hoc superiori (*sc.* τῇ ἐπιτροπῇ); nam in hoc vehementer cum iudice agendum est *eqs.* QVINT. inst. 9, 2, 27 de oratione libera, quam Cornificius licentiam vocat (*Rhet. Her. 4, 36, 48*), Graeci -αν (*postea*: vera libertas; *exempla affert Cic. Lig. 7. 10*; *sim.* IVL. RVF. rhet. 33). 9, 3, 99 -αν (*in enumeratione*). CARM. de fig. 130 -α: inreticentia. ISID. orig. 2, 21, 31 (*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PA 513 parrisia) -a est oratio libera et fiduciae plena (*affert Cic. Mil. 72*).

? **parriat:** palmam tribuat GLOSS. I p. 162. *obscurum.*

Kruse.

***parricīda** (pāricīdās), -ae *m.* (*iuxta subst. fem. sub IIB2*). [*prima pars vocis compositae primitus homines eadem gente vel origine coniunctos, deinde, sc. tempore legum antiquissimarum (cf. p. 440, 41), usu dilatato omnes ingenuos vel cives significass evidetur (cf. voces* liber *iuxta* liberi, *i.* γνήσιοι, *nec non theod.* frei, *lat.* civis *aliasque, quarum notio similiter immutata est). sed postea Romani vocem, quam nimirum cum* parens *vel* pater *iungebant, fere usu strictiore adhibebant. de origine ceterum nihil constat; qui coniungunt cum gr.* πηός (*dor., aeol.* πᾶός, *sc. ex* *πᾶσος), *haerent in forma sollemni* -rr-; *neque qui non prorsus inepte conferunt vocem* par, *rationem sonorum plane explicare possunt. Sch.*] *de origine*: PRISC. gramm. II 26, 7 vel a 'pari' componitur vel, ut alii, a 'patre': ergo si est a 'pari', r euphoniae causa additur, sin a 'patre', t in r convertitur; quibusdam ... a 'parente' videtur esse compositum et pro 'parenticida' ... factum '-a' (177, 20 a 'p.' et a verbo 'caedere'. *cf. p. 440, 56*). *de scriptura* (*v. etiam sub* parricidium, parricidalis): -rr- *testantur* POMP. *p. 440, 57.* PRISC. *supra.* GRAMM. suppl. 297, 22 (*v. etiam p. 440, 62 sqq.*); *exstat* INSCR. christ. urb. Rom. 19999. PLAVT. Pseud. 362 (*cod. A*). COD. Theod. 11, 63, 4 (*cod. V*) *et passim in codd.* -r- *traditur* LEX reg. Paul. Fest. p. 221 (*var. l.* -rr-, *quae scriptura praevalet in textu* PAVLI FESTI p. 221 *et traditur in lege tribunicia* Fest. p. 318). GLOSS. IV 418, 37, *et saepius in var. l. litt. gr.* LYD. mag. 1, 26. NOT. Tir. 53, 10 (parc-). *de genere et de formis: inter communia* PRISC. gramm. II 144, 5 GRAMM. suppl. 96, 14; *inter masc. primae decl.* GRAMM. suppl. 95, 10. *nom. sg.* -as *non nisi* LEX reg. Paul. Fest. p. 221 (*confertur* hosticapas *et nom. masc. gr.* -ᾶς, *v. Leumann, Gramm. 1977, 281*). *de prosodia: prima syllaba positione producta*: PLAVT. Pseud. 362 HOR. carm. 3, 29, 8 SEN. Herc. O. 906. *al.*; *correpta in clausulis teste* DIOM. gramm. I 469, 17 anapaestum et trochaeum ..., ut archipirata et -ārum (*de* PRVD. ham. 565 *et* ANTH. 850, 10 *v.* patricida). -rĭ- *correptam testatur* PRISC. gramm. II 26, 7, *sed* -rī- *mensuratur ad vocem dactylis aptandam*: AVSON. 281, 2 p. 193 P. ARATOR act. 1, 192. *paenultimam* -cī- *productam testatur* PS. PRISC. gramm. III 522, 3. *legitur inde a* LEGE reg., PLAVTO, SCAVRO *orat.*, RHET. Her.; *frequentatur apud* CIC., SEN. *rhet.*, QVINT.; *deest e. g.* CAES., NEP., VELL.; *ceterum vox versibus dactylicis male apta non occurrit nisi apud poetas supra l. 5 sqq. allatos et* COMM. [*falso trad.*: CIC. S. Rosc. 30 culleum ⌊supplicium -arum⌋ (⌊⌋ *explicationem secl. edd.*). *confunditur in codd. cum* patricida: CIC. har. resp. 17 Tusc. 4, 18 fam. 12, 3, 1 (*de* CIC. dom. 26 *v. sub* patricida) *et* parricidium, patricidium (*v. sub his vocibus*).]

significatur homo, qui scelere impio, nefario contaminatus est, eo quod hominem occidit (*cum constet usu auctorum indicari fere interfectorem hominum propinquorum, cognatorum [v. sub IIA], de interpretatione legum veterum [v. sub IA1] dissentiunt viri docti, v. post alios Cloud, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 88, 1971, 1 sqq.*). *dicitur et de interfectoribus, qui caedem aut perpetraverunt aut excogitaverunt, incohaverunt (e. g. p. 441, 44. 50. 442, 62), et de variis hominibus nocentibus, actione sua foedera certa, leges humanitatis sim. laedentibus, saepius convicii causa (v. p. 441, 9. 442, 22. 443, 3 sqq.; nota de eo qui patrem caedit, pulsat*: SEN. contr. 9, 4, 6. 15. 17|QVINT. decl. 372, 1. 4; *respicitur mors spiritalis p. 441, 75*); *cf. de his coloribus Winterbottom ad* QVINT. decl. 281. *transfertur ad res sub IIB2b.* *color impii, nefarii augetur adiectivis*: CIC. har. resp. 17 impurissimo ([Phil. 12, 13 impuro]. *sim. superl.*: Phil. 13, 42 i. Mil. 86 taeterrimo. SALL. Catil. 52, 31 crudelissimis [PS. QVINT. decl. 8, 2]. QVINT. decl. 317, 9 perditissimo. PS. QVINT. decl. 18, 1 callidissimus). SPART. Geta 3, 3 maledicte. AVG. civ. 3, 15 p. 118, 6 D. nefarium. *adde p. 442, 71. 72*; *augetur adverbiis*: CIC. Mil. 17 magis. VAL. MAX. 9, 11, 6 bis (OROS. hist. 6, 21, 17), *temperatur adverbiis*: LACT. inst. 1, 10, 10 paene. 5, 5, 9 propemodum.

I *praemonenda quaedam*: **A** *exempla notionem adumbrantia*: **1** *in legibus vet.*: LEX reg. Paul. Fest. p. 221 si qui hominem liberum dolo sciens morti duit, -as (-a *var. l.*) esto (*expl.* PAVL. FEST. *ad l.* -a non utique is, qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcumque hominem indemnatum. *locus varie tractatus, cf. Cloud l. c. p. 2 sqq.*). FEST. p. 318 (*e lege tribunicia*) si quis eum, qui eo plebei scito sacer sit, occiderit, -a ne sit. *in textu legis a Cicerone sec. leges veteres formato*: CIC. leg. 2, 22 sacrum sacrove commendatum qui clepsit rapsitve, -a esto (*cf. p. 441, 46*). **2** *apud rhetores et grammaticos*: QVINT. inst. 8, 6, 35 -a matris quoque aut fratris interfector (*hunc usum per catachresin explicat ut*: DON. gramm. IV 400, 1 CHAR. gramm. p. 359, 17 B. POMP. gramm. V 306, 15 [*qui addit*: quamquam voluerit Cicero, *sc. dom. 26*, facere discretionem ... 'matricida fratricida sororicida']. *al.*). SERV. gramm. IV 430, 5 dicimus -am non eum qui patrem tantum, sed qui quemque parentum necaverit. POMP. gramm. V 306, 19 maiores nostri voluerunt aliud esse -am (*sc. atque parentis interfectorem*) ⌊-a est qui parentem occidit, nam idcirco dictum est ita addita una littera r, -a, quod parentem interimat⌋; apud maiores enim nostros homicidas raro legistis, -as autem semper; idcirco etiam -as patriae vocamus qui cives interimunt (⌊⌋ *secl. Keil. cf.* LYD. mag. 1, 26 παρρικίδας ... τούς τε γονέων τούς τε πολιτῶν φονέας ἀποκαλοῦσι, παρέντες [*i.* pārentes *aut* părentes] ἑκατέρους προσαγορεύοντες). ISID. diff. 1, 462 parricidam dicimus, qui occidit parentem, paricidam, qui socium atque parem (*cf.* GLOSS. V 636, 19 sqq. paricida qui homines occidit pares natura; parenticida qui parentes; sed modo unum est). orig. 10, 225 -a (parre-, parra-, patri- *var. ll.*) proprie dicitur interfector parentis, quamvis quidam veteres hunc parenticidam dixerunt. SYNON. Cic. p. 427, 11 homicida. latro. -a. percussor. sicarius. gladiator. *eqs.* GLOSS. -a: πατροκτόνος. πατρολῴας. μητροκτόνος. πατραλοίας. qui patrem occidit sive matricida. qui parentes suos occidit. patricida et -a idem qui parentem occidit. *sim. al.*

partheniās, *acc.* -ēn, *plur.* -ae, -ārum *m.*, παρθενίας. *scribitur* -te- *in var. l.* SERV. auct. *forma* -ēn *ionica* AVSON., *de qua v. Hornstein, Wien. Stud. 70, 1957, 148, 1; hinc Peiper, Prete in indice nom.* -ēs *statuunt.* *vox graeca, cuius notio est filius virginis, dupliciter adhibetur*: **1** *plur.* -ae *de iuvenibus Lacedaemoniorum, qui Tarentum condidisse dicuntur (v. Schaefer, RE XVIII 4, 1884 sqq.)*: PORPH. Hor. carm. 2, 6, 11/12 *Phalanto* principe -ae Spartani Tarentum condiderunt. LACT. inst. 1, 20, 32 ex quibus *virginibus* sunt -ae nati *(var. ll.* -them- *et* -thenii *[cf. p. 492, 5]).* IVST. 3, 4, 7 ex his *feminis promiscuo concubitu gravidis* nati ob notam materni pudoris -ae vocati *sunt.* 3, 4, 17 possessio Tarentina -is in aeternum fundata. SERV. auct. ecl. 10, 57 *Parthenius mons dictus,* quod -ae Lacedaemonii ... ibi ... consedissent *eqs.* MYTHOGR. 1, 206 p. 65, 22 *v. l. 40.* **2** *sing., appellatio Vergilii (sc. eius nominis interpretatio graeca, cf. Hornstein, l. cit. 148 sqq.)*: DON. vita Verg. l. 36 *Vergilium* vita et ore et animo tam probum ..., ut Neapoli -as vulgo appellatus sit (id est virginalis *suprascr. cod. E).* AVSON. 360 p. 219, 3 P. Maronem -en dictum causa pudoris. SERV. vita Verg. p. 1, 7 adeo ... verecundissimus fuit ut ex moribus cognomen acciperet; nam dictus est -as.

cf. Onom.

partheniātae, *acc.* -ās *m.*, παρθενιᾶται *(quae vox gr. alibi non exstat; formata fortasse sec.* Σπαρτιᾶται*).* *i. q. partheniae (v. l. 20)*: SERV. georg. 4, 125 *cum* iuvenes de incertis parentibus nati erubescerent originem suam — nam et -ae appellabantur ([i. e. de virginibus nati *suprascr. cod. M*]. *sim.* Aen. 3, 551 l. 8 *et Mythogr. 1, 206 p. 65, 22* partheniae). SERV. auct. Aen. 3, 551 l. 26 pueros, qui ex virginibus nati erant, -as vocaverunt.

parthenicē, (-ēs) *f.*, παρθενική. *nomen herbae (ad chamaemelon referri solet, cf. André, Les noms de plantes, 1985, 189)*: CATVLL. 61, 194 uxor in thalamo ... ore floridulo nitens alba -e velut luteumve papaver. *cf. Onom.*

parthenicon *n.*, παρθενικόν. *scribitur* -te-. *[inter nomina herbae q. d. pulegium affert ed. Ackermann* PS. APVL. herb. 92 p. 265; *cf. var. lect. l. 64; latet fortasse etiam in formis depravatis glossarum infra l. 83 sq.]* *nomen herbae q. e. artemisia*: PS. APVL. herb. 10 l. 14 alii -on *dicunt* ..., Itali serpullum maius, alii valentia, Romani artemisia (-ion *olim ed. Ackermann, sed cf. Ps. Diosc. Vind. 3, 113 p. 125, 7 παρθενικόν).* GLOSS. III 573, 67 -on id est artemisia.

parthenidae, (-ārum) *m.*, παρθενίδαι *(vox gr. alibi non inventa).* *i. q. partheniae (v. supra l. 20)*: PROB. Verg. georg. 2, 197 Tarentum ... condiderunt -ae, hoc est exules Lacedaemoniorum.

partheniēs *l. 18.* **parthenion** *v.* -um.

parthenis, (-idos) *f.*, παρθενίς. *var. l. nom.* -ix PLIN. nat. 25, 73. *nomen herbae q. e. artemisia*: PLIN. nat. 25, 73 *artemisia* antea -is vocabatur *(inde* 1, 25, 36 artemisia sive -is *eqs.).*

cf. Onom.

parthenium (-on), -ī *n.*, παρθένιον *(gr. resp. apud* DIOSC.*).* *scribitur: litt. graecis* CELS. *(var. l.* -ων*)*; -te- PS. APVL. herb. 23 l. 9 *(var. ll.* panten-, partenicon). DIOSC. 3 praef. p. 374, 41. *al.*; pantenon GLOSS. med.; *varie depravatur in* GLOSS. *(v. sub 3).* *[falsa lectio pro* parthenicon *v. l. 52.]*

nomen herbarum varii generis (v. André, Les noms de plantes, 1985, 189; non liquet cui generi tribuendum sit PLIN. nat. 21, 89*)*: **1** *i. q. herba muralis*: CELS. 2, 33, 2 herba muralis, -ον *vel* περδείκιον appellant *Graeci (huc spectat* PLIN. nat. 21, 176 -um alii leucanthes, alii amaracum vocant, Celsus apud nos perdicium et muralem *[inde* 1, 21, 52]). DIOSC. 3 praef. p. 374, 41 de -o. 3, 150 p. 438, 5 de -o: -on aut amaracon aut leucanthemon. **2** *i. q. herba urceolaris*: PLIN. nat. 22, 41 helxinen aliqui perdicium vocant ..., alii sideritem, nonnulli -um *(de eadem herba* 22, 43 *[v. André ad l.]. cf.* 1, 22, 20 perdicio sive -o sive siderite, quae urceolaris sive astercum). 22, 44 *herba* monstrata ... a Minerva, quare -um vocari coepta est. PS. APVL. herb. interpol. 82 l. 6 adnot. DIOSC. 4, 82 p. 46, 14. **3** *i. q. herba mercurialis*: PLIN. nat. 25, 38 linozostis sive -um (-us *trad.*) Mercuri inventum est; ideo apud Graecos Hermu poan multi vocant eam, apud nos omnes mercurialem *(cf.* 1, 25, 18 -on). PS. APVL. herb. 83 l. 16 alii -on *dicunt* ..., Itali mercurialis. herb. interpol. 83 l. 19 DIOSC. 4, 184 p. 91, 10. GLOSS. mercurialis: -on *(al., scriptura varie depravata, e. g.* -timin-, -temn-, -gem-, -gam-). **4** *i. q. chamaemelon*: PS. APVL. herb. 23 l. 9 GLOSS. med. ed. Heiberg p. 51, 12. **5** *i. q. libanotis*: PS. APVL. herb. interpol. 80 l. 47 *herba rosmarinum sive libanotis* vocatur etiam ... -on.

cf. Onom.

parthenius, -ī *m.*, παρθένιος. *[cf. p. 491, 24.]* *plur. de iuvenibus Lacedaemoniis, i. q. partheniae (v. p. 491, 20)*: PHILARG. Verg. ecl. 10, 57 rec. I *(inde* SCHOL. Verg. Bern.) -i Lacones ideo, quod, cum profecti essent ad bellum, reliqua iuventus stuprum cum virginibus fecit; inde nati -i nominati sunt *(cetera ad nomen montis referantur coll. Serv. auct. ecl. 10, 57).* ISID. orig. 15, 1, 62 Phalantus -orum dux -os constituit.

cf. Onom.

parthenix *v.* parthenis.

parthenōn, -ōnis *m.*, παρθενών. *scrib.* -te- *in var. ll. codd.* *i. q. domus vel pars domus virgini vel virginibus propria*: **1** *significatur pars villae Attici vel Bruti (nomen fortasse a templo Minervae sumptum; v. sub 2)*: CIC. Att. 13, 40, 1 φιλοτέχνημα illud tuum, quod vidi in -e, Ahalam et Brutum *(i. eorum imagines).* **2** *significatur templum deae Atheniensium, q. e. Athena Parthenos (de quo v. Wiesner, RE XVIII 4, 1913 sqq.)*: PLIN. nat. 34, 54 Phidias ... fecit ... Minervam ..., quae est in -e (partenonia *var. l.*). **3** *significatur habitatio virginum*: ANTH. 198 tit. verba Achillis in -e *eqs.* (partenona *cod. Salmas.*).

parthenos *f.*, παρθένος. *scribitur* -te- GLOSS.ᴸ, *cum apice* -nó PAP. *graece, i. q. virgo (sim.* GLOSS. V 129, 24 GLOSS.ᴸ I Ansil. PA 573): PAP. Corp. 65, 11 *(saec. II/III; contextu manco)* putes -ó nón ut t⟨... *(veteri comoediae ascribere voluit Dingel, Zeitschr. Pap. Epigr. 10, 1973, 30; obloquitur Bader, ibid. 12, 1973, 270 sqq.).* GLOSS. II p. XIV -os: virgo quae coram cunctis verecundatur; para enim coram est, thenos verecundia.

cf. Onom.

? **parthia** *f.* *vox aliena, si recte legitur.* *scribitur* -ti- GLOSS. *nomen herbae graminis (ad rem cf. André, Lex. des termes de botan., 1956, 239)*: PS. APVL. herb. 78 l. 12 Daci -a *dicunt,* Itali gramen *(var. l.* percia; *inde* GLOSS. III 559, 52 dacipartia id est gramen. *fluxit fortasse e Ps. Diosc. Vind. 4, 29 p. 192, 11* Σπάνοι ἀπαρία, Δάκοι κοτίατα. *cf. etiam Gloss. III 573, 13* paracia i. gramen).

partiālis, -e. *a* pars. *[legitur pro* partilis *in edd. vet.* MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 32, *pro* partitialis *in epist. spuriis* EPIST. pontif. 133 Migne 5, 87ᴬ. 878 Migne 65, 17ᴮ *ex* GREG. M. epist. 5, 41 p. 333, 9.] *i. q. ad partem pertinens (sc. de eis, quae ad singula, non ad universum referuntur; paulo aliter* partilis *apud eundem p. 515, 79, si editioni fides habenda)*: HESYCH. in lev. 8, 4/9 p. 876ᶜ quatuor ... versuum ei rationale, id est ex quatuor generalibus virtutibus, et ex duodecim lapidibus -bus quodammodo et specialibus fieri praecepit *(respicitur exod. 28, 17 sqq.).* 13, 38/39 p. 945ᶜ quorundam -ium parvorumque mandatorum ignorantia.

adv. **partiāliter.** *i. q. partiliter, sc. indicatur actionem ad partem tantum pertinere, non ad totum*: CONC.ˢ I 5 p. 247, 17 si quis ... divinae naturae carnem capacem dixerit ac -r unitam carni (partiliter *coll. Palatina, v. ibid. p. 73, 9).* CAEL. AVR. chron. 2, 1, 36 ordinamus etiam si quid -r loco patienti poterit adhiberi ... rasionem capillorum (partiliter *ed. Rovillii in marg. coll. p. 516, 55).*

partiāricius, -a, -um. *a* partiarius. *scribitur* parc-. *i. q. ad partiarium pertinens (dub. utrum adi. an f. pro subst., cf. Du Cange s. v.* parceria): FORMVLAE Andecav. 30 p. 14, 3 sq. quasi vineas suas ... ad -as ei dedissit, ut ... ipsas vinias ad -as habere debiat.

partiārius, -a, -um. *a* pars. *de notione*: GLOSS. communicarium: -um *(si recte trad., v. vol. III 1952, 79 sq.).* *[prov. vet.* parsier, *vasc.* parcè; *cat.* parcer; *hisp.* aparcero; *port.* parceiro. *cf. Wartburg VII 675. Corominas² I 294. Machado³ IV 307. St.]* *[in suppl. dubio* CATO agr. capp. 145. *vix recte edd. vet.* THEOPHIL. inst. Iust. 2, 23, 5 *(bis) et* 2, 23, 6 -ov *pro* partitiariu. *in tit. falso* CIL VI 3400*, 2.]

i. q. pertinens ad conductionem, hereditatem, usum sim., qui fit per partitionem: **1** *de eis, qui aliqua re per partitionem utuntur vel alicuius rei participes sunt (de hominibus praeter l. 79; accedit gen. sub b)*: **a** *technice in sermone iuris*: **α** *adi.*: CATO agr. capp. 146 vineam redemptori -o ut des *(cf.* GAIVS dig. 19, 2, 25, 6 -us colonus quasi societatis iure et damnum et lucrum cum domino fundi partitur *[opp.* qui ad pecuniam numeratam conduxit]. *cf. l. 76 sq. et p. 462, 18. ad rem v. Bolla, RE XVIII 4, 2480 sqq.).* GAIVS inst. 2, 254 *(inde* INST. Iust. 2, 23, 5) legatarii *(v. vol. VII 2, 1101, 37 sqq.; addas* INST. Iust. 2, 23, 6. *inde forma sec.* partitio *aucta* THEOPHIL. inst. 2, 23, 5 ληγαταρίου partitiariu *[ibid. iterum nec non 6. explicatur* GLOSS. iurispr. ἄδετ Π 45 παρτιτιαρίου· ἡμισυμερίτου]). **β** *m. pro subst.*: CATO agr. 16 calcem -o coquendam qui dant. 137 vineam curandam -o; ... -o fenum et pabulum. agr. capp. 19 calcem -o locandam.

b *transfertur ad quamlibet participationem*: TERT. adv. Marc. 1, 24 p. 323, 10 bonitas *dei Marcionis* ... cedens perditioni, -a exitii. 3, 16 p. 402, 24 disce et hic cum -is erroris tui Iudaeis *(de eis, qui ex parte tantum socii sunt, ut*: resurr. 2 p. 26, 11 alios Saducaeos ... -os sententiae illorum *[sc. dimidiam resurrectionem agnoscentes]).*

2 *de eis, quae per partitionem communiter possidentur*: APVL. met. 4, 30, 1 *(verba Veneris)* cum mortali puella -o maiestatis honore

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tractor. 8, 26, 5 promiscuis operis -us agebat concubinus. COD. Iust. 2, 3, 9 (*a. 223*) pascenda pecora -a, id est ut fetus eorum portionibus, quibus placuit, inter dominum et pastorem dividantur.

3 *de institutionibus, quae spectant ad ius partitionis*: APVL. met. 9, 27, 4 (*maritus ad adulterum*) te . . . *non* necabo . . ., sed plane cum uxore mea -o tractabo (*n. pro subst. fere pro adv., nisi subaudias* iure). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 158, 14 tractatus adversus Arrium Sabelliumque, cuius Fotinus -a hereditate damnatur.

pro subst.: m. p. 492, 75, fort. etiam p. 492, 80sq.; n. fort. l. 6.

deriv.: partiaricius.

partiātim *adv.* *a* pars; *cf.* membratim. *i. q. per partes* (*sc. corporis*): CAEL. AVR. acut. 1, 11, 79 -m erit adhibenda cucurbita, ut . . . nunc praecordiis . . ., nunc capiti, nunc clunibus *eqs.*

partībilis, -e. *a* partire. [*confunditur cum* partilis CLAVD. MAM. anim. 1, 18 p. 66, 16sqq.] 1 *i. quod partiri potest, divisibilis* (*non nisi neutr. pro subst.*): BOETH. top. Arist. lat. 138a23 quoniam magis est proprium animalis sentire quam -e, non est autem animalis sentire proprium, non erit animalis (25) -e proprium (*gr. bis* τὸ μεριστόν). 2 *i. q. partitus, partilis, singularis* (*sec. gr.* μεριστός): PRISC. LYD. solut. 9 p. 94, 21 *rationes creaturarum creator solus noscit*; impossibile est -i animo et sensu accipere varietatem . . . formae et utilitatis.

compos.: impartibilis.

particapium, *compos. a* pars *et* capere, *fingitur veriloquii causa p. 502, 5.*

⌘**particella,** -ae *f.* *a* particula. [*val.* părticeà; *it.* particella; *francog.* parcelle; *prov. vet.* parsela; *hisp.* partecilla, barchilla. *cf. M.-L. 6257. Battisti-Alessio IV 2785. Wartburg VII 675sq. Corominas² I 510. St.*] *i. q. parva pars*: TAB. Albertini 3, 4 -as agrorum in dibersis locis *vendunt* (4, 5 -as a., id est aumas duas. 6, 4 -am agri. *al. ibid.*). *Gatti.*

⌘**particeps,** -ipis *subst. et adi.* *a* pars *et* capere (*derivatur a* partiri GRAMM. suppl. 74, 27). NOT. Tir. 30, 98. *de formis: vix agnoscas nom. sing.* -cipes ITALA Hebr. 2, 14 (cod. d; *plur.* -es *antea recte positum errore iteratum videtur pro sing.* -s); *abl. sing.* -e *et* -i, *gen. plur.* -um *et* -ium *testatur* FRG. Bob. gramm. V 562, 18sq.; -e *trad.* CIC. Tusc. 4, 10 LIV. 35, 10, 8 DECL. in Catil. 53. *al.*, -i *metro firmatur* MART. 4, 75, 4 (*v. p. 494, 12*), *trad.* SPART. Geta 5, 3 (*vix addas* TAC. ann. 6, 10, 2 [-is *trad.*, -e *edd.*]); *gen. plur. non trad., sed restituendus videtur* NOVELL. Iust. 123, 43 (participio *trad.*, *gr.* μετασχόντων). *compar. et superl. non leguntur, sed cf.* maxime -s CIC. parad. 15. *legitur in versibus apud* LIV. ANDR., PLAVT., TER., *postea singulis vel binis locis apud* CATVLL., LVCR., SEN. *trag.*, SIL., MART. *al.*, *quater apud* OV.; *in prosa oratione inde a* CIC. *per totam latinitatem.* [*it.* partecipe. *cf. M.-L. 6258. Battisti-Alessio IV 2784. St.*] [*confunditur cum* princeps AVELL. p. 392, 4. *al.* (*restituitur* ARNOB. nat. 3, 40).]

i. partem capiens, μέτοχος (*quod respondet in gr. nisi alia adnotavimus. ad notionem cf.* HIER. in Eph. 5, 7 puto . . . in scripturis -em in bonam partem, comparticipem in malam semper accipi [*sed v. e. g. p. 496, 10. 29*]. GLOSS. -s: μέτοχος, μερίτης. ἰσόμοιρος. κοινωνός. -em: conpartem [*'vel* conparem' *Goetz in indice*], consortem. SYNON. Cic. p. 418, 1 consors. compar. socius. -s. collega. similis).

vox fortasse e sermone militari orta (v. sub IA1) utrum pro subst. an pro adi. accipienda sit, saepe non liquet, cum longissime praevaleat usus praedicativus (-em facere [fieri] PLAVT. Aul. 132. 605. *al.* TER. Haut. 428 CIC. inv. 2, 92 Catil. 1, 2. *al.* SALL. Iug. 14, 9 *et passim,* -em esse CIC. inv. 1, 20 Q. Rosc. 50 *et saepissime.* CATVLL. 55, 22 LVCR. 3, 462 CAES. civ. 3, 82, 1 *et passim,* -em habere CAES. civ. 3, 60, 5 BRVT. et CASS. Cic. fam. 11, 2, 1 NEP. Eum. 1, 6 OV. trist. 3, 2, 28 *et saepius; sim. al.*); *adi. certe intellegitur e struct. attributiva* CIC. orat. 21 ac. 2, 21 nat. deor. 1, 87. *al.* SALL. Iug. 71, 3 VELL. 2, 69, 1. *et al.; pro subst. masc.* (*fem. e. g. p. 494, 24*) *adhibetur sub IA1, ceterum* PLAVT. Mil. 1013 (*iuxta subst. ut*: CIC. Verr. II 1, 45 Font. 47 Sull. 34. *et saepe* [*cf. l. 68sqq.*]). Persa 758a (*accedit pron. poss. ut saepius, v. p. 495, 80sqq. 497, 6sqq.*). Pseud. 588 (*accedit adi. vel part. ut*: Ov. met. 3, 147 CVRT. 5, 13, 15. 6, 9, 16. 7, 2, 29 VLP. dig. 46, 4, 16 pr. *al.*). *iuxta ponuntur vel opponuntur* (*exempla selecta*): socius *inde a* PLAVT. Mil. 1013 *passim* (*differentia iuris statuitur* PS. ASCON. Verr. p. 253, 7 aliud . . . 'socius', aliud '-s': qui certam habet partem, non divise agit, ut socius), adiutor CIC. Sull. 34. *al.* PLIN. epist. 6, 9, 2 DECL. in Catil. 53. *al.*, auctor CIC. Sull. 34 (*si recte trad.*; actor *Orelli*). CVRT. 6, 8, 10 CYPR. epist. 69, 9. *al.*, expers CIC. orat. 21 fin. 2, 38. *al.* VVLG. Hebr. 5, 13. *al.*, conscius CIC. Att. 1, 18, 1 QVINT. decl. 366, 5 SVET. Otho 6, 3 AMM. 28, 6, 22. *al.*, minister CIC. fam. 2, 7, 2 LIV. 40, 20, 4 TAC. hist. 1, 88, 1 PLIN. epist. 6, 9, 2. *al.*, comes TAC. hist. 1, 88, 1 SVET. Cal. 45, 1 CYPR. epist. 10, 4 p. 493, 21. *al.*, consors CYPR. epist. 67, 9 p. 743, 3 FILASTR. 50, 3 PRVD. apoth. 162 PAVL. NOL. epist. 13, 20. *al.*

I *-es sunt homines, anima, animalia* (*reges sim. pro deis habitos v. sub III*): A *sine structuris* (*quae tamen saepius e contextu suppleri possunt* [*ex enunt. relat. v. p. 494, 45*]): 1 *vi originaria perlucente de eo, qui partem praedae capit* (*cf. p. 494, 22sq. 495, 82. 497, 4 nec non Leumann-Hofmann-Szantyr, Allg. Teil 80*. in imag.* PLAVT.): LIV. ANDR. trag. 3 ut Pergama accensa et praeda[m] per -es aequiter

partita est. PLAVT. Most. 312 (*Philolaches loq.*) Callidamates cum amica incedit; euge, . . . conveniunt manuplares eccos: praedam -es petunt. Persa 757 (*antea*: hostibus victis *eqs.*; *servus loq.*) inter -es dividam praedam et participabo (*seq. p. 495, 81*). 2 *vario usu*: PLAVT. Aul. 132 (*Eunomia ad fratrem*) quin -em pariter ego te et tu me [ut] facias. CIC. Phil. 13, 44. Att. 2, 25, 2 aut expedies nos omni molestia aut eris -s. PS. BRVT. Cic. ad Brut. 24, 4 W. beneficiis atque honoribus ut -es frui (LIV. 1, 52, 3 secunda . . . fortuna. *cf.* PLIN. paneg. 50, 1 cum rebus tuis ut -es perfruamur). CVRT. 6, 8, 10 *nemo supprimit* coniurationis indicium . . . nisi auctor aut -s. SIL. 1, 76 *Barcas* se -em casus sociarat in omnis *Didonis.* MART. 4, 75, 4 (*ad Nigrinam quandam*) te patrios miscere iuvat cum coniuge census, gaudentem socio -ique viro (-eque, -emque, participare *var. ll.*). TAC. ann. 6, 10, 2 Marino -e (-is *trad.*) Seianus . . . Atticum oppresserat. PLIN. paneg. 19, 3 *ut* omnium laborem . . . tamquam -s sociusque relevares. SVET. Otho 6, 3 obvio quōque non aliter ac si conscius et -s foret adhaerente *Othoni imperatori consalutato. al.*

B *indicatur id, quod quis parte quadam sive capit, possidet sim. sive facit sim.* (*res praeter Ibδ; cognoscendo e. g. l. 51. 54, audacius l. 46*): 1 *per gen.*: a *rei corporeae*: PLAVT. Truc. 747 (*adulescens ad ancillam*) ⌊non ⟨mei⟩ licet [do]⌋ obsoni me -em fieri? (*Leo*; n. l. donati *Spengel*, n. l. dimidio *Lindsay, ut ad 3 pertineat*). CIC. Q. Rosc. 50 si universae praedae -s esset (*iniuria partae ut*: Verr. II 2, 45. *bello partae*: CAES. civ. 3, 82, 1 p. ac praemiorum. LIV. 4, 53, 10. 5, 20, 4). OV. Pont. 3, 1, 164 Augustum numen adora . . . -emque tori (*i. uxorem*). RVT. LVP. 1, 12 frater eiusdem sanguinis -s (ITALA Hebr. 2, 14 [cod. d] quia filii, *i. homines,* -es sunt s. et carnis [*gr.* κεκοινώνηκεν, *Vulg.* communicaverunt]. PS. AVG. serm. ed. Mai 74, 2 hominem, . . . naturae consortem, -em s. sociumque substantiae corporalis. *cf.* AVG. civ. *infra*). COLVM. 6 praef. 7 *bos* inter fulgentissima sidera -s caeli. FRONTO p. 41, 11 v. d. H. *pater te* socium dignitatis gloriae bonorumque (honorumque *var. l.*) omnium -em tutatur (VLP. dig. 37, 6, 1 pr. paternorum). p. 175, 23 -em mei corporis et animi (*sc. per amicitiam; per eucharistiam*: AVG. civ. 21, 25 p. 536, 19 D. corporis eius *Christi* et sanguinis. in psalm. 39, 12. *al.*). ITALA Rom. 11, 17 (Aug. in psalm. 134, 7. *in imagine ad gentes*:) tu . . . cum esses oleaster, insertus es in illis *ramis* (*i. Iudaeis*) et -s pinguedinis olivae factus es (*gr.* συγκοινωνός, *Vulg.* socius. *cf. p. 496, 64*). AMM. 15, 3, 9 Africanus et omnes letalis mensae -es *opprimuntur* (VVLG. I Cor. 10, 21 m. domini . . . et m. daemoniorum [*gr.* μετέχειν, *Itala cod. d al.* participare]. SVLP. SEV. Mart. 20, 2 SACR. Leon. 76. *al.*). VVLG. Hebr. 5, 13 omnis . . ., qui lactis est -s, expers est sermonis iustitiae: parvulus enim est (*gr.* μετέχων, *Itala cod. d al.* qui percipiet lacte). EVSTATH. Basil. hex. 6, 1, 1 *spectator* -s sudoris *athletarum* (*aliter p. 495, 73*). *al.*

b *rei incorporeae*: α *cuiusvis* (*pauca selecta inde a* CIC.): PLAVT. Aul. 605 *erus* speculatum huc misit me, ut, quae fierent, fieret -s (*ex enunt. relat. supplendus vid. gen.* eorum, *sc. cognoscendorum; vix ad 4*). Epid. 266 si placebit, utitor consilium *meum* . . . :: gratiam habeo, fac -es nos tuae sapientiae (VVLG. sap. 6, 25 *invidia* non erit -s s. [*gr. 6, 23* κοινωνήσει]. AVG. trin. 3, 2, 8. *al.*). Mil. 1013 socium tuorum conciliorum et -em consiliorum ([consiliarium *trad.*]. Pseud. 11 CIC. Verr. II 1, 40. Catil. 1, 2 publici c. fam. 2, 7, 2 vel -s vel socius vel minister c. *al.* BRVT. et CASS. Cic. fam. 11, 2, 1 CAES. civ. 3, 60, 5. *et saepe*). TER. Haut. 428 nuntium adporto tibi, cuius maxime te fieri -em cupis. CIC. Sull. 34 omnium rerum, quas ego in consulatu . . . gessi . . ., auctor, adiutor, -s exstitit *Torquatus* (*cf.* prov. 41 *Caesar* consul . . . egit eas res, quarum me -em esse voluit. SALL. Iug. 29, 3 negoti. OV. met. 3, 147 per devia lustra vagantes -es operum conpellat *Actaeon* [VELL. 2, 116, 3 CVRT. 6, 7, 8. *al.*]. *sim. al.*). Planc. 104 consiliorum . . . socius, periculorum -s, rerum, quas gessi, adiutor (ad Q. fr. 1, 1, 43. LIV. 44, 22, 12 qui in eodem velut navigio -es sunt periculi [*eadem imagine* AMM. 30, 10, 2]. CVRT. 7, 1, 3. *al.*). rep. 1, 43 libertatis. ac. 2, 21 *homo* animal est mortale rationis -s (nat. deor. 1, 87 animam r. consilique -em. Tim. 27 compos et -s [*gr. 37ᵃ* μετέχουσα, *Chalc.* compos]. *al.* ARNOB. nat. 7, 9 p. 351, 22 M. *al.*). LVCR. 3, 462 *animum* -em leti . . . esse (*cf.* ARNOB. nat. 1, 38 p. 33, 17 M. *anima* mortis -s. *v. et l. 75*). CATVLL. 55, 22 amoris. CIC. fil. Cic. fam. 16, 21, 2 sollicitudinis et doloris (CYPR. epist. 62, 3 SYMM. epist. 1, 85. *cf.* RVT. LVP. 1, 20 luctus [SVLP. SEV. epist. 2, 6]. *sim. al.*). OV. Pont. 2, 5, 42 *Salanum* -em studii *Germanici* (studiis *cod. unus*). LIV. 10, 38, 9 *unus quisque* admovebatur altaribus magis ut victima quam ut sacri -s (AVG. conf. 8, 2, 3). VAL. MAX. 4, 1, 9 Livi Salinatoris in Hasdrubale opprimendo gloriae -s fuerat *Claudius Nero* (CYPR. epist. 51, 1 p. 615, 10. *al.*, *addas fortasse l. 30*). IVV. 3, 52 secreti . . . honesti (TAC. ann. 1, 6, 3 SVET. Otho 3, 1. HIER. epist. 21, 20 s. eius *Christi*). TAC. ann. 6, 29, 4 *uxor* incitamentum mortis *mariti* et -s fuit. SVET. Aug. 25, 3 socios expeditionum et -es victoriarum (Cal. 45, 1 Vesp. 8, 2. PANEG. 12, 18, 1 *tu, Tiberis,* Constantini v. -s esse voluisti. *al.*). IVLIAN. dig. 46, 3, 34, 6 obligationis (VLP. dig. 46, 4, 16 pr.). *al.* *gerund.* (*cf. p. 495, 74. 496, 55*): CIC. Verr. II 4, 139 hereditatis diripiendae. LIV. 35, 10, 8 administrandi (-strati *pars codicum*) belli. AMM. 30, 1, 4. COD. Theod. 11, 22, 2 possidendi. β *criminis, fraudis sim.*: CIC. Catil. 3, 14 qui huius coniurationis -es fuissent (Cael. 15. *cf. etiam l. 10*). dom. 135 fieri . . . -s invitus alieni sceleris (CVRT. 6, 6, 36 [*v. sub C3*]. 6, 11, 35. *al.* QVINT. decl. 366, 5 [*iuxta* conscios]. APVL. met. 3, 8, 7.

[*van Leijenhorst*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et saepius). LIV. 4, 30, 5 populationis. 23, 2, 9 tamquam et ipse cogitati facinoris -s (CVRT. 5, 13, 15. 8, 6, 24 MARCIAN. dig. 37, 10, 2. *al.*). 40, 20, 4 erant . . . hi *legati* Persei fraudis in fratrem ministri et -es (VLP. dig. 9, 2, 23, 4. *al.*). VELL. 2, 69, 1 *Trebonium*, virum . . . ingratissimum -emque caedis (MAECIAN. dig. 29, 5, 14. *cf.* ORIG. in Matth. 13, 1 p. 172, 7 interfectionis [*gr.* συναίτιοι]). *al.* γ *dominatus, potestatis sim.*: CIC. Phil. 2, 27 *Trebonius* depulsor . . . dominatus quam -s esse maluit (*cf.* SALL. [?] rep. 1, 2, 3 dominationis *et p. 496, 81*). SALL. Iug. 14, 9 regni (NEP. Timol. 1, 3 FIRM. err. 13, 1 DICT. 1, 14. *al.; aliter infra l. 29*). PLIN. nat. praef. 3 tribuniciae potestatis (PS. AVR. VICT. epit. 10, 11. AMM. 26, 4, 3 *Valentem*, -em . . . legitimum p.). PLIN. paneg. 9, 1 non solum successor imperii, sed -s etiam sociusque placuisti *Nervae* (SVET. Tit. 6, 1 Dom. 2, 3. CIL VIII 22851 [*saec. III in.*]. *al.*). *al.* δ *dei, vitae aeternae sim.* (*ad rem cf. Hanse, Theol. Wb. NT II 830sqq.*): ITALA Eph. 3, 6 (Mar. Victorin. *ad l., al.*) esse gentes coheredes . . . et -es promissionis ([*gr.* συμμέτοχα, *Vulg.* conparticipes]. PHILIPP. in Iob 42 p. 800^D). Hebr. 3, 14 (cod. d *al., sim.* VVLG.) -es . . . Christi facti sumus (RVFIN. Orig. princ. 2, 6, 6 p. 146, 8 eius. AVG. in psalm. 65, 13. *al.*). 6, 4 (*ibid.*) -es . . . facti sunt spiritus sancti (IREN. 3, 24, 1 cuius). I Petr. 3, 22 (Vulg. cod. M; *sim.* Cassiod. compl. in I Petr. 3, 17) ut vitae aeternae -es efficeremur ([*cod. 65 al.* heredes; *sententia deest gr. ut et Vulg. codd. compluribus*]. FIRM. err. 21, 6 sepulturae Christi . . . et v. AVG. pecc. mer. 2, 24, 38 p. 110, 25 nos -es v. aeternae, ille *Christus* vita aeterna. in psalm. 38, 22 l. 37 v. sempiternae. CONC.^S I 2 p. 54, 16 [*gr. I 1, 2 p. 40, 10* μετασχῶμεν]. *al.*). IREN. 3, 18, 7 incorruptibilitatis (*gr.* μετασχεῖν). 4, 28, 2 ut et homo fieret -s dei (AVG. civ. 22, 30 p. 632, 21 D. *al.; ironice ad idoli cultorem*: FIRM. err. 22, 3 tibi agat gratias deus tuus *quippe a te factus*, . . . te sui velit esse -em). PRVD. ham. 661 homines regni . . . -es iubet *deus* esse sui (QVODV. c. Iud. pag. Ar. 21, 5 r. caelorum. *al., addas p. 497, 14*). AVG. civ. 21, 16 p. 520, 16 D. divinitatis (in psalm. 66, 9 l. 45. *al.*). *al.*

2 *per praepos.*: **a** in: *c. abl.*: CIC. inv. 2, 92 -s tu factus es in turpissimo foedere summae religionis (*nisi ad 1b*). PS. QVINT. decl. 3, 3 (*v. sub C3*). ITALA apoc. 1, 9 (cod. g *al.* = VVLG.) ego Iohannes frater vester et -s in tribulatione *eqs.* (*gr.* συγκοινωνός, *Orig. in Matth. 16, 6 p. 486, 17* socius). COD. Iust. 5, 62, 7 (*a. 224*) -em in munere habere debet *tutor*. CYPR. epist. 60, 1 ut in meritis ac laudibus vestris nos quoque -es et socios conputemus. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 17 dubitat in ceteris quoque consentire eis *haereticis* et -s esse. CAPITOL. Aur. 7, 5 fratrem sibi -em in imperio designavit. LAMPR. Heliog. 6, 3 in omni vita et actu. AMBROSIAST. in Phil. 1, 8. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 7, 4 *eos* facit . . . in conloquiis et sermone -es (*Migne gr. 36, 317^C* προσομιλῇ). MAX. TAVR. serm. 17, 1 M. in substantia, . . . in gratia. *al.* *c. acc.* (*vix huc p. 494, 10*): AVG. in psalm. 121, 5 l. 33 (*ad psalm. 121, 3* participatio . . . in idipsum) ut . . . efficiaris tu -s in idipsum, factus est ipse *Christus* prior -s tui. **b** de: PAVL. FEST. p. 127 (155, 8 L.) qui *municipes* . . . -es . . . fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis civibus praeterquam de suffragio ferendo aut magistratu capiendo. VITA Cypr. 4, 3 *Caecilianus Cyprianum* fecerat de sectae communicatione -em. PASS. Const. (BHL 1938) 13 ut de regno eius *Christi* merear esse -s. **c** ad (*cf. l. 47*): TAC. ann. 15, 50, 2 Natalis -s ad omne secretum Pisoni erat. CYPR. idol. 7 p. 25, 3 *daemones student* quaerere sibi ad poenam comites, quos ad crimen suum fecerint errore (terrore *B*) -es. LVCIF. Athan. 1, 43 l. 7 D. hos socios atque -es ad dei delendam hereditatem . . . habes. AMBROSIAST. in II Cor. 7, 3 ad praesentes passiones et ad futuram vitam. *al.*

3 *per dat. vel abl.* (*v. formas non ambiguas l. 66sqq. 70. 72; ceterum cf. p. 494, 21. 69. 496, 22*): SEN. Herc. f. 369 (*Lycus ad Megaram*) -s regno veni. TAC. hist. 1, 88, 1 multos . . . non -es aut ministros bello, sed comitum specie secum expedire iubet. VLP. dig. 24, 3, 22, 7 fortuitis casibus mulieris maritum vel uxorem viri -em esse. HERM. vulg. mand. 2, 2 -s eris peccatis (-i *dett.*) male loquentis (*gr.* ἔνοχος, Pal. -s eris huius *detrahentis*. *cf.* CYPR. epist. 65, 4 p. 725, 9 desperatorum delictis. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 53, 10 blasphemiis sceleribusque. *sim. al.*). PS. CYPR. aleat. 8 p. 101, 9 saeculo -s *aleator*. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 121, 14 animae . . ., quae verbo dei et paci eius -es fiunt (AVELL. p. 711, 21 cui *p. ecclesiasticae*). PAVL. NOL. epist. 13, 20 quomodo dedignamur terrenae possessionis usu facere -es, quos . . . divinae originis unitate consortes habemus? CONC.^S II 3, 3 p. 88, 10 his *decretis* (*gr. II 1, 3 p. 80, 20* τοῖς . . . ὁρισθεῖσι . . . σύμψηφος). p. 111, 23 honore (*gr. II 1, 3 p. 97, 10* μετέχομεν). ARNOB. ad Greg. 20 p. 428, 8 *animam deus* suae condidit aeternitati (-tim *cod. A*) -em. CASSIOD. hist. 7, 37, 2 Athanasii sudoribus -s fuit (*Theodoret. 4, 20, 2* συμμετέσχεν). *al.* *gerund.*: AVELL. p. 392, 4 sese . . . his agendis rebus fuisse -em.

4 *per enunt. secund.*: VVLG. II par. 20, 36 iniit amicitias . . . rex Iuda cum . . . rege Israhel . . . et -s fuit, ut facerent naves (*Itala Complut.* communicabit cum illo, ut *eqs.*). *vix de enunt. interrog. cogites p. 494, 45.*

C *indicatur socius vel is, quem quis sectatur* (*saepe cum determinatione rei, cuius quis -s est*): **1** *per pron. poss.*: PLAVT. Persa 758a (*antecedit p. 494, 3*) ite foras: hic volo ante . . . ianuam meos -es bene accipere (*item in imag. de commilitonibus*: Pseud. 588 me et simul -es omnis meos praeda onerabo). TER. Haut. 150 *nulla* me voluptate . . . frui, nisi ubi *filius* . . . redierit meus -s. ITALA psalm. 44, 8 (Cypr. testim. 2, 6, *sim. al.*) *deus* unxit te . . . super -es tuos (*var. l. sec. Vulg.* prae consortibus). HEGES. 4, 8 *Iudaei* non patiuntur consortes et -es suos ingredi (*sc. Idumaeos; in eadem re* 4, 9, 2). VVLG. Mal. 2, 14 (*ad maritum*) haec -s tua et uxor foederis tui. COD. Theod. 16, 5, 53 *Iovinianum* cum ceteris suis -bus et ministris exilio coherceri (*cf. l. 36*). *al.* **2** *per praepos.* cum (*cf. infra l. 83*): PAVL. FEST. *v. sub B2b*. VLP. dig. 37, 6, 1 pr. *cum praetor* emancipatos . . . -es . . . faciat cum his, qui sunt in potestate, bonorum paternorum. CLAVD. DON. Aen. 1, 195 p. 45, 30 omnium vobiscum -s fui. VVLG. Tob. 3, 17 *numquam* cum his qui in levitate ambulant -em me praebui. HESYCH. in lev. 17, 15 p. 1008^A qui communicavit sive -s fuit cum his. MAX. TAVR. serm. 98, 1 M. -s . . . esse cum saeculo (*antea*: partem . . . habere cum Christo). *al.* **3** *per dat.* (*vix huc* LIV. *p. 495, 3*): CVRT. 6, 6, 36 Barzaentes sceleris in regem suum -s Besso. 6, 7, 6 se . . . eius consilii fortibus viris . . . esse -em. PS. QVINT. decl. 3, 3 *uxor* in plerisque ruris operibus marito -s. TAC. ann. 15, 50, 2 *v. sub B2c*. IVLIAN. dig. 46, 3, 34, 6 quia in causam dotis -s . . . patri filia esset. APVL. apol. 56, 9 (*at v. vol. VII 1, 200, 8*) si qui forte adest eorundem sollemnium mihi -s. TERT. adv. Iud. 2, 5 nec . . . diabolo (mendacii *add. cod. Trecensis*) -es efficerentur *Adam et Eva*. IVL. VAL. 2, 33 (*Darius moriens ad Alex.*) matrem meam . . . habeto . . . -em Olympiadi tuae. DON. Ter. Eun. 407, 1 *ut* voluptatibus . . . ⌊regi idem⌋ -s esset (⌊ ⌋ *nisi tuearis var. l.* regiis). HIL. in Matth. 14, 16 *nemo* domino passionis esse -s poterat. LVCIF. Athan. 1, 7 l. 27 D. -em . . . sacerdotibus fieri ad gerendum populum. NOVELL. Iust. 123, 10, 1 ludentibus -es aut inspectores fieri. *al.* sibi -s: HIER. *p. 497, 55.* **4** *per gen.* (*exempla certiora*): ITALA Os. 4, 17 (Wirc.) -s simulacrorum Ephrem (VVLG. idolorum; *cf.* HIER. *ad l.* idolorum . . . amicus et -s. *v. etiam infra l. 40*). Eph. 5, 7 (cod. d, *sim.* VVLG.) nolite . . . fieri -es eorum *infidelium* (*cod. g al.* conparticipes, *gr.* συμμέτοχοι). IREN. 1, 10, 3 l. 73 (*sec.* Eph. 3, 6 *p. 495, 16*) gentes . . . -es sanctorum (*gr.* συμμέτοχα). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 16 illorum, *sc. Core et Dathan et Abiron*, -es et fautores. LVCIF. Athan. 2, 20 l. 34 D. quorum *Iudaeorum* . . . sis in omnibus -s. moriend. 5 l. 76 eius *apostoli* . . . imitatores atque -es. VVLG. Os. 6, 9 *Galaad* -s sacerdotum. PRVD. perist. 5, 9 *martyr* nunc angelorum -s. NICET. spir. 2 Macedoniani vel eorum in hac curiositate -es (*item factionum religiosarum*: COD. Theod. 16, 5, 66 pr. sectae Nestorii. MAR. MERC. Conc.^S I 5 p. 70, 9 Iuliani. CASSIOD. hist. 9, 3, 8 Damasi [*Theodoret. 5, 3, 9* τῆς Δαμάσου μερίδος]. *al.; cf. l. 5*). PS. BASIL. ad fil. p. 39, 11 pacificus homo consortium angelorum merebitur, invidus -s daemoniorum efficitur (*cf.* COMM. apol. 697 daemonum). COD. Theod. 3, 6, 1, 1 circa administrantium filios, nepotes, propinquos, -es ([Iust. 5, 2, 1, 1 *addit* id est consiliarios, *cf. Interpr. cod. Theod. ad l.* in consortio administrationis . . . adiuncti]. 8, 15, 5, 1). *al.*

II *-es sunt res* (*res personificatas v. sub I*): **A** *incorporeae*: CIC. inv. 1, 20 *causae genus est* anceps, in quo . . . causa et honestatis et turpitudinis -s *est*. Verr. II 5, 132 istius . . . calamitatis tuae, *sc. classis amissae*, fortuna -s non fuit. fin. 5, 67 cum ita copulatae conexaeque sint *virtutes*, ut omnes omnium -es sint. nat. deor. 2, 36 si rationis -s sit *natura* (*sim.* 2, 81). *al.* COLVM. 6 praef. 6 *iumentorum* usus (-um *fere trad.*) nostri laboris est -s. APVL. mund. praef. p. 285 divinarum -s rerum philosophia videbatur (*gr. p. 391a1* θεῖόν τι . . . χρῆμα). Plat. 1, 14 p. 209 auditionem . . . aeriae naturae -em aeris nuntiis percipere sonores (BOETH. arithm. 2, 31 p. 123, 19 *numeri pares* putantur . . . alterius n. esse -es [*Nicom. arithm. 2, 18, 1* ἑτερότητος . . . μετέχειν]). *al.* *accedit gerund.*: CIC. fin. 2, 38 de summo bono ratio . . . voluptatis non dolendive -s. **B** *corporeae*: FRONTO p. 41, 7 v. d. H. insulam . . . omnium . . . deliciarum voluptatumque -em. TERT. resurr. 15 p. 44, 11 (*adv. eos, qui resurrectionem carnis negant*) non sit -s in *iudicis* sententia caro, si non fuerit et in causa (*cf.* 33 p. 73, 10 utramque *animam et carnem esse* -em et regni et iudicii et resurrectionis. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 20, 5 G. in retributione -es *spiritus et caro* [*syn.* consortes]). IREN. 2, 30, 7 l. 176 uti neque corpus non -s putaretur esse visionis eius (*Pauli, II Cor. 12, 2sqq.*). AVG. in euang. Ioh. 117, 5 oleaster factus est -s pinguedinis oleae, non olea -s facta est amaritudinis oleastri (*pendet a* Rom. 11, 17 [*v. p. 494, 36*]. *sim.* in psalm. 72, 2). *al.*

III *-es sunt dei, spiritus sim.* (*reges deorum similes l. 70*): **A** *usu pagano*: OV. trist. 3, 2, 28 di . . ., -es irae quos deus unus *Augustus* habet. CIL III 1076 (*saec. II ex.*) Minervae Iovis consiliorum -i. PANEG. 2, 18, 4 (*ad Theodosium*) illi maiestatis tuae -i deo (*i. Iovi*) feruntur adsistere Fata cum tabulis. 4, 14, 6 *divus Constantius* -s caeli (*sim. de rege Persarum vivo*: AMM. 17, 5, 3 rex regum Sapor, -s siderum, frater Solis et Lunae [*cf. Pighi, Nuovi Studi Amm., 1936, 182sq.*]). ARNOB. nat. 1, 28 p. 24, 18 M. *dei paganorum* esse creduntur immortales, perpetui et nullius umquam -es finis. 3, 40 *deos quosdam* summi Iovis consiliarios et -es (*Scaliger*, principes *trad.*) existimari (*cf. l. 42*). 4, 20 fescenni⟨n⟩orum. FILASTR. 61, 3 *inter deos* masculofeminas quasdam esse . . . et utriusque naturae -es. *al.* **B** *usu christiano*: *varia exempla*: CYPR. eleem. 13 fac tibi possessionum terrestrium Christum -em, ut et ille te sibi faciat regnorum caelestium coheredem. FIRM. err. 24, 8 deus pater -em eum *Christum* regni faciens (*cf.* CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 131, 13 [*sim. al.*] *Christus* filiationis dominationisque effectus -s [*II 3, 1 p. 214, 19* participans, *gr. I 1, 7 p. 99, 6* μετέχων]). PS. HIL. libell. 6 p. 77, 12 filius dei, qui in factura hominis -s cum patre fuerat. PRVD. c. Symm. 2, 232 (*deus loq.*) ministeriis ad tot moderamina mundi non

[van Leijenhorst]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

egeo nec -es sociosve requiro. AVG. civ. 11, 13 p. 481, 22 D. *diabolus* eius *veritatis* -s factus. in euang. Ioh. 19, 11 *deus non* quasi -s fit vitae ..., sed 'habet vitam in semetipso' (*Ioh. 5, 26*). in psalm. 49, 28 deum ... vis tenere -em, et tamquam corruptum iudicem praedae socium vis habere. *al.* *respicitur Christus homo factus*: PRVD. perist. 10, 469 Christus ..., rerum creator, noster idem -s (AVG. trin. 4, 8, 12 -s n. per humanitatis susceptionem. MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 51, 17 carne ... et sanguine -s factus est n. [*gr. I 1, 1 p. 28, 15* μετέσχεν αἵματος, *I 2 p. 39, 3* participavit sanguinem, *sim. al.*]). AVG. civ. 9, 15 p. 388, 34 D. deus factus -s humanitatis nostrae (SACR. Leon. 1239). 21, 16 p. 520, 15 mortalitatis (in psalm. 44, 21. *et saepius apud eundem*). in psalm. 118 serm. 16, 6 -s factus est *Christus* fratrum suorum, deus hominum, immortalis mortalium. *al.*

[*adv.* particeps *agnoscunt quidam* DIDASC. apost. 63, 5 ut -s immortalitatis et regni dei ... efficiamini (*cf. Hofmann-Szantyr 173d; sed potius corrigas* participes, *cum idem error occurrat e. g.* CYPR. laps. 10 p. 244, 8 AMM. 30, 5, 1).]

deriv.: participium, participo(r); *cf.* participialis.

compos.: comparticeps.

participābilis, -e. *a* participare. *i. qui participari potest, participatur*: CHALC. comm. 338 (339) formatum ... quidque compositum sit necesse est ⌊ex participante et ex -i⌋, ut in statua, in qua participat quidem aes, participatur vero impressa forma (⌊ ⌋ *t. t. phil.* τὸ μετέχον *et* τὸ μετεχόμενον *confert Waszink ad l.; v. etiam p. 508, 63*). HIER. Didym. spir. 8 p. 110[B] (*ad act. 2, 4* repleti sunt omnes spiritu sancto) cum ... -is sit spiritus sanctus, *eqs.* (*sim.* 53 p. 147[B] ostendimus eum -em et a multis simul capi posse). *falsa var. l. vi activa fere i. q. particeps*: IREN. 3, 8, 3 quae ... facta sunt non iam eiusdem *dei* vocabuli participibilia (*V*, percipibilia *cett. et edd. rec.*). 5, 3, 3 membra ... -a vitae (*A*, percapabilia *cett. et edd., gr.* ἐπιδεκτικά).

compos.: imparticipabilis.

participālis, participāliter *v.* participial-.

participāns *v.* participo.

*participātio, -ōnis *f.* *a* participare. *legitur plur. apud* SCAVR. *et* PS. THOM. (*v. sub II et III*), *sing.* (*maxime abl.* -e) *inde ab* APVL., TERT., ITALA (*frequentat* AVG., *de quo v. Koch, Augustins Lehre von der Teilhabe, 1958*); *deest apud poetas.* [*confunditur in codd. cum* partitio BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 12 p. 33, 1 (*falsa var. l.* MART. CAP. 2, 156; *de* PS. ASCON. Verr. p. 221, 6 *v. p. 530, 8*); *falsa var. l.* -o *vel* -e *pro* participio *e. g.* RVFIN. Orig. princ. 4, 4, 5 (*cf. Beikircher loco p. 503, 48 cit.*).]

I *usu communi i. q. status vel actus participandi* (*metonymias v. p. 498, 31. 499, 19*): **A** *quo quis (quid) particeps est* (*gr. respondet* μετοχή, *nisi alia adnotavimus*; *cf.* GLOSS. -o: κοινωνία. μέρους μετοχή. *accedit passim gen. obi.* [*sc. rei, cuius quis particeps est; gen. gerund. p. 499, 16. 45; vergit in gen. inhaerentiae p. 498, 2. 79*]; *gen. subi. e. g. l. 55. p. 498, 48; pron. poss. vel adi. pro gen. subi. p. 498, 68. 78; praepos. ad l. 67. p. 498, 62. 80,* cum *p. 498, 34. 63. 77. 499, 25,* in *c. acc. l. 55, c. abl. p. 498, 60; fig. fere etym.* -e participare: *p. 499, 47; de statu mutuo p. 498, 79, cf. l. 55*): **1** *participes sunt homines* (*locus l. 60*): **a** *indicatur cuius rei* (*dei p. 498, 6*) *quis particeps sit*: α *in universum*: APVL. Plat. 2, 11 *vitiosus* non ignarus quantum dedecoris ... adipiscatur ex -e vitiorum. ITALA psalm. 121, 3 (Sangerm. *al.* = VVLG.) *Hierusalem* aedificatur ut civitas, cuius -o eius in id ipsum (*explicat Hier. ad l.* si sibi in omni parte sit particeps *civitas* et invicem membra pro se sollicita sint; *aliter e. g. Aug., v. p. 495, 45*). IREN. 2, 34, 4 secundum -em vitae vivens facta est anima. CAPITOL. Aur. 16, 1 *contulit filio* triumphi -em et consulatum. AMBROSIAST. in II Tim. 2, 6/7 a -e gazophylacii se abstinebat *Paulus*. HIER. nom. hebr. p. 12, 27 Ebron -o tristitiae sive fortitudinis. RVFIN. Orig. princ. 1, 1, 5 mens nostra ... pro talis materiae, *sc. carnis,* -e hebetior ... redditur. AVG. in psalm. 58, serm. 1, 14 animam ... extorrem a societate generis humani et a -e communis sanguinis ex Adam. OROS. hist. 5, 15, 22 virgines Vestales ... ad -em incesti sollicitatas. BOETH. Porph. isag. p. 32, 6 -e ... speciei plures homines unus (*gr. p. 6, 21* μετουσίᾳ). NOVELL. Iust. 30, 8 pr. iudices, quibus aliqua est ad causam -o (*gr.* μετουσία). *al.*

β *in religione christiana* (*ad rem v. Lupp, Der Begriff '-o' im Sprachgebr. der röm. Liturgie, 1960*): Ⓘ *respiciuntur sacrificium et sacramenta* (*sc. fere eucharistia; v. etiam p. 498, 49*): TERT. orat. 19 p. 192, 10 -o sacrificii (*sc. oblatio*) et executio officii (*sc. ieiunium*). AMBR. epist. 9, 4 F. (*nisi ad B*) peccatorum remissio, gratiarum divisio, sacramentorum -o ([*i. baptismus, confirmatio, eucharistia*]. AVG. bapt. 7, 47, 93 p. 367, 8 in -e s. *haereticis* ... communicabant. epist. 166, 21 qui *parvuli* sine sacramenti eius *Christi* [*i. baptismi*] -e de vita exeunt. SACR. Leon. 924. 1305. *et saepius*). VVLG. I Cor. 10, 16 calix benedictionis ... nonne communicatio sanguinis Christi est? et panis, quem frangimus, nonne -o corporis domini est? ([*gr. bis* κοινωνία, *Itala cod. d al. bis* communicatio]. AVG. civ. 21, 19 tit. corporis Christi. epist. 149, 17 corporis et sanguinis Christi [c. Faust. 20, 18 *opp.* oblatione. pecc. mer. 1, 20, 27 LEO M. serm. 63, 7. *al.*]. *al.*). ANIAN. Chrysost. hom. 17, 7 p. 151, 5 S. interdicemus ... vobis ... caelestis -em mysterii ([*Migne gr. 57, 264* μετασχεῖν]. AVELL. p. 362, 12 m. christiani. SACR. Leon. 453 vivificet nos ... -o ... m. *al.*). AVG. serm. coll. Morin p. 19, 7 ad -em huius altaris accedite (SACR. Greg. 1, 27 [13 D.]. 71, 2). LIB. pontif. p. 78, 1 -o ... communionis cum haereticis (AVELL. p. 368, 8 catholicae c.). *al.* *transfertur ad sacrificium paganorum* (*cf. p. 504, 19*): PELAG. in I Cor. 10, 16 (*p. 497, 76*) panis idololatriae daemonum -o esse monstratur. Ⓘ *vario respectu*: -o dei, *spiritus sancti sim.*: IREN. 2, 13, 7 (*antea: aeones* participabunt de patre) -o patris adimplentis (RVFIN. Orig. princ. 1, 3, 6 -o dei p. pervenit in omnes [*antea*: participium trahunt]. 4, 4, 9 p. 363, 2 p. ac filii et spiritus sancti). 4, 20, 5 subsistentia vitae ... de dei -e evenit, -o autem dei est ... frui benignitate eius (HIER. tract. in psalm. II p. 10, 8 dii qui -e illius appellantur [*sc. filii dei sec. psalm. 81, 6, ut* RVFIN. Orig. in exod. 6, 5 p. 196, 21. *al.*]. AVG. civ. 9, 15 p. 388, 19 D. *al.*). 5, 6, 1 l. 18 fratres in ecclesia ... secundum -em spiritus exsistentes spiritales (5, 9, 2 [*gr.* μετά⟨λημψιν⟩. *syn.* communionem]. AMBROSIAST. in Phil. 2, 1sqq., 1 [*explicatur* societas spiritus, *gr.* κοινωνία]. DIDASC. apost. 1, 5 acceperunt ... -em ... s. [*gr.* μετουσίαν]. CLAVD. MAM. anim. 1, 14 p. 58, 24 angelici s. *al.*). RVFIN. Orig. princ. 1, 3, 6 ex -e verbi vel rationis (AVG. epist. 140, 11. *al. apud eundem*). *al.* -o vitae aeternae *et variarum rerum*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 2, 8 p. 1094[B] unde ... filii dei erimus, nisi -e vitae aeternae? (AVG. in psalm. 101, serm. 1, 11 beatae v. trin. 1, 6, 10. *al.*). ZENO 1, 2, 9 (1, 36, 28 L.) *deus hominem* regni caelestis -e ditavit (EVCHER. instr. 1 p. 97, 8 r. *et* ... nominis. ARNOB. ad Greg. 23 p. 435, 15 r. conviviique. *al.*). FILASTR. 141, 4 *homines* caelestis gloriae -em (participitationem *perperam imprimunt Marx et Heylen*) ... sperantes ... consequi (NICET. vigil. 2 p. 58, 11 B. *al.*). AVG. divers. quaest. 23 *anima* aeterna aeternitatis -e (gen. ad litt. 11, 32 p. 366, 5). epist. 153, 13 gratiae divinae (PROSP. c. coll. 2, 4 FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 1, 2). LEO M. serm. 47, 1 (*antea*: consortium crucis) -o dominicae passionis (*sc. per ieiunium; sim.* 70, 6 ad -em crucis [71, 1]). *al.*

b *indicantur socii* (*fere i. q. coniunctio, societas; in vim metonymicam ipsius multitudinis sociorum vergunt* PS. CYPR., AVG., AVELL.): *per praepos.* cum: ITALA II Cor. 6, 15 (Ambrosiast. *ad l.*) quae ⌊-o⌋ fideli cum infideli? (⌊ ⌋ *sec.* 6, 14 *infra l. 75? pars edd. vet. ut Vulg., gr.* μερίς). LEO M. serm. 50, 1 quae ... nobis est (mortis *inser. Quesnel*) cum Christo -o? (*antea*: conresuscitati ..., commortui. *aliter supra l. 6*). CONC. Tur. a. 461 (Corp. Christ. 148) l. 91 nullam ... cum fratribus inordinate ambulantibus ... habere -em. *per gen.*: PS. CYPR. tract. 52 ora ut in -em martyrum reciteris. AVG. serm. 117, 4, 6 *haereticus* non pertinet ad -em societatemque sanctorum. LEO M. epist. 106, 1 (Conc.[S] II 4 p. 59, 22. *ad episcopum quendam*) ut ... ab omni te deviantium -e purgares. *per adi. pro gen.*: AVELL. p. 153, 13 cum quibus *haereticis* olim a catholica -e divisus est *quidam*.

c *exempla cetera*: PS. CYPR. singul. cler. 19 p. 195, 20 male ... in hac -e (*sc. cum muliere*) pacati sunt, qui *eqs.* (*cf. 11 p. 185, 19* in hac communitate, *20 p. 196, 3* de hac coniunctione, *sim. al.*). RVFIN. Orig. princ. 4, 4, 5 ea ... quae de -e animae diximus (*gen. subi. ut*: LEO M. serm. 4, 2 sine ipsius *Petri* -e. ENNOD. opusc. 1, 13 p. 265, 10. *al.*). AVG. in euang. Ioh. 26, 19 -o ..., qua *aliquis* 'manducat me' (*Ioh. 6, 57*). COD. Theod. 7, 18, 4 pr. qui ... scelus aut (*Mommsen*, aut sceleris *trad.*) -e confovit aut dissimulatione neglexit. LEO M. serm. 4, 2 ut quae mihi *Christo* potestate sunt propria, sint tibi mecum -e communia (*eadem* 83, 1). SACR. Leon. 1238 *sanctos* -e perpetua contingere. *al.*

2 *participes sunt deus, diabolus, daemones sim.*: **a** *usu pagano*: APVL. Socr. 3 p. 123 *deorum naturas* nullius extrarii boni -e, sed ex sese bona⟨s⟩. 9 p. 141 quae *daemonum corpora* ... utrimque (*i. ab aethere et terra*) seiugata vel enim utrimque commixta sint, sive amolita seu modificata utriusque rei -e. SERV. Aen. 2, 632 utriusque sexus -em habere numina. **b** *usu christiano*: IREN. 2, 31, 1 universos *Patres* ... non curiose agere de aliis, in quibus neque -o neque communio aliqua est eis. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 125, 4 nulla ... -o Christo ad Belial (*gr.* συμφωνία, *sec. II Cor. 6, 15*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 13, 6 *deus per Christum* secunda utitur -e nobiscum multo magnificentiore quam prima, *qua nos creavit* (*Migne gr. 36, 325*[C] κοινωνίαν). AVG. in euang. Ioh. 22, 10 ut non -e vivat *Christus*, sed ... ipse vita sit. in psalm. 49, 2 l. 11 qui per seipsum non alterius -e deus est (*cf.* LEO M. epist. 15, 5 solus ... deus nullius -is est indigens). 56, 8 secundum nostram -em. trin. 4, 13, 17 l. 24 quia nec -em mortis nostrae habere potuit nec resurrectionem suae *falsus mediator, i. diabolus.* CONC.[S] I 2 p. 47, 40 *unitatem duarum Christi naturarum non intellegimus* secundum -em adfectualem (*gr. I 1, 1 p. 36, 18* μέθεξιν, DIONYS. EXIG. Conc.[S] I 5 p. 239, 4 secundum -is affectum). *al.*

3 *participes sunt res* (*incorp. passim, corp. e. g.* AMM., MAX. TAVR., ORIBAS.): TERT. carn. 19 l. 27 ex concubitu nativitatem domini negatam *esse*, ... non ex vulvae -e. ITALA II Cor. 6, 14 (Cypr. testim. 3, 62 *al.*) quae ... -o est iustitiae et iniquitati? ([-tatis *cod. B*]. codd. d, g [*ubi* portio *var. l.*] *al.* cum iniquitate, *ut* VVLG.). IREN. 2, 29, 1 quaedam ... salvat *iustitia* propter suam -em. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 48 p. 1077[D] -e ... cuiusdam communionis omnia, quae sunt, ad altera sunt. p. 1078[A] *quaedam opposita* nulla -e ad se invicem. EVSEB. Candid. epist. 2 p. 1040[A] quaedam ... iuxta -em substantiae facta *esse* (*aliter gr. Theodoret. 1, 6, 8* καθ' ἑκουσιασμόν). AMM. 22, 8, 9 *mare in freto* -e utriusque maris finitum. AMBR. parad. 9, 44 hunc vivendi usum spirandique munus cum beatae vitae gratia veluti coniunctum et quadam

[*van Leijenhorst*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-e permixtum *esse.* AVG. divers. quaest. 46, 2 l. 63 quarum *idearum* -e fit, ut sit quidquid est, quoquo modo est. gen. ad litt. imperf. p. 498, 16 castitas . . . nullius -e casta est (*sc. per se casta est*), sed eius -e sunt casta, quaecumque casta sunt. OROS. apol. 11, 8 quia homini tribuis 'posse cum velit *mandata dei custodire*', remove simulatam ⌊gratiae⌋ . . . -em (⌊ ⌋ *gen. subi., cf. 7* frustra . . . se gratia . . . interserit). CASSIAN. conl. 5, 8, 1 *materia,* quae pertingit ad animae vel carnis -em vitaeque substantiam (*sc. necessaria est velut cibus et potus*). MAX. TAVR. serm. 20, 2 M. nisi superioris -e lapidis ornaretur, forsitan necessarius non videretur *lapis molae inferior, qui non movetur.* BOETH. arithm. 1, 1 p. 8, 9 quae (*qualitates sim.*) ipsa quidem natura incorporea sunt . . ., -e vero corporis permutantur (*Nicom. arithm. 1, 1, 3 μετέχει καὶ παραπολαύει*). in Porph. comm. pr. 1, 12 p. 33, 1 generis (*cf.* Porph. isag. p. 45, 2 accidentium [*gr. μέθεξις*]. p. 50, 15 speciei. *sim. saepius apud eundem*). ORIBAS. eup. 2, 1 S 5 La p. 502 *ut semen sileris* nimis sit leptomeres, id est extenuandi -em habet (*Aa* id est extenuans humores, *gr. aliter*). syn. 2, 56, 19 La p. 122, 20 Mø. *ladanus* pinguis absque -e saplonis (*i. sabulonis, gr. ἀμέτοχον ἄμμον, om. Aa*). *metonymice de ipsa re participe, sc. particula*: PHILIPP. in Iob 26 p. 688^A minor est -o ad totum: gutta stillae perenni fonte, *eqs.*

B *quo quis (quid) dispensat, impertit* (*exempla pauca minus dubia, cetera v. sub A, e. g. p. 498, 73*): SPART. Did. 6, 9 ut fieret senatus consultum de -e imperii (*Spart. Sept. Sev. 5, 7* de participando imperio). AVG. c. acad. 2, 2, 4 te . . . omnia mea *obligationum* vincula etiam patrimonii tui mecum -e rupturum (*cf.* CONC.^S II 3, 2 Rustic. p. 95, 16 bonorum -e ditare domesticos [*vers. ant. p. 98, 2* bona . . . mutuari, *gr. II 1, 3 p. 118, 19 μετάδοσιν*]). EVSTATH. Basil. hex. 3, 2, 8 *deo* sermo necessarius *non* est, sed ex ipsa . . . cardinali cogitatione fit -o voluntatis (*gr. μετάδοσις*).

C *locutiones verbales selectae ad A et B: de iis, qui alios participes faciunt*: CAPITOL. Aur. 16, 1 *ut* contulerit . . . in filium . . . triumphi -em (VEREC. in cant. 2, 8 l. 32 D.). RVFIN. Orig. princ. 2, 6, 3 -em sui . . . praebuit *Christus hominibus.* AVG. in psalm. 58, 1, 7 *Christus* donans -em suae divinitatis (EVCHER. instr. 1 p. 97, 8 GENNAD. dogm. 23. *al.*). SACR. Leon. 703 -o caelestis indulta convivii. *al.* *de iis, qui participes sunt vel fiunt*: FILASTR. 141, 4 gloriae -em . . . consequi. SERV. Aen. 2, 632 -em habere (RVFIN. apol. Orig. 4 p. 569^A Orig. princ. 1, 1, 3 AVG. trin. 4, 13, 17. *al.*). DIDASC. apost. 1, 5 accepe-runt . . . -em *spiritus sancti* (*cf.* capere: AVG. gen. ad litt. 11, 33 p. 367, 9. percipere: THEOD. MOPS. in Eph. 1, 22 p. 139, 12). RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 13, 6 *deus* utitur -e nobiscum. Orig. princ. 2, 7, 2 quod -em *spiritus sancti* . . . creatura . . . assumat (*cf.* sumere: AVG. c. Iulian. op. imperf. 6, 22). AVG. catech. rud. 8, 1 ad sacramentorum -em *venire* (*cf.* accedere ad: AVG. serm. 149, 6, 7 spir. et litt. 3, 5. *al.* GREG. TVR. glor. mart. 9. *sim. al.*). CASSIAN. conl. 2, 5, 2 -em ineundi . . . convivii . . . obtinere. BOETH. arithm. 1, 12 p. 29, 27 -e tracta *a numero quodam.* in Porph. comm. pr. 2, 20 p. 120, 5 omnes homines . . . hominis -e aeque participant. *al.*

2 *exempla cetera* (*quae de pluribus sociis dicuntur facile ad A referri possunt, si subaudias* inter se *vel sim.*): Acc. trag. 265 aeternabilem (alt- *Ribbeck*) divitiam -issent (-issint *idem dubitanter*). Cic. Q. Rosc. 53 quod tum redactum esset, aequaliter omnes -rentur *socii.* Vatin. 12 cum te non custodem ad continendas, sed portitorem ad -endas merces missum putares. Ov. met. 4, 775 sorores Phorcidas unius -tas (sortitas *var. l.*) luminis usum. Val. Max. 8, 7 ext. 16 industriae laudem duo reges -ti sunt. Lvcan. 1, 290 *te, Caesar,* depellere regno decretum genero est; -iri non potes orbem, solus habere potes. Plin. nat. 10, 39 auxiliatur *noctuis* accipiter . . . bellumque -itur. Stat. silv. 2, 1, 207 *Blaesus* alternum pueri -itur amorem. Plin. epist. 1, 3, 1 possident te et per vices -untur *deliciae Comi*? Vlp. dig. 14, 4, 5, 7 dominus utrum ita demum -etur ex merce, si quid ei mercis nomine debeatur, an *eqs.* (*6* in tributum . . . vocantur). Act. Arv. a. 240 (Dessau 9522) II 13 de porcilias -ti et epulati sunt *fratres Arvales.* Clavd. 10, 31 *sponsa* communem -itur avum. *al.*

II *respectu participis minus vigente vel prorsus sublato*: A *pro obi. sunt singula ad unitatem quandam pertinentia, sc. partes, membra sim. (obi. plurali numero posita saepe inter A et B ambigua esse vix est quod moneamus; pro obi. acc. accedunt enunt. interrog. l. 72. p. 525, 26)*: ? 1 *singulariter respicitur qui in ordinem quendam refertur, adnumeratur*: Enn. scaen. 327 eandem me in suspicionem sceleris -vit pater (*'me in partem eiusdem suspicionis adduxit' Vahlen ad l.; sunt qui* in me *sive coniciant sive intellegant [sc. praepositione postposita], ut ad IA pertineat*).

2 *usu communi*: a *respiciuntur partes sim., quae potius constituuntur vel disponuntur, distinguuntur*: Plavt. Amph. 1035 (*post lacunam; ad Amphitruonem utrumque*) vos (*subi.*) inter vos ⌊-ite⌋; ego abeo (⌊ ⌋ *sc. uter verus A. sit, uter falsus [cf. l. 72]; an coll. p. 522, 59 ad IA? ad IIB traxit Lambinus controversiam dirimendam intellegens*). Cic. leg. 3, 7 (*verba legis*) populi . . . partis in tribus discribunto, exin pecunias, aevitatis, ordinis -unto *censores.* Phil. 14, 15 *cum cives conspirantes* -rentur . . . inter se, qui Capitolium . . ., qui urbis portas occuparent (*item c. enunt. interrog.*: Qvint. decl. 323, 7 divisum -tumque responso *oraculi* est, quid Alexander facere deberet, quid nos). Caes. Gall. 7, 24, 5 plures *legiones* . . . -tis temporibus erant in opere (Liv. 22, 27, 6 aut diebus alternis aut, si maiora intervalla placerent, -tis t. alterius . . . imperium . . . esse. *in re metrica*: Ter. Mavr. 1387 *iambus et trochaeus* terna rite -entur ambo vicibus tempora). Manil. 2, 277 in tria -tus . . . ter cadit *trigoni* angulus astra. Octavia 420 (419) *ferrea aetas* -ta fines regna constituit. Plin. nat. 2, 52 cur . . . -tis vicibus anni brumalis *sol* abscedit *a terra*? (Priscill. tract. 5, 86 -ta temporum, *sc. diei noctisque,* vice). Stat. silv. 1, 3, 58 -tis distantia tecta trichoris (*in villa Tiburtina; v. Vollmer, 1898, ad l.*). *al.* b *respiciuntur partes, quae potius segregantur* (*fortasse mediopass. iuxta*

[*van Leijenhorst*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

indicationem, unde quis se segreget, ut subluceat notio discedendi sim. linguarum romanicarum propria, l. 3. 9. 17; cf. struct. ex *sim. sub 3b*): CET. FAV. 29 p. 310 a quo *circulo* primum lineae horarum -tae aequaliter notantur *in horologio* ([*si recte huc traxit Plommer, 1973, ad l.*]. *item cum praepos.* a: EPIST. Paul. et Cor. II rec. A 10 *deus* -tus ... a spiritu Christi misit in prophetas [*rec. B* partem de ... spiritu colla⟨tam⟩ ... misit, *alia rec., Zeitschr. NTWiss. 44, 1952/3, 74,* dividens ... spiritum misit]. CASSIOD. hist. 9, 40, 9 reliqui ... ab eo *haeretico* per schismata diversa -ti sunt [*Socrat. 5, 24* ἀπ' αὐτοῦ ... διῃρέθησαν, *syn.* segregatus est, separati sunt, divisi fuerant]). SOL. 26, 4 in iisdem licet foveis -tis tamen per scrobes secubationibus dividuntur *ursi.* HIL. trin. 12, 3 *ut haeretici* euangelicum et profeticum spiritum in lites dividant et in iurgia -antur. COMM. instr. 2, 2, 16 *tempore iudicii* flamma ... gentes media ⌊-iturque⌋ servans in annis mille (⌊ ⌋ *def. Martin*; gentis media -taque *Dombart, n. plur. pro subst. intellegens*). CARM. de resurr. 239 (*sec. gen. 2, 10*) fons ... perfundit ... campos *paradisi,* quattuor inde rigant -ta flumina terras (-tam ... terram *codd. aliquot ut ad p. 526, 68 pertineat*). *p. p. p. neutr. plur.* -ta *pro subst.* (*cf. l. 15*): COMM. apol. 926 -ta locorum (*'secreta l.' Dombart in schedis*).

3 *usu technico*: a *in arte rhet. et dialectica* (*pro obi. sunt ipsae partes dispositae; cf. B1a*): CIC. de orat. 3, 119 *nihil refert,* si qua in re discrepavit ab Antoni divisione nostra partitio: eadem sunt membra ..., sed paulo secus a me atque ab illo -ta ac tributa (distr- *pars codicum*). QVINT. inst. 5, 8, 4 quorum (*argumentorum sim.*) priusquam -or species, indicandum est esse quaedam ... communia. CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 3, 20 *initio poeta* -itur, quid fato, quid extra fatum perpessus sit *Aeneas.* BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 14, 28 simplicis enuntiationis ... elementa -iri. b *in arte computandi* (*pro obi. sunt fere partes, per quas divisio fit [eo genere obi. interioris, ni fallimur, quod illustraverunt Hofmann-Szantyr, 39 sq.], sed partes quae divisione computantur l. 37. 45 et fortasse l. 38 sqq.; cf. B1b*): COMPVT. Carth. 1, 4 *habes dies DCCCC XXXI*; -iris tricesimam, invenies tries as (*i. XXXI*); ... remanet unus assis (*item c. acc. fem. numeri solius*: 2, 2. 2, 15 DIONYS. EXIG. pasch. 13. *cum sola nota numeri*: GROM. Cantor 22. 23). 2, 1 in quibus *milibus tot* -iris trigesimam, habebis ... milia *tot* (*accedit praepos.* in *ut*: 2, 3 in his -iris septimam. *et saepius ibid.; cf. l. 41*). 2, 14 in his *diebus tot* -iris sexagesimam, et, quod fueris -tus, supra dierum numerum ponis. 2, 15 ex quibus diebus -iris ⌊sexagesima⌋ (*aut neutr. plur. aut, ut ad B vel C pertineat, abl. sing., nisi restituas acc.* -mam [*cf. supra*]; *simili ambiguitate*: GROM. Cantor 16 vasis [*i.* basis *trigoni, q. e. pedum XIV*] semper -or dimidia, fit VII. DIONYS. EXIG. pasch. 13 in quibus *CLXVI* -iris XXXcesima, remanent XVI. *al. ibid.*). GROM. Cantor 16 hinc (*i. ex LXX*) -or XIIII, fit V (*aliter in eadem re p. 526, 8*). 20 *multiplicando* fit ṼCCLXX; -or ... partem G, fit ∞XLV ([*i. 6270:6 = 1045*]. 24. DIONYS. EXIG. pasch. 12 quartam p., quam -tus es, adicies).

B *pro obi. est totum quoddam* (*hic illic etiam plur. de multitudine quadam; partes vel ratio divisionis indicantur praepositionibus in c. acc. l. 56 et passim* [*c. abl. p. 526, 42. 61*], per *l. 66 sqq. p. 526, 9. 527, 8. al.,* secundum *p. 526, 16,* inter *et* intra *p. 526, 38. 46, abl. instr. l. 69. p. 526, 16. 72. 74. al., acc. praedic. l. 68. p. 526, 74, enunt. interrog. infra l. 78*): 1 *usu technico*: a *in arte rhet. vel dialectica et variis disciplinis per partes, species sim. disponuntur vel definiuntur res, de quibus agitur* (*aliter p. 527, 14 sqq.; cf. A3a et C1 et 2*): α *indicantur partes, species sim.* (*per praep.* in *c. acc. exceptis l. 66 sqq. 69*): CIC. inv. 2, 177 sin distributius tractare qui volet *laudes et vituperationes,* -atur ⌊in animum et corpus et extrarias res⌋ licebit (⌊ ⌋ *brevius pro*: in laudes animi *eqs.; vix ad IA*). Brut. 141 quae *actio* si -enda est in gestum atque vocem. orat. 117 *perfectus orator* genus universum in species certas -etur ac dividet (QVINT. inst. 3, 6, 66 *statum* legalem in quinque s. 4, 5, 27 [*ibid.* in genera]). 188 pes ..., qui adhibetur ad numeros, -itur in tria. top. 92. Tim. 11 sunt ... omnia *animantia* in quaedam genera -ta ([*gr. 30c* ἐν μέρους εἴδει]. QVINT. inst. 4, 5, 27. 6, 3, 108 seria ... in tria g.). SEN. epist. 58, 16 quaecumque sunt, in sex modos. QVINT. inst. 1, 4, 6 eas *consonantes* in semivocalium numerum mutarumque. 3, 5, 2 divisio ... eorum, qui totum opus *oratoris* in res et in adfectus -untur. *al.* FRONTIN. aq. 78, 4 dispensatio per nomina aquarum et regiones urbis -enda est (*77, 2* digeramus). TERT. anim. 16, 1 Plato bifariam -itur animam per rationale et inrationale. PORPH. Hor. carm. 1, 13, 16 in quinque partes amoris fructus esse -tus dicitur: visu, adloquio *eqs.* (FORTVN. rhet. 2, 21). HIER. epist. 50, 2, 2 in digitos -iri causam (*breviloquentia quadam, cf. vol. V 1, 1124, 81 sqq.*). *al.*
β *exempla cetera*: CIC. inv. 1, 33 -itur apud Terentium (*Andr. 49 sq.*) breviter et commode senex ..., quae cognoscere libertum velit. de orat. 2, 133 *quidam* constituunt ... in -endis orationum modis duo genera causarum. top. 33 stipulationum aut iudiciorum formulas. Tusc. 4, 9 Stoici, cum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his -endis et definiendis occupati sunt. *al.* QVINT. inst. 7, 4, 20 ita causam -imur, an commissa sit poena, an exigi debeat. FRONTO p. 144, 11 v. d. H. quaestiones. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 22 p. 210, 5 *pro S. Roscio* dicens -itur ... Tullius non causam, sed orationem, dividendo in crimen, audaciam et potentiam. *al.* *in titulo libri*: VLP. dig. 32, 55, 1 Ofilius ... libro quinto iuris -ti (*item ibid. 4. al.; ad rem v. Nörr, Zeitschr. Sav. Stift. Rom. Abt. 97, 1980, 402*).

b *in arte computandi* (*pro obi. est numerus dividendus, hic illic e contextu subintellegendus; cf. A3b*): α -iri in *aliquid*: *in partes divisione computatas*: AVG. serm. 252, 8, 8 *CL* in vigenos quinos -iri ..., ut fierent eorum sex partes. *in partes, per quas divisio fit*: COMPVT. Carth. 2, 1 quas *noctes tot* cum -tus fueris in sexagisimam partem, invenies *tot.* VICTOR. pasch. add. II chron. I p. 740, 27 *dies tot* -iris in septima, fiunt *tot.* BOETH. arithm. 1, 9 p. 17, 15 hunc *numerum VIII* ... quaternarius in aequa -itur (*antea*: in duo paria dividi). GROM. Mortet 21 hoc *LXX* pa⟨r⟩tior in partes XIIII, fit in singulis partibus V (*aliter in eadem re p. 525, 43*). *al.* β -iri per *aliquid* (*sc. partes, per quas divisio fit*): COMPVT. cod. Col. frg. p. 243 -ire *CCCLXV* per [XII vicibus] XXX, invenies duodecies (*corrigendum sec. l. 14*). DIONYS. EXIG. pasch. 2 hos *DXXVIII* -ire per XV, remanent III. 12 hos *DCLXXIIII* per quartam partem -iris (GROM. Cantor 19. 21). *al.* γ *vario usu*: COMPVT. cod. Col. prol. 10 p. 233 *CCCLXV* -iris, quotiens habet XXX, invenies duodecies. BOETH. arithm. 1, 4 p. 14, 10 totum ... trina divisione (*cf. infra l. 53*). mus. 2, 17 hos *CCC* secundum L -imur, fiunt VI.

2 *usu communi dividuntur vel disponuntur*: a *varia*: α *proprie*: CIC. Tim. 22 cum ex tribus effecisset unum, id ipsum in ... membra -tus est *demiurgus* (*gr. 35b* διένειμεν, *Chalc. transl.* divisit in partes). LVCR. 3, 710 *animi natura* -ta per artus *corporis* (*702* dispertitur). PROP. 4, 9, 10 per tria -tos qui *Cacus* dabat ora sonos. MONTAN. carm. frg. 1, 4 hirundo ... cibos inmittere nidis incipit et molli -tos ore ministrat (*nisi ad p. 523, 40*). PETRON. 10, 4 (*in imagine*) Ascylte ..., intellego nobis convenire non posse; itaque communes sarcinulas -amur. QVINT. decl. 337, 8 sicut onera facilius subeas, si -aris (*aliter p. 523, 50*). APVL. met. 8, 4, 3 canes ... -tae totos praecingunt aditus *in venatione.* ITALA deut. 32, 8 (Veron.) cum -retur altissimus nationes [e]gentium, sicut dispersit filios Adam (*Lugd.* divisisset, *sim. Vulg.; gr.* διεμέριζεν). CE 637, 2 numqua(m) feci dolum neque duos partibi (*i.* -vi) ama(n)tes (*si recte restit. Lebek, Zeitschr. Pap. Epigr. 20, 1976, 175*). *al.* *p. p. p. neutr. plur.* -ta *pro subst.*: PRISC. LYD. solut. 1 p. 44, 21 si ... miscetur *cum corpore,* non iam unum erit anima, sed quiddam divisorum et -torum.
β *translate*: (I) -iri se *vel partes suas* (*sc. plura simul agendo*): MORET. 24 *Simylus* advocat ... manus operi *molendi* -tus utroque (*sc. adv., cod. G; an rectius* utrique *alii?*): laeva ministerio, dextra est intenta labori (*dubium utrum manus* ἀπὸ κοινοῦ, *an* -tus *mediopass.*). VAL. MAX. 6, 5 ext. 3 se inter misericordem patrem et iustum legislatorem -tus *Zaleucus in puniendo filio.* PS. PROSP. carm. de prov. 167 -iri ... in multa negotia mentem (GREG. M. past. 1, 4 dum mens per diversa -itur [*antea*: dividitur ad multa]). GREG. M. moral. 5, 2 cogitationem suam in amore domini et in eius *prosperitatis terrenae* dispensatione -iri. (II) *cetera exempla*: LIV. 21, 21, 10 *Hannibal* -ens curas simul ⟨in⟩ inferendum atque arcendum bellum. 27, 7, 7 regionibus ... -tum imperium *est consulum* (27, 7, 17). VAL. MAX. 3, 8, 1 quia, si eum *Fulvium* intra se ipsum (ipsam *Kempf*) -ta laude aestimes, maiorem punita Capua quam capta reperias. 6, 9 ext. 4 Alcibiaden quasi duae fortunae -tae sunt, altera, quae ei nobilitatem ... adsignaret, altera, quae damnationem ... infligeret. POMPON. reg. frg. servitutes dividi non possunt; nam eorum usus ita conexus est, ut qui eum -atur naturam eius corrumpat. TER. MAVR. 1388 ἄρσις unum *tempus* possidebit, quando iambum -or (*syn.* divides. *cf. p. 524, 78 nec non* DIOM. gramm. I 480, 3 alterum *pedem* epitrita divisione -imur). IREN. 2, 13, 5 si ... de sensu sensum dicant emissum, praecidunt sensum dei et -untur. VOPISC. Car. 9, 4 bella -endo (pariendi *trad.*) contudit *Sarmatas.* OPTAT. 2, 5 p. 39, 25 (*respicitur I Cor. 1, 13*) dum Christum -iri conati sunt *schismatici* (*aliter de iis, qui Christi naturas separandas putant*: PRISCILL. tract. 1, 3 dividunt ... substantiam et magnitudinem Christi ... -untur. CONC.S II 3, 1 Rustic. p. 69, 29 dominum ... nolite -iri; inpartibilem nolite -iri [*vers. antiq.* dividere *et* separare]. IV 1 p. 177, 21 *Christum* non in duabus personis -endum vel dividendum. *al.*). *al.* *p. p. p.* -tus *vergit in vim adi. q. e. varius, diversus*: APVL. mund. 27 p. 351 *deo* nec multis opus est nec -tis (paratis *var. l.*) hominum ⌊conservitiis⌋ (*Wowerius,* conversationem *trad.; gr. 398b10* ἐπιτεχνήσεως ... καὶ ὑπηρεσίας τῆς παρ' ἑτέρων). EVAGR. vita Anton. 22 diversa ... eorum *daemonum* et -ta nequitia est (*gr. non resp.*). PRISC. LYD. solut. 3 p. 63, 13 -tis quibusdam distinctionibus totius virtutis utitur *anima.*

b *loca sim. et quaecumque lineis, limitibus sim. distinguuntur*: LVCR. 5, 684 sol ... aetheris oras -it et in partis non aequas dividit orbem (*sc. die nocteque; sim.* MANIL. 3, 384 per duo -tae ... divortia terrae). VERG. georg. 1, 126 *Saturno rege* ne signare quidem aut -iri limite campum fas erat (*cf. in adsignatione agrorum*: ITALA Ios. 18, 6 [Lugd.] -ite terram in septem partes [*Vulg.* describite]). OV. fast. 4, 680 carcere -tos circus habebit equos. MANIL. 2, 811 qui *cardo* ... medium tenui -itur limite mundum. 3, 190 quem *ortivum cardinem* bene -tis memorant horoscopon astris (*cf.* STAT. Theb. 3, 499 *augures* rite ... -ti sidera). BOETH. arithm. 2, 6 p. 91, 18 quadratum ... ita ductae lineae in quattuor ... triangulos ... -untur. *al.*

c *copiae, classis sim., quae ordinantur, separantur* (*sc. fere in re militari*): CAES. Gall. 3, 10, 3 -endum sibi ac latius distribuendum exercitum putavit *Caesar* (6, 33, 1 -to exercitu [*abl. abs. ut*: LIV. 23, 1, 4. 28, 19, 9 VAL. MAX. 5, 2, 4]). VERG. Aen. 5, 562 agmine -to (*in lusu Troiae*). HOR. epist. 1, 18, 61 -itur lintres exercitus *servorum ad simulandam Actiacam pugnam.* LIV. 9, 19, 8 Romana acies ... ex pluribus

[van Leijenhorst]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

partibus constans, facilis -enti ..., facilis iungenti. 27, 8, 17 classe ... -ta. VELL. 2, 113, 3 *Tiberius* legatos ... -tis praefecit hibernis. SIL. 7, 520 -tus socias vires *dux.* 7, 736 -tis ... maniplis. TAC. ann. 15, 6, 3 cetera *ad bellum necessaria* ex rerum usu sociarent -irenturve *duces* (*nisi ad IA*). SVET. Vit. 9 copias. *al.*

d *corpora animantium, plantae sim., quae dissecantur, dispergantur*: SEN. Oed. 617 *bacchantium* manus -ta regem *Penthea.* COLVM. 3, 17, 1 id *flagellum* ... per gemmas quinas ... -ti complures taleolas terrae mandaverunt *quidam.* 12, 7, 4 flores ... diduci et -iri. STAT. Theb. 6, 488 equi ... iam iam ... trementem *Hippodamum* -ti furiis, ni *eqs.* GELL. 20, 1, 19 de inmanitate illa secandi pa⟨r⟩tiendique humani corporis (*sim.* 20, 1, 48). CLAVD. 15, 470 *aquila hydrum* reluctantem morsu -itur obunco. *al.*

e *res dicendae, scribendae, quae pluribus locis ponuntur vel in partes minores dividuntur* (*aliter 1a*): QVINT. inst. 5, 12, 14 *potentissima argumenta* -ta primo summoque *loco ponere.* 6, 1, 55 necesse erit uti pluribus quasi epilogis; ... sunt qui hos μερικοὺς ἐπιλόγους vocent, quo -tam perorationem significant. 7, 1, 29 -endo multiplicare *confessionem.* 7, 10, 11 ubi utendum expositione continua, ubi -ta (*cf.* FORTVN. rhet. 2, 26 aut per instructam propositionem aut per -tam). AVG. doctr. christ. 4, 1, 1 hoc opus nostrum ... in duo quaedam fueram prima distributione -tus. RVT. NAM. 2, 9 -imur ... per opuscula bina ruborem (*sc. carmen per duos libros*). BENED. reg. 18, 21 -endo ..., qui ... prolixiores sunt psalmi. *al.*

C *absolute* (*obi. suppl. v. supra, e. g. l. 1. p. 525, 5; cf. p. 525, 38; vix huc etiam l. 57*): **1** *in arte rhet.* (*cf. B1a*): CIC. inv. 1, 32 qui ita -itur: 'ostendam *eqs.*' (QVINT. inst. 4, 5, 9 [illa *trad.*]. *cf.* MART. CAP. 5, 556 Tullius ... sic -tus est, ut *eqs.*). 1, 66 commode -ti sunt illi, qui in quinque partes tribuerunt argumentationem (*cf.* QVINT. inst. 4, 5, 12 optime). part. 139 -iri ipsum et definire et ambigui partitiones dividere *eqs.* QVINT. inst. 4, 5, 2 si qua in -endo praeterimus. 4, 5, 24 diligentia -endi. 11, 3, 163 proponere, -iri, interrogare. **2** *in dialectica*: CIC. fin. 1, 22 tollit definitiones, nihil de dividendo ac -endo docet *Epicurus* (*item gerund.*: Tusc. 4, 9 peripatetici ... spinas -endi et definiendi praetermittunt. AVG. doctr. christ. 2, 35, 53 scientia ... -endi. MART. CAP. 4, 339. *al.*). ARNOB. nat. 2, 11 p. 77, 26 M. concludere ... syllogismos, ... -iri, dividere *eqs.* **3** *vario usu*: MAECIAN. distrib. 26 cum rei natura infinitam -endi praestet facultatem, succedit unciae quoque ... divisio. PAVL. sent. 1, 18, 1 de his, quae divisa eo iudicio (*sc. arbitri familiae herciscundae*) non sunt, communi dividundo arbiter postulatus -etur (*nisi ad IA*).

D *intrans. i. q. se dividere* (*sc. discedendo; in re militari*): Ps. MAVRIC. strat. 12, 8, 16, 10 (= 12B16 l. 60 D.; *trad. litteris gr.*) medii -itis (*pro* -ite) ad diphalangiam (*explicatur*: πρὸς διφαλαγγίαν μερίζονται).

part. praes. masc. plur. partientes *fere pro subst. v. p. 523, 72.*

p. p. p. **partītus,** -a, -um. *vergit in vim adi. maxime p. 526, 62 et l. 19 sq.; adhibetur pro subst. p. 525, 18. 526, 32.*

adv. **partītē.** *fere i. q. apta partitione, distribute* (*cf. p. 525, 55*): CIC. orat. 99 qui ... nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil -e (parti(m), parte, parum *codd. aliquot*) definite distincte facete dicere.

adv. **partītim.** *fere i. q. singillatim, separatim*: SOL. 7, 18 nec Atticos montes -m tacebimus: est Icarius, est *eqs.* (-m *latere vid. in* S¹ N¹, *restit.* S²; partim *vel* (in) partem *var. ll.*). CLAVD. 21, 30 hic *est* publica felix, sed privata minus; ⌊-m⌋ singula quemque nobilitant, hunc forma decens, hunc robur *eqs.* (*cf. 34 sq.* quae divisa beatos efficiunt, collecta tenes; ⌊ ⌋ partitum *var. l., tuentur edd. plerique* ['-tum est' *pass. impers. intellexit Birt postea interpungens*]).

[*adv.* **partītō** *olim accipiebatur* VLP. reg. 24, 25, *v. p. 530, 23.*]

deriv.: partibilis, partitio, partitor.

compos.: com-, de-, suppartio(r), dis-, impertio(r); superpartiens; bipertitus, im-, multi-, tripartitus *et sim. al.*

2. partio, -ōnis *f.* *a* parĕre (partum). NON. p. 217, 28 partus masculini est generis ...; partitudo et -o feminini (*affert* PLAVT. *et* AFRAN.). PRISC. gramm. II 256, 2 'hic partus' ... quamvis 'haec -o' ... antiqui protulisse inveniuntur (*affert* PLAVT.).

i. q. actio pariendi: **1** *respicitur partus*: **a** *hominum*: PLAVT. Truc. 196 (195) peperisse audivi *Phronesium* ... :: horresco misera, mentio quotiens fit -is (parationis *P*). AFRAN. com. 346 non dolorum -is veniet in mentem tibi? GELL. 3, 16, 9 antiquos ... Romanos Varro dicit ... nono mense aut decimo neque praeter hos aliis -em msulieri secundum naturam fieri existimasse ([*Varro frg. Gell. 3, 16, 10* partus]. *cf.* 3, 16, 20 cum ... tempus ipsius -is nono aut decimo mense definisset *Hippocrates*). 10, 2, 1 Aristoteles ... tradidit mulierem in Aegypto uno partu quinque pueros enixam eumque esse finem dixit multiiugae hominum -is (partit-, portat- *var. ll.; cf. Aristot. hist. anim. 584b33* πλεῖστα ... τίκτεται πέντε. *an metonymice de eo quod paritur?*). 12, 1, 20 (*inde* MACR. Sat. 5, 11, 15) non -em solam *Aeneae* ..., sed alituram quoque feram et saevam criminatus est *Vergilius* (*Aen. 4, 365 sqq.*). **b** *animalium*: VARRO rust. 3, 9, 4 *gallinae amplae* ad -es sunt aptiores (*cf. 3, 9, 6 galli quidam* ad partus sunt steriliores).

? **2** *respicitur acquisitio*: IVLIAN. epit. in psalm. 62, 11ᵇ in -em victus sui quaedam inde, *sc. de cadaveribus*, vulpes usurpant (parationem *de Coninck fortasse recte; Theod. Mops. p. 409, 12* εὑροῦσαι ἐσθίειν λέγονται).

3. partio *v.* partitio. **partionālis** *v.* portionalis.

partior *v.* 1. partio. *?* **partiōsus** *v. supra p. 327, 33.*

partipedēs sunt *versus,* qui in singulis pedibus singulas orationis partes adsignant, ut 'miscent fida (*corruptum*) flumina candida sanguine sparso' DIOM. gramm. I 499, 12 (*inter versus optimos enumerantur ibid.* p. 498, 25 [paripedes *edd. vet.*], *gr. appellantur p. 498, 27* ποδομερεῖς. *cf.* versus districtus *vol. V 1, 1552, 35 sqq.*).

partītē *v.* 1. partio.

partītiālis, -e. *a* partire (partitus). *fere i. q. ad partiendum pertinens, partiens sim.* (*i. q. partialis vix recte intellegunt alii*): GREG. M. epist. 5, 41 p. 333, 9 (*ne quis appelletur episcopus 'universalis'; cf. l. 19*) *ut* ad totius compagis *ecclesiae* pertineret commodum membrorum -is ista distinctio (partialis *edd. vet.*).

adv. **partītiāliter.** *i. q. modo partitiali, per partitionem sim.*: GREG. M. epist. 5, 44 p. 340, 9 *Paulus* (*cf. I Cor. 1, 10 sqq.*) membra dominici corporis *aliis* ... subici -r evitavit (participaliter *var. l.; opp.* qui cuncta eius membra tibimet conaris universalis appellatione supponere).

partītiārius *v. p. 492, 74.* **partītim** *v.* 1. partio.

***partitio,** -ōnis *f.* *a* partire (-ri). *scribitur* i *longa* LAVD. Murdiae (CIL VI 10230) 4. partio, *forma vulgaris* (*cf. l. 34*) *per haplologiam explicanda* (*intercedente fortasse voce q. e.* portio), *trad. sola* CIL VI 29983, 1. ITALA II par. 31, 2 (Complut.). CHAR. gramm. p. 146, 29 *et* 147, 1 B. (*dub. an recte*; -tit- *exstat ibid.* p. 310, 8). CAEL. AVR. gyn. 2, 12 (*in* chron. *et* acut. *sec. schedas nostras ter* -tit-), *exstat in var. l.* FRONTO p. 173, 25 v. d. H. (*man. pr. cod.*). VVLG. I par. 24, 1 II Esdr. 11, 36 Ezech. 48, 29 AVG. civ. 7, 3 p. 275, 14 D. MART. CAP. 4, 354 (*bis*). PRISC. gramm. II 175, 4. III 289, 4 CASSIOD. in psalm. 36, 12. *legitur maxime apud artium scriptores inde a* RHET. Her. (*semel*), CIC. (*fere 70ies*), LAVD. Murdiae (*semel*), LIV. (*semel*), VITR. (*ter*), QVINT. (*35ies*); *deest in poesi; abiit in sermonem gr., v. p. 530, 20.* [*e forma* partio: *dalm. vet.* parçogna; *var. it. mer.; sard. centr. vet.* parthone; *francog. vet. et med.* parçon; *prov. vet.* parsó. *cf. M.-L. 6260 et Faré, Postille. Wagner II 227. Wartburg VII 691 sqq. St.*] [*in codd. confunditur maxime cum* portio CIC. off. 2, 40 VVLG. I par. 24, 1. *al.*, participatio IREN. 5, 26, 1 HIL. in Matth. 15, 10. *al.; falso trad.* CIC. inv. 1, 76 (-e *vel* ratione -es *codd.*, partis ratione *Linsmayer*).]

i. q. divisio, distributio (GLOSS. μερισμός): **I** *significatur actus partiendi vel status rei partitae* (*accedit saepe gen. rei partitae* [*gerund.* CIC. ac. 1, 18]. *iuncturae verbales notabiliores*: -em habere CIC. inv. 1, 31 VITR. 3, 1, 6, -e uti CIC. inv. 1, 31 Tusc. 4, 11. *al.* QVINT. inst. 4, 5, 4 FORTVN. rhet. 2, 21, -em facere CIC. Verr. II 3, 183 Sull. 13 de orat. 1, 22 MAECIAN. distrib. 40 SOL. 1, 56. *al.*, -es dividere CIC. part. 139): **A** *mera vi distrahendi, disponendi, separandi sim.* (*partes indicantur praepos.* in *c. acc.* BOETH. arithm. 1, 5 p. 14, 21 in Porph. comm. sec. 3, 5 p. 213, 11 CASSIOD. in psalm. 80, 4. *al.*, per BOETH. mus. 4, 6 tit. *al. ibid.*); *dividuntur*: **1** *orationes, libri sim. et quaelibet argumenta tractanda* (*technice in arte rhet., usu hic illic prope accedente ad 2; distinguitur* divisio *vol. V 1, 1630, 44 sqq.*):

a *strictius pertinet ad certam orationis partem* (*v. definitiones infra allatas; dubia ad b traxi; -o inseritur fere ante argumentationem, ante narrationem l. 66*): CIC. inv. 1, 19 *orationis partes sunt* exordium, narratio, -o, confirmatio, reprehensio, conclusio (*cf. Rhet. Her. 1, 3, 4* divisionem. *ceteri rhet. -em tractantes ambigunt an pars orationis sit praeter* IVL. VICT. rhet. 1 p. 373, 28). 1, 31 -o ... perspicuam totam efficit orationem; partes eius sunt duae ...; una pars est, quae, quid cum adversariis conveniat et quid in controversia relinquatur, ostendit (*de eadem: ibid. iterum.* QVINT. inst. 4, 5, 28. FORTVN. rhet. 2, 21 quod *-is genus* vocatur per seiunctionem. *al.*) ...; altera est, in qua rerum earum, de quibus erimus dicturi, breviter expositio ponitur distributa (*de eadem*: 1, 32 [*inde* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 22 p. 209, 13 -o quae distributio nuncupatur]. FORTVN. rhet. 2, 21 quod *-is genus* vocamus per enumerationem). 1, 98 *in conclusione* dicere, quas partes exposueris in -e. *et saepe ibid.* QVINT. inst. 4, 2, 49 -o *narrationem antecedens* taedium levat: 'dicam quae acta sint ante ipsum rei contractum, dicam quae in re ipsa, dicam quae postea' (*cf.* FORTVN. rhet. 2, 19 ante narrationem potest -o induci? potest, quando *eqs.*). 4, 4, 7 *propositiones,* si coniungantur, in -em cadunt. 4, 5, 1 -o est nostrarum aut adversarii propositionum aut utrarumque ordine collocata enumeratio (*cf.* FORTVN. rhet. 2, 22 omnis -o qualis est? aut nostra, quae προηγουμένη διαίρεσις dicitur, aut adversarii, quae ἀναγκαία διαίρεσις nominatur, aut communis, quae μικτή potest dici). 4, 5, 25 contra quam *obscuritatem* -o inventa est. 9, 4, 92 quia initium eius *pro Cluentio orationis* -i simile est (*de eadem re cf. p. 529, 36*). *al.* **b** *laxius pertinet ad quamlibet dispositionem* (*sc. fere ad expositionem distributam; ad structuram operis ipsam fortasse* HIER. epist., AVG.): CIC. inv. 1, 33 ut ... *in omni dictione* prima quaeque pars, ut exposita est in -e, sic ordine transigatur. *ibid.* quemadmodum in -e proposuit, ita narrat (*senex in Andria Terentii, ut ibid. iterum*). de orat. 3, 119 (*v. p. 525, 22*). Brut. 302 *Hortensii* -es ... et conlectiones. nat. deor. 3, 6 quadripertita ... fuit divisio tua, primum ..., deinde ..., tum ..., postremo ...; haec ... -o fuit. 3, 65 haec ... ex tua -e restant duo. QVINT. inst. 1, 2, 13 taceo de -bus et declamationi-

[van Leijenhorst]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bus rhetorum, *quibus discipulos suos instruunt* (*v. Colson, 1924, ad l.*). 3, 3, 9 Hermagoras *partes artis oratoriae indicans* iudicium, -em, ordinem ... subicit oeconomiae. 3, 9, 2 -o ... dispositionis est species, ipsa dispositio pars rhetorices et per omnes materias ... aequaliter fusa. 9, 4, 131 argumenta, -es, iocos et quidquid est sermoni magis simile. 11, 1, 53 *pater de morte filii dicturus* argumenta diducet in digitos et propositionum ac -um captabit leporem? FRONTO p. 173, 25 v. d. H. quom sermo inter nos de -bus (partionibus *man. pr.*) orationum ortus esset. SACERD. gramm. VI 460, 4 (*inter schemata, cf. l. 46*) merismos, quam nos -em vocamus, fit hoc modo, cum multae res separantur, ut puta pecora multa partiuntur *eqs.* (*v. p. 522, 28; opp. 459, 31sq. diaeresis vel divisio* est unius rei separatio). HIER. epist. 58, 10, 2 Arnobius inaequalis et nimius est et absque operis sui -e confusus. adv. Iovin. 1, 4 sequar vestigia -is expositąe (*sc. Ioviniani*; propositionis *var. l.*). AVG. civ. 6, 3 tit. quae sit -o Varronis librorum suorum, quos *eqs.* EVGRAPH. Ter. Haut. praef. prologus *Menandri* -em tenet, in qua ⟨vult⟩ (*Schöll*) ... id ipsum ... dissolvere. *al.*

2 *res fere partium enumeratione definiendae* (*technice in philos. et inde in rhet. ceterisque artibus; distinguitur* divisio *vol. V 1, 1629, 55sqq.; ad rem cf. Nörr, Divisio und -o, 1972, 20sqq.*): CIC. inv. 2, 130 hanc inducere -em *oportebit*, cuius in singulas partes multae convenient argumentationes: primum ..., deinde ..., postremo *eqs.* de orat. 2, 165 (*enumerantur sedes argumentorum*) si res tota quaeritur, definitione universa vis explicanda est ..., sin pars, -e, hoc modo: aut senatui parendum ... fuit, aut *eqs.* Brut. 198 hoc (*sc. movere*) erat oratoris officium -e tertium, genere maxumum. part. tit. -es oratoriae (*titulum affert* QVINT. inst. 3, 3, 7. *al.; cf.* CIC. part. 139 expositae tibi omnes sunt o. -es). 139 et partiri ipsum et definire et ambigui -es dividere et argumentorum locos nosse *eqs.* top. 28 definitiones aliae sunt -um, aliae divisionum; -um, cum res ea, quae proposita est, quasi in membra discerpitur. fin. 3, 40 nullis ... -bus, nullis definitionibus utuntur *philosophi quidam.* 4, 4 totam philosophiam tris in partis diviserunt, quam -em *eqs.* ac. 1, 18 rerum expetendarum fugiendarumque. *al.* VITR. 3 praef. 4 rationes ... summae architecturae -e distribui finitionibusque terminavi. 4, 8, 7 ordines ... et symmetrias earum *aedium sacrarum* -bus distinxi. QVINT. inst. 4, 1, 69 Cicero ... utitur ... pro Cluentio ... -e (*sc. in exordio; cf. p. 528, 75*). 7, 1, 1 sit ... divisio rerum plurium in singulas, -o singularum in partis discretio. *al.* MAR. VICTORIN. defin. p. 28, 23 si -e, enumeratis partibus, quid libertas sit dicimus. FORTVN. rhet. 2, 24 (*inter locos argumentorum*) item a -e, id est ἀπὸ τῆς διαιρέσεως, per omnes circumstantias cum partimur aut personas ... aut cetera (MART. CAP. 5, 559. *respicitur Aristot. rhet. 1398a29, quo referas etiam l. 24. al., v. Calboli Montefusco, Fortun. rhet., 1979, ad l.*). AVG. soliloq. 2, 11, 21 (*de dialectica*) quae disciplina contineat definitionum divisionum -umque rationes. *et saepius.* *inter figuras sententiarum*: QVINT. inst. 9, 2, 105 precari, corripere figuras putat *Celsus*; -em quoque et propositionem et divisionem (*nisi ad 1; cf. l. 10*). PRISC. gramm. III 289, 4sq. coniunctioni εἰ ... tam ἐάν quam εἰ redditur in -e; ... Romani 'si' ponunt, in redditione tamen -is plerumque 'sin' (*respici videtur* διλήμματον, *cf. vol. V 1, 1629, 70sqq.*).

3 *numeri* (*technice in arte computandi*): VITR. 3, 1, 6 perfectum ... esse numerum qui sex dicitur, quod ... habet -es ... convenientes: sextantem unum, trientes duo *eqs.* MAECIAN. distrib. 40 infra has partes *unciae* -o facta et nominibus et notis caret. COMPVT. Carth. 1, 6 p. 283, 10 calculata -o. BOETH. arithm. 1, 4 p. 14, 5 in gemina facta -o *numeri paris* (*l. 1* sectio, *16* divisio). 1, 5 p. 14, 21 par numerus est, qui in duo aequalia et in duo inaequalia ⌊-em recipit⌋ (*Nicom. arithm. 1, 7, 4* τμηθῆναι δυνάμενος). *al.*

4 *varia*: CIC. de orat. 1, 22 *Graecos* -em iam quandam artium fecisse *et* ... seposuisse a ceteris dictionibus eam partem dicendi, quae *eqs.* Tim. 22 fuit ... talis illa -o (*in aedificatione mundi; quae praecedunt v. p. 526, 19; gr. 35ᵇ* ἤρχετο ... διαιρεῖν ὧδε, *Chalc.* divisionem). GELL. 20, 1, 39 de sectione -eque corporis (*cf. p. 527, 11*). ITALA psalm. 143, 14 (cod. 136 Cas.) pecora nostra nutribiles *sunt* ⌊sine -e⌋ (*i. sine dissipatione sim., an conicias* sine perditione? *gr.* οὐκ ἔστιν κατάπτωμα φραγμοῦ, *Sangerm. al. nec non Vulg.* non est ruina maceriae, *Hier. psalt. sec. Hebr.* non est interruptio). SOL. 1, 56 *bituminis* -o repentina (*ibid.* dispergitur, diducitur). FIRM. err. 5, 4 animam ... separatio ista *trium partium sec. Platonem* dissolvit et patitur maximam ex ista -e iacturam. MAR. VICTORIN. gramm. VI 43, 2 hae sunt tres -es *temporum*, quae continuam rhythmopoeian faciunt (*l. 9* divisione. *cf.* DIOM. gramm. I 513, 27 huius *antibacchii versus* facilis -o, cum sciamus pedem ipsum constare ex brevi et duabus longis). HIL. trin. 10, 65 *Christus* habens in se ... sine aliqua sui et -e (portione, participatione *codd. aliquot*) quod homo est, et divisione quod deus est (*aliter p. 530, 43*). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 23 vini facienda -o atque ... adiectio. BOETH. mus. 1, 6 p. 193, 17 linea ... in infinita semper -e dividitur. 3, 16 p. 300, 3 regularis monochordi est facienda -o. GREG. M. moral. 28, 15 mensurarum lineae in terrarum -e tenduntur. *al.* *de genere quodam exercitationis gramm., q. d.* (ἐπι)μερισμός (*ad rem v. Glück, Priscians -es, 1967, 31sqq.*): CHAR. gramm. p. 310, 8 B. (*ex Romano*) *praepositiones cum, apud, penes, propter* in -e versus separari debent a cohaerentibus partibus orationis. PRISC. gramm. III 515, 3 -es XII versuum Aeneidos principalium (*hic libri titulus traditur codd. G al. recte, v. Glück, l. l. 86*).

B *accedente respectu communicandi, participandi* (-o est *vel* fit cum *aliquo l. 4 et 11,* inter *aliquos l. 26 sq.*); *dividuntur*: 1 *possessiones, praeda et quaecumque ad rem familiarem pertinent*:
a *vario usu*: CIC. Verr. II 3, 183 cur cum eo *scriba* tantae pecuniae -o fiat? 4, 121 in hac -e ornatus *Syracusarum captarum.* Sest. 54 aerarii. Phil. 13, 42 urbis et Italiae (*item* 13, 47). off. 2, 40 propter aequabilem praedae -em ([portionem *cod. unus; antea*: aequabiliter ... dispertiat]. PS. ASCON. Verr. p. 221, 6 p. -e [-o, participio, participatione *codd.*]). QVINT. decl. 261, 3 (*interpol. ?*) omnes paene dies ... in hac -e consumi, *ut patrimonia aequentur.* CYPR. ad Donat. 12 p. 14, 5 nulla in clientes ... largitio est, cum indigentibus nulla -o est *eqs.* HERMOG. dig. 40, 12, 40 pacto -is pretii. FILASTR. 121, 1 de divisione orbis terrae et -e habitationis. AGENN. grom. p. 25, 8 de adsignationibus et -bus agrorum. *al.*
b *technice significatur species legandi* (*cf. l. 65; ad rem v. Kaser, Röm. Privatrecht I² 745*): CIC. Caecin. 13 in his rationibus auctionis *hereditariae* et -is. 15 cum ei *viduae* ... pecunia ex -e deberetur. leg. 2, 50 hoc docent Scaevolae (*sc. P. et Q., pontifices*), quom est -o, ut, si in testamento deducta scripta non sit, *eqs.* 2, 53. GAIVS inst. 2, 254 quae species legati -o vocatur, quia cum herede legatarius partitur hereditatem (*inde* INST. Iust. 2, 23, 5; *cf.* THEOPHIL. inst. Iust. 2, 23, 5 partitίων [GLOSS. iurispr. ἄδετ *II* 46 παρτίτιον· μερικόν]). VLP. dig. 50, 16, 164, 1 '-is' nomen non semper dimidium significat, sed prout est adiectum. reg. 24, 25 'heres meus cum Titio hereditatem meam partito (-or *edd. quidam vix recte; cf. p. 522, 10*), dividito'; ... quae *legandi* species -o ⟨appellatur⟩.

2 *munera, officia sim.*: CIC. Sull. 13 haec inter nos (*sc. me et Hortensium*) -o defensionis non est fortuito ... facta. de orat. 2, 123 non erit ... iniqua -o *muneris suscepti*, si *eqs.* LIV. 45, 20, 3 -em regni petiturum *Attalum* (partiturum *cod.; cf., nisi de territorio cogites,* IREN. 5, 26, 1 dividi ... et regnum ... et domum oportet ...; propterea iam -em [participationem *cod. A*] et divisionem praefiguravit *dominus* [*apoc. 17, 12 Matth. 12, 25*]). PS. QVINT. decl. 13, 17 *officiorum* -o *inter apes* (FRONTO p. 135, 4 v. d. H.). COD. Theod. 11, 1, 26 iniquae -is ... incommodum *in tributis solvendis.*

3 *varia*: FRONTIN. aq. 87, 3 sedula ... -e distributa *est ubertas aquae.* APVL. mund. 21 *concordiam* elementis dedit specierum aequa -o (*gr. 396b35* ἰσομοιρία). Plat. 2, 7 veniens ex aequitate -o, ut singulis in agros dominatus congruens deferatur, ... bonus quisque ... in honoribus ... praeferatur. HIL. in Matth. 15, 10 diversorum donorum et charismatum -es (participationes, portiones *var. ll.*) ministrationesque. AVG. civ. 7, 3 p. 275, 14 D. ubi a Vitumno et Sentino *vitam sensusque dantibus* ... in huius munificentiae -e (partione *var. l.*) superentur *ceteri dei.* 10, 3 p. 405, 33 nec -e minuitur *deus, qua singulos fideles inhabitat.* *in dialectica et gramm. metonymice de praedicamentis* (*sc. fere aliquid alicui attribuentibus, i. aliquid de aliquo praedicantibus*): CAEL. AVR. acut. 1 praef. 10 (*9 non debuit Asclepiades* eandem obtrusionem simul phrenitim atque phreniticae passionis causam vocare) e⟨s⟩t enim dicere quod secundum Asclepiadem causae ascriptionum sive -um sint, quas Graeci categorias appellant, non appellationum, quas idem prosegorias vocant (*sim.* 11).

II *significatur quod partiendo fit*: A *de qualibet parte, quae effecta est*: 1 *definitione vel dispositione argumenti cuiusdam*: RHET. Her. 1, 12, 22 haec -o legitimae constitutionis ... raro venit in iudicium (*fere de specie, cf. 1, 11, 19 legitima constitutio* dividitur in partes sex). TERT. adv. Marc. 1, 24 p. 324, 15 *bonitas dei Marcionis* non iam a -e speciali hominis liberandi defecit, sed a proprietate generali (*ad IB traxit Meijering, comm. 1977, ad l.*). CHAR. gramm. p. 146, 29 B. -es orationis, quae appellantur qualitates (*i. adiectiva; de iisdem*: p. 147, 1. *utroque loco trad. forma* partiones; *cf. gr.* μερισμός *de parte orat. Apoll. Dysc. synt. p. 48, 9 B. al.*). EVGRAPH. Ter. Haut. 3 hanc ... -em solvit, uti dicat '...'; quod primo proposuerat, primo solvit (*item de parte dispositionis*: 10; *aliter p. 529, 16*). CASSIOD. in psalm. 36, 12 sit nobis hic secunda -o *psalmi* (partio *cod. Germ. corr.; cf. 25* perventum est ad tertiam sectionem). 2 *separatione, diremptione*: LAVD. Murdiae (CIL VI 10230) 4 omnes filios aeque fecit heredes -e filiae data (*sc. parte hereditatis legata, v. IB1b*). VVLG. II Esdr. 11, 36 de levitis -es *habitaverunt fines quosdam* (*trad. etiam* partiones, portiones).

B *de portione participis cuiusdam*: ITALA II par. 31, 2 (Complut.) statuit Ezecias partiones sacerdotum et levitarum per distributiones eorum (*gr. bis* ἐφημερίας, *Vulg.* turmas ... per divisiones. *item respicitur ministerium*: VVLG. I par. 24, 1 filiis Aaron hae -es erunt [*trad. etiam* partiones, portiones. *cf. 24, 19* vices eorum secundum ministeria sua]). VVLG. Ezech. 48, 29 haec est terra, quam mittetis in sortem tribubus Israhel, et hae -es earum (*trad. etiam* partiones, portiones. *Itala Wirc. al.* distributiones).

deriv.: cf. portio (*vol. X 2, 29, 81*).

[1. partītō *v.* 1. partio.]

2. partito, -āre, *verbum frequentativum a* parĕre *derivandum affert* PRISC. gramm. II 501, 7 *nullo allato exemplo.*

partītor, -ōris *m.* *a* partire (-ri). [*olim legebatur* CIC. Vatin. 12 -em *pro* portitorem; *vix recte trad.* SCHOL. Verg. Bern. georg. 4, 4 ('magnanimos ... duces *apium* ... dicam') magnanimos: -es (*sc. distributores, largitores? sed Verg. de fortibus dixit* [*cf. 4, 83*]).] GLOSS. II 309, 43 ἐπιμεριστής: -r (por- *trad., corr. ed. Stephani*). 367, 60 μεριστής: -r.

[*van Leijenhorst*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

partitūdo, -inis *f.* *a* parere (partum), *nisi a* 2. partus (*ita Leumann, Gramm. 1977, 367*). NON. p. 217, 28 *v. sub* 2. partio. GLOSS. -o: partus. -es: partus.

i. q. partus: **1** *de actione, eventu sim.*: PLAVT. Aul. 75 *celare* erilis filiae probrum, propinqua -o cui appetit (*cf.* 276 probrum atque -o prope adest ut fiat palam). SOL. 1, 63 *masculo gravidis est* pronior -o uteri (*sec. Plin. nat. 7, 63* facilior partus). IVL. VAL. 1, 6 p. 11, 4 adpetente ... iam -is tempore consederat Olympias oneri partus levando. p. 11, 8 (*vates ad eandem*) vim -is vince, reprimens geniturae necessitatem imminentis (*spectat ad -is labores ut*: DON. Ter. Ad. 602 'dolore' -is. Andr. 268, 1 *laborem* ⌊-is⌋ [*var. l.* partus et egritudinis *def. Zwierlein, Terenzkomm. des Donat, 1970, 149*]. HIL. syn. 73 dolores -is [paritudinis *var. l.*]). p. 11, 30. DON. Ter. Hec. praef. 3, 3 -o Philumenae. 354, 2 ad eventum -is. SVLP. SEV. chron. 1, 9, 3 Rachel desperata iam -e Ioseph edidit (*an ad 2?*). COD. Theod. 9, 42, 10 futurae -is testimonia (*i. graviditatis indicia*). *respicitur singularis nativitas Christi*: HIL. syn. 17 dei filius non corporalis -is est genitus exemplo. PRISCILL. tract. 6, 100 quoniam ... non conveniret virginitas -i, aeternitati mors *eqs.* (*99* partum). PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 7, 10 p. 24a extr. habuit ... deus filius nostrae similem -is exitum, sed similem non potuit habere conceptum (*ibid.* in partu ... filii). **2** *de eo quod paritur* (*cf.* SVLP. SEV. *sub 1*): LEX Visig. 6, 3, 6 tit. si servus ancille -em (partum *codd. tres*) leserit, *i. abegerit* (*cf. 6, 3, 4. 5* partum).

partītus, -a, -um *v.* 1. partio.

partiuncula *v.* portiuncula. *van Leijenhorst.*

partor, -ōris *m.* *a* parĕre; *cf. formationem iocosam* postpartor. *i. qui aliquid parit, comparat*: CIL VIII 20542 (*saec. IV*) ⟨t⟩riumforum parto⟨ri⟩, gloriae ac virtutis ⟨a⟩uctori ... Constantio.

fem. **partrīx,** -īcis. *cod. Casinensis praebet fere* partic- *vel* patric-. *i. quae parit, genetrix* (*de Maria, sc. in versionibus* RVSTICI *pro gr. -τόκος, cf. vol. VI 2, 1822, 59sqq. et* RVSTIC. Conc.[S] II 3, 2 p. 10, 7 adn. 'genetricem': proprie in G(raeco) sonat '-em'): RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 5, 29 genetricem vel -em dei (52, 5 *bis.* 110, 2. 124, 1. *adde l. 35*). 7, 3 de -e Christi (26, 20. c. aceph. p. 1245[A] *Nestorius* dixit sanctam virginem -em C., non dei). 52, 5 dei -em et hominis sanctam virginem nominare (52, 8).

partōrius, -a, -um. *a* parĕre. *scribitur* -tur-. *i. q. ad pariendum aptus*: ORIBAS. syn. 9, 40 add. p. 346 supposita ulla (*i.* olla) sellae -ae, in qua sedere facis mulierem (9, 43, 18 Aa p. 355 super s. -am [*La* sella *tantum, gr.* δίφρον]. *ad rem v. vol. IX 2, 239, 57sqq.*).

partrīx *v.* partor.

partuālis, -e. *a* 2. partus. *i. q. ad partum pertinens*: TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 487, 12 ordinarium et sollemnem menstrui vel -is sanguinis fluxum.

partūcula *v.* particula.

partūra, -ae *f.* *a* parĕre. *i. q. actio pariendi* (*sc. iumenti; significatur pars rei pecuariae*): VARRO rust. 2, 1, 26sq. deme ... duas res de mulis: admissuram et -am. :: (27) Vaccius, ⌊-am⌋ ? inquit, proinde ut non aliquotiens dicatur ... peperisse mulam (⌊ ⌋ *cod. Marc. teste Politiano,* pasturam *apographa;* pariturum *Politianus utrobique*). *Kruse.*

? GLOSS. II 456, 54 τοκάς: **parturia** (*cum* parĕre *coniungendum, sed formationis mirae;* paritura *Heraeus; ceterum cf.* partorius).

parturiālis, -e. *a* parturire. *i. q. ad parturitionem pertinens, capax pariendi, pariturus*: CASSIOD. anim. 4 l. 7 H. (*post brevem definitionem animae*) editum est quasi -e ovum, ubi vita futurae avis ... continetur; nunc aperiatur in partes *eqs.* (partul- *var. l.; vix cum aliis lexicis passive intellegendum, sc.* '*qui partu editur*').

parturībundus, -a, -um. *a* parturire. *de quantitate* -ri- *syllabae dubia v. Pianezzola, Aggettivi verbali in -bundus, 1965, 60sq.* *i. q. parturiens, partum editurus*: MIRAC. Steph. 2, 2, 2 ad revisendam filiam *gravidam* ... mater -a revertitur (*fortasse de matre propter timorem et dolorem quasi parturiente intellegendum, v. p. 533, 84;* -a⟨m⟩ *Maurenbrecher in schedis nostris, miro verborum ordine*).

parturīgo, -inis *f.* *a* parturire. *i. q. dolor parturientis*: ANIAN. Chrysost. hom. 8, 2 p. 1053/4 *Maria* aerumnosum conficere iter iubetur propter partum illum mirabilem ac spiritales -es (*Migne gr. 57, 85* ὠδῖνας).

***parturio,** -īvī (-iī), -ītum, -īre. *a* parĕre (partum); *cf.* PRISC. gramm. II 429, 13 (*inter verba meditativa a supino derivanda ut* 495, 12. 501, 3). *de scriptura*: -tour- TAB. devot. Audollent 295, 10 (*saec. III?*). NOT. Tir. 91, 96 -it. *de formis: imperf.* -ib- *raro invenitur, sc.* PHAEDR. 4, 24, 1 APVL. met. 7, 4, 1. FVLG. aet. mund. p. 155, 19 (-ieb- *var. l.*). *al.*, -ieb- *saepius apud posteriores, e. g.* PANEG. 2, 23, 4 HIER. epist. 69, 6, 1; *stirpis perf. formae integrae in perf. indic. tantum, sc.* -vi VVLG. Is. 23, 4. *al.*, -vit ITALA psalm. 7, 15 (Ambr. in Luc. 10, 26). *al.*, -vimus VVLG. Is. 26, 18. *al.*, *breviores e. g.* -riit OROS. hist. 6, 17, 8. *al.*, -rierat AMBR. spir. 3, 8, 52, -risse AVG. c. Faust. 15, 4 p. 421, 9; *et* -ivi *et* -ii *attestatur* DIOM. gramm. I 371, 2, *cf.* CHAR. gramm. p. 321, 7 B. *de notione et differentia*: MAR. VICTORIN. in Gal. 4, 27 p. 1186[D] -ire ... in dolore esse est, cum partus effunditur. AMBROSIAST. in Rom. 8, 22 -ire dolere est. ISID. diff. 1, 275 generare masculos dicimus, -ire feminas (*cf. p. 533, 42*). GLOSS. -o: τίκτω. ὠδίνω. *al.* *leguntur formae stirpis praes. inde a* PLAVTO, TER., POMP. Atell., VARRONE, CIC., VERG., *stirpis perf. inde a* FILASTR., AMBR., HIER.; *passive raro invenitur inde ab* AMBR., HIER., *p. p. p. non nisi apud* AVG., *supinum et part. fut. act. nusquam legimus. stirpes perf. act. et pass. omnino deficere putat* PRISC. gramm. II 418, 26. 421, 10. 560, 2. [*fortasse it.* partorire, *var. dial. sept.; cat.* parterir '*laborare*'. *cf. Faré, Postille. Battisti-Alessio IV 2786. Wartburg VII 694. St.*] [*in falsa var. l. pro* parĕre VVLG. Is. 21, 3. 42, 14. *al.; coni. Lachmann ad* LVCR. 2, 342 *praeter necessitatem.*]

i. q. parĕre velle, pariendo laborare (*sed inversione quadam id -ire dicitur, quod nascitur, sub IIB1c*). *primitus absolute adhibetur deinde etiam cum obi., qui usus praevalet sub IIB (pro obi. sunt actiones nascendi vel generandi p. 533, 74. 535, 5, structurae verbales sub IIB3); usui absoluto accedit abl. rei edendae p. 533, 35. 534, 36, de abl. respectus v. p. 535, 66; cum dat. commodi p. 533, 36. 76. 535, 3. al. distinguitur vel opponitur saepe* parĕre, *e. g.* TER. Hec. 413 CIC. Phil. 2, 118 LIV. 21, 18, 12 PHAEDR. 4, 24, 1 PLIN. nat. 36, 151 AMBR. in psalm. 47, 11, 2 (*cf. iuxtapositionem verbi q. e.* nasci HOR. ars 139 AVG. in Gal. 38, 6sq. *al.*); *sed ad notionem pariendi saepius vergit, maxime in usu transitivo et apud posteriores, e. g.* DIRAE 11 PHILO vita contempl. 17 VVLG. Is. 45, 10 CLAVD. 1, 204 ENNOD. carm. 1, 9, 20.

I *usu strictiore pertinet ad generationem animantium, quae partu eduntur, gignuntur* (*sc. a feminis praeter l. 61. 64; pro feminis substituuntur* uterus *l. 78 [cf. etiam p. 535, 69], nec non* fragilitas humana *l. 81,* infirmitas *p. 535, 64; usu paulo laxiore Eva genus humanum -ire dicitur l. 66 sqq.*): **A** *-unt homines vel dei*: **1** *absolute*: **a** *formae variae*: PLAVT. Amph. 1061 ubi -it *era mea*, deos ... invocat. 1091 -ire ... uxor occepit tua (*infin.* -ire *cum verbo incipiendi ut*: PLIN. nat. 28, 247 incipientibus -ire. EDICT. praef. Vlp. dig. 25, 4, 1, 10. *al.*). Aul. 693. *al.* TER. Hec. 413 vereor, si clamorem eius ... exaudiat *servus*, ne -ire intellegat; aliquo mihist hinc ablegandus, dum parit Philumena. *al.* POMPON. Atell. 56 decumo mense demum turgens verminatur, -it. PLIN. nat. 36, 151 -ant (*v. sub b*). GELL. 2, 23, 17 mensibus exactis (*postea*: in puerperio enitentis). ITALA Is. 54, 1 (Cypr. testim. 1, 20 *al.*) sterilis, quae non paris ..., quae non -is (*gr.* ἡ οὐκ ὠδίνουσα, *Vulg.* pariebas). Ioh. 16, 21 (cod. a *sim. al.*) mulier cum -it, tristitiam habet ...; cum autem genuerit puerum *eqs.* (*gr.* τίκτῃ, *Vulg.* parit). ARNOB. nat. 3, 10 p. 168, 15 M. -ire alias *deas* tractu longo. ZENO 2, 9, 1 (2, 12, 2 L.) -it Maria non dolore, sed gaudio (*de eadem*: AMBR. inst. virg. 5, 39 *magnum erat* virginem -isse. CASSIAN. c. Nest. 7, 25, 2 virgo concepit, virgo peperit, virgo cum -iit *eqs.* [*ex Ambr.?*]. *al., cf. l. 69sq. 72sqq.*). VVLG. Is. 45, 10 vae qui dicit patri 'quid generas?' et mulieri 'quid -is?' (*Itala* [*Hier. adv. Pelag. 2, 25 p. 563*[C]] me peperisti). *al.* **b** *part. praes. act.* (*fere pro subst. vel adi. adhibetur*): OV. fast. 3, 256 dicite 'tu, *Lucina*, voto -entis ades'. SEN. epist. 117, 30 qui obstetricem -enti filiae ... accersit. PLIN. nat. 28, 247 ossicula *quaedam* ... utilia gravidis -entibusque. 36, 151 *lapides quidam* adalligati mulieribus vel quadripedibus ... continent partus, non nisi -ant removendi ...; sed nisi -entibus auferantur, omnino non pariant. *et saepe apud eundem.* SVET. Nero 21, 3 cantavit Canacen -entem. ITALA psalm. 47, 7 (Sangerm. *al., sim.* VVLG.) dolores sicut -entis ([*gr.* τικτούσης]. I Thess. 5, 3 [cod. 89 *al.; gr.* τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, *Vulg.* in utero habenti]. *al.; cf. e. g.* VVLG. Is. 13, 8 quasi -ens dolebunt. Ier. 49, 24 dolores tenuerunt eam quasi -entem). Is. 13, 8 (Tycon. reg. 4 p. 50, 26) parturitiones ... illos habebunt quasi mulieris -entis ([*gr.* γυναικὸς τικτούσης, VVLG. *v. supra*]. FIRM. math. 3, 7, 24 tempus -entis m. PS. PHILO antiq. 12, 5 VVLG. Ier. 13, 21. *al.*). DON. Ter. Ad. 487, 1 vox -entis (VVLG. Ier. 4, 31 vocem ... quasi -entis). PALLAD. hist. mon. I 56 p. 338[C] -entium feminarum (*gr. p. 164, 13 B.* ταῖς τικτούσαις). *et saepe.*

2 *cum obi.*: **a** *-untur ipsi filii*: PLIN. nat. 35, 140 Iove Liberum -ente ... muliebriter ingemescente inter obstetricia dearum. ITALA gen. 3, 16 (Filastr. 120, 6) in dolore -es filios ([*sine obi.* Aug. in psalm. 126, 8; *gr.* τέξῃ τέκνα, *aliae vers. et Vulg.* paries f.]. PETR. CHRYS. serm. 57, 4 deus filium non doloribus -it). cant. 8, 5 (cod. 169 *al.*) ibi -vit te mater tua (*gr.* ὠδίνησέ σε, *aliter Vulg.*). PRISCILL. tract. 1, 21 *qui daemones venerantur*, digni sunt, quos in forma Cain ... Euua -ens *eqs.* (-at *coni. Schepss in praef. edit., sed v. Svennung, Festskrift Persson, 1922, 138*). FILASTR. 120, 5 quod ... de eis *filiis* nos omnes itidem -ierit *Eva*. AMBR. in psalm. 47, 11, 2 *Christum* Maria non -vit, sed peperit. AVG. in Gal. 38, 6 cum homines a matribus concipiantur, ut formentur, iam formati autem -antur, ut nascantur. *al.* **b** *-untur res variae pro filiis nominatae*: PRISCILL. tract. 3, 70 virginalem metram ... ad concipiendum vel -endum habitaculum corporis patuisse (*sc. Christi; cf.* PETR. CHRYS. serm. 145, 5 *Maria*, quae vitam -it [virum, talem *var. ll., sed cum eodem obi.* MAX. TAVR. serm. 62, 1 M.]). 10, 134 Rebecca ... divinae promissionis decreta -ens. AMBR. Iac. 2, 11, 53 *mater Macchabaeorum* in talibus filiis integram pietatis formam et -vit et peperit. CLAVD. 1, 204 felicem ... uterum, qui nomina -it annis (*i. consules futuros*). carm. min. 53, 124 *Latona* lumina caeli -ens (*i. Apollinem et Artemin*). PETR. CHRYS. serm. 60, 4 fragilitas humana concipitur et concipit, -itur et -it *eqs.*

B *-unt animalia* (*addas l. 47sq.; cum obi.* ITALA, SOMN. Neron.): **1** *ovipara, sc. ova edentia* (*fortasse excudentia p. 533, 1. 3*): VARRO rust. 3, 9, 8 cum -ent *gallinae*, acus substernendum; cum pepe- *[Röck-Blundell]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rerunt *eqs.* COLVM. 8, 3, 4 *aviarius* debet speculari aut incubantis aut -entis fetas (foetus *edd. vet.*). 8, 5, 3 cum -ent aves. 8, 11, 9 -unt *pavones.* PLIN. nat. 10, 105 *columbae* -enti ... ministeria ex mare (*sec. Arist. hist. anim. 612b35* περὶ τὴν ὠδῖνα, *sed ordine sententiarum mutato*; pullos -enti *iungit Capponi, Ornithologia lat., 1979, 180*). ITALA Ier. 17, 11 (Filastr. praef. 3) *perdix* collegit quae non -iit (*gr.* ἔτεκε, *Vulg.* peperit). PETR. CHRYS. serm. 130[bis], 1 *apis* ore concipit, ore -it. 2 *vivipara*: PHAEDR. 1, 19, 3 canis -ens. VVLG. Iob 39, 1 -entes cervas (*spiritaliter explicat* RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 212, 24). SOMN. Neron. (Journ. Theol. Stud. 16, 1915, 12sqq.) 2, 3 *vitula* -vit agnam.

II *usu laxiore et translato*: **A** *pertinet ad quamlibet generationem naturalem viventium* (*in imagine sim. l. 24. 37. 44sqq. 48 nec non 53sqq. 59sqq.*): 1 *plantarum vel earum partium, segetum sim.; -ire dicuntur*: **a** *ipsae plantae vel partes earum, silvae sim. edituræ fructus vel surculos, folia sim.*: α *absolute*: VERG. ecl. 3, 56 nunc omnis ager, nunc omnis -it arbos ([SERV. '-unt' de pomiferis dicimus]. COLVM. 10, 413 DRAC. laud. dei 1, 169. 1, 574). PLIN. nat. 16, 101 vitis sola bis -it, primum cum emittit uvam, iterum cum digerit (VAL. CEM. hom. 6, 7). 17, 113 diutissime oculi *oleae* -unt. 17, 135 *vere* germina -ire. 21, 96 tota aestate aliud floret in eo genere *carduorum*, aliud concipit, aliud -it. HIER. epist. 66, 1, 2 -entem rosam. VAL. CEM. hom. 4, 2 miramur ... quare non fecundo caespite multiplex spica -at (*nisi sec. B1c explicandum*). ENNOD. carm. 1, 6 dict. 5 p. 521, 10 -entia ... plantaria. *in imagine*: VAL. CEM. hom. 9, 1 (*ad Gal. 6, 8*) *si pauperes adiuvamus*, multis seminibus multa -unt, ac multis -entibus multiplicata consurgunt. β *cum obi.*: DIRAE 11 nec fecunda ... semina -ant segetes, non pascua colles, non arbusta novas fruges, non pampinus uvas, ipsae non silvae frondes, non flumina montes. VVLG. cant. 7, 12 flores fructus -unt (MAR. VICTOR aleth. 3, 70 quem *fructum* dulci nectare tendens -it *vinea*, ac duro nascuntur pocula ligno [*nisi absolute*]). HIER. c. Ioh. 26 p. 377[B] uvarum pulchritudo futura vina -ens.

b *res naturales, sc. maxime agri, terra sim., vel ipsa natura vel regiones*: α *absolute*: VERG. georg. 2, 330 *vere* -it almus ager (PERVIG. Ven. 78 AMBR. Noe 14, 48 p. 445, 20. *al., adde l. 16*). COLVM. 10, 10 natura soli, quae gramine laeto -it. PLIN. nat. 2, 155 *terra* medicas fundit herbas et semper homini -it (VVLG. Is. 66, 8. *cf. l. 42. 68. p. 535, 34. al.; in imag.* HIER. tract. in psalm. I p. 179, 1 quando ... t. nostra [*i. caro nostra*] ... pluviis deliciarum fuerit irrigata *ieiunio omisso*, necesse est, ut -at et pullulet). CYPR. GALL. deut. 160 rident gramina -itque mundus. EVSTATH. Basil. hex. 5, 2, 7 (*ad gen. 1, 11* germinet terra herbam) tellus ... repente -ens (*gr.* ὠδίνουσαν). β *cum obi.* (*addas* pascua *l. 27*): PS. APVL. Ascl. 36 *terra* -it fruges et ... partus nutricat suos (AMBR. Noe 17, 60 p. 456, 8 fructus. spir. 3, 8, 52 messem, quam t. non -ierat [*i. manna*]. *etiam in allegoria vel imagine*: AMBR. in Luc. 9, 32 procellis sacrilegii liberata novos fructus t. iam -it, veteres parit. PAVL. NOL. epist. 28, 1 p. 241, 10 neque illi *puero* spinas ... sua t. -at [*sec. gen. 3, 18* germinabit]). AVG. serm. 254, 3, 4 *stercus, i. tristitia paenitentis*, fructum -it (*inde* CAES. AREL. serm. 162, 4 frumentum). MAR. VICTOR aleth. 2, 168 fetus varios, quos *tellus* imbre marito -ens *eqs.* BOETH. categ. 4 p. 267[D] quos *flores* verni temporis clementia -it. ISID. orig. 14, 3, 11 quam *arborem* alia regio minime -it (*antea*: gignit). *al.*

c *alia* (*in imaginibus variis*): COLLECT. Arian. serm. 12, 1 de eo *sanguine martyris* purpureos flores -ens *ecclesiae torcular.* ENNOD. opusc. 2, 118 p. 323, 23 infecundam frugibus culmorum -it ubertatem *elocutio ventosa.*

2 *animantium et quorumlibet* (*sc. rebus variis fere pro matribus substitutis; stercus ipsum dicitur vermes generare l. 69; sub b addidimus obi. generalia quaedam*): **a** *absolute*: HOR. ars 139 -ent (-unt *var. l.*) montes, nascetur ridiculus mus (*cf.* PHAEDR. 4, 24, 1 mons -bat ..., murem peperit [*inde* ROMVL. fab. 31, 1 *et* 4 rec. gall.]. *ceterum v. Otto, Sprichw. n. 1173*). ITALA Is. 23, 4 (Ambr. Hel. 19, 72, *sim.* VVLG.; *loq. mare*) non -vi nec peperi nec enutrivi iuvenes (*gr.* ὤδινον). CLAVD. carm. min. 27, 62 polus non concitat axes -ente rogo (*sc. phoenice nascente*). *al.* **b** *cum obi.*: HOR. carm. 4, 5, 26 quis *paveat* Germania quos horrida -it fetus, incolumi Caesare? SVET. Aug. 94, 3 *prodigio* denuntiabatur regem populo Romano naturam -ire. PACIAN. paraen. 9 p. 117 promissas ... divitias terra -ens *regi David serviebat.* FVLG. myth. 2, 16 quae *laetamina* ... vermiculos -ant hortis. VVLG. Is. 66, 8 -vit et peperit Sion filios suos. BACHIAR. repar. laps. 21 talem *filium* -unt gemitus et lamenta plangentium (*sc. parentum; respicitur II reg. 12, 24*). MARCELL. med. carm. 22 *natura* creatrix fetibus omnigenis, quos -it. EVSTATH. Basil. hex. 2, 3, 9 quorum *pratorum al.* nihil habebat terra -ens adhuc nativitatem cunctorum (*opp.* ut ... proferret; *gr.* ὠδίνουσα). ENNOD. carm. 1, 9, 20 quicquid terra creat, gignit mare, -it aether. VEN. FORT. carm. 3, 12, 10 *flumina* tibi -unt ... dapes (*i. pisces*). CORIPP. Iust. 3, 103 cuncta ..., dominis quae -it orbis, *sc. Romanis.* ISID. Goth. 1[a] chron. II p. 267, 12 (*laus Hispaniae*) quicquid ... arva fecundum, quicquid metalla pretiosum, quicquid animantia ... utile ferent, -is. *al.*

B *cetera exempla*: 1 *absolute*: **a** *-unt, qui (quae) dolent vel laborant sim.* (*cf. p. 531, 81 et* HIER. in Hab. 3, 10–13 l. 643 'dolebunt' sive -ent populi, ὠδινήσουσι quippe utrumque significat): α *homines vel animi sim. eorum, sc. qui cura, sollicitudine vexantur, opprimuntur*: CIC. Lael. 45 qua *securitate* frui non possit animus, si tamquam -at unus pro pluribus (*antea*: sollicitum esse). ITALA Hab. 3, 10 (Tert. adv. Marc. 4, 39) videbunt te, *deus*, et -ent populi (*gr.* ὠδινήσουσι, *Vulg.* doluerunt). AVG. conf. 7, 7, 11 quae illa tormenta -entis cordis mei, qui gemitus. in psalm. 52, 1 l. 7 'pro Maeleth' ... videtur dicere pro -ente sive dolente (*in explicatione de Christo, Paulo aliisque intellegitur*). serm. 57, 3, 3 gemimus, rogamus, -imus, clamamus ad deum, ut paulo serius moriamur. SIDON. epist. 4, 11, 7 lacrimis habenas anima -ente laxavi. *al.* β *res naturales, sc. quae quatiuntur, tremunt sim.* (*l. 14sqq. subest ambiguitas verbi hebr. q. e.* ḥîl): SIL. 12, 138 *in campis Phlegraeis* tellus ... aestuat, et Stygios exhalat ... flatus, ⌊-it⌋ et tremulis metuendum exsibilat antris (⌊ ⌋ *del. Blomgren, Siliana, 1938, 27*). ITALA psalm. 76, 17 (cod. 136 Cas.; *sim.* HIER. psalt. sec. Hebr.) deus, viderunt te aquae et -ierunt *eqs.* (*gr.* ἐφοβήθησαν, *Vulg.* timuerunt). 95, 9 -et a facie eius *dei* omnis terra ([*gr.* σαλευθήτω, *Vulg.* commoveatur, *Hier. psalt. sec. Hebr.* pareat]. 113, 7 [*gr.* ἐσαλεύθη, *Vulg.* mota est, *Hier. psalt. sec. Hebr.* contremescit]). Rom. 8, 22 (cod. d *al.* = VVLG.) omnis creatura ingemescit et -it usque adhuc (*gr.* συνωδίνει). HIER. psalt. sec. Hebr. 29 (28), 8 vox domini ⌊-ire faciens⌋ desertum Cades (*Vulg.* concutientis).

b *-unt, qui (quae) edere, efficere, exprimere sim. parant, sc. re, quae editur sim., tacita* (*abl. significata apud* HIER. tract. in Is.): α *usu vario*: PLIN. nat. praef. 28 audio *philosophos* ... -ire adversus libellos *meos* ... et subinde abortus facere iam decem annis *eqs.* (*meditando -it quis etiam* AMBR. fug. saec. 6, 32 qui -it, pariat, ne onusto ... iniquitatibus mentis utero fugere non possit [*respicitur Matth. 24, 19*]. HIER. epist. 52, 4, 2 cum cotidie generet semperque -at, incorrupta est *Abisag* [*i.* sapientia senum, *cf. 52, 3, 7*]. AVG. in psalm. 137, 4 gravidum cor nostrum -it, et ubi pariat quaerit). FIRM. err. 15, 4 iam -it flamma caelestis (*i. incendium quoddam parat. eventu quodam praeparando -it aliqua res etiam*: FVLG. aet. mund. p. 155, 19 in quo *cornu Samuhelis* [*I reg. 10, 1*] ... regni enteca ebulliens -bat [*i., ut vid., Sauli potestatem regiam praeparabat*]. HIER. psalt. sec. Hebr. 10, 5 -unt viae eius *impii* in omni tempore [*aliter gr. et Vulg. psalm. 9, 26*]). HIER. tract. in Is. p. 102, 17 'plaga tumens' ... est ... vetus delictum, quasi quodam pure -ens. VVLG. Sirach 19, 11 a facie verbi -it fatuus, tamquam gemitus partus infantis (*gr.* ὠδινήσει). AVG. in psalm. 103 serm. 3, 12 l. 33 (*auditores hortatur, ut bona dent ecclesiae*) gemitis, et nihil adhuc exit. si gemitis, -ite; si -itis, parite. β *spectat ad regenerationem spiritalem* (*cf. p. 535, 65sqq.*): AVG. epist. 48, 2 cui *ecclesiae* -enti, si nulli boni ministrare vellent, quo modo nasceremini, non inveniretis (*-it ecclesia etiam*: in psalm. 126, 8 l. 6sq. 9. 26 QVODV. symb. 3, 1, 4 PS. EVSEB. GALLIC. hom. 34, 5 l. 92 G.). in psalm. 47, 5 l. 46 -it vetus homo, sed nascitur novus homo (*sc. paenitentia; cf. p. 535, 67*). GREG. M. in I reg. 2, 16 l. 351 *Hierusalem, mater electorum hominum*, velut ... -ire non potuit, cum *Adam peccantem* ... amisit.

c *usu singulari -it id ipsum, quod paratur vel efficitur* (*quod potius obi. loco exspectaveris; cf. fortasse p. 533, 22*): CASSIOD. hist. 7, 15, 2 cum ... belli eventus interea -ret, terrae motus factus *eqs.* (*Socrat. 4, 3* ταραχὴ ... ὠδίνετο).

2 *cum obi. acc., quo indicantur ea, quae quis (quid) edere, creare, formare, efficere parat vel re vera edit, efficit sim.*: **a** *-untur res* (*coetus hominum v. sub b*): α *potius mente intellegendae, apprehendendae*: CIC. Mur. 84 hoc quod conceptum res publica periculum -it, ... comprimam. Phil. 2, 118 ut ... dolor populi Romani pariat, quod iam diu -it (*sc. ut libertatem sibi vindicet*). OV. epist. 12, 208 (*Medea loq.*) ingentis -it ira minas. LIV. 21, 18, 12 quod diu -it animus vester aliquando pariat. ITALA psalm. 7, 15 (Sangerm. *al., sim.* VVLG.) *inimicus* -vit iniustitiam, concepit dolorem et peperit iniquitatem (*gr.* ὠδίνησεν. *cf.* HIER. psalt. sec. Hebr. -it iniquitatem). 59, 4 (Cypr. testim. 2, 4. *al.*) -unt dolorem et pariunt facinus (*gr.* κύουσι, *Vulg.* conceperunt). PANEG. 2, 23, 4 -bat fortuna motus. DIOM. gramm. I 400, 9 postera aetas ... coepit ... nova velut -ire verba. HIL. syn. 84 non utique haeresim -ire *studuit synodus.* ZENO 1, 8, 1 (2, 2, 2 L.) cum ... gemens -it carina naufragium. PHILO vita contempl. 17 sollicitudo ... iniurias -ire consuevit (*syn.* generare. *gr.* γεννώσης). FVLG. myth. 3, 3 curiositas ... detrimenta suis amatoribus novit -ire quam gaudia (AVG. serm. 37, 1 animus, quaecumque ... gaudia ... concepit, -it et parere quaerit in ... mentibus vestris. *al.*). TRACT. in Luc. 4, 5 ut ... -at mortem *diabolus hominibus* (HIER. epist. 66, 5, 2 alius tumenti aqualiculo m. -it, *sc. sibi. cf.* SEDVL. op. pasch. 4, 15 *hydrops morbus* necem -bat inclusam [*ad Luc. 14, 2; cf. carm. pasch. 4, 177* paritura]). HIER. epist. 28, 1 sortis ... dilatio usuram -it. 121, 11, 12 *Neronis* peccatis ... Antichristi -itur adventus. adv. Rufin. 3, 3 -is mihi montes criminum. tract. in psalm. I p. 209, 27 -it peccata *anima* (*respicitur Iac. 1, 15* concupiscentia ... parit peccatum *ut*: PS. AVG. hypomn. 4, 8 l. 416). VVLG. prov. 8, 25 (*loq. sapientia*) ante colles ego -bar. CLAVD. 17, 81 *philosophus quidam* -it (concipit *var. l.*) innumeros angusto pectore mundos. PAVL. NOL. carm. 21, 525 *divitibus* auri letifer usus -it aeternos ... ignes. AVG. conf. 9, 8, 17 non praeteribo, quidquid mihi anima -it de illa *matre* ..., quae me -vit et carne ... et corde, ut in aeternam lucem nascerer. in euang. Ioh. 101, 5 laboris sui fructum ecclesia nunc -it desiderando, tunc est paritura cernendo *eqs.* (CASSIAN. conl. 6, 3, 7. *al.*). pecc. mer. 3, 13, 23 hanc epistolam dum dispositio mea brevem -it,

[*Röck-Blundell*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

liber prolixus est natus. in psalm. 111, 4 hunc versum -bat ille superior. BACHIAR. epist. Migne suppl. 1, 1036 tu verbo dei feta, tu sermonem eius enixa ... nobis scientiam dei -is. OROS. hist. 5, 24, 14 sibi Marianum ... Roma -bat excidium. CASSIAN. conl. 10, 10, 11 ut nullas ... spiritalium sensuum generationes -ire me sentiam. CONC.^{S} I 5 p. 162, 25 sententiae ... blasphemiam -entes ([*gr. I 1, 6 p. 140, 24* ὠδίνοντα, *alt. versio I 5 p. 279, 1* generantia]. PETR. CHRYS. serm. 131, 6 *Iudaeus* de conceptu mentis blasphemia [-am *var. l.*] -it, gignit iniurias). *et saepe.*

β potius sensibus percipiendae, sc. res corporeae, tempestates, lux, calor, motus vel species corporum sim. (*addas p. 533, 28* flumina; *v. etiam ad A2*): HOR. carm. 1, 7, 16 Notus *non* ... -it imbres perpetuo (-tuos *var. l.*). SIL. 9, 284 inclusam rabiem ac sparsuras astra procellas -it unda freti (*in imag.* AVG. in psalm. 103 serm. 4, 4 licet mare *huius saeculi* ... procellas ... -at). LACT. Phoen. 96 flammam -it ipse calor. ZENO 1, 4, 3 (1, 1, 10 L.) *impudicitia vultum suum pingens* nunc delet quas amaverat species ..., nunc -it novas. ANON. de mach. bell. 17, 2 *machinae* impetu -ente discursum *navis*. FVLG. aet. mund. p. 178, 14 ignis ... aquas didicit -ire. HIER. epist. 69, 6, 1 spiritus dei ... super aquas ferebatur et nascentem mundum ... -bat (CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 146, 9 aliquos tibi ... mundos atomorum minuta -ant. *cf. p. 534, 78*). psalt. sec. Hebr. 90 (89), 2 antequam montes nascerentur et -retur terra et orbis (*Vulg.* formaretur). CLAVD. 10, 275 sidera -it aether. PAVL. NOL. carm. 20, 344 cum prima ruberet -ens aurora diem (PETR. CHRYS. serm. 74, 2 vesper, mater noctis, -it d. [*sc. ordine propter resurrectionem mutato; ordine naturali* 75, 2 nec lucem -it, sed tenebras *vesper*]). ALC. AVIT. epist. 14 p. 47, 11 -entibus lacrimas oculis. ENNOD. carm. 2, 149, 4 rorem -it ... lapis (*i. columna, ex qua fluit aqua*). *al.*

b *-untur animantes eorumve coetus*: *α usu vario*: Ⓘ *-itur is, qui tamquam fetus alicubi inclusus est* (*addas p. 536, 51*): APVL. met. 7, 4, 1 (*ironice; asinus puellam in ventrem suum insuendam recordatur*) ventrem ... suspiciens meum iam misellam puellam -bam. CARM. de resurr. 149 *veniente Christo* terra ... remugit -ens homines, quos reddere iussa debebit. SERM. Migne suppl. 4, 848 belua ... viventem virum *Ionam* feta -ens. Ⓘⓘ *-untur civitates, ecclesia sim. futurae, quae quodammodo praeparantur*: AVG. civ. 18, 21 p. 283, 4 D. *Procae regis* tempore ... iam quodam modo Roma -batur. c. Faust. 15, 4 p. 421, 9 (*ad ecclesiam*) te iam tunc figuratam et prophetatam praescientiam -isse sanctorum (*item praenuntiando*: 22, 94 p. 701, 5 caput illud ... et hoc corpus eius [*i. Christum et ecclesiam*] ... scribentium litteras vere sacras omnis -vit intentio). in psalm. 5, 8 civitas ..., quam nunc -it et paulatim parit ecclesia. OROS. hist. 6, 17, 8 Roma Caesare occiso quanta de cineribus eius agmina armata -iit. EPIPHAN. in cant. 219 C.-G. ibi, *sc. in cruce*, -vit ecclesiam mater eius, *sc. caro Christi* ...; ibi -vit eam, quando dolores pro ea sustinuit (*cf. Migne gr. 40, 144* ὠδίνησεν ... καὶ ἐξεγέννησε). Ⓘⓘⓘ *-itur infans a matre servatus, sc. ut quasi iterum vivere incipiat*: AVG. serm. 10, 1 *mater puerum* iterum -vit, dum a falsa matre defendit, et iterum peperit, dum non permisit occidi (*sec. III reg. 3, 16 sqq.*).

β sensu spiritali: Ⓘ *-itur, qui spiritaliter regeneratur* (*cf. 1bβ*): ITALA Gal. 4, 19 (cod. d *al., sim.* VVLG.) fili mei, quos iterum -o donec formetur Christus in vobis (*gr.* οὓς ... ὠδίνω. *explicat e. g.* MAR. VICTORIN. *ad l.* id est in lucem proferre cupio ... magnisque doloribus animae meae nasci ad vitam cupio et ad salutem [*sim.* AVG. in Gal. 38, 7]. *huc spectant e. g.* TERT. monog. 14, 2. AVG. epist. 82, 30 quos pariendos -bat). ZENO 2, 32 (2, 28 L.) *vos* per fidem genitalis unda concepit, per sacramenta iam -it (SERM. Corp. Vind. 21 p. 248, 19. *cf.* BACHIAR. repar. laps. 22 *filios Christi* fontis uterus et ... vulva mysterii -vit. SACR. Gelas. 444 M. *novos populos* tibi fons baptismatis -it). 2, 34 (2, 23 L.) quos sua -it fides. RVFIN. Orig. in gen. 6, 3 p. 69, 21 tales ... -it et tales filios generat ... ecclesia (AVG. in euang. Ioh. 12, 3. *al.*). AVG. catech. rud. 15, 5 caritas alios -it *eqs.* (in psalm. 147, 14 [*fusius*]. serm. 294, 11, 12 [*opp.* quem -vit infirmitas, *i. parentes carnales*]. *al.*). conf. 5, 9, 16 *mater* me -bat spiritu (*opp.* carne pepererat. *item*: GREG. M. in euang. 3, 3 p. 1087^{A}. *ad abl. resp. cf. l. 76. p. 534, 81*). in psalm. 8, 10 hominem novum paenitentia veteris -it. *et saepe.*
Ⓘⓘ *-itur Christus ab eis, qui eum spiritaliter accipiunt sim.*: AMBR. in Luc. 10, 25 (*antea citantur* Gal. 4, 19 [*v. supra*] *et Matth. 12, 50* qui fecerit voluntatem patris mei ..., mihi ... mater est) quae -it verbum, Christum -it. in psalm. 47, 10, 3 *Christus* est et puer, quem -it, qui in utero suae mentis accepit spiritum salutis. 47, 11, 2 dolor est ut -as ..., quem in principio debes habere perfectum. HIER. epist. 65, 1, 3 (*ad Principiam virginem*) tu unum cotidie concipis, -is, generas *eqs.* (*antea: virgo* Christum portat in corpore). FERRAND. epist. 3, 17 p. 907^{A} multae mulieres deum timentes -unt deum Christum mente, non carne.

3 *pro obi. accedunt structurae verbales significantes*: a *eventum futurum praenuntiatum*: AVG. c. Faust. 19, 31 p. 535, 18 *vetus testamentum Christum* regem ... in generationibus, factis, dictis ... et rerum figuris -bat esse venturum (-batur esse venturus *var. l.; item acc. c. inf.*: PRIMAS. in apoc. 5, 1 l. 312 istis ... significativis ... Christum -bant fore venturum). b *consilium, quod aliquis efficit vel efficere conatur*: AVG. in psalm. 85, 10 *psalmista* -vit, ut figeret orationem suam in auribus dei. MVTIAN. Chrysost. hom. 8, 2 p. 293/4 *Paulum* frequenter -entem ad introducendum sermonem de pontifice et semper differentem (*gr.* ὠδίνοντα ... εἰσαγαγεῖν).

deriv.: parturialis, parturibundus, parturigo, parturitio.
compos.: com-, reparturio.

ˣparturītio, -ōnis *f.* *a* parturire. GLOSS.^{L} I Ansil. PA 631 -bus: femin<ar>um partubus. *legitur inde ab* ITALA, PS. PHILONE, HIER., *sc. in prosa orat. et fere apud Christianos.*

I *i. q. actus parturiendi* (*in interpr. nominis* HIER. nom. hebr. p. 27, 6 Esthahol: ignis -is. *accedit gen. parturientis e. g. l. 23 sq. 31. 45; rei, quae parturitur l. 48; rei, in qua consistit vel ad quam pertinet -o l. 30. 37. 39. al.*): A *sensu strictiore significatur actus feminae partum edentis, parturientis*: ITALA Tob. 4, 4 (Ps. Aug. spec. 20 p. 387, 1 = Complut.) gemitus -is ... *matris tuae* ne obliviscaris ([*haec desunt in gr. et aliis vers.*]. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 26 p. 1562. *cf. ibid.* p. 1561 g. in -e *pati. sim. al.*). PS. PHILO antiq. 9, 6 tempus -is. HIER. epist. 140, 6, 7 (*ad psalm. 89, 2*) montes ... *non* nativitatem -emque recipiunt, sed conditionem. in Ier. 4, 31 mulier pariens et necdum dolorem -is experta (AVG. epist. 243, 7 SCHOL. Ter. p. 144, 24. *al.; cf.* AVG. pecc. mer. 2, 23, 37 -o cum doloribus). adv. Iovin. 1, 22 p. 241^{B} apud Iudaeos gloria erat in partubus et -bus. AVG. in euang. Ioh. 101, 3 (*ad Ioh. 16, 21* mulier cum parit *eqs.*) -o ... tristitiae, partus autem gaudio comparatur. pecc. mer. 2, 33, 53 de -e mulieris. DIONYS. EXIG. Conc.^{S} IV 2 p. 204, 2 naturalis ... -is exordium corruptio est (*antea*: partus, *gr. p. 193, 18 sq.* τόκος *bis*). Greg. Nyss. creat. 18 p. 376^{A} *Eva* -is damnata supplicio (*Migne gr. 44, 188^{A}* τῶν ὠδίνων). *al.*

B *sensu dilatato transfertur*: 1 *ad dolorem, vexationem sim.* (*ubicumque* ITALAM *citavimus, praebent gr.* ὠδῖνες, *Vulg.* dolores): ITALA psalm. 17, 5 (cod. 136 Cas.) circumvenerunt me -es mortis. 47, 7 tremor conprehendit eos, ibi -es ut generantis. Matth. 24, 8 (Cypr. Fort. 11 p. 335, 13, *sim.* cod. q *et loco gemino* Marc. 13, 8 cod. k) ista *mala* initia -um sunt ([*nisi ad 2, cf.* HIER. *ad l.* melius transfertur '-um' *quam 'dolorum'*, ut quasi conceptus quidam adventus antichristi, non partus intellegatur]. AVG. in Iob p. 608, 4. *al.*). HIER. in Os. 13, 12/13 dies -is et captivitatis (*ibid. iterum.* AVG. serm. 210, 5, 7). AVG. in euang. Ioh. 101. 6 in ... desiderii -e. in psalm. 47, 5 l. 41 conceptionem doloris et -is. 122, 6 l. 29 anima nostra posita ... in mediis gemitibus et -bus molestiarum. CAPREOL. epist. 2, 4 resolvere ... inferorum -es (*sec. act. 2, 24 ubi gr.* ὠδῖνας, *Vulg.* doloribus). GEST. Pilat. 6, 1 (rec. D^{b}; *respicitur Ioh. 5, 5 sqq.*) in periculo et in -e dolorum iacui (*aliae rec.* in infirmitate ... in dolore pessimo, *gr.* ἐν ὀδύνῃ πόνων). *al.* 2 *ad quemcumque actum edendi, creandi, formandi sim.*: HIER. in Is. 23, 4/5 p. 276^{B} (*loq.* 'saeculi huius mare') mea ... -o et partus ... apostolorum Christi -e deleta est, quorum unus loquebatur *eqs.* (*seq. Gal. 4, 19, v. p. 535, 52. cf.* PHILIPP. in Iob 39 p. 768^{B} -e apostolica. *item ad regenerationem spiritalem pertinent*: AVG. conf. 8, 6, 15 *miles vitam monachi legens* turbidus -e novae vitae. *al.*). AVG. epist. 151, 6 quo *die* illius -is, *i. consilii cuiusdam*, nefarius fetus est editus. PS. AVG. serm. ed. Mai 152, 1 (*de nocte, quae diem resurrectionis genuit*) nox bonae -is ...; commovit nox ista uterum, parturiendo corpora resurgentium. OROS. apol. 26, 4 *terra herbam producere iussa* hoc annuis vicibus incessabili -e custodit. CASSIAN. c. Nest. 1, 1, 1 -o monstruosa, *sc. qua hydra nova capita edidit.* VITAE patr. Iurens. 12 M. ut *heremitae* ... spiritalem subolem ... monasteriis ... casta -e diffunderent.

II *usus in metonymian vergentes*: A *de fructu parturiendi*: CHRYSOST. hom. I 873^{B} numquid similes habet -es mater filiorum Zebedaei *ac mater Macchabaeorum?* (*Migne gr. 50, 621* ὠδῖνας, *sed sententiis aliter distinctis*). *de sententia, consilio*: AVG. epist. 31, 6 quamquam nullis verbis explicem conceptionem ac -em cordis mei (*nisi ad IB2*). B *de loco scripturae, quo actus parturiendi narratur*: FAVST. Aug. c. Faust. 23, 2 p. 708, 22 neque ... in -bus Mariae dictum legitur illud (*sc. Matth. 3, 17, Luc. 3, 22*) ... sed in expiatione *Christi.*

partūrius *v.* partorius. *Röck-Blundell.*

1. partus, -a, -um *v.* 2. pario.

2. ˣpartus, -ūs *m.* *a* parĕre. *scribitur cum apice* partú CIL III 6759. *vix huc* NOT. Tir. 91, 95, *v. p. 399, 21.* NON. p. 217, 26 masculini est generis; *inter nomina quartae decl.*: PRISC. gramm. II 256, 2. *al.; fem. vix agnoscendum p. 542, 26.* *de formis: gen. sing.* parti PACVV. trag. 70, partuis VARRO Men. 26; *dat. sing.*: parto ORIBAS. syn. 4, 28 Aa p. 30, *ceterum* -ui: PAVL. FEST. p. 97 EDICT. praet. perp. Vlp. dig. 25, 4, 1, 10. *al.; acc. sing.*: -u ORIBAS. eup. 2, 1 L 2 p. 482 Aa (La -um); *abl. sing.*: -o PS. VEN. FORT. vita Med. 2, 4 vita Remed. 1, 3; *gen. plur.*: -uum PAPIN. dig. 33, 7, 3 pr. VLP. dig. *ter.* PS. APVL. Ascl. 27 RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 81, 27; *dat. abl. plur.*: -ubus *testantur, sc. fere distinguentes* partes, partibus VEL. gramm. VII 68, 4 CAPER gramm. VII 110, 18. DIOM. gramm. I 308, 2 evitandae ambiguitatis gratia. *al.; aliter* PROB. inst. gramm. IV 116, 15 per i et per u litteram pronuntiatur. CASSIOD. gramm. VII 156, 16 (*ex Curtio Valer.*) -ubus et -ibus ... veteres quidem indifferenter scripserunt. *solum traditur* -ubus: HOR. epod. 5, 5 HIER. adv. Iovin. 1, 22 p. 241^{B} IVLIAN. in Os. 13, 9–13 l. 163 MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 61, 19; *variat cum* -ibus: APVL. met. 9, 33, 5 (-i- *in* -u- *correctum ut* POMPON. dig. 15, 2, 3). AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 1 [*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVG. civ. 7, 3 p. 276, 12. 22 D. 12, 24 p. 551, 2. 16, 8 p. 136, 6 MART. CAP. 1, 71. *al.*; -ibus *solum traditur*: APVL. Plat. 2, 26 PORPH. Hor. carm. saec. 13 TIBERIAN. carm. 4, 13 FAV. EVL. 2, 1 W. (p. 2, 13 H.).

de notione et differentia: CHAR. gramm. p. 55, 7 B. -s: τοκετός (*item* GLOSS.). ISID. diff. 1, 240 farctum dicimus qui non est editus ..., -um qui editus est. DIFF. ed. Beck p. 56, 11 fetus terrae est, -s hominum. GLOSS. III 312, 9 ὠδίνη: -s (*heteroclit. pro* ὠδίς?). *legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem; frequentant maxime* VARRO rust. (*22*^{ies}), OV. (*33*^{ies}), MANIL. (*32*^{ies}), COLVM. (*47*^{ies}), PLIN. nat. (*plus 200*^{ies}). *dat. sing., gen. dat. abl. plur. rarissime, v. supra.* [*it.* parto; *sard. centr. et mer.* partu; *raet. occ. et or.* part; *fortasse francog. vet. et med.* part; *prov. vet.* part, *delph.* part, *vasc.* part; *cat.* part; *hisp.* parto; *port.* parto. *cf. M.-L. 6260a. Battisti-Alessio IV 2786. Wagner II 227. Wartburg VII 694. Corominas*^{2} *IV 403. Machado*^{3} *IV 316. St.*] [*variat imprimis cum* pars *e. g.* MANIL. 4, 378 COLVM. 10, 199 PLIN. nat. 28, 227, pastus *e. g.* VARRO rust. 2, 6, 4 PLIN. nat. 25, 92 (*dub. vel falso trad.* MANIL. 4, 665 PAVL. FEST. p. 369), ortus (*falsa var. l.* MANIL. 5, 46; *e coni. dub.* 5, 344). *al.; loco corrupto* ITALA psalm. 143, 12 (cod. 136 Cas.).]

fere i. q. τόκος, *sc. de actione vel de effectu, fructu pariendi. indicantur parentes per*: *gen.*: TER. Hec. 446 gnatae. CIC. carm. frg. 33, 5 B. (Tusc. 2, 20) Oenei (*item nom. propr.*: nat. deor. 1, 41. 2, 69 fam. 6, 18, 5 PROP. 1, 13, 30. *al.*). Cluent. 31 eius. nat. deor. 3, 47 matronarum. *et saepius, v. e. g. p. 538, 36sqq. 540, 11sqq.* *praepos.*: VARRO ling. 9, 29 ex viro et muliere (LVCAN. 10, 76 ex coniuge. TAC. ann. 3, 22, 1 ex P. Quirinio. *al.*). OV. epist. 19 (20), 194 de quo coniuge -s eat (MANIL. 2, 560 qui ... veniunt de sidere -us). MANIL. 4, 270 fluunt a sidere. *adi.*: PROP. 3, 17, 21 maternos. MANIL. 2, 627 virgineos (*sc. sideris; aliter, sc. Mariae*: EPIST. pontif. 373 CONC.^{S} I 2 p. 21, 25. 374 *ibid.* p. 9, 2. 375 *ibid.* p. 15, 18. *cf.* CONC.^{S} II 3, 1 p. 6, 11 virginali). AVG. serm. 195, 2 femineo. *id quod paritur indicatur per.*: *gen.*: CIC. Brut. 49 oratorum -us. div. 1, 36 malorum. VARRO ling. 6, 40 *verborum* (AVG. trin. 9, 9, 14). rust. 2, 4, 17 eorum, *sc. pecorum.* VERG. Aen. 6, 786 deum (AMM. 22, 8, 2). VITR. 2, 9, 1 fetus. PLIN. nat. 8, 170 mularum. 14, 28 uvarum. *al.* *adi.*: CLAVD. 8, 133 Apollineo.

I *proprie*: A *praevalente respectu actionis* (*nonnulla inter A et B1 ambigua, v. e. g. infra l. 54sqq. 70. p. 538, 26sq.*): 1 *usu communi*: a *in generis propagatione animantium* (*cf. locum generalem* CIC. div. 2, 49 animantium -um. *de -u modum naturae excedente, sc. fabuloso, monstroso vel divino, l. 45. 52. p. 538, 36sq. 39. 83. al.*): α *pariunt feminae*: (I) *homines, deae sim.*: Ⓐ *iuncturae verbales ad graviditatem, parturitionem vel abortum spectantes*: -u *edere vel oriri*: PLAVT. Amph. 1138 uno -u duos peperit simul *Alcumena* (ENN. frg. var. 77 tertio -u Ops parit geminos. TRAG. inc. 82 -u postremo. SEN. Phoen. 136. *al.*). VERG. georg. 1, 278 -u Terra nefando Coeumque Iapetumque creat saevomque Typhoea. Aen. 1, 274 geminam -u dabit Ilia prolem (GLOSS. -u dabit: pariet, procreabit. *paulo aliter* OV. met. 8, 504 animam). 7, 660 *Aventinus* quem Rhea ... -u sub luminis edidit oras (OV. met. 13, 486 fast. 5, 26. *al.*, *v. vol. V 2, 83, 36sqq.*). 12, 847 Dirae quas ... Nox ... uno eodemque tulit -u. OV. met. 1, 669 quem ... -u Pleias enixa est (GELL. 10, 2, 1). LVCAN. 9, 659 -u Danaes ... ortum ... Persea (*cf.* AVG. serm. 193, 1 Christus natus virginis -u [CONC.^{S} II 3, 1 p. 6, 11 virginali -u. *al.*]). PLIN. nat. 7, 49 quae gemino -u ... genuit *filios*. *al.* -um *adiuvare, accelerare, solvere sim.*: HOR. carm. saec. 13 maturos aperire -us (*cf. p. 538, 48 et* OV. fast. 3, 258 ut solvat -us molliter *Lucina* [PLIN. nat. 28, 33 difficiles. VAL. FL. 5, 149 STAT. Theb. 5, 461]. STAT. Ach. 1, 674 Lucina resolvit). PLIN. nat. 20, 6 putant conceptus adiuvari adalligato semine *cucumeris* ..., -us vero, si *eqs.* (20, 37. 22, 89. 27, 120. *al.*). 20, 105 stimulant hortensii *bulbi* -um. 23, 158 *laurus* Idaea -us celeres facit (*cf.* 24, 171 -us adcelerant *herbae quaedam* [26, 161. 28, 42. 30, 126]). 24, 132 ciet ... -us ... difficiles *sucus quidam* (24, 154. FRONTO p. 217, 21 v. d. H. Iunonem plerosque -us nocturnos ciere. *v. etiam p. 540, 75*). 30, 128 *serpens quaedam* adservata -us faciles praestat (*cf.* 30, 129 faciliores ... facit [32, 131. 133]). *variae* (*variis casibus*): TER. Hec. 384 -um ut celaret suom (446. 531. *al.*; *cf.* 396 ut clam eveniat -s patrem). Ad. 307 -s instabat prope (PHAEDR. 1, 18, 2 QVINT. decl. 277, 9. *al.*; *cf.* TER. Ad. 619 iam -s adsiet [OV. met. 9, 674 prope. CELS. 2, 1, 14]. CIC. Cluent. 31 appropinquare [HYG. astr. 2, 18 p. 59, 3. *al.*]. TAC. ann. 1, 44, 1 ob imminentem -um. *al.*). CIC. nat. deor. 2, 69 *Diana* adhibetur ad -us, quod ii maturescunt aut septem ... aut ... novem lunae cursibus (MIN. FEL. 18, 2). OV. epist. 15 (16), 43 adhuc utero -u remorante tenebar. met. 9, 300 *Lucina arte magica* sustinuit -us *Alcmenae* (*cf.* 9, 301 inceptos tenuerunt carmina -us). fast. 1, 623 ne ... daret -us (*i. ne pareret, v. vol. V 1, 1686, 66sqq., adde*: CHIRON 748). LVCAN. 5, 79 premeret cum viscera -s. SIL. 13, 629 aetherio ... pondere -u[m] exsolvor. TAC. ann. 3, 22, 1 Lepida ... defertur simulavisse -um ex P. Quirinio. APVL. met. 5, 9, 4 *Psyche* quam fetu satiante postremus -s effudit *matris* (*item parit ipse -s*: CLAVD. DON. Aen. 6, 580 p. 585, 8 ediderat. PRVD. cath. 7, 2. MART. CAP. 7, 739 hominem ... dimittunt. *collective*: PASS. Macc. 1, 9 quos fecundus sanctae matris -s non eodem omnes tempore ... progenuit). *al.*

Ⓑ *pendet ex praepos.*: VARRO Men. 26 quod hic sequatur mulierem e -u liquor, *sc. lac* (*item* ex -u: CELS. 2, 8, 35 [*Hippocr. progn. 20* ἐκ τῶν τόκων]. 3, 6, 4 ex -u in febres *incidere*. 5, 25, 14 ex -u laboranti. SEN. epist. 59, 2 SCRIB. LARG. 89. 121. *al.*). frg. Non. p. 352, 34 in -u precabantur Numeriam (CIC. nat. deor. 2, 69 adesse. OV. epist. 19 [20], 191. PAVL. FEST. p. 200 ferre ... opem in -u laborantibus. SEN. contr. 2, 5, 9. contr. exc. 4, 6 them. *uxor* in -u perierat. PLIN. nat. 24, 22 in difficili -u. 26, 160. *al.*). rust. 1, 44, 4 mulieres habent ad -um dies certos (CIC. nat. deor. 2, 69 *p. 537, 70.* OV. epist. 11, 50 rudis ad -us ... eram. VITR. 2, 9, 1 *a conceptu* ad fetus -um. SEN. contr. 2, 5, 9 STAT. silv. 3, 3, 122. *al.*). EPICED. Drusi 82 *Livia* tot bona per -us quae dedit una duos (*item modale*: CE 1992 [*saec. IV*]. PS. BOETH. fid. cath. 4; *temporale*: SVET. Vesp. 5, 2). CELS. 2, 7, 8 si mulier a -u vehementes dolores habet (*Hippocr. progn. 20* ἐκ τῶν τόκων. *item* ab -u: PLIN. nat. 20, 173 purgat a -u mulieres *herba quaedam*. 22, 83 bilem ... a -u siccat. *et saepe*). SEN. Med. 50 haec virgo feci; ... maiora ... me scelera post -us decent (PLIN. nat. 21, 158 folia *quaedam* epiphoris ... mammarum ... p. -um inlinuntur. SIL. 13, 645 TERT. monog. 8, 2. *et saepe*). ACT. Arv. a. 63 I 23 *vota* suscepe⟨rant pr⟩o -u et incolumitate Poppaeae. PLIN. nat. 1, 7, 5 signa sexus in gravidis pertinentia ante -um (QVINT. inst. 7, 6, 3 decl. 300, 6. *al.*). *al.*

Ⓒ *exempla varia* (*pauca selecta inde a* CIC.): TER. Andr. 230 *femina* cui committas primo -u mulierem. PACVV. trag. 70 me gravidam sentio adgravescere propinquitate -i (*cf.* AVR. Fronto p. 84, 14 v. d. H. adpropinquatio). VARRO Men. 26 lact e papilla cum fluit, signum putant -uis. frg. Gell. 3, 16, 10 Nona et Decima a -us tempestivi tempore *nominatae sunt* (GELL. 3, 16, 1. 12, 1, 13. *al.*). 16, 16, 4 recti perversique -us. CIC. nat. deor. 3, 47 quia -us matronarum tueatur *Natio* (*cf.* HOR. epod. 5, 5 -bus Lucina ... adfuit). VERG. Aen. 6, 786 laeta deum -u *Cybele* (*nisi ad B*). OV. epist. 16 (17), 238 ante diem -us (QVINT. decl. 277 them. 277, 2 HYG. astr. 2, 1 p. 30, 10). IVV. 6, 592 -us subeunt discrimen *pauperes* (MART. CAP. 2, 149. *cf.* GELL. 12, 1, 8 de ... labore ... -us. VVLG. gen. 35, 17 ob difficultatem -us periclitari. PALLAD. hist. mon. I 56 urgeri ... -us angustiis [*gr. p. 164, 11 B.* ἐν τῇ ὀδύνῃ]). SVET. Aug. 94, 5 horam ... -us (ITALA = VVLG. IV Esdr. 16, 39 Weber). APVL. met. 7, 6, 3 *femina* quae decimo -us stipendio viri familiam fundaverat. *al.*

(II) *animalia*: Ⓐ *vivipara*: ① *exempla varia*: LVCR. 3, 776 -us ... ferarum (*item cum gen. subi.*: CIC. div. 2, 49 mulae [COLVM. 6, 37, 3 SVET. Galba 4, 2. *al.*]. PAVL. FEST. p. 222 pecoris [COLVM. 7, 3, 16]. VAL. MAX. 1, 6 ext. 1 equae [CHIRON 749]. PLIN. nat. 1, 8, 10. 20, 37. *al.*). CIC. div. 2, 50 (*parit mula*). VARRO rust. 2, 2, 14 *ovis* fit -s exitu autumnali (2, 7, 7 idoneo tempore. *verbo subaudiendo*: PLIN. nat. 8, 151 bis anno [8, 205]. 8, 168 a tricensimo mense). OV. met. 15, 379 *non iam est* catulus, -u quem reddidit ursa recenti (PAVL. FEST. p. 12 CALP. ecl. 5, 40). PHAEDR. app. 17, 1 premente -u scrofa cum gemeret (*inde* ROMVL. fab. 30, 1). COLVM. 6, 27, 11 si ... aut -u aut abortu equa laboravit. 7, 6, 8 *capellae* assiduo -u fatigatae. PLIN. nat. 8, 170 (*paritur mula ut* 8, 171 ad tales -us equas *tot annorum* ... legunt). 8, 176 ad -us *vocare boves*. 28, 111 in lana ovis ... primo -u genitae. NEMES. cyn. 125 *post menses duos* fecundos aperit -us matura gravedo *canis* (PETR. CHRYS. serm. 40, 1. *cf. etiam p. 537, 54 nec non p. 542, 38*). ② *pendet ex praepos. temporis*: CIC. nat. deor. 2, 127 cervae ... paulo ante -um perpurgant se quadam herbula (*inde* PLIN. nat. 8, 112. *ceterum*: 11, 211. 236). VARRO rust. 2, 1, 18 appello feturam a conceptu ad -um: hi enim praegnationis primi et extremi fines (3, 3, 4 *de variis generibus animalium*). 2, 4, 19 a -u decem diebus proximis non producunt, ex haris matrem (*item* a -u: 2, 11, 2 COLVM. 7, 9, 9 PLIN. nat. 8, 112. 172. 10, 178. 179. *al.*). 2, 6, 4 *asinarum* in -u (pastu *var. l.*) eadem fere observant quae in equis (MANIL. 3, 655 pecudum volucrumque genus ... in venerem -umque ruit. COLVM. 7, 3, 16 *ovis* laborat in -u). VERG. georg. 3, 157 post -um cura in vitulos traducitur (PLIN. nat. 11, 211 *bis*).

Ⓑ *ovipara* (*addas* VARRO rust. 3, 3, 4 *l. 53*, MANIL. 3, 655 *l. 57*): ① *aves*: VARRO rust. 3, 9, 9 adpositissimae ad -um sunt anniculae aut bimae *gallinae*. COLVM. 8, 4, 2 *vinacea gallinis* dari non debent: ... -us raros et ova faciunt exigua. 8, 5, 2 *hordeum semicoctum* et maius facit ovorum incrementum et frequentiores -us. 8, 5, 5 cum primum -um consummaverunt gallinae, incubare cupiunt. 8, 11, 5 *pavo fetam saepius comprimens* concepta in alvo vitiat ova nec ad -um sinit perduci. 8, 11, 8 *pavones* in promptu gerunt ova, quibus iam -s adpropinquat (*sim.* 8, 14, 5 *de anseribus*). MELA 3, 83 Phoenix ... non ... coitu concipitur -uve generatur. PLIN. nat. 10, 89 dies ... -us *halcyonum*. STAT. Ach. 1, 212 vicino volucris iam sedula -u. *al.* ② *cetera*: VARRO rust. 3, 14, 1 *cochleae*, quas ibi posueris ad -um. HOR. sat. 2, 8, 44 deterior post -um carne futura *murena* (*opp.* gravida). PLIN. nat. 1, 9, 76 quorum in -u rumpatur venter (*afferuntur 9, 166* acus, *serpentes*). 9, 59 *mugilem* feminam mares -us tempore *sequuntur* (*sim.* 9, 157, *ubi* sub -u). 9, 89 *polypi feminae* pereunt ... fere a -u (*item* a -u: 9, 166).

β *pariunt masculi*: (I) *procreando*: CIC. carm. frg. 33, 5 B. (Tusc. 2, 20) Oenei -u edita *Deianira* (*tuentur edd. coll. Soph. Trach. 1050* Οἰνέως κόρῃ [*cf. etiam p. 407, 23. 541, 77*], Oeneo patre *Bentley*). VARRO rust. 3, 9, 6 *galli quidam* ad -us sunt steriliores (*3, 9, 4 gallinae* ad partiones ... aptiores). LVCAN. 10, 76 *Caesar* miscuit armis inlicitosque toros et non ex coniuge -us (*nisi ad p. 541, 77*). (II) *extra rationes naturales, sc. tamquam feminae*: CIC. nat. deor. 1, 41 -um Iovis ortumque virginis (*cf. 3, 53* qui genuisse Minervam dicitur; *inde*

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Min. Fel. 19, 12. *de eadem*: Sidon. carm. 6, 8 fudit quam ... armatus -s vertice dividuo [*vix ad 2a*]). Nemes. cyn. 20 *Iuppiter ut* iusti complerit tempora -us (*Bacchi ut*: Avien. orb. terr. 1117 femoris sub imagine -us dirupisse Iovem penetralia).

b *de qualibet procreatione; pariunt*: *α herbae, arbores sim.* (*eduntur aut fructus aut aliae partes*): Varro rust. 1, 8, 7 in -u et alimonio vinum ... quaerit ... solem. Colvm. 3, 10, 13 malleolo ... fecunditatis vis adsit, etiam si interim cesset a -u. 3, 10, 16 ut progenerare possit *pampinarius*; verum eiusmodi -um comperimus non tam ipsius resecis quam materni esse muneris. Plin. nat. 1, 16, 41 de conceptu arborum, de germinatione, de -u. 12, 60 *tus* autumno legitur ex aestivo -u. 16, 101 eorum, quae non florent, -s tantum est et maturitas. 17, 61 (*si recte suppl. Mayhoff*). 18, 152 imber in herba utilis a -u. 18, 189 nisi multiplici -u exinaniatur ubertas *vitis*. *de procreatione insitione effecta*: Pallad. ins. 143 inseritur lauro cerasus -uque coacto tinguit adoptivus virginis ora pudor (*more suo insitionem imagine conubii describit, v. Svennung, Untersuchungen, 1935, 80*). *β tellus, natura sim.* (*de creatione gigantum v. p. 537, 45*): Lvcr. 2, 933 si ... aliquis dicet ... oriri posse ex non sensu sensum mutabilitate aut aliquo tamquam -u ..., huic satis illud erit ... probare (935) non fieri -um nisi concilio ante coacto *eqs.* 2, 1152 tellus ... quae ... dedit ... ferarum ingentia corpora -u (Sen. Oed. 731 [*respicitur Cadmeia seges*] feta t. impio -u effudit arma). Manil. 1, 126 permixta chaos rerum primordia ... discrevit -u mundumque enixa *est.* 1, 144 discordia concors, quae ... opus generabile fingit atque omnis -us elementa capacia reddit. 4, 825 arva ... negant -us effeta creando. Ps. Apvl. Ascl. 14 *natura* et conceptus et -us in se possidet vim atque materiam. Ambr. hex. 4, 5, 21 *vere sol* fovens omnia repetendos cogit in -us, ut terra germinet *eqs.* Drac. Romul. 3, 2 causas perspice -us (*antea*: fructibus apta ... est terra creatis). *γ res variae*: Plin. nat. 2, 82 *ex sideribus fulmen* maxime turbato fit aere, ... quia turbatur quodam ceu gravidi sideris -u. 5, 76 Tyros ... olim -u clara, urbibus genitis Lepti, Vtica et ... Carthagine, etiam Gadibus ... conditis.

2 *usu deflexo*: **a** *active, sc. cum respectu eius, quae (qui) parit, pertinet ad*: *α facultatem vel potestatem pariendi, fecunditatem*: Varro rust. 2, 8, 2 -u fruct⟨uos⟩us neuter, *sc. nec mulus nec hinnus.* Lavd. Turiae (CIL VI 1527) 2, 50 ut, quom ex te liberos ha⟨b⟩ere non possem, per te tamen ⟨haberem et diffi⟩dentia -us tui alteriu⟨s c⟩oniugio parares fecunditatem. Colvm. 2, 1, 3 transactis iuventae temporibus, ... -s tamen annis denegatus non restituitur. Min. Fel. 24, 3 (22, 11 W.) ⌊-s in Iunone defecit⌋ et Minerva canuit antequam peperit (*item* Cypr. idol. 3. *cf.* Itala gen. 29, 35 [Lugd. *al.*] stetit -s eius *Liae* [*item* 30, 9. 21 *ibid., gr. ubique* ἔστη τοῦ τίκτειν, *Vulg.* cessavit ... parere]. Vvlg. gen. capit. ser. *Λ*a53 stetit a -u). *addas fortasse* Diosc. 4, 180 p. 90, 2 *radix thelypteris* mulieribus -um admittit (adimit *temptaverim coll. gr. 4, 185* ἀσυλλημψίαν ποιοῦσιν). *β tempus partionem antecedens vel sequens* (*usu dilatato de toto spatio graviditatis* Pallad.): Varro rust. 2, 4, 17 in eorum *porcorum* -u (*Keil ex* petu) scrofae bis die ut bibant curant lactis causa (Plin. nat. 8, 212 *sues* feminae in -u asperiores [*antea*: maribus in coitu plurima asperitas. *cf. Arist. hist. anim. 571b11* ὅταν ἐκτέκωσι πρῶτον]). Pallad. 8, 4, 1 *mense Iulio* tauris summittendae sunt vaccae, quia decem mensum -s sic poterit maturo vere concludi. Ps. Apvl. herb. 116 l. 20 *medicamen mulier* bibat praeter -um (*cod. B* praegnanti ... mulieri ne dederis).

b *quasi passive, sc. cum respectu eius qui (quae) paritur, pertinet ad nativitatem, originem* (*addidimus exempla selecta usum praeparantia, e. g. l. 60. 65*): Cic. S. Rosc. 63 cum etiam feras inter sese -s atque educatio et natura ipsa conciliet. Lvcr. 1, 164 *si* ex omnibus rebus omne genus nasci posset, ... genus omne ferarum incerto -u culta ac deserta *teneret.* Varro rust. 2, 4, 16 *porci* a -u decimo die habentur puri (*item* a -u: 2, 8, 2 pullum ... a -u recentem [Avg. pecc. orig. 40, 45. *cf. l. 68 et* Cypr. epist. 64, 4 infans a -u novus]. 2, 9, 12 duobus mensibus primis a -u non diiunguntur a matre *catuli.* Plin. nat. 11, 236. 28, 227 *fimum* quod primum edidit a -u *pullus* [*inde* Plin. med. 3, 23, 8]). 2, 6, 4 secundum -um pullos anno non removent a matre (2, 7, 11. 2, 9, 12. *cf.* Tert. anim. 36, 3 post). Prop. 2, 3, 27 non humani -us sunt talia dona (*opp.* caelestia munera). Pavl. Fest. p. 14 avillus agnus recentis -us. Stat. Theb. 8, 197 -u ... ligatam Delon (*in eadem re*: Amm. 22, 8, 2 -u deorum insignem. Clavd. 8, 133 Drac. Romul. 10, 595). Apvl. met. 6, 4, 1 *Samos* -u vagituque et alimonia tua, *Iuno*, gloriatur (Hil. trin. 2, 24 per conceptionem, -um, v., cunas. 2, 27). Tert. nat. 2, 11, 4 Diespiter, qui ⌊puerum⌋ perducat ad -um (puerperam *Reifferscheid ut spectet ad 1, sed sim. iunctura exstat* virg. vel. 14, 7. *ceterum cf.* Vvlg. IV reg. 19, 3 venerunt filii usque ad -um [*item* Is. 37, 3]). adv. Marc. 5, 9 p. 603, 13. Cens. 17, 2 spatium vitae ... -u et morte definitum. Hier. epist. 21, 2, 5 ut filius dei hominis filius nasceretur, decem mensum fastidia sustineret, -us expectaret adventum *eqs.* Prvd. ham. 599 *viperae* progeniem saepti rumpentem obstacula -us. nam quia nascendi nullus patet exitus, alvus fetibus ... excruciata carpitur (*ad B2 traxit Stam, 1940, ad l.*). *al.*

? c *de conceptu* (*errore interpretis pro gr.* γέννησις *positum putat Frank, Sacris Erudiri 4, 1952, 195*): Ps. Avg. serm. 121, 2 *Maria* sancta concepit, sanctior efficitur post -um (*si recte huc traximus coll.* 121, 3 expavit in -u suo [*respicitur Luc. 1, 29*]. *ibid.* -u suo nupsit).

B *metonymice*: 1 *de corpore, animante, quod paritur* (*v. quae ad A monuimus*): **a** *in propagatione generis* (*sing. saepe collective, e. g. l. 18. 20 sqq. 25. p. 541, 11. 21. 22. 25. 29; plur. pro sing.* Stat. Theb. 6, 154 *et p. 541, 63*): *α usu sollemni* (*ponitur plerumque cum respectu matris, rarius amborum parentum vel modo minus definito; de infante supposito l. 34 sqq.*): ① *-s hominum, deorum sim.*: Ⓐ *exempla varia*: ① *de homine nato* (*sive de infante sive de adulto; selecta inde ab* Ov.): Afran. com. 347 ut -um proiceret pater. Lvcr. 4, 1229 -s duplici de semine constat (*cf.* Varro ling. 9, 29 ex viro et muliere ... -s). 4, 1253 *mulieres* unde puellos suscipere et -u possent ditescere dulci. Cic. fin. 1, 12 -s ancillae sitne in fructu habendus, disseretur inter principes civitatis (*saepissime apud iuris consultos, sive cum genetivo sive nude positum, e. g.* Pompon. dig. 15, 2, 3 [*distinguitur* pecorum fetus *ut*: Gaivs dig. 20, 1, 15 pr. 35, 2, 73 pr. *et saepius*]. Gaivs dig. 6, 1, 20 -s a. restitui debet. *v. Vocab. iur. Rom. I 442, 53 sqq. IV 515, 18 sqq.; rarius de infantibus liberorum, v. ibid. IV 515, 37 sqq. et e. g. infra l. 34 sqq.*). Verg. Aen. 7, 321 -s suus (*sc. Veneris, i. Aeneas*). Prop. 1, 13, 30 *puella* Ledae -u gratior, una tribus. Ov. epist. 12, 188 (*Medea Iasoni*) saeviet in -us dira noverca meos (*cf.* fast. 2, 624 in -us mater acerba suos). Pont. 2, 8, 48 *Drusus* pars fuerit -us sola caduca tui (Epiced. Drusi 472 pars ... -us ... prior, *i. Tiberius. al.; cf.* Plin. nat. 7, 33 maiorem ... partem ex omni eius vixisse -u). Epiced. Drusi 121 duplicis sors altera -us (*item* 123). Liv. 1, 3, 11 Reae Silviae ... perpetua virginitate spem -us adimit *Amulius.* Manil. 1, 767 Aurorae ... nigrum -um, *Memnona.* 1, 779 Horatia proles, tota acies -s. Sen. contr. 10, 4, 16 exponere ... inutiles -us (Qvint. decl. 306 them. Svet. Cal. 5 Ivst. 1, 4, 12). Sen. Herc. O. 407 sq. conciliat animos coniugum -s fere. :: sic ipse forsan dividet -s toros. dial. 6, 11, 2. Octavia 949 -u ... potens *Messalina.* Colvm. 3, 8, 1 *Aegyptiis et Afris* gemini -us ... paene sollemnes sunt. Plin. nat. 7, 67 feminae ... alenti -um (*cf.* 24, 166 puerperas -um nutrientes [Gell. 12, 1, 21. *al.*]). 27, 62 virilis sexus -um (27, 125 *phylli herba femina* sui sexus facit -us). Sil. 3, 87 tanti ... gloria -us (Mart. 12, 21, 7). 15, 465 sacris Carthaginis illum supposito mater -u subduxerat (Papin. dig. 48, 18, 17, 2 de quaestione suppositi -us. Pavl. dig. 48, 10, 19, 1 accusatio suppositi -us. Macer dig. 48, 2, 11, 1. *al.; cf.* Papin. dig. 34, 9, 16 pr. -us subiecti [Vlp. dig. 25, 3, 1 pr. falsum -um subiciunt. *al.*]). Vlp. reg. 3, 3 si *Latini* uxor civis Romana sit, -s quoque civis Romanus est. *al.* *per negationem de pathicis*: Ivv. 2, 138 tormentum ingens nubentibus *pathicis* haeret, quod nequeant parere et -u retinere maritos. ② *de fetu nondum edito* (*certiora; ambigua v. supra*): Cic. Cluent. 31 mulierem, ne -u eius ab hereditate fraterna excluderetur, necavit. Vitr. 2, 9, 1 quo firmior efficitur ad maturitatem -s (*cf.* Cels. 7, 29, 1 si iam prope maturus -s intus emortuus est [*al. v. vol. VIII 499, 17 sq.*]. Cens. 8, 7 ad maturitatem -us). Cels. 7, 29, 2 emortuo -u (Plin. nat. 20, 74. 139. *et saepius. cf.* Plin. nat. 20, 154 defunctos. 22, 54 mortuos [24, 30. *al.*]. 26, 159 enectos). Lvcan. 1, 377 plenae ... in viscera -u coniugis *gladium condere.* Plin. nat. 7, 42 capillum germinante -u. 28, 251 viventem -um. Ivlian. dig. 25, 4, 2 pr. edictum de custodiendo -u (25, 4, 2, 1. *al.* [*nisi ad A; aliter p. 541, 1*]). *al., v. etiam l. 65 sqq.*

Ⓑ *iuncturae verbales potiores*: ① *-um edere, -u levari sim.*: Pacvv. trag. 68 triplicem virili sexu -um procreat (*fortasse ad p. 541, 77 propter verbum*). Ov. met. 6, 712 -us enixa gemellos (*al. v. vol. V 2, 597, 63 sqq.*). 9, 698 cum te -u Lucina levarit (Don. vita Verg. l. 12. *cf.* Ps. Lact. Plac. fab. Ov. 9, 5 Alcmenam -u solutam). Liv. 1, 4, 2 cum geminum -um edidisset (1, 39, 5 Sen. contr. 2, 5, 13. Val. Max. 9, 14 pr. deformis et ... invalidos. Cels. 2, 8, 16 difficulter -um edit [*Hippocr. aphor. 6, 35* δυστοκούσῃ]. Plin. nat. 7, 66 non vitales. *al., saepe apud iuris consultos, e. g.* Vlp. dig. 25, 4, 1, 1 -s ... antequam edatur mulieris portio est). Plin. nat. 10, 32 si ederint corvinum ovum, per os -um reddere *feminas.* Sil. 1, 111 producere. Tert. anim. 25, 2 animam ... effuso iam -u nondum vivo infanti ... imprimi (*al., etiam de abortu, v. vol. V 2, 222, 30 sqq. et cf.* Pavl. sent. 4, 9, 2 fudisse [Ivvenc. 1, 105. *al.*]). Cypr. Gall. gen. 115 ponere -um (*ad gen. 3, 16* paries. *sim.* 563 *ad gen. 16, 2*). *al.* ② *-um abigere, eicere sim.* (*pro subi. sunt fere animantes vel medicamenta sim.*): Cic. Cluent. 32 *quod* -um ... sibi medicamentis abegisset (Plin. nat. 14, 116 vino. Tac. ann. 14, 63, 1. *al.*). Val. Max. 4, 6, 4 -um ... eicere (Plin. nat. 20, 154 defunctos. 24, 30 mortuos. *al.*). Cels. 2, 7, 16 mulieri gravidae sine modo fusa alvus excutere (elidere *var. l.*) -um potest (Svlp. Sev. chron. 1, 18, 3 -um non deformatum). Lvcan. 6, 559 volnere ... ventris ... extrahitur -s (Plin. nat. 22, 147. 23, 99. 24, 22. *al.; cf.* 20, 74 trahat [23, 62]). Plin. nat. 20, 86 -us ... emortuos pelli *medicamento* (20, 139. 21, 146. *al.*). 25, 25 qua *ratione* ... -us eliderentur (*cf. l. 70*). 26, 156 *psyllion* menses ciet ... et emortuos -us. 29, 32 lana imposita ... mortuos -us evocat (30, 123). Flor. epit. 3, 4, 2 -us ... extorquere tormentis. *al.* ③ *variae ad parturitionem vel graviditatem pertinentes*: Calv. carm. frg. 14 -us gravido portabat in alvo (*cf.* Plin. nat. 7, 38 -us gerendi tempus. 7, 40 -um se tredecim mensibus tulisse [Clavd. rapt. Pros. 3, 308 -us ... geminos]. 7, 57 perferunt [Apvl. met. 6, 9, 6. *al.*]). Manil. 3, 13 male conceptos -us (*item p. p. p.* Val. Max. 4, 6, 4 Plin. nat. 30, 123. 142 Tac. ann. 1, 10, 5. *ceterum* Lvcan. 4, 594 concepit. Cens. 8, 4). Cels. 2, 8, 13 -um reservare ([*Hippocr. prorrhet. 2, 22* τὰ ἔμβρυα]. *cf.* 2, 10, 3 ad -um sustinendum. Plin. nat. 1, 31, 7

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

medicinae quales -um custodiant [28, 246. 30, 124. 130]. 9, 79 *continere* [16, 199. 28, 98. *al.*]). 2, 8, 30 -um perdit. PLIN. nat. 20, 143 *quibusdam cibis* necari . . . -us (20, 146. 27, 139. 28, 251). 30, 123 -us conceptos . . . maturat *medicamentum quoddam* (MACR. somn. 1, 6, 66. *cf.* VINDIC. med. 14 -um consummari). *al.*

(II) *-s animalium*: Ⓐ *viviparorum*: CIC. de orat. 2, 168 ferae -us suos diligunt (*item agitur de amore -us*: Tusc. 5, 79 pro suo -u . . . propugnant. COLVM. 6, 27, 12 ne desiderio -us sui laboret equa. PLIN. nat. 8, 169 -us caritas summa *est asinae.* 9, 21 magna erga -um caritate *delphini*). VARRO rust. 2, 4, 13 sus . . . quae sit fecunda, animadvertunt fere ex primo -u (COLVM. 7, 12, 11 p. effetae *canis* -s amovendus est. ITALA gen. 4, 4 [Ps. Aug. serm. ed. Mai 135, 1] obtulit Abel de p. -u [*Vulg.* de primogenitis, *gr.* τῶν πρωτοτόκων]. *al.*). OV. fast. 4, 647 pecus ante diem -us edebat acerbos (COLVM. 6, 24, 4. 6, 27, 3 mense duodecimo *equae.* 7, 2, 6. *al.* PLIN. nat. 8, 176 perfectos . . . inchoatos. *al.*). VITR. 8, 3, 14 cum pecora . . . parantur ad conceptionem -us. COLVM. 3, 10, 17 *pecudes* quae trigemino -u commendantur. 6, 21, 2 *vaccae minores bimis si* conceperint, -um earum removeri placet. 6, 36, 2 *semina* concepta diutius in -um adolescunt. 6, 37, 10 -um . . . nutrit *equa* (*cf.* PLIN. nat. 8, 165 -um ad ubera non admittit). 7, 9, 10 *suis* uniuscuiusque -um consideret *custos* (*cf. 7, 9, 12* progeniem. *ad p. 539, 47 trahunt alii*). 7, 9, 13 *sues* quibus -s submittitur. *al.* PLIN. nat. 8, 112 *cervae* octonis mensibus ferunt -us, interim et geminos (8, 163 undenis mensibus *equae. al.; cf.* 8, 163 *oves* gerunt -um diebus CL). 8, 163 *equi* a trimatu firmior -s. 11, 233 *animalia* numeroso fecunda -u, . . . haec plures habent *mammas.* 11, 234 primis genitis in quoque -u sues primas praebent *mammas. et saepius.*

Ⓑ *oviparorum*: ① *de ovo*: ⓐ *avium* (*de ovis excudendis praeter* APVL.): VARRO rust. 3, 9, 9 gallinarum optimum esse -um ⟨ab⟩ aequinoctio verno ad autumnale (*postea*: ante aut post nata . . . non supponenda). COLVM. 8, 2, 6 *certis* anni temporibus earum *gallinarum* -us excipere. 8, 5, 2 (*antea*: ova edere incipiunt) quo maturius -um edant (8, 11, 10). 8, 11, 10 primus est -s quinque fere ovorum (*cf.* 8, 14, 5 *tertium* -um . . . educare). 8, 14, 6 notandi erunt uniuscuiusque -us, ut suis matribus subiciantur. PLIN. nat. 10, 161 *pavonum* -s excluditur diebus ter novenis (PROB. Verg. georg. 3, 338). SYMPH. 59 (*pullus in ovo*) posito -u natum me nemo videbat. *al.* *iocose et familiariter de ovis edulibus*: APVL. met. 9, 33, 5 (*ad gallinam*) cotidianis nos -ubus saginasti (*cf. l. 60*). ⓑ *ceterorum*: CIC. nat. deor. 2, 129 cum in terra -um ediderint *testudines et crocodili.* PLIN. nat. 9, 71 in stagna et amnes transeundi plerisque *piscibus marinis* . . . ratio est, ut tutos fetus edant, quia non sunt ibi qui devorent -us. SOL. 32, 23 in -u fovendo . . . vices servant *crocodili.* ② *de fetu vivo* (*v. etiam l. 69. p. 542, 27*): PLIN. nat. 9, 47 cordyla appellatur -s *thynnorum,* qui fetas redeuntes in mare . . . comitatur. 10, 13 *aquilarum, dum pullos nutriunt,* albescunt inedia pinnae, ut merito -us suos oderint.

β *peculiaria quaedam*: ① *de animantibus modum naturae excedentibus, sc. sive fabulosis, monstrosis sive divinis*: HOR. carm. 3, 4, 74 *Terrae* -us fulmine . . . missos ad Orcum (*item respiciuntur gigantes*: OV. fast. 5, 35 Terra feros -us, . . . Gigantas edidit. MANIL. 1, 429. 2, 877. 3, 6 -us in matre sepultos). OV. ars 1, 326 *Pasiphaen* implevit . . . dux gregis et -u proditus auctor erat (*item de Minotauro*: SEN. Phaedr. 691). MANIL. 4, 103 *miscentur* ferarum corpora cum membris hominum: non seminis ille -s erit, . . . astra novant formas. LVCAN. 1, 562 monstrosi . . . hominum -us (*al. v. vol. VIII 1455, 37 sqq.*). PLIN. nat. 7, 30 mixtos . . . et semiferos (CLAVD. 18, 1). 7, 34 multiformes (*cf.* TAC. ann. 12, 64, 1 biformes). TAC. hist. 1, 86, 1 insolitos animalium -us. ann. 15, 47, 1 bicipites hominum aliorumve animalium -us. APVL. met. 9, 33, 6 *gallina* praematurum, sed magno prorsus futurum scrupulo prodidit -um: non enim ovum . . ., sed . . . perfectum edidit pullum. IREN. 1, 4, 5 Achamoth . . . peperisse . . . -um spiritalem secundum similitudinem factum satellitum Salvatoris (*i. angelorum; sim.* 1, 5, 6 [*gr. bis* κύημα]). NEMES. ecl. 3, 24 *Iuppiter* produxit . . . -us, *sc. Bacchum.* HYMN. Ambros. I 3, 30 natum deum -umque virginis (*de Christo ut*: PRVD. cath. 12, 140 SACR. Leon. 1244. *al.; cum respectu genitoris*: CONC.[S] I 5 p. 204, 18 *a Maria* id quod natum est, proprius -s intellegitur genitoris). *al.* (II) *in astrologia*: MANIL. 1, 557 vagos -us eadem esse per astra et mixtum . . . generis discrimine fatum (*sim.* 2, 710). 2, 237 -u complentes aequora Pisces. 2, 543 in -us (*unus e recc., partes ceteri*) Tauri sub Cancro nata feruntur pectora (*item cum gen. sideris*: 2, 548 et Librae -us et quos dat Virginis astrum. 2, 610 Lanigeri [2, 619]). 2, 560 qui . . . Sagittari veniunt de sidere -us (*569* nati). 2, 627 Virgineos . . . -us. 4, 202 *non* fecundus erit (quid mirum in Virgine?) -s. 5, 418 ponto cum se Delphinus in astra erigit . . ., ambiguus terrae -s pelagique creatur, *sc. natatores, urinatores. al.* CLAVD. 1, 146 cum matris onus Lucina beatum solveret et magnos proferrent sidera -us. (III) *ponitur cum respectu genitoris* (*certiora; cf. l. 66. p. 540, 39; huc fortasse p. 538, 82. 540, 52*): SEN. Herc. f. 494 (*loq. Lydus*) sin copulari . . . negat *Megara,* vel ex coacta nobilem -um feram. STAT. Ach. 1, 932 (*Deidamia ad Achillem*) tuos dignabere -us *e bello revertens*?

(IV) secundae -us *sim.*: PLIN. nat. 9, 41 *vitulus* parit in terra, pecudum more secundas -us reddit (20, 51 suffito eo ālio evocari s. -us. 20, 115 *apium* semine urinam ciet, menstrua ac s. -us et si foveantur semine decocto). SER. SAMM. 650 relliquias -us lactaria detrahet herba.

(V) *notione deflexa respicitur descendentium successio, quae fit per filium nepotem sequentesque*: PLIN. nat. 7, 50 signa quaedam naevosque et cicatrices . . . regenerari: quarto -u Dacorum originis nota in bracchio redditur.

b *qualibet procreatione*: α *pariunt arbores, herbae, segetes sim.*: (I) *fructum ferentes*: PANEG. in Mess. 172 tondetur . . . seges maturos annua -us. COLVM. 3, 10, 11 *natura pampinos* alios fructu donavit, alios fronde sola vestivit ad protegendos tutandosque -us. PLIN. nat. 13, 57 *ficus* demetitur alio subnascente, septeno ita numerosa -u per singulas aestates. 15, 92 trini quibusdam *castaneis* -us ex uno calyce. 17, 13 ut *hieme tepida* absumpto -u arborum sequatur protinus conceptus *novus,* id est germinatio. *al.* (II) *ramos, frondes, flores sim. proferentes*: PLIN. nat. 16, 94 *sata quaedam* diutius gravida -us gerunt, quod germinatio inde vocatur; pariunt vero cum florent *eqs.* 22, 94 *boleti* initio . . . spuma lentior, dein corpus membranae simile, mox -s. 23, 110 primus pomi huius -s florere incipientis cytinus vocatur. PALLAD. ins. 16, 52 *insitione* nobilitat -us baca superba feros. 137.

β *pariunt natura, terra, mare sim.*: PROP. 2, 15, 31 terra . . . falso -u deludet arantes (*item de segetibus, arboribus sim.*: MANIL. 4, 142 terrae . . . -us [AMBR. Nab. 7, 35. 8, 38]. COLVM. 10, 144. 162 quos enixa est -us, iam quaerit alendos *terra* [*161* fetus]. *aliter p. 541, 75*). MANIL. 4, 692 stupefacta suos inter Germania -us *valde magnos* ([*eadem prosopopoeia*: 4, 715]. *item de hominibus*: 4, 879 -um caeli [*sim.* 4, 903]. MAXIM. eleg. 1, 230). VITR. 2, 1, 7 -us naturae *materies ad aedificandum.* COLVM. 10, 199 spiritus orbis . . . stimulis . . . cupidinis actus ipse suos (suas *trad.*) adamat -us et fetibus implet. 10, 202 -us enixa . . . utraque . . . pontum . . . natantibus implet, *sc. Thetis et Amphitrite.* PLIN. nat. 27, 3 montes et excedentia in nubes iuga -usque eorum et herbas (*de feris?*). *al.*

γ *pariunt res variae*: PLIN. nat. 3, 131 lacus . . . amnesque eorum -us aut alumni. 9, 107 -um . . . concharum esse margaritas (*infra*: fetum. *de eisdem*: 9, 108 *bis.* SOL. 53, 25 conchae magis de caelo quam de mari -us habent). 18, 253 *heliotropium ac lupinum* esse sideris huiusce, *sc. Vergiliarum,* -um. 37, 154 *lapis* Cyitis circa Copton nascitur . . . et videtur intus habere -um (petram, lapidem *var. ll., sed cf.* 37, 163 *gassinades* gemma concipere dicitur et intra se -um fateri concussa).

? 2 *de parte corporis, qua paritur, sc. de utero, vulva* (*cf. p. 539, 78*): TERT. anim. 26, 2 *Rebeccae* cum -s aperitur et numerus *infantium* inspicitur (*an ad A coll. p. 537, 54. 538, 48 sq.?*). PRVD. cath. 7, 59 *Iohannes* -u de senili effusus est (*an intellegas de causale, sc. '-u sero'?*). ORIBAS. syn. 4, 28, 12 Aa p. 30 omnis caro iubenum animalium facile deducit ventrem, sed et extremae partes eorum et maxime -o proximiores, similiter ut edina (*nisi 'recentes natae'; La et gr. brevius*).

II *translate* (*imagine plerumque servata vel sublucente, aliter e. g. l. 53. 62. 70. p. 543, 8*): A *de eo, quod efficitur, editur, procreatur qualibet actione*): 1 *de animantibus vel de rebus corporeis*: ENN. scaen. 77 *Troianus* equus, qui suo -u ardua . . . perdat Pergama (*de eodem*: LVCR. 1, 476 -u . . . nocturno). PLIN. nat. 7, 43 tu qui fortunae munera amplexaris et te ne alumnum quidem eius existimas, sed -um. PS. APVL. Ascl. 8 *deus* quom a se secundum fecerit, *sc. mundum,* . . . amavit eum ut divinitatis -um suae (partem *trad., corr. Rohde, cf. Lact. inst. 4, 6, 4* τόκον). ARNOB. nat. 6, 14 p. 325, 8 M. tui esse operis et digitorum -um *simulacrum dei* (*Ursinus,* partem *trad.,* artem *Gelenius*). AVG. in psalm. 126, 8 (*sec. Gal. 4, 19*) parturit illos *iustos* ecclesia: in illa autem resurrectione mortuorum apparebit -s ecclesiae. PROSP. carm. de ingrat. 115 novi -us oriuntur in ipso securae matris, *i. ecclesiae,* gremio, *sc. Semipelagiani.* PETR. CHRYS. serm. 40, 1 ecclesiasticum gregem videmus fundere uberes -us. CONC. Tur. a. 567 p. 137, 7 filii karissimi, qui estis -us divinae gratiae, . . . fructus ecclesiae (*Sirmond,* partis *codd.*). 2 *de rebus incorporeis*: VARRO Men. 58 -u poetico[n] (*contextu admodum incerto*). PETRON. 118, 3 neque concipere aut edere -um mens potest, nisi ingenti flumine litterarum inundata. GELL. 17, 10, 3 ingenii . . . sui *Vergilii* -us recentes rudi esse facie et imperfecta *eqs.* AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 47 quaedam virtus animae, quae velut quodam vulvae genitalis secreto cogitationum nostrarum suscipere semina, conceptus fovere -usque solet edere (*deinceps fusius explicatur usque ad* 2, 1, 2). inst. virg. 17, 109 quae *virgo* immaculatos sibi fidei -us et pietatis exposcat. RVFIN. Orig. in lev. 12, 25 p. 467, 1 sanctarum animarum -s (*antea*: donec pariat *anima* spiritum timoris dei). PAVL. NOL. epist. 21, 6 eloquia vestra -us animae vestrae sunt. AVG. c. Pelag. 1, 14, 28 concupiscentiae -us . . . baptismatis ablutione dimissi sunt (*postea*: illi -us, qui non solum peccata, verum etiam crimina nuncupantur). MART. BRAC. superb. 9 *ne gloriae appetitus* ex abundantia nequitiae suae deterrimum illum . . . superbiae proferat -um.

B *de ipsa actione, sc. sive active de procreatione sive passive de ortu, origine*: CIC. Brut. 49 (*agitur de origine rhetoricae*) Graeciae . . . oratorum -us atque fontis vides (*an ad l. 1 supra?*). div. 1, 36 praedictus est ab haruspicibus incredibilis -s malorum. VARRO ling. 6, 40 *verba* quorum in -u[m] memoria adfuerit nostra (AVG. trin. 9, 9, 14 -um verbi). MANIL. 1, 184 solis . . . assiduos -us et fata diurna (*i. ortus et interitus*). SEN. epist. 102, 23 per hoc spatium, quod ab infantia patet in senectutem, in alium maturescimus -um (*syn.* origo). APVL. Plat. 1, 3 unum . . . ex omnibus *membris philosophiae* et quasi proprii -us corpus effecit *Plato.* COLLECT. Arian. serm. 7, 3 ut fructus uberrimos felici -u

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

producerent *apostoli spiritu sancto impleti.* VVLG. Is. 66, 7 antequam veniret -s eius, peperit masculum *Hierusalem* (*postea*: peperit filios suos). AVG. serm. 216, 7, 7 nolite ... -us vestri ianuas angustare (*de regeneratione spiritali ut*: QVODV. symb. 1, 1, 3 ut post -um laetetur *ecclesia* se tales suscepisse, quos spiritaliter nutriat. 3, 1, 1. PETR. CHRYS. serm. 72, 2 caelestis -s. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 20, 4 G. [*de baptismate*] trino -u fontis. VEREC. in cant. 4, 2 l. 53 D. *al.*). MACR. Sat. 5, 17, 1 laboravit ad rei novae -um *Vergilius.* PETR. CHRYS. serm. 72, 1 Hieremias ... -us supernorum sensuum sustinebat clamans (*4, 19*): 'ventrem meum doleo'. 133, 1 *beatus Andreas* martyrii -u caelestem noscitur generatus ad gloriam. MAX. TAVR. (?) serm. 61b, 1 M. *natali salvatoris mundus* de profundis noctium tenebris -u[m] quodam lucis eruitur (*postea*: oritur ... lux mundo). PS. EVSEB. GALLIC. hom. 20, 5 G. *die resurrectionis terra* populos ... uno, ut sic dixerim, -u refundet in lucem. 44, 4 (*de generatione vitiorum*) *humana* praecordia ... monstruosa -us fecunditate violantur *sicut serpentes prole nascente.* DRAC. laud. dei 1, 390 (*de Evae creatione*) *Adae* somnus erat -s, conceptus semine nullo *factus erat.* IVST. VRGELL. in cant. 144 ad -um spiritalis intelligentiae pervenire.

deriv.: partualis; *cf.* partitudo. *Kruse.*

parvibibulus, -a, -um. *a* parvus *et* bibulus. *i. q. paucum bibens*: CAEL. AVR. acut. 3, 15, 120 Hippocrates ... dicens phreniticos -os (*prorrhet. 1, 16 βραχυπόται*). *ibid.* -os, quos brachypotas vocant, hoc est quod (qui *Amman in margine*) modicum biberent liquoris. 3, 15, 125.

parvicollis, -e. *a* parvus *et* collum. *i. q. brevi collo praeditus*: CAEL. AVR. chron. 2, 12, 137 homines ... -es, quos microtrachelos appellavit *Erasistratus,* hoc est qui minimae longitudinis habeant colla (*opp.* porrecta collorum longitudine formatos).

parvĭfacio *v.* parvus *p. 563, 23.*

[parviiunior CONC. Carth. a. 525 (Corp. Christ. 149) p. 261 l. 255 *perperam pro* parui iunior (*ut e. g. Mansi VIII 641*^{A}).**]**

[parviloquium, parvĭpendentia, parvĭpēnsio *sec. versionem aet. rec. perperam edita sunt Migne 64* BOETH. top. Arist. 8, 5 p. 1008^{B} (*errore typothetae pro* praviloquium; *ed. crit.* Arist. lat. 164b13 laboriosum sermonem). 4, 6 p. 952^{C} (*deest gr. et* Arist. lat. 127b31). 8, 1 p. 995^{B} (Arist. lat. 156a33 exanimationem).**]**

parvĭpendo *v.* parvus *p. 563, 24.*

[parvĭpēnsio *v. l. 33***]** *van Leijenhorst.*

^{x}**parvitās,** -ātis *f.* *a* parvus. *legitur singulis vel binis locis apud* CIC., VAL. MAX., COLVM., PLIN. nat., GELL. *al., ceterum saepius inde a saec. IV, praecipue in formulis modestiae (v. IIA1); plur. non exstat nisi* GELL. 1, 3, 28 BOETH. arithm. 1, 1 p. 8, 6. 1, 4 p. 14, 15. [*confunditur in codd. saepius cum* pravitas, *e. g.* GELL. 1, 3, 28 PANEG. 12, 4, 3 (*restituitur* GELL. 6, 17, 2 *p. 545, 28; falso trad.* ARNOB. nat. 2, 17; *dub.*: ITALA psalm. 24, 7 [cod. 136 Cas.] delicta iuventutis meae et -is [*gr.* ἀγνοίας, *Vulg.* ignorantiae; *coniciasne* pra- *sec. Hier. psalt. sec. Hebr.* scelerum*? vix ad p. 544, 4*]), *ceterum cum* paritas EVGEN. Vict. Vit. 2, 41.]

i. q. status parvi cuiusdam, exiguitas sim. (*metonymias v. imprimis sub IB2 et IIA1a; cf.* GLOSS. II 260, 7 βραχύτης: brevitas, -s. 371, 42 μικρότης: -s, pusillitas. *coniungitur cum adi. eiusdem notionis* exigua *p. 544, 40. 545, 36,* minutissima *p. 544, 3, cum subst.* exiguitas *p. 544, 1 [cf. l. 72 et p. 544, 79]; opp.* magnitudo PLIN. nat. 2, 51 GELL. 1, 3, 28 *et saepius; alia opp. et syn. v. infra*): **I** *proprie* (*sc. de statu qui sensibus percipi aut mensurando intellegi potest*):

A *pertinet ad spatium parvum* (*fere corporum [sc. ad longitudinem, latitudinem, altitudinem, cf. opp.* altitudo, latitudo REGVLA mag. 8, 4], *temporis p. 544, 4 et fortasse l. 72 sqq., ubi syn.* brevitas): **1** *rerum variarum*: CIC. Tim. 47 quae *vincula corpus mortale continentia* cerni non possent propter -em (*gr. 43*^{a} *διὰ σμικρότητα, Chalc. transl.* ob ... brevitatem). COLVM. 10 praef. 4 (*in proverbio, cf. Otto, Sprichw. n. 790*) tam exigua sunt, *de quibus dicam,* ut, quod aiunt Graeci, ex incomprehensibili -e arenae funis effici non possit. PLIN. nat. 2, 51 terrae -em (*opp.* magnitudinem *solis*). 34, 83 *simulacri quadrigae.* TERT. anim. 19, 5 *arbor* contenta est -e (pra- *ed. princ.*). HIER. in Ezech. lib. 7 praef. l. 26 *Hebraeorum volumina* litterarum nobis -e caecantur. BOETH. arithm. 1, 1 p. 8, 6 (*inter essentias, i. fere categorias*) qualitates, quantitates, formae, magnitudines, -es, *eqs.* categ. 2 p. 214^{A} -em vicorum (*opp.* magnitudinem civitatum). mus. 1, 9 p. 196, 12 sensibilium -em (*nisi ad C*). CASSIOD. compl. in epist. apost. praef. p. 1321^{A} brevis ... narratio summas rerum in -e complectens (*antea*: brevitate, *postea*: summatim. *item respiciuntur dicta vel scripta*: VEN. FORT. virt. Hil. 13, 38 textus huius -e [*postea*: brevitas]. *cf. p. 544, 29*). ORIBAS. syn. 8, 28, 3 La p. 246 *papularum* -em (*gr. excidit in lacuna; Aa: quae* parvae sunt). **2** *animantium vel partium corporis* (*aetatis p. 544, 6*): APVL. met. 11, 13, 5 aures enormes *asini* repetunt pristinam -em, dentes saxei redeunt ad humanam minutiem. PORPH. Hor. sat. 1, 10, 18 propter maciem ac -em corporis (FACVND. defens. 11, 7, 18 [*nisi ad p. 545, 12, sed cf. ibid.* angustiam]. *cf.* HIER. epist. 59, 5, 3 illius *Christi* potentiam unius corpusculi -e finire. REGVLA mag. 8, 4 *corpus hominis* in ipsa -e sua). SOL. 25, 8 Indicos elephantos Mauretani *elephanti* timent ... -is suae conscii (*cf. Plin. nat. 8, 27* maior Indicis magnitudo est). PANEG. 12, 4, 3 *Maxentius erat* despectissimae -is (pra- *fere trad.*) ..., tu ... tantus ac talis. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 12, 31 *status* exiguitatis et -is, in qua nascuntur infantes. COD. Theod. 7, 20, 12, 2 *quidam* membris debilis aut -e deformis. CASSIOD. in psalm. 101, 8 l. 274 passeris minutissimam -em.

respicitur aetas (*sc. de infantia, adulescentia; vix huc p. 543, 47*): PS. AMBR. serm. Sess. 3, 10 p. 138^{A} (*ad Is. 11, 6* puer parvulus) hoc est sacerdos ... aetatis -e innocu⟨u⟩s. GREG. M. in I reg. 2, 38 (*ad 2, 19* tunicam parvam fecit *Samuheli puero*) dum adhuc per novitatis suae incrementa proficeret, ... apta suae -i accepit monimenta (*nisi ad II*).

B *pertinet ad quantitatem parvam*: **1** *usu communi de statu sim. eorum, quae potius*: **a** *non magna sunt*: IREN. 2, 7, 3 universae creaturae varietatem ... adaptare pleromatis ipsorum -i (*postea*: pleroma ipsorum XXX aeones sunt). AMM. 24, 3, 3 *milites* -e promissi percitos (*antea*: nummos centenos viritim pollicitus). GREG. TVR. glor. mart. 47 p. 520, 21 -s facultatis eius coepit paulatim minui (*postea*: in tanta redactus est exiguitate). ORIBAS. eup. 2, 1 C 29 Aa p. 460 *cyamus* participat ... aliquid in -e (-em *Ab*) ... stipticam *virtutem* (*gr. K 94* ἐπ' ὀλίγον, *La* aliquantum). **b** *non multa sunt* (*sc. de paucitate sim.; opp.* abundantia, copia, multitudo, nimietas): HIL. trin. 6, 33 l. 25 (*ad Matth. 14, 15 sqq.*) naturae -s (*sc. quinque panes*) famem pellens profecerat in eiusdem copiam naturae. PACIAN. epist. 2, 5 p. 35 quorum *Novatianorum* -e, si vellem, atque defectu poteram gloriari (*item hominum*: EPIST. pontif. Gelas. 611 Schwartz p. 48, 19 -s *non* efficit, ut veritas non sit veritas [*opp.* multitudo; *cf. l. 20* in paucis constitisse veritatem]). AMM. 22, 15, 13 gurgitum ... nimietate ... culturas moratur agrorum *Niius*, -e ... minatur steriles segetes. SORAN. p. 39, 16 ne aut plurimis coopertoriis *infans* gravatus sit aut ne -e eorum perfrixerit (*gr. aliter*). CAEL. AVR. acut. 1, 11, 85 convenit ... cibi -s ([*opp.* plurimus ... c.]. chron. 2, 1, 30). salut. praec. 38 aquae. CAES. AREL. epist. ad virg. 3, 5 p. 148, 15 -s locutionis (*antea*: tantum loquaris, quantum oportunitas flagitat). GREG. TVR. glor. conf. 1 p. 749, 9 -em hanc *potus* in abundantiam convertere.

2 *metonymice*: *de parva parte per divisionem effecta*: BOETH. arithm. 1, 4 p. 14, 15 praedocuimus ... quantitatem in infinitas pluralitates adcrescere, spatia vero, id est magnitudines in infinitissimas minui -es (*cf. 1, 1 p. 9, 16 sq.* infinitissimas ... suscipit sectiones).

de parva pecunia (*possessione*): GREG. TVR. Franc. 9, 30 p. 449, 5 exacta -e *tributi.* glor. mart. 102 p. 556, 9 -s redituum meorum ... per ipsas adhuc residet domos. p. 556, 20 ⌞-e⌟ pecuniolae, quam coniungere potui, adest (⌞ ⌟ *i.* -em *sec.* quam*?* -s *var. l.*). LEANDER reg. 28 (Migne suppl. 4, 1446) exiguam -em privatim occultat fraude.

C *pertinet ad vim parvam, impetum non vehementem*: CAEL. AVR. acut. 1, 1, 28 praesentia *signa passionis* -e iam latentia pro futuris accipimus. chron. 4, 3, 40 pulsus -s vel amputatio (4, 7, 92. CASS. FEL. 42 p. 96, 13 p. -s quam microsfyxian vocant *Graeci* [*item* 62 p. 154, 7. 64 p. 156, 22]. 47 p. 121, 2). 5, 2, 35 haec passio initio -is causa neglegitur et contempta convalescit.

II *translate de statu humili, ignobili, vili sim.*: **A** *animantium eorumque partium et qualitatum sim.*: **1** *in circumlocutionibus affectatae modestiae* (*pro syn. est e. g.* humilitas *l. 56 [cf.* -s humilitatis *p. 545, 5], opp.* sanctitas, magnificentia *et sim. al.*): **a** *formulae sollemnes, metonymice de ipso loquente adhibitae* (*in adlocutione hominum tam superiorum quam aequalium inferiorumque, cf. O'Brien, Titles of address, 1930, 76 sq.*): mea -s: VAL. MAX. 1 praef. si excellentissimi vates a numine aliquo principia traxerunt, m. -s eo iustius ad favorem tuum, *Caesar,* decucurrerit (*item pro subi.*: CONC.^{S} II 3, 1 p. 243, 25 m. consentit -s [*cf. l. 28* m. humilitas]. PATRIC. conf. 1 GREG. TVR. Mart. 2, 40. *al.*). OPT. PORF. epist. ad Constant. 1 cupida -is m. vota (*gen. pendens e subst. ut*: EVAGR. vita Anton. 89 admonitu [*gr.* παρ' ἐμοῦ, *Vita Anton.* a me]. HIER. epist. 62, 2, 1 sententiam [SIDON. epist. 7, 9, 25]. TRACT. Pelag. 5 p. 116 verba [VITA Caes. Arel. 1, 54]. ANVLIN. Aug. epist. 88, 2 acta. *sim. saepius*). PEREGR. Aeth. 5, 12 m. -em dignabantur ... suscipere (EVGEN. Vict. Vit. 2, 41 potestas regia ... -em m. ammonere dignata est. VITA Caes. Arel. 2, 13. *al.*). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 163, 16 praesente ... Vrsatio et m. -e (*sim. in abl. absol.*: VALENT. Aug. epist. 216, 3 ignorante). EVAGR. vita Anton. 39 volueram silentio premere quaecunque m. acciderant -i (*gr.* μηδὲν ἐξ ἐμαυτοῦ λέγειν, *Vita Anton.* nihil ex me dicere). RVFIN. hist. 5, 24, 8 scientes -em m. (*gr.* τὸν μικρόν μου ἄνθρωπον). *et saepe. cum adi.*: EPIPHAN. in euang. 62 p. 171, 3 ut m. extremae -i videtur. nostra -s: IVL. HON. cosmogr. A 51 (*verba discipuli*) *haec omnia* n. -s protulit ... et publicae scientiae obtulit (*item pro subi.*: AVG. in psalm. 150, 8 l. 29 *deo,* quantum potest -s n., ... gratias agamus [*item* serm. 183, 15. 272 p. 1248]. VITAL. TONANT. epist. 1 p. 847^{D}. *al.*). HIER. epist. 21, 42 quin inculta tibi n. -is videatur oratio (*gen. pendens e subst. ut*: HIER. Aug. epist. ed. Divjak 27, 2, 1 opuscula. EPIST. pontif. 282 Conc.^{S} I 5 p. 3, 6 sermo [*antea*: tuae sanctitatis]. PATRIC. epist. 9 exhortationem. *al.*). 138, 3 fratres, qui cum n. sunt -e, ... te salutant (*item* 142, 1. *al.*). EPIPHAN. Avell. p. 744, 15 tua venerabilitas a -e n. quiddam postulans (*alia versio Facund. defens. 4, 2, 42* n. exiguitatem petens). AVELL. p. 710, 7 oret ... vestra sanctitas ... pro n. -e. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 201, 1 praeceptum magnificentiae vestrae ... n. est redditum -i. *al.* **b** *exempla cetera* (*metonymice imprimis* MART. BRAC.): OPT. PORF. epist. ad Constant. 2 quod *carmen* ... ingenii mei -s praestitit (FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 1, 1 nostri). RVFIN. Orig. princ. 2, 4, 4 *[Baer]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 132, 8 secundum -em sensus nostri (Orig. in Rom. 4, 7 p. 984^C pro -e s. mei [*item* patr. 2, 25 l. 28 S.]. patr. 2, 15 l. 5 S. quantum ad mei s. -em spectat. EPIPHAN. in euang. 33 p. 62, 8 iuxta -em s. nostri). MART. BRAC. trin. mers. 1 (*per abundantiam*) pontificalis gratiae ritu abiectissimam humilitatis nostrae visitas -em. *al.*

2 *vario usu*: CYPR. mortal. 1 quosdam vel inbecillitate animi vel fidei -e . . . minus stare fortiter. Ps. MAR. VICTORIN. phys. 21 p. 1306^A -s . . . eius *Christi* quam divina sit, agnoscamus; conceptus est homo, sed sine origine humani seminis . . ., ignobilis et deformis, sed gloriosus (*item respicitur natura hominis a Christo assumpta*: HIL. frg. min. p. 227, 9 superavit . . . magnitudo domini -em servilis formae. FACVND. defens. 11, 7, 17 [*e Cyrill. Alex.*] ut . . . humanam sustineret -em *Christus* [*Migne gr. 70, 1041^C* μικροπρεπείας]. *cf. p. 543, 81*). PHYSIOGN. 74 ubi *aliquis* pauperiem, rusticitatem, parsimoniam, -em (*i. humilitatem sim.?*) et misericordiam imitandam putat. EVSTATH. Basil. hex. 8, 8, 15 sufficientia sunt quae disseruimus . . ., si tamen non ad copiosas creaturae divitias, sed ad -em nostrae possibilitatis aspexerit *lector* (*gr.* τὸ . . . ἀσθενές). SALV. epist. 9, 15 personae suae -s (*antea*: humilis est . . . et vilis sibi, exiguum se penitus atque ultimum putans). VEREC. in cant. 2, 5 l. 27 D. *opera dei* vera sunt ac mirabilia, nostram tamen fugientia -em. FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 1, 1 quotiens humanae conditionis infirmitas . . . fines molitur aliquatenus suae -is excedere. *al.*

B *rerum* (*ad IB traximus* ORIBAS. *p. 544, 16*): 1 *vario usu* (*respiciuntur quae sunt minoris momenti sim.*): GELL. 1, 3, 28 (*e Theophr.*) has . . . -es (pra- *var. l.*) rerum et magnitudines atque has omnes officiorum aestimationes alia . . . momenta . . . moderantur. 6, 17, 2 *quidam* inludens levitatem quaestionis -emque (*codd. rec.*, pracett. *et edd. novelli, v. Tränkle, Hermes 111, 1983, 107 et cf. 6, 17, 3* nugalia). CASSIOD. var. 3, 7, 2 studete ut, qui non soletis pro rebus magnis excedere, nunc non videamini . . . in -e peccare. 2 *in arte rhet.*: *pertinet ad genus dicendi humile*: CASSIOD. var. praef. 16 medium *genus dicendi*, quod nec magnitudine tumescit nec -e tenuatur. *pertinet ad figuram deminutionis*: CASSIOD. in psalm. 89, 4 l. 115 tapinosis, id est humiliatio, quando cuiuslibet rei magnitudo minuitur in exiguam -em (101, 10 l. 326. *ut t.* humilitatis affectu magnam rem deiciat usque ad vilissimam -em).

parula *v.* parrula.

parūlis, *acc. pl.* -idas, *f.*, παρουλίς (*cf.* epulis). *formam vulgarem* pullaria, -ium *v. suo loco.* *i. q. tuberculum in gingiva ortum*: CELS. 6, 13, 1 solent . . . in gingivis tubercula quaedam oriri dolentia, -as Graeci appellant (parotidas *F V et Oribas. eup. 4, 71 add. Aa p. 591*). 6, 13, 4 fit . . ., ut ex gingivae ulcere, sive -s (parulides *J*, parvulis *F V et Oribas. l. l. p. 592*) sive non fuit, diutius pus feratur. SCRIB. LARG. 61 (*inde* MARCELL. med. 11, 27) medicamento uti oportet . . . etiam ad -as (*ed. princ. et Marcell.*, parotidas *cod.*) et epulidas, id est ubi ex transverso gingiva supprurav<er>it vel ubi super extremum molarem increverit gingiva.

parum *v.* parvus.

parumloquium, -ī *n.* *vox a* parum *et* loqui *iocose ficta secundum* multiloquium. *i. q. habitus eius, qui parum ad rem loquitur* (*quamvis verbosus sit, v. Traina, Athenaeum 40, 1962, 345 sqq.*): PLAVT. Merc. 31 (*inter vitia amoris*:) multiloquium, -um (pauciloquium *ed. princ.*, pauciloqui *Havet*): hoc ideo fit quia quae nihil attingunt ad rem . . . amator profert . . .; hoc (*sc. multiloquium*) pauciloquium rursum idcirco praedico, quia nullus . . . amator adeost . . . facundus, quae in rem sint suam ut possit loqui.

^R**parumper** *adv.* *a* parum *et particula* -per (*v. Leumann, Kl. Schr. 49*). *scribitur* parvom- PLAVT. Most. 1152 (*formam antiquam suspicatur Lindsay, cf.* parvum- *in cod. unico* FAVST. REI. epist. 2, 41 p. 426, 13). NOT. Tir. 52, 36. *inter adverbia temporis infinita* CHAR. gramm. p. 243, 6 B. olim, . . . tantisper, paulisper, -r *eqs.* *de notione*: PAVL. FEST. p. 221 -r significat paulisper, quasi perparvum, hoc est valde parvum; refertur autem ad tempus. NON. p. 378, 14 -r, ut saepe, interim et parvo tempore; -r cito et velociter (*affert* VERG. Aen. 6, 382, *v. p. 546, 59, et* ENN. ann. 53. 71, *v. p. 546, 41. 51*). DON. Ter. Ad. 70, 2 paulisper quasi paulumper ut ⌊-r dictum⌋ (-r quasi parum dictum *add. man. alt. cod. V*). GLOSS. -r: ἐπ' ὀλίγον. κατ' ὀλίγον. πρὸς ὀλίγον. κατὰ βραχύ. paululum. perparum. valde modicum vel parum. *sim. al.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO *aliisque scaen. vet.* (*qui -r exhibent 16 locis,* paulisper *14*), ENN. ann. (-r *5*/p. —), LVCR. (*1*/—), VERG. (*1*/*1*), OV. (*1*/*2*), SEN. (*5*/—), LVCAN. (*1*/—), VAL. FL. (*5*/—), SIL. (*1*/*1*), STAT. (*11*/—) *al.*; *scriptores fere praeferunt* paulisper (*afferimus selectos post* LIV.): CATO (-r —/p. 5), CIC. (*12*/*30 idque maxime in orat. et epist.*), CAES. (—/*9*), BELL. Afr. (*1, fort. ex* ENN./*5*), BELL. Hisp. (*1, ex* ENN./—), SALL. (—/*5*), LIV. (*26*/*37*), SEN. *phil.* (—/*4*), CVRT. (*3*/*7*), PETRON. (—/*4*), QVINT. (*2*/*2*), TAC. (—/*3*), PLIN. *min.* (—/*9*), SVET. (*4*/*2*), APVL. (—/*23*), SYMM. (—/*15*), AMM. (*9*/*28*), VVLG. (*3*/*7*). [*confunditur in codd. cum* parum *e. g. p. 547, 28. 29* (*restituitur* CIC. rep. 6, 12, *v. p. 546, 34*; *vix recta var. l.* LIV. 29, 2, 9 EPIST. Alex. l. 410 H.).]

I *usu originario respicitur parvum spatium* (*cf.* parum *IB1*), *sc. fere temporis, ut significetur i. q. parvo tantum tempore, vel vi attenuata i. q. parvo tempore, in parvum tempus* (*quae notiones saepe vix distingui possunt; ad vim localem, sc. fere i. q. modicum sim., v. B2a; notio q. e. cito, velociter a quibusdam perperam intellegitur sec.* NON. *p. 545, 65*; *opp.*: VVLG. Is. 54, 8 sempiterna. CLAVD. 21, 146 perpetua [*cf.* FAVST. REI. epist. 2, 41 p. 426, 13 in perpetuum]. PETR. CHRYS. serm. 71, 11 diu. GREG. TVR. Franc. 5, 10 p. 204, 23 assiduus):

A *illustrata ratione temporis*: 1 -r *explicatur enuntiato temp. a* dum *incipiente*: PLAVT. Amph. 638 voluptas -r datast, dum viri . . . potestas videndi fuit noctem unam modo. TER. Andr. 714 dum exeo, -r me opperire hic (AMM. 21, 7, 7). CIC. leg. agr. 2, 49 -r mentis vestras, Quirites, commovere videor, dum patefacio vobis *eqs.* LIV. 4, 32, 10 cunctatus -r, dum speculatores referrent Quinctium evasisse . . ., signa profert. VAL. FL. 7, 74 durare. SVET. Nero 48, 3 commoratus. *al.*
2 -r *excipitur aliis adv. temporalibus*: PLAVT. Bacch. 794 manedum -r, iam exeo ad te (CIC. Phil. 2, 104 remove gladios -r . . ., iam intelleges *eqs.* STAT. Theb. 6, 800). Mil. 596 cohibete intra limen . . . vos -r . . ., sinite me prius perspectare. CIC. de orat. 3, 143 haec cum Crassus dixisset, -r . . . silentium fuit; tum Cotta . . . inquit *eqs.* (LIV. 4, 33, 2. SEN. Herc. O. 245 AMM. 20, 3, 8). div. 1, 47 discedo -r e somniis, ad quae mox revertar (LVCAN. 4, 172). LVCR. 4, 1116 parva fit ardoris . . . pausa -r, inde redit rabies. LIV. 2, 10, 7 cum his *viris* primam periculi procellam . . . -r sustinuit; deinde eos quoque . . . cedere in tutum coegit (28, 23, 3 primo . . . -r obstipuerunt; dein *eqs.* 31, 39, 13. *al.* SVET. Tib. 73, 2 Galba 19, 2). 2, 25, 3 *consul* -r moratus . . . dato tandem . . . signo militem . . . emittit. VAL. FL. 8, 78 servabo -r ipsa nemus, longum interea tu pone laborem. *al.*

B *cetera exempla* (*de spatio modico sed fere indefinito, nisi e contextu intellegitur finis intervalli ut e. g. infra l. 70 sq.*): 1 *in sententiis postulantium, optantium* (*hic illic -r modestiam loquentis indicare videtur, e. g.* ENN. ann. 53. 208 OV. am. 3, 6, 2): a *cum imperativo* (*cf. l. 8. 14*): PLAVT. Aul. 199 da mi operam -r. Cas. 350 tace -r ([parum *codd.*, idque *in rasura B*]. Curc. 357 Men. 348 Most. 1152). Merc. 922 mane -r atque haec audi (PACVV. trag. 326 facessite omnes hinc, -r tu m. [*nisi cum* facessite *coniung.*]. SEN. Herc. O. 1977. *cf. l. 12*). ENN. ann. 208 divi hoc audite -r (TER. Phorm. 486 audi obsecro. :: non audio. :: -r. CIC. rep. 6, 12 [parum rebus *trad.*; *coniec. alii alia, cf. Ballaira, Bollettino del Comitato 18, 1970, 79*]). ACC. trag. 381 reprime -r vim citatum quadrupedum. OV. am. 3, 6, 2 amnis, . . . siste -r aquas (CE 995A, 1 [*aet. Tib.*] -r s. gradum, quaeso [*sim.* 1537A, 1. 2083, 1]). SEN. Phaedr. 1175 ades -r. *al.* b *vario usu*: PLAVT. Amph. 389 indutiae -r fiant, si quid vis loqui. Cist. 712 ⟨tace⟩amus, era, -r. Truc. 326 non quis -r durare opperirier? (*interrogatio fere pro exhortatione*). ENN. ann. 53 te . . . precor, Venus, . . . ut me de caelo visas . . . -r ([*vix recte explicat* NON. *p. 545, 65*]. LIV. 8, 24, 15 ut -r sustinerent precata *mulier*. 38, 29, 8 ut -r abscederent). CIC. Balb. 47 exsistat . . . ille vir -r cogitatione vestra (Scaur. 48 qui utinam posset -r e. *cf.* Tusc. 5, 68 is *praestans vir* . . . animo -r et cogitatione fingatur). orat. 112 ab hoc *Demosthene* -r abeamus. rep. 1, 12 dent operam -r atque audiant. Lael. 5 tu velim a me animum -r avertas (LIV. 3, 58, 3). LIV. 45, 37, 8. CIL IV 1781 ludamus -r. *al.*

2 *in quibuslibet sententiis*: a *cum verbis movendi sim.* (*ut hic illic etiam de vi locali cogitari possit, maxime l. 55 sq. 65*; *saepius in imagine*; *cf. e. g. l. 46*): ENN. ann. 71 campum celeri passu permensa -r coniicit in silvam sese *lupa* ([*vix recte explicat* NON. *p. 545, 65*]. 455 sola terrarum . . . permensa -r). 587 nostri cessere -r (*frg. attulit* BELL. Hisp. 23, 3 *fortasse vim localem intellegens, quam agnoscere possis etiam* BELL. Afr. 52, 2 *et manifestiorem* LIV. 26, 44, 3 -r c. *Romani*, ut propiores subsidiis . . . summittendis essent. *mero respectu temporis*: LIV. 7, 24, 3 *consul vulneratus* cesserat -r ex acie [*4* consul . . . revectus]). CIC. Brut. 322 delectandi gratia digredi -r a causa. Att. 9, 4, 3 abduco -r animum a molestiis. VERG. Aen. 6, 382 his dictis curae *sunt* emotae pulsusque -r corde dolor (*explicant* NON. *p. 545, 65*. SERV. id est paulatim laetari coepit . . .; dictum est, quasi ab eo magna moderatione dolor recessit; alii '-r' valde parum volunt [*cf.* GLOSS.^L III Abstr. PA 40 valde modicum. GLOSS. IV 457, 11 ultra modicum, paulisper]). LIV. 42, 52, 4 mota -r acies . . ., ne stetisse tantum in armis viderentur. *al.* *cum verbis flectendi, tendendi* (*sc. manifesto respectu loci*): AVIEN. Arat. 134 *Cynosura numquam moratur* neque ceu molita -r flectitur (-r *cum* molita *iungunt alii*). 156 forma verticis *draconis* in nutum veluti curvata -r. orb. terr. 140 Zephyrum . . . dehinc deflexa -r alta petunt *aequora*. ANON. de mach. bell. 10, 2 fistula . . . ferri -r extensa. b *cum verbis variis* (*exempla selecta*): LIV. 2, 19, 10 pugnam -r restituit *cohors exulum*. 10, 19, 16 Samnites -r cunctati . . . Appio occurrere (VAL. FL. 5, 392). 45, 12, 6 -r cum haesitasset, 'faciam' inquit (*Polyb. 29, 27, 6* βραχὺν χρόνον). CVRT. 10, 4, 2 -r . . . dubitaverant (*cf.* 10, 9, 14 addubitavere). VAL. FL. 6, 493 quis *liliis* vita brevis totusque -r floret honor. STAT. Theb. 12, 35 lusit Fortuna -r. Ach. 1, 235 *in mari* cana -r spumant signa fugae *Thetidis*. IVV. 4, 62 obstitit intranti . . . turba -r. FLOR. epit. 1, 13, 1 procurrentis imperii cursus -r Gallorum . . . incursione supprimitur. IVVENC. 4, 290 (*ad Matth. 25, 42 sqq.*) mihi tecti vestisve -r tegmina . . . *non* dabantur. AVIEN. orb. terr. 403 ambas (*i. Europam et Africam*) si conferre sibi quisquam velit, una -r ut credatur humus (*sc. brevi momento cogitationis ut supra l. 44 sq.*). HIER. in Ezech. 39, 17—29 l. 2068 -r abscondit . . . faciem suam ab eis (VVLG. Is. 54, 8 [*syn. 54, 7* ad punctum in modico, *opp.* sempiterna]). in Ioel 2, 15—17 l. 330 recedendum -r a coitu praecepit (*cf. I Cor. 7, 5* ad tem-

[*Baer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pus). RVFIN. hist. 2, 9, 3 -r deliberans (*gr.* ὀλίγον). AVG. civ. 1, 3 p. 8, 12 D. quod institueram ... dicere, -r expediam (*opp.* copiose ... tractanda). CONC.[S] I 5 p. 139, 19 -r carnem deprimi morte concessit *Christus* (*gr. I 1, 7 p. 61, 11* πρὸς βραχύ). PALLAD. hist. mon. II 1 p. 345[B] -r super mattam reclinari (*gr. p. 17, 18 B.* μικρὸν ... ἀναπεσεῖν. *cf. I 1 p. 253*[B] momento temporis). *al.*

II *usu deflexo respicitur quaelibet parvitas, fere i. q. parum, paulum* (*maxime apud* GREG. TVR., *qui notione communi adhibet vocem e. g.* Franc. 5, 10 p. 204, 23): **A** *adv.*: HIER. epist. 54, 10, 5 (*excusatio verborum minus decentium deest in cod. antiquiss., interpolatam putat Labourt, ed. 1953, ad l.*) malo apud te, filia, verecundia -r quam causa periclitari. EPIPHAN. Avell. p. 749, 29 -r ... ceraunius *lapis* ... huic *carbunculo* videtur esse consimilis (*Migne gr. 43, 297*[A] ὀλίγον ... αὐτῷ ἔοικε). GREG. TVR. Franc. 3 praef. p. 96, 10 *velim* -r conferre, quae ... successerint. glor. conf. 93 p. 808, 3 de eo *ligno* hastulae factae -r acutae. Mart. 1, 32 p. 603, 32 iam valde exanimus invocato nomine beati Martini ... -r convalui (*cf. p. 604, 3* adhuc parum fortis). *cf. explicationes p. 545, 63. 67. 69. 546, 62.*

B *pro adi.* (*nisi quaedam per appositionem pro subst. accipias; cf.* parum *sub II*): GREG. TVR. Franc. 5, 10 p. 204, 21 vinum ... non bibebat praeter aquam -r melle linitam (*vix ad A*). glor. conf. 83 p. 802, 3 ampullam unam -r vinum (vini *var. l.*) habentem. Mart. 1, 4 p. 590, 17 ut -r mora (morae *var. l.*) esset. 3, 12 p. 635, 23 ut ei pulvere (*vix gen., sed acc., v. Blomgren, Eranos 34, 1936, 29*) -r exhiberent de sepulchro.

C *pro subst.* (*v. quae ad B monuimus*): **1** *accedunt struct. partit.*: *gen.*: GREG. TVR. dorm. 3 p. 763, 18 portantes secum -r pecuniae (*var. l.* parum *praetulit Krusch in ed. priore p.* 849, 9). glor. conf. 95 p. 809, 8 -r pulveris (103 p. 813, 24 [parum *var. l.*]. Iul. 46a p. 582, 19 vit. patr. 8, 6 p. 696, 20). 103 p. 814, 4 cibi -r capere (vit. patr. 11, 2 p. 710, 30). Franc. 8, 15 p. 381, 20 -r panis et oleris ac modicum aquae (vit. patr. 13, 1 p. 715, 23 -r p. vel aquae). Mart. 2, 32 p. 621, 12 olei. *al. apud eundem.* *de c. abl.*: GREG. TVR. Mart. 1, 27 p. 601, 29 plus ... valet -r de pulvere basilicae (4, 25 p. 655, 33).
2 *nude ponitur* (*sc. pro obi.*): GREG. TVR. vit. patr. 10, 1 p. 706, 9 de cuius vita -r ... dicere delectat animo. VITAE patr. Iurens. 157 M. *de sancto Martino* -r ... referre.

parunculus, -ī *m.* *a* 3. paro *deminutive.* *i. q. parvus paro*: COM. pall. inc. 21 -is ad litus ludit celeribus (*affert* ISID. orig. 19, 1, 20 *sub voce* paro: navigium piratarum [*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PA 652]. *pergit 21*: mioparo quasi minimus paro; est enim scapha *eqs.*).

parvolus *v.* parvulus.

[1. parus *falsa var. l. pro* parcus TERT. pall. 1, 1 *v. supra p. 345, 62.*]

[2. pārus *var. l. pro* parrus (*i. parra, nomen avis*) *in carmine saec. decimi* ANTH. 762, 9; *hanc formam genuinam esse non pauci sibi persuaserunt, unde eam recepit Linné.*] Baer.

parvulitās, -ātis *f.* *a* parvulus. *i. q. status eius, qui infans parvulus est, infantia* (*utroque loco cum colore imperitiae, ignorantiae*): COMM. instr. 1, 6, 2 dicitis, o stulti, 'Iovis tonat ...'; etsi -s sic sensit (censet *Ludwig*), cur anni dicentes? (*postea*: infantia). THEOD. MOPS. in Gal. 3, 25 p. 55, 7 paedagogi utiles ... sunt puerulis parvulis propter -em eorum.

[x]parvulus, -a, -um. *a* parvus *deminutive.* *inter deminutiva affert* CHAR. gramm. p. 196, 26 B. *de scriptura: in titulis* -vol- *praevalere videtur, sc.* CE 482, 4 (*aet. Hadr.*). 1843, 2 (*saec. I vel II*). INSCR. christ. Diehl 377, 3. 5 (*a. 574?*). 2829, 5 (*a. 447*). *item saepius, v. Prinz, De O et U vocalibus, 1932, 25*; -vul- *exstat* CE 1170, 9. 1162, 1. 1337, 8 CIL VIII 22673, 7. *al.*, -bul- CE 108, 8 CIL VI 9927, 3 VIII 9107, 5 XIII 1981, 9 INSCR. christ. urb. Rom. 4281, 2 (*a. 522*). 19744, 7 (*saec. V*). *al.* *codices haud raro variant, e. g. cod. A* TER.; *ex antiquissimis ubique praebent* -vol- *cod. A* PLAVTI (Poen. 896. 1346 Stich. 161; *alibi non exstat*), *A* FRONTONIS (*septies*), *cod. d* ITALAE *epist. Paul.* (*duodecies*); -vul- *MP* VERG. Aen. 4, 328, *cod. f* ITALAE (*plus decies*, -vol- Matth. 15, 38), *praevalet in codd.* VVLG. (*v. indices orthogr. ed. pontif.*); -bul- *e. g.* ITALA psalm. 16, 14 (cod. 304). Matth. 11, 25 (cod. d) *et saepius in cod. O* VVLG. *abbreviatur* parvu(la) INSCR. christ. Diehl 2740, 3 *a. 519* (*nisi intellegas* parvu(m)). NOT. Tir. 52, 35 -um. *de formis: compar. et superl. desunt.* *gen. plur.* -um ARNOB. nat. 3, 14 p. 172, 6 M. GLOSS. νήπιος. νεογνός. νηπιώτατος. -um: νήπιον. ὀλίγιστον. *legitur inde a* PLAVTO (*quater decies*), TER. (*octies*), *sed postea in versibus admodum raro exceptis* CE; *e scriptoribus frequentant* VAL. MAX. *et* APVL. met., *saepissime adhibetur in sacr. script. et apud* AVG., *plerumque pro subst. masc., raro in sermone iuris; omnino deest e. g.* SALL., TIB., LIV., OV., VELL., LVCANO, PERS., VAL. FL., STAT. [*port.* parvo; *i. q. infans: it.* pargolo; *langued. vet.* parvol; *vasc.* parvol; *cat.* parvol; *astur.* parvolu. *cf. M.-L. 6262. Battisti-Alessio IV 2775. Wartburg VII 694. Corominas*[2] *IV 417. Machado*[3] *IV 316. St.*] [*confunditur in codd. maxime cum* parvus: CIC. Manil. 54 CAES. Gall. 6, 21, 3 COLVM. 8, 11, 1 PLIN. nat. 36, 43 VVLG. thren. 2, 11. *et saepe.*]

i. q. (valde) parvus. *deminutivum ponitur aut vi sollemni* (*pro superlativo e. g. l. 70. p. 550, 70. 551, 29. 552, 40; cf.* PALLAD. 1, 5, 3 glebam -am [*Colum. 2, 2, 18* perexigua]) *aut cum affectu quodam* (*e. g. p. 548, 64sqq. 76sq. 550, 4sqq.*). *haud raro attributum est alterius deminutivi, e. g. l. 42. 47. 58. p. 550, 43. 551, 83. 552, 16.* *vim deminutivam augent particulae* admodum VAL. MAX. 1, 5, 3. 1, 7, 7. 3, 5, 1. 4, 3 ext. 3 SEN. nat. 2, 6, 5 IVST. 7, 2, 5. *al.*, dumtaxat BELL. Afr. 87, 3, modo *ibid.* 54, 1, oppido quam VITR. 8, 3, 11, quam PLAVT. Pseud. 783. *variis structuris indicatur, quo respectu aliquis (aliquid) -us sit (v. l. 32. p. 550, 81. 551, 12. 553, 7sqq.) vel cui rei quis impar sit (v. l. 23. p. 553, 16sq.).*

CAPVT PRIVS: proprie (*sc. de eis, quorum amplitudo, copia sim. aut sensibus percipi aut mensurando intellegi potest*): **I** *pertinet ad spatium* (*sc. de animantibus vel rebus spatium quoddam obtinentibus vel de spatio ipso*): **A** *corporum* (*de scriptis p. 550, 81*): **1** *accedente respectu aetatis, sc. infantilis, puerilis*: **a** *de hominibus vel deis* (*de daemone l. 34sqq.; aetas alibi mensura temporis indicatur, e. g. l. 31. 73. 77. p. 549, 8. 37. 38, alibi vario modo e contextu colligi potest, e. g. l. 26. 67. 74sq. p. 549, 1sq. 19. 22. 26. 31. 34; locutionem* aetate -us *v. p. 553, 24. 32. 34*): **α** *adi.*: ① *exempla varia* (*saepius praedicative quam attributive ponitur*): PLAVT. Capt. 1013 *pater meus* te mihi -um peculiarem -o puero dedit (*sim. iuxta pron., fere praedicative*: Poen. 896 illas emit ... -as. 1346. TER. Eun. 892 *nutrix* illam aluit -am. BELL. Alex. 78, 2. CIRIS 138 idem, *sc. Amor*, ... acuebat -us iras. VAL. MAX. 5, 7, 1 SEN. Oed. 806. OCTAVIA 636 te -um in lucem edidi. CALP. decl. 24. *et saepius*). Poen. 1101. Pseud. 783 quam illae rei (*fort. stuprum patiendo*) ... sum -us. SEN. Herc. f. 1020 (*Herc. de filio*) -um hoc monstrum. Tro. 456 nostrae -am stirpem domus, *sc. Astyanacta.* epist. 99, 23 *filii tui* quamvis -i iocos. IVV. 6, 89. TAC. Agr. 4, 2 statim -us sedem ... studiorum Massiliam habuit. PLIN. paneg. 26, 7 -orum civium. CE 428, 4 (*aet. Hadr.*) *antequam* quinque ... complerem -us annos. APVL. met. 4, 31, 6 auriga -us delphini Palaemon. ITALA Gal. 4, 1 (cod. g *al.*, *sim.* VVLG.) quamdiu heres -us est (*gr.* νήπιος). PS. MAR. VICTORIN. phys. 20 *Christus* nasci -us debuit (*de eodem*: 22 adhuc -us fere annorum XII. HIER. hom. Orig. in Luc. 18 p. 111, 11. CHROMAT. serm. 30, 2 L. in corpore -us. *al.*; *cf. l. 74. p. 549, 29*). AMBR. exc. Sat. 1, 61 lectoris. RVFIN. hist. mon. 7 p. 411[A] *manu* apprehendit quasi -um quendam Aethiopem (*i. daemonem ut*: DYNAM. vita Max. 8 l. 193 G. *ad rem cf. l. 42 et* PALLAD. hist. mon. 1, 5 p. 266[D] *daemon* fit ... -us puer). *al.* ② *iuxta subst., quae infantem aut gradum cognationis significant* (*attributive vel praedicative*): PLAVT. Capt. 982 -o puero ([-um *codd., corrigitur sec.* 1013, *v. l. 18*]. Merc. 90 p. -o mihi paedagogus fuerat. Stich. 161 p. me gestavit -um. TER. Ad. 494 una a p. -is sumus educ[a]ti [*cf. l. 82sqq.*]. CIC. Cluent. 137 CALV. or. frg. Char. gramm. p. 296, 24 B. *al.*; *cf.* RVFIN. hist. mon. 29 p. 454[B] [*de daemonibus*] quasi -os quosdam puerulos [THEOD. MOPS. *p. 547, 51*]). Cist. 123 illanc ... -am puellam proiectam ... sustuli (552 CVRC. 528 TER. Eun. 108 VVLG. IV reg. 5, 2. *al.*). Poen. 1105 mihi ... gnatae ... sunt surruptae -ae (AFRAN. com. 208. ITALA II Macc. 5, 13 [rec. X] mulierum et natorum -orum [*gr.* τέκνων, *Vulg. om.* -orum]. CE 108, 8). Rud. 39 filiola (VAL. MAX. 1, 5, 3 ENNOD. opusc. 5, 22 p. 399, 11. *cf.* filia: NEP. Them. 8, 4. APVL. met. 10, 28, 1 [*postea*: infantulae]. COD. Iust. 6, 21, 6, 1 [*a. 225*]. *al.*). TER. Eun. 524 soror (*521* parva). CIC. Catil. 4, 3 filius *meus* (SEN. epist. 99, 1. 2 ASCON. Mil. p. 33, 13 TAC. hist. 3, 67, 2. *al.* SVET. Dom. 15, 1 APVL. met. 8, 31, 2. *et saepe, e. g.* PAVL. NOL. epist. 44, 3 [*opp.* adultuli]. AVG. civ. 19, 12 p. 373, 29 D. [*opp.* grandiusculis]. *cf.* VAL. MAX. 8, 8 ext. 1 -is filiolis). VAL. MAX. 8, 1 absol. 2 reus ... -os liberos suos ... commendare coepit (QVINT. inst. 2, 15, 8 [*in eadem re*]. IVST. 26, 1, 7. *al.*). SEN. Tro. 1089 nepotem (CVRT. 4, 10, 22 CAPITOL. Maximin. 20, 2. *al.*). CYPR. laps. 9 infantes (ARNOB. nat. 7, 36 p. 390, 13 M. HIER. in Ier. 31, 16/17 -i atque lactantes. CE 1170, 9 [*1* puer immaturus, *3* parvus]. *al.*; *cf.* infantulus -us *sim. vol. VII 1, 1353, 5. 28. 32sq.*). VVLG. gen. 43, 29 frater vester -us, *sc. Beniamin* ([*var. l.* minimus, *Itala Lugd.* iunior]. AVG. civ. 5, 25 p. 238, 21 D.). *al.* ③ *iuxta nomen proprium*: VARRO Men. 204 unus ... -us Amor (*nisi ad 2b coll. p. 550, 73sq.; sed cf. etiam l. 20sq. nec non* APVL. met. 10, 2, 4 primis elementis Cupido -us nutriebatur). CATVLL. 61, 216 Torquatus ... -us (*iuxta nomen patris de filio ut*: VERG. Aen. 4, 328 siquis mihi -us aula luderet Aeneas [*inde* IVV. 5, 138]. *cf.* AVR. Fronto p. 65, 23 v. d. H. de -a nostra Faustina [*sic distingui vid. ab uxore, cf. p. 550, 4*]). CIC. div. 1, 78 Platoni cum in cunis -o dormienti apes in labellis consedissent (*nomine subaudiendo*: VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 *Platonis* dormientis ... -i). MART. 5, 34, 3 -a ... Erotion (pallida *var. l.*). SVET. Claud. 27, 2 Britannicum ..., -um etiam tum. APVL. met. 5, 14, 4 (*sorores ad Psychen*) Psyche, non ita ut pridem -a (*cf. Helm ad l. et cognomen* Parvulus, -a). TERT. anim. 46, 9 Ciceronis ... -i etiamnunc. CAPITOL. Gord. 22, 2 Gordianum -um, annos agentem ... undecim *vel* ... sedecim. HIER. epist. 58, 3, 5 ubi quondam Christus -us vagiit (*cf. l. 30sqq. et* HIER. hom. Orig. in Luc. 15 p. 93, 19 Iesum [*al.*]). CIL X 8305 Primus -us innocens. INSCR. christ. Diehl 2829 (*a. 447*) Taurus -us, qui vixit anus octo *eqs.* (*sim.* 4419 [*a. 522*]). *al.*

β *masc. vel fem. pro subst.* (*exempla certiora, ambigua inter subst. et adi. v. supra, e. g. l. 18sqq. 67; de hoc usu egit Funck, Arch. Lat. Lex. 7, 1892, 75. 94sqq.; gr. respondet* παιδίον, *nisi aliud notavimus*): ① *significantur infantes, pueri puellaeve*: Ⓐ *exempla varia*: TER. Andr. 35 a -o ut semper tibi ... clemens fuerit servitus, scis (*item* a -o, -is: Ad. 48 *eum* eduxi a -o. CAES. Gall. 6, 21, 3 a -is [parvis *β*]. PACIAN. epist. 2, 4 p. 31. *cf. supra l. 40*). Eun. 155 -a hinc est abrepta

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *artius iungitur verbis quibusdam, ita ut quasi una locutio oriatur, quae sensum paene verbi compositi obtinet (ad rem cf. Löfstedt, Festschrift Wackernagel, 1923, 333 sqq. et Hofmann-Szantyr 455; cum multa a viris doctis allata varie explicari possint, potiora quaedam et notabiliora, sed non prorsus certiora, selegimus)*: **A** **-s esse** *i. q. deesse,* λείπειν (*suppl.* esse *l. 14; accedit dat. passim,* de *e. g. l. 6,* ad *e. g. l. 7. 12)*: **1** *subi. est* **neutr. sing.** (*ipsum verbum l. 15*): Optat. 7, 1 p. 166, 14 **nihil** -s est de lege (Avg. loc. hept. 5, 15. 6, 15 n. -s esset huic sententiae, etsi non haberet 'eos'. Conc.[S] II 5 p. 30, 22 ad demonstrandum. Theod. Mops. in Gal. 3, 25/6 p. 55, 18 [*gr.* λείπει]. *al.*). Serv. gramm. IV 428, 11 quando dicimus 'ipse legens', -s est **aliquid**, puta 'dixit' (Avg. serm. coll. Morin p. 193, 27 [minum *trad., v. p. 576, 58*]. Conc.[S] II 3, 2 p. 155, 20 [*cf. Rustic. p. 137, 3* deesset, *gr. II 1, 2 p. 129, 4* λεῖπον]. Op. imperf. in Matth. 53 p. 937 ad usum. *al.*). Hier. praef. Vulg. euang. p. 3, 10 quod in eadem re alius euangelista plus dicit, in alio, quia -s (*sc. esse*) putaverint, addiderunt *codices.* *al.* *subi. est* **ipsum verbum omissum** (*plura* Hier.): Serv. Aen. 1, 365 devenere locos: -s est 'ad'. 1, 530 -s est . . . 'quam' (*auct.* deest). 2, 419 atque imo: 'ab' -s est. 2, 458. 4, 281 -s est 'quamquam' (*auct.* deest). *al. apud eundem.* Hier. epist. 121, 2, 6 in euangelio -s est: *sequuntur verba quae desunt* (*cf. postea*: pauca verba . . . praetermisit).
2 *subi. est* **quodlibet** (*sing. vel plur.*): Chiron 50 *genesta* si -s est, *eqs.* Hier. praef. Vulg. pent. p. 68, 8 *Origines asterisco* inlucescere facit, **quae** -s ante fuerant, aut superflua iugulat *obelo* (praef. Vulg. par. p. 5, 1 asteriscis designans q. -s fuerint. Hesych. in lev. 8, 26 p. 883[C] Cassiod. inst. 1, 29, 2). Avg. serm. 209, 1 in quantum -s est *caritas* (*opp.* adest). serm. coll. Morin p. 153, 33 ut unus digitus -s sit. Op. imperf. in Matth. 9 p. 681 sicut et zizaniae numquam sunt -s in agro, sic non sunt -s irritatores in mundo. Lvx. anth. 332, 8 cui *horto* numquam -s est amoena frondis. Greg. Tvr. glor. conf. 5 p. 752, 22 quae *species* -s erant. Bened. reg. 56, 2 mensa abbatis cum hospitibus . . . sit semper; quotiens tamen -s sunt hospites, *eqs.* CIL XIV 3437, 5 tegulas, quae -s erant, de suo reposuit. *al.*

B **-s facere** *i. q.* **auferre, omittere, recusare** *sim.*: **1** *obi. est pron. vel subst.*: Optat. app. 1 p. 188, 31 si quid -s factum fuerit (*sc. a ministris curatoris domum perquirentibus*). Hier. hom. Orig. in Is. 2, 1 p. 250, 3 -s aliquid facere de profeta (*item mutatur textus*: p. 250, 19 nihil ex eo). Avg. in psalm. 93, 23 l. 31 *caeco* cui -s in utero oculos fecerat *deus* (*nisi per negationem explicandum; eodem spectant*: serm. 136, 1 quod -s fecerat. *ibid. bis* oculos. c. Iulian. op. imperf. 3, 162, 2 lumina). Tab. devot. Audollent 122, 8 quisquis mihi imudavit, involavit -sve fecit eas res (*v. vol. VII 1, 515, 26*). CIL IX 5860, 6 aliquit de marmoribus. **2** *obi. est enunt.*: Theod. Mops. in Eph. 5, 18 p. 182, 10 ut numquam -s faciatis, quin . . . laudetis deum.

C **-s habere** *aliquid i. q.* **carere aliqua re** (*iuxta obi. praeter l. 52. 55*): Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 57 *Christus* nihil de naturalibus -s habuit (*eodem spectant*: 4, 59. 6, 36. *cf.* Avg. *ibid.* 4, 59 -s haec habere). Avg. immort. 7, 12 id ipsum esse -s habet *animus.* serm. 15A, 8L. ego -s (minum *edd. rec. sec. cod. C, v. p. 576, 58*) habebo unum digitum (*cf. supra l. 25*). de serm. dom. 1, 8, 20 aut addendo dicit quod -s habet aut faciendo quod habet. *ibid. iterum.* Greg. M. dial. 4, 26, 1 de perfecta iustitia aliquid -s habuerunt. Orig. in Matth. 13, 17 p. 224, 7 unusquisque tantum -s habet de similitudine puerorum, quantum longe est *eqs.* (*gr. bis* ἀπολείπεται). 16, 5 p. 481, 6 adhuc -s habebant de perfectione (*gr.* ἔλειπεν). in Matth. ser. 64 p. 149, 16 -s habebant oleum *virgines fatuae.* Adnot. Act. Petr. 28 p. 78, 3 (cod. Vercell. saec. VI) hic -s abet (*significatur lacuna ut*: 35 p. 87, 20; *impersonaliter an subi.* '*codex*'?). **-s haberi** *i. q.* **deesse**: Hier. epist. 106, 7 ubi quid -s habetur in graeco ab hebraica veritate. Compvt. Carth. 1, 4 p. 281, 9 -s . . . habentur ad plenum diem . . . horae tres *eqs.*

D **-s venire** *i. q.* **deesse** (*sc. in summa computationis*): Bened. reg. 18, 16 -s veniunt tres psalmi.

adv. superl. **minimē.** *scribitur* menimae Itala exod. 33, 12 (Lugd., *adnot. cod. in marg. inf.*), menime Pap. Chart. lat. ant. XX 711, 29 (*a. 565/570*). *al.*, mineme Novell. Valent. 25, 1 (*cod. M saec. VII*); *de scriptura* -nume, *quae non raro in edd. legitur, cf.* Cassiod. gramm. VII 150, 16 (*ex Cornuto*) in antiquiorum multo libris, quam Gaius Caesar est, per u pleraque scripta invenio, . . . minume; melius tamen est . . . i litteram pro u ponere *eqs.* *superl. auctum* minimissime *v. infra p. 585, 35; cf. particulas auctivas* Qvint. inst. 6, 3, 82 utique -e. Lact. opif. 1, 1 quam -e sim quietus (*aliter sub IA2a*). *de notione*: Gloss.[L] II Philox. mi 15 -e: οὐδαμῶς. Gloss. II 323, 54 ἥκιστα: -e. *legitur inde a* Plavto, Catone, Ter., Rhet. Her., Cic. *per totam latinitatem, sed a poetis neglectum (singulis vel paucis locis apud* Lvcr., Pvblil., Hor. sat., Verg., Ov., Manil., Phaedr., Sen., Bvc. Eins., Ivv. *al., cf. Axelson, Unpoet. Wörter 92).* [*confunditur e. g. cum* memini Cic. de orat. 2, 303, *cum variis formis vocis a. e.* minimus *e. g.* Varro Men. 175 Cic. nat. deor. 2, 3 Lael. 11 off. 1, 150 Liv. 45, 4, 5 Val. Max. 3, 2, 15, *cum nomine e. g.* Vitr. 1, 7, 2 Pavl. Fest. p. 122.]

I *servata vi superlativi vel elativi, sc. significat gradum quendam infimum qualitatis aut actionis minutae vel restrictae (mensurae v. sub B; cf. Hand, Tursellinus III 608 sqq.; voci, ad quam pertinet, anteponi solet, postponitur* Mela 3, 47 Sen. Phaedr. 895 Qvint. inst. 5, 10, 5 Itala act. 20, 12 [cod. e = Vvlg.]): **A** *relatione sollemni (exempla potiora, alia v. sub II)*: **1** *sine additamentis*: **a** *pertinet ad*

[Gatti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adi. (*adv.* CATO, CELS. 8, 10, 1^A; *selecta inde a* CIC.; *positivo tantum adiungi docent* DON. gramm. IV 375, 1 SERV. gramm. IV 431, 15. *al.*): PLAVT. Stich. 120 ex malis multis malum quod minimumst, id -est malum ([-um est *P*]. CELS. 5, 28, 17^A -e m. est *ea species*, quae *eqs.* [*postea*: alterum genus peius . . ., tertia . . . deterior *eqs.*]. SEN. dial. 9, 7, 4 pro optimo *amico* sit -e malus. QVINT. inst. 7, 1, 37 aut id, quod optimum est, aut id, quod -e m.). CATO agr. praef. 4 invidiosus. *ibid.* male. TER. Eun. 2 placere . . . bonis quam plurimis et -e multos laedere *eqs.* ([*nisi* quam *etiam cum* -e *iungas, ut ad 2a pertineat*]. LIV. 31, 8, 8 -e m. stipendia [*item* 31, 8, 10]). CIC. Scaur. 32 -e durum aut asperum (CVRT. 7, 11, 14 -e a. ac praeruptus). Phil. 12, 21 cara. de orat. 2, 313 quae -e firma sunt *in argumentando* (CAES. Gall. 1, 52, 2 *partem* -e firmam hostium. 7, 60, 2. 7, 84, 2). 3, 33 -e sibi quisque notus est. VARRO rust. 1, 38, 3 -e bonum *stercus* equinum (*comparantur alia*). CAES. Gall. 2, 33, 2 -e arduus . . . ascensus. LIV. 32, 16, 15 ab ea parte, quae -e suspecta erat, impetu facto. VITR. 2, 9, 10 -e materies utilis (*sed Cet. Fav. 12* inutilis). CELS. 3, 26 -e pingues cibi. 8, 10, 1^A -e periculose. SEN. nat. 6, 21, 2 res -e . . . noxia; . . . longe perniciosior (PLIN. nat. 29, 87). *al.* **b** *pertinet ad verba vel ad totam sententiam*: CIC. inv. 1, 8 oratori minimum est de arte loqui . . ., multo maximum ex arte dicere, quod eum *Hermagoram* -e potuisse omnes videmus (SALL. Catil. 6, 7 eo modo -e posse *eqs.* LIV. 6, 11, 2. 27, 47, 6 SEN. dial. 5, 13, 4. *al.*). div. in Caec. 10 quem *actorem* -e velit ([maxime *pars codd.*]. 22 a quo Verres -e se accusari velit. Att. 9, 19, 2 id, quod -e vellem [-um *trad., rest. Gronov*]. fam. 6, 4, 3 ubi quisque sit, ibi esse -e velit. *al.*). Verr. II 4, 151 -e conveniebat ei deorum honores haberi, qui simulacra deorum abstulisset (Deiot. 28 hoc maledictum). Mur. 47 cui -e proderant. Phil. 10, 20 non est viri, -eque Romani *eqs.* (CELS. 6, 6, 1^B idque lippitudinis genus -e cum dolore est [*sed Hippocr. prorrhet. 2, 18 p. 44* ἀνώδυνος]). de orat. 2, 208 in eos, quos -e quisque debuerit, . . . *odium* excitatur (SEN. benef. 4, 3, 2 beneficia distribuere). 2, 341 ad orationis laudem -e adcommodata est (fam. 5, 16, 1 ad te consolandum). Brut. 207 mihi placebat Pomponius maxime, vel dicam, -e displicebat. orat. 222 quod -e apparet et valet plurimum. Tusc. 5, 100 intelleges, qui voluptatem maxime sequantur, eos -e consequi. nat. deor. 1, 6 et, cum -e videbamur, tum maxime philosophabamur (SEN. dial. 2, 18, 3 QVINT. inst. 9, 1, 19). *al.*

2 *accedunt additamenta quaedam*: **a** *iunctura* quam -e, *sc.* '*quam -e fieri potest*' (*cf. supra l. 9; aliter, sc. interrogando* LACT. *p. 582, 70*): α *pertinet ad adi.* (*adv.* CIC. off.): CATO agr. 35, 1 viciam et fenum graecum q. -e herbosis locis serito (*inde* PLIN. nat. 18, 164 q. -e aquoso herbidoque). 38, 2 lapidem . . . q. -e varium. 38, 3 *fornax* quam altissima et q. -e ventosa. 158, 1 *pernae frustum* q. -e pingue. CIC. Verr. II 1, 75 quo q. -e multi . . . audire possent (NEP. Timol. 3, 3 q. -e multa vestigia). off. 1, 114 ut ea, si non decore, at q. -e indecore facere possimus. CELS. 3, 22, 5 locis q. -e frigidis. SEN. benef. 1, 12, 1 mortale. dial. 9, 7, 4 inquinatos. PLIN. nat. 12, 97 fervens. 17, 69 rimosum. 36, 155 uliginoso. QVINT. inst. 8, 1, 2 peregrina et externa. β *pertinet potius ad verba vel ad enunt.* (*fere finalia sim.*): CIC. fin. 5, 87 ut q. -e animus a cogitationibus abduceretur. fam. 3, 3, 2 *si copias* q. -e imminueris. LVCR. 2, 852 q. -e ut possit . . . perdere (CELS. 3, 6, 17). NEP. Eum. 8, 7 ut q. -e fieret ignis. CELS. 1, 5, 2 si q. -e . . . loca aquasque mutet *aegrotus*. 8, 10, 1^G articulum . . . q. -e vincire opus est. COLVM. 8, 17, 6 *ut* q. -e . . . sentiant. 11, 3, 50 ut q. -e . . . admittatur. 12, 3, 8 q. -e oportebit . . . consistere. 12, 52, 13 ut q. -e . . . desideretur. PLIN. nat. 15, 22 ventilatis. QVINT. inst. 2, 13, 14 q. -e alligare. VLP. dig. 18, 6, 1, 3 ut q. -e detrimento sit.

b non -e *sim., sc. in figura q. d. litotes*: nec: CIC. de orat. 2, 322 est id . . . in totam orationem confundendum, n. -e in extremam. non: QVINT. decl. 360, 3 n. -e propterea. ITALA II Macc. 14, 8 (rec. L, *sim.* rec. X *et* VVLG.) n. -e vexatur (*gr.* οὐ μικρῶς, *aliae vers.* non modice, non mediocriter). act. 20, 12 (cod. e = VVLG.) consolati sunt n. -e (*gr.* οὐ μετρίως, *codd. d, g* non mediocriter). ACT. Petr. 4 scandalizabantur. PASS. Theclae Bb 16 te accusant (*aliae rec.* leviter *vel* pauci). haud: VITAE patr. Iurens. 146 M. lacrimis . . . h. -e deciduis.

c *accedit gen. partit., sc.* -e omnium (*aliter p. 584, 37*): CIC. S. Rosc. 96 ad te -e o. pertinebat. orat. 227 quod . . . tu -e o. ignoras. LIV. 32, 32, 14 non omnium . . . credo fidei . . ., atque o. -e Aetolis (*cf. Polyb. 18, 1, 7* ἀπιστεῖν . . . μάλιστα). EPIST. imp. Constant. frg. Vat. 36 condecebat.

B *determinatur mensura quaedam* (*per terminum inferiorem, cf. p. 561, 50 sqq.; dub.* SCRIB. LARG. 15, *v. Sconocchia in app. crit.; in iunctura* ut -e *l. 83*); *apponitur ad*: **1** *sing.*: CELS. 2, 8, 38 is morbus erit longissimus -eque ann⟨u⟩us (*cf. Hippocr. prorrhet. 2, 41* ἐνιαυτὸν τὸ ἐλάχιστον). 3, 4, 18 -e pars dimidia. COLVM. 5, 10, 13 nux a nuce -e palmo absit (*item* arb. 22, 2). arb. 7, 6 -e triennio. **2** *plur.*: COLVM. 1, 6, 6 pedes decem vel -e novem. 1, 6, 21 piscinas -e duas (arb. 16, 3 -e duobus mensibus. 19, 1 -e ante duos menses. QVINT. inst. 9, 4, 125 [-um *var. l.*]). 5, 9, 12 -e bis anno arari debet. 5, 10, 7 -e tribus pedibus (QVINT. inst. 5, 10, 5 tribus -e partibus [-um *pars edd.*]). 5, 10, 17 ut -e dies XXV ad brumam supersint (arb. 24 quinque et viginti). 5, 11, 6 dum -e quattuor digitis insita extent. SCRIB. LARG. 20 -e quater quinquiesve (*inde* MARCELL. med. 8, 1 ut -e). MELA 3, 47 septem -e, interdum plures.

II *adhibetur potius pro particula negandi* (*cf.* CHAR. gramm. p. 267, 27 B. [*ex Romano*] -e pro non [*affert* CIC. Tusc. 2, 44]. GLOSS. V 537, 12 -e: non; *v. etiam Hand, Tursellinus III 611 sqq.; inter superl. et negationem saepe discerni nequit; quam difficultatem illustrat e. g. Thesleff, Yes and no in Plaut. and Ter., 1960, 60 sqq.*). *de collocatione*: -e *anteponi solet voci negatae; postponitur* CELS. 3, 7, 1^A (*ordine inverso J*). APVL. met. 4, 2, 8 (*v. Hijmans, 1977, ad l.*). LVCIF. Athan. 1, 1 l. 42 D. 1, 32 l. 70 COD. Iust. 4, 20, 19, 2. *per abundantiam* COD. Theod. 12, 1, 189 nec . . . -e . . . obstringatur; *addas fortasse* FEST. p. 218 opinionem, neque in hoc neque in aliis . . ., refutare -e necesse est (*per* neque . . . neque *distribuitur negatio sequens*). PLIN. nat. 25, 61 vetant dari *helleborum* . . .; -e sanguinem excreantibus (-e *excipit negationem in* vetant *latentem*).

A *ponitur per se, sc. sententiae loco*: **1** *in responsione* (*vel quasi responsione*): **a** *simplici*: PLAVT. Bacch. 87 manum da et sequere.:: aha ,-e. 1186 faciet.:: -e, nolo. Curc. 206 amore utemur semper surrepticio?:: -e. Men. 1035 una tecum ibo domum.:: -e. 1122 uno nomine ambo eratis?:: -e. Most. 693 nunc dormitum iubet me ire *uxor*: -e. *al.* TER. Haut. 629 scio quod feceris: sustulisti . . . :: -e. Phorm. 526 non pudet . . .?:: -e. *al.* RHET. Her. 4, 16, 23. CIC. S. Rosc. 2 quid ergo? audacissimus ego ex omnibus? -e. Verr. II 4, 146 at quis appellat? magistratus aliqui? nemo. senator? ne id quidem. Syracusanorum aliqui? -e. *et saepe.*

b *amplificata*: α *per geminationem*: PLAVT. Trin. 752 sed ut ego nunc adulescenti thensaurum indicem . . .? -e, -e hercle vero. CIC. Mil. 104 '-e, -e' inquit; 'immo vero *eqs.*' TAC. dial. 14, 2 '-e, -e', inquit Secundus, 'atque adeo vellem *eqs.*' β *per particulas auctivas* (*cf. e. g. l. 55. 74. 84. p. 585, 8*): PLAVT. Trin. 752 hercle (*v. l. 25. cf.* CIC. Lael. 30 Africanus indigens mei? -e hercule. PLIN. nat. 29, 15 damnatam . . . rem utilissimam credimus? -e, Hercules). *ibid.* vero (*v. l. 25.* CIC. Lig. 20 reprehendo igitur? -e v. de orat. 1, 133. 2, 49 Brut. 232 rep. 1, 17. 1, 61. fin. 3, 12 hanc eorum . . . sententiam sequi nos censes oportere? -e v. istorum quidem, inquit. *al.* PLIN. nat. 28, 2). TER. Hec. 814 cessas?:: -e equidem. CIC. fin. 3, 12 quidem (*v. l. 33.* Att. 8, 9, 2 num igitur peccamus? -e vos q. 12, 41, 2. 14, 14, 2 ista culpa Brutorum? -e illorum q., sed aliorum. SEN. epist. 104, 24 -e q., si *eqs.*). γ *per gen. partit., sc. in formula* -e gentium: *v. vol. VI 2, 1857, 8, ubi addas*: TER. Ad. 342 quapropter quoquo pacto tacitost opus.:: ah! -e g.! (SCHOL. Bemb. non omnino). AMBR. virginit. 2, 6 hoc probamus? -e g.

2 *in locutione bimembri*: **a** *disiunctiva* (*fere interrog.*): COD. Iust. 4, 12, 1 (*a. 287*) utrumne iure steterint an -e (LVCIF. Athan. 1, 31 l. 37 D. legisti 'nolite zelari . . .' an -e? BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 4 p. 92, 9 utrum . . . an -e. in top. Cic. 1 p. 279, 12 trin. 5, 7. 6, 28 RVSTIC. c. aceph. p. 1184^A. 1222^D). ARNOB. nat. 1, 49 p. 44, 23 M. reputare quis mereatur aut -e (BOETH. c. Eut. 5, 48 aut . . . traxit aut -e). NOVELL. Theod. 17, 2, 2 seu in iudicium sit deducta seu -e. **b** *adversativa* (*sc.* si -e, *cf.* si minus *p. 580, 77*): VVLG. I reg. 6, 9 si quidem . . . ascenderit . . .; sin autem -e, *eqs.* DIONYS. EXIG. Conc.^S I 5 p. 242, 24 quae . . . anathematizare necesse est, huic epistulae nostrae subiecta sunt; ⌊quod si -e, *eqs.*⌋ (⌊ ⌋ *add. interpres*).

B *ponitur in conexu sententiae*: **1** *pertinet ad adi.*: PLAVT. Capt. 323 ubi -e honestumst, mendicantem vivere (CIC. off. 3, 49 perutile esse consilium . . ., sed -e h.). Men. 338 miror, qui ille noverit nomen meum.:: -e hercle mirum (TER. Hec. 220 Haut. 245 CIC. Verr. II 4, 102. 5, 48 dom. 140. *al.*). Mil. 356 -e malas (CIC. div. in Caec. 45 de orat. 2, 303. rep. 3, 26 in disserendo. Tusc. 2, 44 Epicurus, homo -e m. vel potius vir optimus. off. 3, 39 philosophi quidam, -e m. illi quidem, sed non satis acuti. *al.*). 647 *v. sub 4.* Vid. 43 -e mendace (CIC. Cluent. 175 percuriosus et -e m. VARRO rust. 2, 4, 11). TER. Hec. 759 quibus est -e aequom (LIV. 32, 18, 1 -e ae. animo. 37, 53, 7 PAPIR. dig. 48, 12, 3 pr.). CIC. inv. 2, 36 -e . . . pecuniae cupidus (SVLP. SEV. chron. 2, 46, 4 habendi). S. Rosc. 112 quod -e videtur grave iis, qui -e ipsi leves sunt. Verr. II 1, 134 hominem modestum et -e pertinacem (off. 1, 134 LIV. 9, 22, 5). II 4, 12 hominem maxime locupletem, -e avarum (Phil. 2, 113). Mur. 28 -e obscuris litteris (Mil. 26 res. Marcell. 15 consilium. fin. 3, 40. div. 2, 133 valde Heraclitus o., -e Democritus. Att. 14, 22, 1 QVINT. inst. 8, 6, 74). 50 -e timidum et valde calamitosum (p. red. in sen. 3 et maxime fidelem et -e t.). Flacc. 48 rem -e dubiam (Cael. 15 Balb. 56 har. resp. 20 nat. deor. 3, 10. fam. 3, 9, 2 spe -e d. et plane explorata. *al.*). *al.* VARRO rust. 3, 16, 7 -e malefica. CAES. Gall. 3, 19, 6 mollis ac -e resistens. *et saepe.*

2 *pertinet ad verba vel ad totam sententiam*: PLAVT. Capt. 545 edepol -e miror, si *eqs.* (Rud. 505 pol -e m., navis si fractast tibi. TER. Haut. 383. 525 CIC. Phil. 2, 87. *al.*). 640 ubi is nunc est?:: ubi ego -e atque ipsus se volt maxume (CATO orig. 95g quod mihi et liberis meis -e dici velim. TER. Eun. 333 cum -e vellem -eque opus fuit. CIC. div. in Caec. 13 Verr. II 2, 128. *al.*). Most. 272 etiamne unguentis unguendam censes?:: -e feceris (Rud. 1245 faciet. CIC. fam. 3, 5, 3 esse faciendum. CVRT. 5, 2, 15 -e vero haec feceris. GAIVS dig. 34, 5, 7 pr. *al.*). Poen. 327 damnum . . . Mercurius -e amat. Stich. 27 -e irasci decet (CIC. Mil. 1 Phil. 12, 1. Tusc. 4, 55 *oratorem* irasci -e decet, simulare non dedecet. ad Brut. 17, 2 W. Ov. rem. 408. *al.*). TER. Hec. 85 -e equidem me oblectavi. 409 hunc -est opus in hac re adesse ([DON.:

[*Gatti*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

omnino non est o.]. Eun. 333 *v. p. 584, 77.* Ad. 625 QVINT. inst. 9, 4, 134 TERT. patient. 7 p. 11, 19). Ad. 881 id mea -e refert. CIC. inv. 1, 57 neglegendus (rep. 1, 11). 1, 104 oportuerit (2, 130. 135 COLVM. 7, 5, 21 PAPIR. dig. 42, 1, 35. *al.*). 1, 109 conveniat (2, 135 Flacc. 44 fin. 3, 66 Att. 11, 18, 1 fam. 13, 5, 2. *al.*). S. Rosc. 118 hoc ... -e latet (VVLG. gen. 35, 22 CONC. Carth. a. 525 [Corp. Christ. 149] p. 263 l. 342). Verr. I 29 *iudicem* -e expediat *eqs.* (LIV. 26, 38, 2 PLIN. nat. 21, 31). II 1, 60 -e probandum (Cluent. 128 prov. 36. fin. 3, 70 -e vero probatur *eqs.* 4, 46. ac. 1, 17 quod -e Socrates probabat. *al.*). *al.* *in locutionibus ellipticis (omisimus ea, quae facillime e contextu suppleri possunt)*: CIC. Tusc. 1, 40 num ... dubitamus? an sicut pleraque? quamquam hoc quidem -e; *eqs.* LIV. 23, 47, 6 -e ... cantherium in fossam (*sc. demiseris vel sim.; cf. Otto, Sprichw. n. 337*). CELS. 1, 2, 3 -eque ... committere (*inf. pendet e verbo q. e.* debet, *quod non paulo antecedit; similiter antecedit* oportet 4, 10, 1. *eadem ratione fortasse explices* COD. Theod. 6, 27, 1 -e ... revocari, *ubi antecedentia a compilatoribus neglecta esse videntur*).

3 *pertinet ad adv.*: PLAVT. Mil. 1001 loquitur laute et -e sordide. CIC. inv. 2, 119 -e eiusmodi esse. rep. 1, 65 facile (CELS. 2, 8, 25). ac. 1, 43 breviter sane -eque obscure (BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 10 p. 159, 15). facet. dict. 19 -e sero veni. CAES. Gall. 1, 1, 3 -e ... saepe commeant. LIV. 29, 36, 11 ambitiose. 42, 48, 2 crimen et maxima cura et -e tamen probabiliter ... defensum. VITR. 1, 7, 2 quo -e semper homines ... necesse habeant adire (*coni. Marini*, nomine *trad.*). PAVL. FEST. p. 377 viriliter. SEN. contr. 2, 2, 12 verbis -e licenter usus est *Ovidius*. PLIN. nat. 21, 178 diligenter. ARNOB. nat. 2, 47 -e istud necessario sequitur. COD. Iust. 10, 72, 7 (*a. 383*) -e diu ... maneat *eqs.*

4 *pertinet ad subst.* (*sc. verbalia in* -tor *et* -trix *terminata, quae etiam pro adi. posita esse possunt, cf. p. 578, 83; iuxta adi.* PLAVT., SVET., HIPPOCR.): PLAVT. Mil. 647 -e sputator, screator sum, itidem -e mucidus. LIV. 6, 2, 12 -e largitore duce. PLIN. nat. 14, 51 -e utique miratore inanium. QVINT. inst. 12, 1, 20 -e sui contemptor. SVET. Vesp. 14 offensarum inimicitiarumque -e memor executorve. HIPPOCR. aer. 4 p. 7, 27 voraces ... huius modi naturas esse et -e potatrices (*gr.* οὐ).

?*adv. superl.* **minimissimē** (*ad formam cf. p. 554, 49*). *fortasse i. q. portionibus minimis, parcissime*: CHIRON 145 cibariam -e dato ('cibaria minimissima?' *Oder in app.*, minutissima *Lommatzsch*).

Gatti.

adv. **parvē.** *fortasse adv. pro adi. praedic. i. q. eo modo, qui staturae parvae proprius est (ad humilitatem sim. refert Soubiran, alii ad statum vicinum)*: VITR. 9, 4, 5 -e (parvus *Rose*) per eas *stellas* (*Soubiran*, eos *trad.*) flectitur Delphinus (*spectare vid. ad Arat. 316* οὐ μάλα πολλός, *cf. Germ. 321* brevis; *textum omnino mutavit Krohn*).

adv. superl. **parvissimē.** *i. q. minime (sc. vi superlativi vel elativi); pertinet ad: levitatem actionis*: CAEL. AVR. acut. 2, 34, 182 si multo -e fuerit laesa *ea pars* (*i. cor*). chron. 2, 13, 172 aerem ... -e tepidare (parvissimi *edd. vet.*). *brevitatem sermonis*: CAEL. AVR. acut. 2, 38, 218 plurimi ... tacuerunt, aliqui ... memoraverunt ..., -e quidem *eqs.* *parcitatem bibendi (medicaminis)*: CAEL. AVR. chron. 2, 14, 206 *medicamen* sorbendum -e, ad modum unius cyathi ..., dehinc plurimum *eqs.*

deriv.: parvitas, parvulus; minister, minoro (-are), minuo, minusculus; minimo (-are).

compos.: parvibibulus, -collis; per-, praeparvus; minopere; perminimus; parumloquium, parumper, perparum.

cf. Onom. *Kuhlmann.*

parygrus, -a, -um, παρυγρος. [*de* AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 42 *v. sub* parichrus.] *i. q. leviter humidus (de medicamentis)*: MARCELL. med. 36, 51 adhibendum ... -um cerotum (ORIBAS. syn. 3 add. 24 La p. 902 ceruta calasticon -on [pari yciron *vel* ygron *codd.*; *ibid. iterum*]). ORIBAS. syn. 6, 50 add. Aa p. 128 empl⟨astrum⟩ ygra, id est -on ([partigron *cod. Sangall.*]. 8, 28, 5 Aa p. 246 -o e. uteris [*gr.* τῷ παρύγρῳ καλουμένῳ φαρμάκῳ, *La* paragro *contextu turbato*]). *n. sing.* -on *pro subst.*: ORIBAS. syn. 3 add. 24 La p. 903 parigron calasticum.

parypatē *v.* parh-.

1. *pās, pāsa, pān, πᾶς. [*dub. an huc pertineat* CIL IV 2330 pan⟨...⟩; GLOSS. III 195, 3 *v. sub* panax; NOT. Tir. 17, 84 *est syllaba* pan-; pantes *in* pantio PLAVT. Persa 858 *latere suspicatur Lindsay, Class. Rev. 19, 1905, 111.*] *vox saepius in locutionibus gr. textui lat. inseritur, e. g.* CIC. fam. 12, 20 (*idem* 15, 17, 1). PLIN. epist. 1, 20, 15. *scribitur litteris latinis*: CIL IV 2162 panta (*sine contextu et lectionis minus certae ut* 2178b). INSCR. christ. Diehl 3525,3 ec ton emon panton tuto emon (*de qua formula v. Ferrua, Epigraphica 2, 1940, 11*). 4889 archon pases tessimen (*i.* τῆς τιμῆς). ORIBAS. eup. 2, 1 G 3 Aa *et* La ge pasa, terra omnis. GLOSS.[L] I Ansil. PA 243 pan: omne graece (*sim.* 321. *al.*).

cf. diapanton, topanta; pallucidum (*dub.*).

2. pās *v.* pax.

pasca *v.* pascha.

pascālis *v.* paschalis *et* pastalis.

pasceolus, -ī *m.* *transformatum e gr.* φασκώλιον. *explicat* NON. p. 151, 10 ex aluta sacculus (*affert locos infra cit.*); *hinc pendent* GLOSS. V 606, 67 paculum (*i. phascolium*): sacculum, pasceolum (*acc. masc., vix neutr.*). 645, 33 pacceolus: alutacius (mut- *trad.*) sacculus. ?*addas* GLOSS. III 487, 10 pasce⟨ol⟩us: θύλακος. [*ad formas gr. referimus haec: ad* φασκώλιον GLOSS. *p. 585, 84* (paculum), *ad neutr.* φάσκωλον PAVL. FEST. p. 223 phascola (*G*, -colla *cett.*, -colia *edd.*) appellant Graeci, quas vulgus peras vocat.]

i. q. sacculus ad nummos continendos aptus (ad rem v. Schneider, RE XIX 2, 1898 sq.): PLAVT. Rud. 1314 nummi octingenti aurei in marsuppio infuerunt, praeterea centum minaria Philippa in -o sorsus (*contextu non prorsus sano; 1318* talentum argenti ... inerat in crumina). CATO or. frg. 49 (205 M.) pueris in ludo stilos, -os furare. LVCIL. 446 Syracusis sola, -um ⟨...⟩ alutā[men] (*enumerantur res luxuriosae*).

? **pasceus** *v. l. 2.*

***pascha,** -ae *n. et f.* (*indecl.?, cf. l. 49 et 64*), πάσχα (*quod in graecis respondere solet*). *de origine (cf. Mohrmann, Études sur le latin des chrét., I 1958, 205 sqq.)*: *1) graeca (cf. p. 588, 45)*: LACT. inst. 4, 26, 40 immolatio pecoris ab iis ipsis, qui faciunt, -a nominatur ἀπὸ τοῦ πάσχειν, quia passionis figura est. PS. ORIG. tract. 9, 9 B. ex passione nomen accepit. AVG. epist. 55, 2 (*contra graecam defendit orig. hebr. ut*: in euang. Ioh. 55, 1 in psalm. 120, 6). PS. AVG. quaest. test. I 116, 1 CHROMAT. serm. 17A, 1 L. GLOSS. -a: passio. *2) hebraica*: GAVDENT. serm. 2, 25 G. -a ... hoc est transitus (*sim.* AMBR. hex. 1, 4, 14 AMBR. [?] sacr. 1, 4, 12. AVG. civ. 16, 43 p. 194, 28 D. -a ... Hebraea lingua t. interpretatur. *al.*). HIER. in Ezech. 25, 15/17 l. 350 pro hebraico phascha graecum et latinum -a. in Matth. 26, 2 -a, quod hebraice dicitur phase (GLOSS. IV 546, 60). EVCHER. instr. 2 p. 154, 1 -a: transcensus (*sim. ibid. l. 4. cf.* CASSIOD. Ios. antiq. 2, 313 -a quod significat transcensionem). *al.* *3) latina*: AVG. serm. coll. Morin p. 32, 12 sqq. (*post explic. hebr. et gr. addit*) latine -a pascere, ut dici solet 'pascam amicos'; ... -a quis agit, nisi qui pascit in pauperibus Christum? (*cf.* CHROMAT. serm. 17A, 2 L. -a .. cum Christo manducamus, quia ipse pascit, quos ipse salvat). *scribitur*: pasca ITALA II par. 30, 1. 2 (Complut. *al.*). Matth. 26, 17 (cod. q *ut* 26, 18 Marc. 14, 1 Ioh. 2, 23 [*sed* pascha *saepe in eodem cod.*]). COMPVT. Carth. 1, 2. 2, 3. 4. *al.* (*cf. gen.* pasces CIL X 4518 *a. 574*); *in cod.* ff[2] ITALAE *legitur* pascha, pasca, phascha (*cf. l. 24*), phasca. NOT. Tir. 122, 220 prima -a (122, 222 in p. -a. 122, 223 per p. -a). 122, 221 in -a.

de genere et formis: PS. ASPER gramm. suppl. 44, 23 (*cod. B, v. app. crit.*) *inter nomina gr. declinanda sicut* chrisma, chrismatis *eqs.* (*at exempla in schedis nostris non exstant; vix agnosces l. 64*). GRAMM. suppl. 96, 6 *inter* neutra nomina primae declinationis in -a desinentia (*enumerat casus*: hoc -a, huius -ae *eqs.*). *exempla (quatenus e contextu aliquid cognosci potest)*: *1) sing.*: *a) nom.* -a *fere neutr., sed fem.* ITALA Ioh. 11, 55 (cod. a). PEREGR. Aeth. 5, 9 CHRON. Alex. chron. I p. 125, 287. *b) gen.* -ae *fem.* TERT. bapt. 19 p. 217, 5 GAVDENT. serm. 4, 1 G. 4, 13. 5, 1. 8, 1. 10, 25 PRISCILL. tract. 4, 76 QVODV. prom. 3, 38, 44 CANON. Turner II 2 p. 232 rec. II. *al.*; *neutr.* AMBR. epist. extra coll. 13, 9. 13, 18 PS. AVG. serm. ed. Mai 99, 1. CASSIOD. hist. 2, 12, 13 (*at* 11, 5, 1 *fem.*). IORD. Rom. 363 CAES. AREL. serm. 204, 2; *alia*: -es CIL X 4518 (*a. 574*); -a (*indecl.?*) ITALA Ioh. 19, 14 (cod. q *al.*). PAVL. NOL. carm. 27, 53 COMPVT. cod. Col. prol. 12 p. 234. *c) dat.* -ae IVVENC. 1, 285. *d) acc. neutr.* -a *passim; vix masc.* HESYCH. in lev. 22, 26/28 p. 1078[C] -a ... intellegibilem (*corrigas* -bile); *fem.* -am (*at* FILASTR. 58, 1 celebrandum esse -am; *saepe cum var. l.* -a) ITALA Matth. 26, 17 (codd. q r[1]). Marc. 14, 16 (cod. k). Luc. 22, 11 (cod. r[1]). Ioh. 11, 55 (cod. r[1]). GAVDENT. serm. 1, 4 G. FILASTR. 87, 1. 149, 3. *al.*; *forma gr.* -an ITALA Hebr. 11, 28 (cod. d). *e) abl.* -a *fem.*: PEREGR. Aeth. 29, 5 SACR. Gelas. 504 M. tit. THEOPHIL. ALEX. praef. p. 221 (*at neutr. l. 62*). MAX. TAVR. serm. 54 tit. (*var. l. neutr. ut*: GREG. TVR. Franc. 5, 49 p. 259, 27). NOT. Tir. 122, 222; *neutr.*: COLLECT. Arian. serm. 3 tit. HIER. in Matth. 26, 3/4 AVG. serm. 8, 18 l. 557 LEO M. epist. 131, 2 (Conc.[S] II 4 p. 87, 19). THEOPHIL. ALEX. epist. 2 p. 220 (*at fem. l. 58*). *al.* *2) plur.* (*formam* -a *plur. esse negat* POMP. gramm. V 177, 4 sqq.): *de pluribus festis* HIER. in Dan. 9, 24 l. 440 per tria -a (*indecl.?* -ata *pars edd. vet.*). COMPVT. cod. Col. prol. 14 p. 235 duplices -ae; *de singulis gen.* -arum PRISCILL. tract. 4, 75 diem (COD. Theod. 9, 35, 7 THEOPHIL. ALEX. epist. 2 p. 220. AVELL. p. 68, 24 dies *plur.*). 4, 81 decreta.

legitur inde ab ITALA, TERT. *apud Christianos, fere in prosa oratione (raro in poesi, sc.* IVVENC. *quater,* AVSON. *bis,* PRVD. apoth. *bis,* CYPR. GALL. *quater,* CARM. adv. Marc. *sexies, singulis locis* COMM. instr., VEN. FORT., ARATOR act.); *rarissime Hier. in* VVLG. *libris ex hebraico versis (saepius* phase). [*a **pascua (*forma ad vocem q. e.* pascuum *assimilata*): *val.* pasti; *it.* pasqua; *sard.* paska; *raet. or.* paske; *occ.* pasqua; *francog.* pâques; *prov. vet.* pasca *et var. francoprov., prov., vasc.*; *cat.* pascua; *hisp.* pascua; *port.* pascoa. *cf. M.-L. 6264. Battisti-Alessio IV 2789. Wagner II 228. Wartburg VII 701 sqq. Corominas[2] IV 418. Machado[3] IV 317. St.*]

significatur sollemnitas quaedam Iudaeorum vel Christianorum (usus inde derivandos v. sub II): I *agitur de sollemnitate*:

A *Iudaeorum (celebratur eorum de Aegypto exitus; cum azymis confusum esse illustrant e. g.* GAVDENT. serm. 7, 9 G. septem diebus -ae. HEGES. 5, 44, 1 p. 391, 22 ipsis -ae diebus [*gr. 6, 290* πρὸς τὴν τῶν ἀζύμων ἑορτήν]. *cf. p. 587, 17 sqq.*): ITALA Ioh. 18, 39 (cod. r[1] = VVLG.; *loq. Pilatus*) est ... consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in -a.

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TERT. adv. Iud. 10, 18 sollemnitatem diei huius, id est -ae azymorum (*ad exod. 12, 8 sqq.*). CYPR. unit. eccl. 8 sacramentum -ae nihil aliud in Exodi lege contineat, quam ut agnus, qui in figura Christi occiditur, in domo una edatur (*sim. explicatur per praefigurationem*: PS. ORIG. tract. 9, 1 B. 12, 27. PRISCILL. tract. 4, 81 salvationis nostrae praeparans rationem et adinplens in se -arum decreta *Christus*. AVG. serm. coll. Morin p. 382, 8 celebrari -a in figura futurae dominicae passionis. *al., v. p. 589, 58*). FIRM. err. 27, 5 *deus* sacrificio *arietis* ipsi -ae nomen imponit. PEREGR. Aeth. 5, 9 vallis, ubi celebrata est -a completo anno profectionis ... de terra Egypti. GAVDENT. serm. 4, 2 G. cum Iudaeis -am ritu Iudaico celebrabat *Paulus*. 10, 25 in hac ... lectione Exodi, quae ordinem celebrandae -ae disponit. FILASTR. 141, 1 quod de sabbatis ... et -a et azimis Moses praeceperit. AMBR. epist. extra coll. 13, 4 etsi scriptum sit (*sc. num. 9, 3*), quod -a domini quarto decimo die primi mensis celebrari debeat. *et saepe. spectat ad illud -a, quod tempore passionis Christi agebatur*: ITALA Marc. 14, 1 (cod. c, *sim. al. et* VVLG.) erat ... futurum -a et azyma post biduum. Luc. 22, 1 (cod. a *al.* = VVLG.) dies festus azymorum, qui dicitur -a. Ioh. 12, 1 (cod. a *al., cf.* VVLG.) ante sex dies -ae venit in Bethaniam. TERT. bapt. 19 p. 217, 3 cum ultimum -a dominus esset acturus. adv. Iud. 8, 18 passio Christi ... perfecta est ... mense Martio temporibus -ae, ... die primo azymorum. IVVENC. 4, 429 cenam sumere -ae. HIL. in Matth. 30, 2 sine quo *Iuda proditore* -a ... conficitur. trin. 10, 37 *passionis* mysterium consummatum in -ae cena fuerat per dominum. *et saepe.*

B *Christianorum* (*celebratur et passio et resurrectio Christi*): **1** *varia selecta*: TERT. ieiun. 14 p. 293, 2 -a celebramus annuo circulo in mense primo. CELERIN. Cypr. epist. 21, 2 in die laetitiae -ae. PEREGR. Aeth. 27, 1 sicut apud nos quadragesimae ante -a adtenduntur *eqs.* 29, 5 denuntiatur -a (*parum liquet, quod tempus significetur*). GAVDENT. serm. 1, 1 G. beatissimam festivitatem -ae *celebrare* (CANON. Turner II 2 p. 232 rec. II. *al.*). PRISCILL. tract. 4, 75 gloriosum -arum diem (*v. p. 586, 66*). FILASTR. 49, 5 *Montanistae dicuntur* de infantis sanguine in -a miscere in suum sacrificium (*apud Epiphan. haer. 48, 14, 6 respondet κατὰ ἑορτήν τινα*). 58, 2 diem non dominicam semper custodiunt -ae. RVFIN. hist. 5, 23, 2 in die dominica, in qua dominus surrexit a mortuis, dominicum -ae celebrare mysterium (*gr.* τοῦ κυρίου μυστήριον). AVG. catech. rud. 23, 3 domini passionem et resurrectionem, quod est verum -a (*i. christ.; antea opp.* -a in imagine, *i. hebr.*). OROS. hist. 7, 37, 2 sanctum -a violatum est. ISID. orig. 6, 17, 13 eo ... modo agimus -a, ut non solum mortem et resurrectionem Christi in memoriam revocemus, sed etiam cetera, quae circa eum adtestantur, ad sacramentorum significationem inspiciamus. *al. tropice potius intellegendum*: PAVL. NOL. carm. 27, 54 omni -a die ... ecclesia praedicat (*referas ad mysterium ipsum -ae*). LEO M. serm. 39, 6 ad beatum (sanctum *var. l.*) -a perveniet et ... ⌊consortium merebitur glorificationis aeternae⌋ (⌊ ⌋ *rec. a, quare de -a aeterno dici putamus*).

2 *illustratur ratio temporis* (*neglեximus, quae de computo q. d. paschali scripta sunt; v. quae collegit Dekkers, Clavis patr. lat. n. 2274 sqq.; rem tractavit Kubitschek, Grundriß der ant. Zeitrechnung, 1928, 112 sqq.; exempla attulimus certiora*): **a** *significatur dies certus, sc.*: α *resurrectionis*: TERT. bapt. 19 p. 217, 1 diem baptismo sollemniorem -a praestat, cum et passio domini, in qua tinguimur, adimpleta est (*item respicitur baptisma*: 19 p. 217, 13. PEREGR. Aeth. 15, 5 cata -a ... omnes in ipso fonte baptizarentur. 45, 1 qui baptidiantur per -a. PS. AVG. serm. ed. Mai 24, 1 sollemnitas -ae est et innovatio mysteriorum dies iste, in quo deponentes in baptismo veterem hominem *eqs. al.*). coron. 3 l. 25 a die -ae in pentecosten usque (PEREGR. Aeth. 20, 6 extra d. -ae. PRISCILL. tract. 4, 79. *al.*). uxor. 2, 4 l. 11 *uxorem* sollemnibus -ae abnoctantem (*respicitur vigilia paschalis ut*: GAVDENT. serm. 6, 1 G. a primis vigiliis -ae. INSCR. christ. Diehl 1334, 7 [*saec. IV*] diae Saturni -ae; noctis ipsius pervigilatio(ne) *eqs.* 1551, 5 [*a. 447*] vegelia -e. *al.*). PEREGR. Aeth. 41 a -a ... usque ad quinquagesima. 47, 1 *venerunt* dies -ae, per illos octo dies, id est a -a usque ad octavas *eqs.* FILASTR. 149, 3 in ascensione ... post -am die quadragensimo. COMM. instr. 2, 34, 1 in -a, die felicissimo nostro. LIBERAT. 15 Conc.[S] II 5 p. 124, 8 ante triduum -ae, quo cena domini celebratur. *al.* β *passionis* (*v. p. 586, 17 sqq. 588, 40*): FIRM. err. 27, 5 *Iudaeorum sollemnitatem* ad imaginem futurorum providentia divinae maiestatis invenit, ut per signa verum -a nobis ostenderet (*antea: Iudaeorum* sacrificio ... -ae nomen imponit). AVG. c. epist. fund. 8 p. 202, 8 (*ad Manichaeos*) quod -a domini plerumque nulla ... celebritate frequentaretis (*sc. quia non vere passus sit Christus*). in epist. Ioh. 1, 5 -a ..., ubi fusus est sanguis domini. gen. ad litt. 8, 4 p. 236, 10 *Christus* est ovis, quae immolatur in -a (*vix acc.*). in psalm. 21, 2, 1 quoties -a celebratur, numquid toties Christus moritur? serm. 210, 1, 2 anniversariam ... domini passionem ..., quod -a dicitur. 210, 2, 3 -a nostrum, quo immolatus est Christus (*opp.* vetus -a *Iudaeorum*). PROSP. vocat. gent. 2, 16 p. 703[C] in die quinquagesimo ab illo -a, in quo se hostiam deo verus agnus obtulerat. *al.*

b *significantur dies complures*: α *minus definite*: TERT. ieiun. 14 p. 293, 6 sabbatum ... numquam nisi in -a ieiunandum (*nisi ad p. 588, 8*). CYPR. epist. 56, 3 inter -ae prima sollemnia. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 6 p. 813, 22 circa celebrandos dies -ae (SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 53, 21 POSSID. vita Aug. 1, 5 AVELL. p. 68, 11. 24. 69, 21. *al.*). FILASTR. 149, 3 per annum quattuor ieiunia ... celebrantur: in natale primum, deinde in -a, tertio in ascensione, quarto *eqs.* (*postea*: in -a quadragensimae *ieiunandae sunt*). HIER. in Ier. 31, 8 in solemnitate -ae, hoc est feriis dominicae passionis. AVG. serm. 263, 1 resurrectionem ... -ae dominico celebravimus (*nisi per gen. identitatis explicandum vel ad l. 17 referendum*). *al.*

β *definite potius; comprehendi videntur*: ① *varia quaedam spatia*: TERT. ieiun. 13 p. 291, 16 praeter -a ieiunantes citra illos dies, quibus ablatus est sponsus (*respici videtur parasceue et sabbatum; huc fortasse 587, 81 et* orat. 18 p. 192, 1 [*v. Diercks, 1947, ad l.*]). COD. Theod. 2, 8, 19, 3 sacros ... -ae dies, qui septeno vel praecedunt numero vel sequuntur (*sim.* INTERPR., *cf. Cod. Iust. 3, 12, 6, 6* quindecim ... paschalibus diebus). CONC. Matisc. a. 585 p. 166, 4 -a ... nostrum ... debemus ... colere ..., ut illis ... sex diebus nullus servile opus audeat facere. ② *septimana resurrectionem sequens*: PEREGR. Aeth. 39, 1 per -a usque ad octavas. *ibid.* per octo dies -ae. 39, 4 dominica die per -a (40, 2 -ae. AVG. civ. 22, 8 p. 580, 33 D. ex dominico -ae die tertio. *al.; cf.* AMBR. epist. extra coll. 13, 14 -ae dominica [13, 15]). 47, 1 dies -ae (*v. p. 587, 63*). 49, 3 per -a (*ibid. iterum*). SACR. Gelas. 546 M. tit. post clausum -ae (*al., v. p. 589, 7*). GREG. TVR. Franc. 5, 49 p. 259, 26 in die sexta -ae (*postea*: crastina ... die, id est sabbati in ipsa -a). VITA Melaniae (BHL 5885) 25 in -a ... sumebat cibum quotidie (*gr.* τὴν ... ἑορτὴν τῆς ἀναστάσεως). *al.* ③ *triduum passionem et resurrectionem continens* (*cf. etiam* AVG. *et* ISID. *sub 1*): FILASTR. 140, 2 *dies festus* in quo passus est in -a (*huc traximus coll. 3* in quo passus et resurrexit et visus est). AMBR. epist. extra coll. 13, 12 celebritas -ae (*13, 13* triduum illud sacrum ..., intra quod triduum et passus est et quievit et resurrexit). ④ *septimana resurrectioni antecedens*: ITIN. Theod. 23 in resuscitatione sancti Lazari in ipso loco ante -a dominico omnis populus congregat (*i. sabbato, quem sequitur dominica palmarum*). CONC. Matisc. a. 585 p. 167, 17 quinta feria -e (*i. cena domini q. d., cf. Conc. Carth. a. 397 [Corp. Christ. 149] p. 41 l. 161*).

II *agitur de sacrificio*: **A** *Iudaeorum, sc. sive de agno sive de cena*: ITALA deut. 16, 2 (Lugd.) occides -a (*v. p. 589, 21*). Marc. 14, 12 (cod. a *al.* = VVLG.) quando -a immolabant *Iudaei* (*plura v. p. 589, 27*). *ibid.* (cod. d *al., sim.* VVLG.) quo vis eamus et paremus tibi, ut manduces -a? (*plura v. p. 589, 33*). 14, 16 (aur. *al.* = VVLG.) praeparaverunt -a *discipuli Iesu* (*plura v. p. 589, 31*). *al.*

B *Christianorum*: **1** *de Christo vel de eius passione*: **a** *in interpretatione allegorica ritus Iudaici* (*cf.* RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 163, 2 agnus -ae salvator est): ITALA I Cor. 5, 7 (cod. d *al.* = VVLG.) -a nostrum immolatus est Christus. *sim. persaepe locis inde pendentibus.* **b** *varia quaedam* (*cf. etiam p. 586, 16. 587, 3. 66*): TERT. adv. Iud. 10, 18 (*ad* exod. 12, 27) -a ... domini, id est passionem Christi (*sim.* PS. ORIG. tract. 9, 21 B.). IREN. 4, 10, 1 in eadem ipsa *die*, quae a Moyse praedicata est, passus est dominus adimplens -a (*antea: diem passionis* figuratim praenuntiavit ..., -a nominans). HESYCH. in lev. 23, 4/7 p. 1082[C] -a crucis. LEO M. serm. 60, 2 ut in occisione Christi -a esset verum et singulare sacrificium. *al.*

2 *transfertur ad sacramentum eucharistiae*: GAVDENT. serm. 2, 6 G. quotquot ... invocantes dominum salutem recipimus ..., discamus manducare -am non sicut insipientes Iudaei *eqs.* (*postea affertur Ioh. 6, 54*). 2, 34 hoc sacrificium -ae salutaris ... percipite *eqs.* 4, 13 neophyti, qui estis ad beatae huius ac spiritalis -ae epulas invitati. AVG. c. Petil. 2, 37, 87 p. 72, 23 aliud est -a, quod ... illi de ove celebrant, aliud ... quod nos in corpore et sanguine domini accipimus. CHROMAT. serm. 17A, 2 L. -a ... cum Christo manducamus *eqs.* HESYCH. in lev. 8, 22/29 p. 882[A] -a mysticum, quod Christus cum discipulis suis comedit (*item ad institutionem sacramenti spectant*: 22, 26/28 p. 1078[C] Christus primum celebravit figuratum -a, post cenam autem intellegibile[m] tradidit. 23, 4/7 p. 1082[C] supersensibile verum -a). LEO M. serm. 48, 4 qui -a domini cupiunt cum animi ... sanctificatione suscipere (*postea*: illud ... sacramentum). 58, 3 *Christus* vetus testamentum consummabat et novum -a condebat (*postea*: corporis et sanguinis sui ordinans sacramentum). *al.*

3 *transfertur ad hominem fidelem eiusque vitam*: PRISCILL. tract. 6, 98 *homo terrena* despiciens ... -a fit domini *eqs.* (*postea*: ubi se in olochaustum obtulerit deo). 6, 106 *tota vita baptizatorum* vocabitur -a domini, non opus mundi. 6, 107 *ut castificatione* -a domini et -a nostrum, hoc est Christus, in homine et homo inveniatur in Christo. 6, 110 *fideles* facti -a ..., 'sine fermento' id est sine vitio, 'sinceres' id est azymi.

appendix iuncturarum et structurarum (*notabiliora quaedam collegimus*): **1** *gen. -ae pendet e subst.* (-arum *l. 78 et p. 586, 65*): ITALA exod. 12, 43 (Rufin. Orig. in num. 10, 1 p. 76, 15) lex (PEREGR. Aeth. 7, 5 GAVDENT. serm. 5, 1 G. AMBR. epist. extra coll. 13, 11. *al.; cf.* PRISCILL. tract. 4, 81 -arum decreta. RVFIN. Orig. in num. 10, 1 p. 76, 15 mandatum). 34, 25 (Aug. loc. hept. 2, 142) sollemnitatis (Ioh. 13, 1 [Tert. adv. Prax. 23 p. 273, 7; VVLG. festum]. TERT. adv. Iud. 10, 18 AMBR. epist. extra coll. 13, 9 HIER. in Ier. 31, 8. *al.; cf.* TERT. uxor. 2, 4 l. 11 sollemnibus [CYPR. epist. 56, 3 IVVENC. 2, 153 PRISCILL. tract. 6, 93 AVSON. 397, 9 p. 226 P.]). CYPR. epist. 69, 4 sacramento (unit. eccl. 8 PS. ORIG. tract. 9, 1 B. 12, 27. PS. AVG. quaest.

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

test. I 95, 2. *al.*). Celerin. Cypr. epist. 21, 2 laetitiae (Max. Tavr. serm. 14, 1 M.; *cf.* Ven. Fort. carm. 8, 9, 15 gaudia [Arator act. 2, 961]). Ivvenc. 1, 282 ritum (*cf.* Gavdent. serm. 10, 25 G. ordinem celebrandae -ae). 4, 429 cenam (Hil. trin. 10, 37. *cf.* Gavdent. serm. 4, 13 G. epulas). Peregr. Aeth. 40, 1 octavis (40, 2 Sacr. Gelas. 541 M. tit. Regvla mag. 27, 34 -ae octabarum octabas. 53, 55. Inscr. christ. urb. Rom. 15895, 7 *a. 463. cf.* clausum -ae: Sacr. Gelas. 546 M. tit. [*item in tit.* 551. 556. 561. 566]. Greg. Tvr. glor. conf. 47). Hil. in psalm. 51, 15 agnus (Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 163, 2). Gavdent. serm. 1, 1 G. festivitatem (Rvfin. Orig. in num. 23, 3 p. 214, 11. 23, 6 p. 218, 27 Qvodv. prom. 3, 38, 44. *al.*). 1, 6 observatio (Conc. Arel. a. 314 [Corp. Christ. 148] l. 6; *cf.* Gavdent. serm. 4, 1 G. observantiam). 2, 8 celebratio -ae (Avg. spir. et litt. 16, 28. *cf.* Ambr. epist. extra coll. 13, 12 celebritas [Heges. 2, 1, 2 p. 130, 24 Verec. in cant. 4, 20 D.]). 2, 34 sacrificium -ae ... percipite *in eucharistia* (4, 11 *-ae Iudaicae ut* 7, 10 *et* Rvfin. Orig. in lev. 5, 8 p. 348, 10. 14). 6, 1 vigiliis (Conc. Autiss. a. 573–603 p. 180, 19 Lvp. Evphron. epist. [Corp. Christ. 148, 140] l. 7 Greg. Tvr. glor. conf. 47). *al.* 2 *iuncturae verbales* (*sc. -a ponitur pro obi.*): Itala deut. 16, 1 (Lugd.) facies -a domino deo tuo ([*Vulg.* phase]. Hil. in Matth. 30, 1 Filastr. 87, 1 Hier. epist. 22, 11, 3. *al.; cf.* Hil. in Matth. 30, 2 conficitur). 16, 2 (Lugd.) occides -a ([*Vulg.* immolabis phase]. Luc. 22, 7 [aur. *al.* = Vvlg.]. *cf.* Rvfin. Orig. in Ios. 2, 1 p. 296, 17 iugulare). Matth. 26, 17 (aur. *al.* = Vvlg.) comedere -a (Fvlg. Rvsp. epist. 14, 43 *bis.* Greg. M. in euang. 22, 9. *v. etiam l. 34. cf.* Tert. anim. 16, 4 edere [Ps. Cypr. pasch. 2 p. 250, 12. Ambrosiast. in Rom. 3, 29 azyma vel -a. *al.*]. *v. et l. 34*). Marc. 14, 12 (cod. a *al.* = Vvlg.) -a immolabant (III Esdr. [= Vvlg.] 1, 6 Weber. Ps. Cypr. pasch. 1 p. 248, 5. 7 p. 254, 3. 9 p. 256, 11. 14 Compvt. Carth. 1, 2. *al.; cf.* Ps. Cypr. pasch. 9 p. 256, 17 sacrificavit). 14, 16 (cod. k) paraverunt -am ([aur. *al.* = Vvlg. praeparaverunt]. Hil. in Matth. 30, 1. *cf. ibid.* praeparare [Gavdent. serm. 4, 11 G. Priscill. tract. 6, 106. *al.; adde l. 30*]. Rvfin. Orig. in num. 27, 8 p. 266, 17 curatum). Luc. 22, 15 (cod. a *al.* = Vvlg.) manducare ([Tert. adv. Marc. 4, 40 p. 559, 22 edere, Epiphan. in cant. 88 C.-G. comedere]. Iren. 2, 22, 3 Ps. Cypr. pasch. 9 p. 256, 19 Ambr. Abr. 1, 5, 33 Hier. epist. 31, 1. *al.*). Hebr. 11, 28 (cod. e *al.* = Vvlg.) celebravit (Tert. bapt. 19 p. 217, 5 ieiun. 14 p. 293, 2 Iren. 3, 22, 3 Firmil. Cypr. epist. 75, 6 Lact. epit. 40, 9. *et passim*). III Esdr. (= Vvlg.) 1, 1 Weber egit Iosias -a (Tert. bapt. 19 p. 217, 3 Ps. Cypr. pasch. 7 p. 254, 7 Pavl. Nol. epist. 31, 6 Ps. Avg. quaest. test. I 94, 1. *al.*). Tert. adv. Marc. 4, 40 p. 559, 6 servare (Evcher. laud. her. 32. *cf.* Ps. Tert. haer. 8 custodiendum [Lib. pontif. p. 19, 7 Cassiod. hist. 2, 12, 13]. Ps. Cypr. pasch. 2 observari [7. 8 Rvfin. hist. 5, 23, 1 Orig. in Ios. 20, 6 p. 426, 5 Avg. epist. 55, 23. *al.*]). *al.* 3 *accedunt adi.*: Firm. err. 27, 5 verum (Rvfin. Orig. in num. 5, 1 p. 26, 4 Pavl. Nol. carm. 26, 52 Avg. catech. rud. 23, 3 Chromat. serm. 17A, 1 L. *al.*). Gavdent. serm. 2, 9 G. legalis (4, 7 Hesych. in lev. 22, 26/28 p. 1078^{A} [*opp.* -a euangelicum]. *similiter opponuntur* novum *et* antiquum Orig. in Matth. ser. 75 p. 176, 5, *cf. p. 588, 65*). 2, 34 salutaris (Leo M. serm. 53, 3). 4, 13 beatae ac spiritalis (Leo M. serm. 39, 6 [sanctum *var. l.*]. Theophil. Alex. epist. 2 p. 221 beatissimae). 5, 4 dominicum (Itin. Theod. 23 Isid. eccl. off. 28, 2. *al.*). Priscill. tract. 6, 93 sollemnia -ae caelestis. Avson. 399, 17 p. 229 P. sanctum (Ps. Avg. serm. ed. Mai 115 Qvodv. prom. 3, 38, 44 Oros. hist. 7, 37, 2 Leo M. serm. 39, 2. *al.*). Hier. epist. 52, 10, 3 mysticum (Hesych. in lev. 8, 22/29 p. 882^{A}). Pavl. Nol. carm. 26, 36 sacrum (27, 129 Sidon. epist. 4, 18, 1. *al.; cf.* Cypr. Gall. num. 167 sacratum [Ps. Avg. serm. ed. Mai 99, 1 Compvt. Carth. 2, 4. *al.*]). Hesych. in lev. 17, 1/7 p. 1003^{A} figuratum (22, 26/28 p. 1078^{C}. *eodem sensu*: 23, 4/7 p. 1081^{C} imaginarium). *al.*

deriv.: paschalis.

^{x}**paschālis**, -e. *a* pascha. *scribitur* pascalis *saepius in var. ll., e. g.* Hier. epist. 99, 1, 1 Sacr. Leon. 191. 210 Pol. Silv. chron. I p. 568, 13 Compvt. Carth. 1, 1. 5. 2, 12. 15. *legitur inde a* Peregr. Aeth. *apud Christianos; hinc fluxisse videtur gr.* πασχάλιος, *e. g. l. 77.*

i. q. ad pascha pertinens (*respicitur maxime resurrectionis festivitas; ad passionem Christi spectant magis* Sacr. Gelas. 334. 471 M., Bachiar. repar. laps. 17; *de ritu Iudaico agunt e. g.* Gavdent. serm. 7, 1 G. Heges. 5, 5, 1 Avg. epist. 36, 13, 30 serm. coll. Morin p. 382, 25): 1 *generatim*: a *accedit ad nomina temporis sim.*: α dies -is (*plerumque plur.*): Peregr. Aeth. 27, 1 d. -es cum venerint, celebrantur sic *eqs.* 39, 1 octo (sero *trad.*) ... illi d. -es (*ibid. iterum* [*syn.* per pascha usque ad octavas]. 39, 3. 46, 6). Priscill. tract. 6, 94 in praeparationem -is d. (*sing. de die resurrectionis ut*: Avg. serm. 210, 1, 2 *bis.* Cassian. conl. 2, 5, 2 Avell. p. 638, 3. *al.*). Cod. Theod. 2, 8, 21 d. quindecim -bus (*item* Cod. Iust. 3, 12, 6, 6 [*a. 389*]. *cf.* Cod. Theod. 2, 8, 24 septem d. quadragesimae, septem -bus). Conc.^{S} II 3, 2 p. 33, 3 (*gr. II 1, 2 p. 19, 1* πασχαλίαις). *al.* β *alia*: Peregr. Aeth. 27, 1 vigiliae (38, 1 *bis.* Avg. epist. 82, 2, 14 Lvp. Evphron. epist. [Corp. Christ. 148, 140] l. 11). 30, 1 septimana (46, 5). Ambr. epist. extra coll. 13, 1 celebritatis (Heges. 5, 5, 1 [*gr. 5, 99* τῆς τῶν ἀζύμων ... ἡμέρας]. *al.; cf.* Isid. orig. 6, 17, 14 celebrationi). Pavl. Nol. epist. 15, 4 sollemnitas (28, 3 Avg. epist. 51, 4 Ps. Avg. serm. ed. Mai 41, 1. *al.*). Avg. epist. 36, 13, 31 sabbato (Greg. M. dial. 4, 33, 1). Hesych. in lev. 8, 22/29 p. 882^{B} festivitatis (23, 14/21 p. 1085^{A} Const. Sirmond. 7 Leo M. epist. 96. *al.; cf.* Leo M. epist. 80, 1 [Conc.^{S} II 4 p. 39, 12] festi [Alc. Avit. carm. 5, 261. *al.*]. Pol. Silv. chron. I p. 518, 13 festivi [Alc. Avit. epist. 77]). Cod. Theod. 9, 35, 4 tempus ([pascae *var. l.*]. Orig. in Matth. ser. 134 p. 272, 19). *al.* *n. plur. pro subst. de tempore paschae*: Ven. Fort. carm. 9, 3, 13 -ia Christi.

b *exempla varia selecta*: Gavdent. serm. 5, 1 G. edendi -is sacrificii (Sacr. Gelas. 479 M.). 7, 1 mandatorum -ium (*cf.* Sacr. Leon. 1123 instituta). Priscill. tract. 6, 94 mysterii (Sacr. Gelas. 394 M. 456. *al.; cf.* Leo M. serm. 45, 2 sacramentorum [47, 1. 50, 3 Sacr. Leon. 191. 570. *al.*]). Avson. 317 tit. p. 17 P. versus ([pascales, pasquales *var. ll.*]. *item tit.*: Sedvl. epist. 1 p. 12, 9 carminis [*eiusdem poematis*: 2 p. 171, 3. 173, 17. *sed operis in prosam versi*: 2 p. 173, 18 operis]). Epist. pontif. 255 Migne 13, 1135^{A} sacram -em reverentiam (Sacr. Leon. 1004). Hier. in Eph. 6, 15 cibo (*cf.* Pavl. Nol. carm. 27, 53 epulum [Sedvl. op. pasch. 5, 2]. Avg. epist. 36, 13, 30 cena [Leo M. serm. 54, 3 Fvlg. Rvsp. rem. pecc. 1, 5]. Sedvl. carm. pasch. praef. 1 dapes [5, 2 op. pasch. praef. p. 175, 1]). adv. Rufin. 3, 16 duas, synodicam et -em, eius *Theophili* epistulas contra Origenem (*eiusdem in tit.* epist. 96. 98. 100 Conc.^{S} I 2 p. 55, 11. 19 [*gr. I 1, 2 p. 41, 15. 23* ἑορταστικῆς]. *alterius*: Rvfin. hist. 7, 22, 1. *al.; cf.* Alc. Avit. epist. 70 p. 89, 21 litteras ... non -es). Avg. serm. coll. Morin p. 382, 25 occisio agni -is est (-is *iungas cum* o.; *at cum* a.: Leo M. serm. 69, 2 -is agni cessavit occisio *apud Christianos*). Ps. Avg. serm. 164, 2 gaudia (Sacr. Gelas. 458 M. 470. *cf.* Cod. Theod. 9, 38, 6 laetitiae. Ps. Evseb. Gallic. hom. 17, 6 G. exsultatione). Bachiar. repar. laps. 17 (*confunduntur quodam modo exod. 12, 11 et deut. 25, 9*) ne perdam calceamenta -ia (*cf.* Caes. Arel. testam. p. 284, 15 vestimenta. Vita Caes. Arel. 1, 44 casulam, quam processoriam habebat, albam -em). *al.*

2 *speciatim, spectat ad computationem, qua destinatur dies, qua pascha sit agendum* (*cf. p. 587, 47*): Gavdent. serm. 1, 10 G. haec breviter dixerim de ratione -i (Hilarvs Victor. pasch. p. 16, 2 Kr. Compvt. Carth. 1, 4. *al.*). Hier. epist. 99, 1, 1 libro (99, 2, 1). Leo M. epist. 88, 4 (Conc.^{S} II 4 p. 47, 11) in nostris ... -bus cyclis ... pascha celebrandum extitit scriptum *tunc* (Fast. Vind. II chron. I p. 287, 300 revolutus est c. -is [*item* p. 289, 389]. *al.; cf.* circulus Compvt. Carth. 1, 1. 5). Pascasin. Leo M. epist. 3, 1 supputationis (Compvt. Carth. 1, 3). Compvt. Carth. 2, 12 *supputatio congrua* lunaribus cancellis ... et -bus titulis ([*i. laterculis in quibus dies paschae conputati inveniuntur*]. Dionys. Exig. pasch. tit. argumenta de t. -is [*pro* -bus]). 2, 15 ut in his viginti novem diebus -is nativitas retegatur (*i. novilunium -e*). Dionys. Exig. Proter. epist. 4 p. 273, 4 cum xiiii luna -is ... provenisset die dominico (*ibid. l.* 9. 14 pasch. 7 Isid. orig. 6, 7, 10. *al.*). *al.* *n. pro subst. de libro, qui computum q. d. -em continet*: Prosp. chron. I p. 460, 1168 ad quem Theophilus -e scribit. Victor. pasch. p. 20, 6 Kr. ex primo *Theodosii consulatu* ... conditum -e. p. 26, 6 propter diversorum -ium conditores. p. 42, 326 initium -is Graecorum. p. 44, 353 hinc Theophilus ... -i suo sumpsit exordium. Cassiod. chron. II p. 161, 1370.

n. pro subst. v. l. 4. 43.

?**paschalisma**, -atis *n.* *si recte legitur, gr.* πασχάλισμα, *quae vox alibi non exstat; sed cf.* πασχαλία *et* πασχάζειν. *fortasse i. q. sollemnitas vel celebratio paschalis*: Ind. capp. bibl. psalm. I 64 vox ecclesiae ante baptismum -um (in pascha *var. l., vocem om. codd. Bs, exhibent codd. vet.; psalmum ad baptisma refert etiam Arnob. ad loc. p. 415^{D}*).

pāscito (*vel* pāstito), -āre. *a* pascere *frequentative* (*aut a stirpe praes. aut a p. p. p.*). *i. q.* (*frequenter vel more solito*) *pascere*: Varro rust. 3, 16, 19 *apes ferae*, quae in silvestribus locis -ant (pasc- *ed. princ. et unum apographon cod. Marc.*, past- *cetera apogr.*). *Kruse.*

^{x}**pāsco**, pāvī, pāstum, -ere *et* ^{x}**pāscor**, pāstus sum, -ī. [pā-sco, pā-vī *sicut* pābulum *a radice* pā-; pāstum, pāstor *a radice* pās- (*an etiam* pā-sco, *sc. e* *pās-sco?). *quomodo haec inter se et cum vocibus linguarum cognatarum, e. g. gr.* πῶυ, ποιμήν, *lituan.* piemuo (*gen.* piemens), *cohaereant, in medio relinquo. Sch.*] *scribitur* paschet Itala psalm. 22, 1 (Année Epigr. 1971 n. 505). Not. Tir. 104, 13 -it. 104, 14 -vit.

de genere: grammatici usibus p. 597, 76sqq. 598, 12sqq. 601, 45sqq. 56sqq. descriptis adducti idem significare -o *ac* -or *affirmant, sc.* Pomp. gramm. V 233, 14sqq. -o illum et -or illum, et -o illas herbas et -or illas herbas ...; tamen melius est, ut, quando te alter -it, dicas -or, quando tu alterum, dicas -o illum. Consent. gramm. V 368, 28sqq. '-it iuvenca' et '-itur iuvenca' recte dicitur absolute sub incerto genere; at si latine dici potest '-o te ad prandium' et '-or a te ad prandium', erit activum et passivum. Serv. georg. 3, 314. 3, 458. Aen. 1, 194 (*cf.* Serv. auct.). 2, 215. *a deponentibus secerni videtur* -or, -stus Prisc. gramm. II 572, 19 III 269, 29sqq. *ipse genera (sc. act./pass. [caput prius] et mediopass./depon. [caput alterum]) ita distinxi: e numero eorum locorum, ubi scriptores formas passivas adhibent, ad caput alterum traxi certiores tantum (e. g. propter subi. vel verba act. aut depon. iuxtaposita vel ablativum instr. additum, qui aliter pro agente accipiendus esset); at eorum locorum, ubi adhibetur aut supinum aut part. praes. aut gerund., etiam incerti in capite altero quaerantur.*

de formis (-o *inter* positiva inchoativorum formam habentia *affert* Prisc. gramm. II 429, 18, -vi *inter perfecta ambigua* Char. gramm. p. 322, 18 B. [*cf. p. 593, 62*]; *part. perf.* -stus *pro part. praes. pass. v.*

[*Krömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 602, 5sq.): *part. fut.* -iturus ITALA apoc. 19, 15 (Cypr. testim. 2, 30, *var. l. iuxta* -sturus, *quod praebet* VARRO rust. 2, 1, 24). LEX Visig. 5, 5, 8 (*falsa var. l.*). *de supinis dubiis* -stui IVL. VAL. 1, 23 *et* -stu ALC. AVIT. carm. 4, 397 *v. sub* 2. pastus. *de notione*: PORPH. Hor. sat. 2, 3, 35 -ere, id est nutrire. NON. p. 440, 12sqq. *v. vol. I 1706, 28sq.* GLOSS. τρέφω. βόσκω. νέμω. *al., v. etiam p. 602, 9. legitur fort. in XII tab. (v. p. 597, 82) et inde a* PLAVTO *per totam latinitatem, sed rarius apud rerum scriptores; deest e. g.* CATVLLO, SALL., NEP., VELL., CELSO. [*val.* paşte; *dalm.* puoskro; *it.* pascere; *sard. centr.* paskere; *raet. or.* pasi; *francog.* paître; *prov. vet.* paisser *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* peixer; *hisp.* pacer; *port.* pascer. *cf. M.-L. 6263. Battisti-Alessio IV 2788. Wagner II 229. Wartburg VII 695sqq. Corominas² IV 331. Machado³ IV 316. St.*] [*confunduntur in codd. formae act. et pass. (e. g.* ENN. sat. 66 HIER. tract. in psalm. I p. 116, 25); *ceterum confunditur maxime cum* poscere (VERG. Aen. 1, 608 OV. met. 14, 728. *al., v. vol. X 2, 70, 43sqq.*) *et* parcere (SEN. contr. 7, 4, 1 PLIN. nat. 27, 146 PS. QVINT. decl. 5, 23. *al., v. supra p. 329, 46sqq.*). *e coni. certa* PETRON. 55, 6 vers. 2 TERT. fug. 13, 2 *al., e coni. dub. vel falsa* CATVLL. 39, 11 (*v. supra p. 341, 38*). PVBLIL. M 29 LVCAN. 9, 921. *al.*]

CAPVT PRIVS: ***active** vel **passive***: I *i. q. pabulo praebendo alere, nutrire. syn.* alere *e. g.* VITR. 7 praef. 9 COLVM. 7, 4, 2 STAT. silv. 1, 6, 37 (*distinguitur* VITR. 8 praef. 3. *al.*), nutrire *e. g.* COLVM. 8, 16, 8 (*distinguitur* VITR. 8 praef. 3 HIER. epist. 52, 6, 2. *al.*). *ponitur cum obi. eius qui alitur (reflexive p. 592, 40. 59. 593, 77. 594, 62. al.) vel absolute (praeter l. 71. p. 595, 55 e. g. p. 592, 17. 593, 8. 594, 12. 595, 42). pabulum vel res, unde paratur pabulum, indicatur saepe sub B, sc. fere per abl., per praepos.* a *p. 593, 38,* de *p. 593, 84. 595, 82. 597, 1. 14,* ex *p. 593, 39. 595, 75. 597, 63,* in *p. 595, 71; ponitur pro subi. p. 594, 1. 595, 37. al. locus, ubi -itur, indicatur saepissime per abl. vel praepos., v. maxime p. 592, 3. 593, 22 (acc. v. sub II); pro subi. ponitur p. 592, 33. 594, 29. al.*

A *in pascuis, sc. fere agendo, immittendo animalia in pascua, ut ibi custodiantur vel libere herbas carpant (fere i. q. ius -endi habere l. 72)*: 1 *proprie (sc. -untur fere pecora [cf.* GLOSS. pecora -o: ποιμαίνω]; *usu laxiore -untur alia p. 592, 33. 39. al.)*: a *-unt homines vel dei*: α *non indicatur, ubi -ant*: ① *indicatur obiectum (interdum e contextu procul dubio supplendum, cetera v. l. 71sqq.; exempla selecta inde ab* OV.): PLAVT. Asin. 539 opilio, qui -it ... alienas ovis. CATO agr. 54, 1 semodios *glandium* singulis bubus in dies dari oportet, et si non laborabunt, -antur satius erit (*simili distinctione ibid.* interdiu -ito, noctu faeni p. XXV uni bovi dato). 54, 5. 149, 2 *l. 71.* PACVV. trag. 349 cornifrontes -ere armentas soles. ACC. trag. 410 quis ⌊vos⌋, *pecuda*, -et postea? (*si recte coni. Heinsius, nos trad.*). VARRO rust. 2, 2, 11 ita -ere pecus oportet, ut averso sole agat (*cf. l. 83 et* COLVM. 7, 3, 12 ut contra ventum gregem -amus). 2, 10, 7 -ere pecus *in Illyrico mulieres possunt. al.* CIC. div. 1, 31 *Navius* cum propter paupertatem sues puer -ret. VERG. ecl. 3, 85 Pierides, vitulam lectori -ite vestro. 5, 24 non ulli -stos ... egere ... boves ad flumina (*item iuxta actionem potandi*: 9, 23sq. PAPIN. dig. 8, 3, 4 pecoris -endi servitutes, item ad aquam appellendi). 6, 5 pastorem ... pinguis (*proleptice*) -ere oportet ovis. *al.* HOR. epod. 2, 61 -stas ovis videre properantis domum. epist. 1, 3, 36 -itur in vestrum reditum votiva iuvenca. TIB. 2, 3, 11 -vit ... Admeti tauros ... Apollo (*de eodem*: LYGD. 4, 67 OV. epist. 5, 151 ars 2, 239 SEN. Herc. f. 451 TERT. apol. 14, 4. *al.*). PROP. 3, 12, 30 -verat hos *iuvencos* Phoebo filia. OV. medic. 15 quos *agnos* filia -verat. fast. 1, 204 -bat ... suas ipse senator oves. Pont. 1, 8, 52. VAL. MAX. 3, 4, 1 *Tulli Hostili* adulescentia in pecore -endo fuit occupata. SEN. Oed. 815 greges. COLVM. 7, 7, 1 *non* toto die -endae, sed mediis quattuor horis intra saepta claudendae *capellae.* CALP. ecl. 2, 68 mille sub uberibus balantes -imus agnas. 5, 62 *hora nona* rursus -e greges et opacos desere lucos. PLIN. nat. 7, 31 *cynocephalorum* armenta -it *gens quaedam nomadum.* MART. 10, 11, 4 dignus es ... porcos -ere Pirithoi. VLP. dig. 17, 2, 52, 2 (*e Celso*) cum pecus in commune -endum ... damus. 19, 2, 9, 5 (*e Celso*) vitulos -endos ... conduxit. PAVL. dig. 33, 7, 18, 6 (*e Scaevola*) qui *bubulcus* boves ... aratores -ret. ITALA gen. 4, 20 (Ps. Philo antiq. 2, 7) pater omnium ... ⌊-entium pecora⌋ (pecuariorum *vel* pecorum *aliae vers.*, pastorum *Vulg., gr.* κτηνοτρόφων. *cf.* HIL. myst. 1, 6, 2 erat ... Abel oves -ens [*sec. gen. 4, 2, ubi gr.* ποιμήν, *Itala et Vulg.* pastor]). 36, 24 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 56, 23 *al.* = VVLG.) cum -ret asinos (*LXX* ἔνεμεν τὰ ὑποζύγια). *al.* ⓘⓘ *absolute*: CATO agr. 149, 2 bubus domitis binis, cantherio uni, cum emptor *pabuli hiberni* -et, domino -ere recipitur. CIC. Verr. II 2, 6 ut arare, ut -ere, ut negotiari libeat (HOR. epist. 1, 16, 70. *cf.* CIC. Caecin. 59 colendi aut -endi causa esse in agro). VARRO rust. 2, 2, 11 *meridie sub umbram* subigunt ...; aere vespertino rursus -unt ...; ab occasu ... ad bibendum adpellunt et rursus -unt (*in re simili*: 2, 2, 12. 2, 4, 6 VERG. georg. 3, 335. COLVM. 7, 3, 23 de temporibus ... -endi et ad aquam ducendi). 2, 10, 1sq. in fundis non modo pueri, sed etiam puellae -ant; (2) qui -unt, eos cogere oportet in pastione diem totum esse, -ere communiter, contra pernoctare ad suum quemque gregem. *al.* VERG. ecl. 1, 77. PAVL. FEST. p. 40 ager relictus ad -endum communiter vicinis (*nisi pertineat ad II*). *al.* PLIN. nat. 18, 330 (*interpol.?*) nec contra septentrionem -veris (*cf. l. 45 et* 18, 336 in hunc *ventum* -ito). *al.* POMPON. dig. 7, 1, 32 *si quis fundum tradens* excipiat, ut -ere sibi ... liceat. ITALA Ier. 31, 10 (Iren. 5, 34, 3) sicut -ens *custodit* gregem ovium (*Vulg.* pastor, *gr. 38, 10* ὁ βόσκων). *al.*

β *indicatur, ubi -ant*: ① *per abl. (fort. locat.* PLAVT.): PLAVT. Merc. 509 (*loq. meretrix*) non didici ... pecua ruri -ere. VARRO rust. 2, 5, 14 *vaccas praegnates* -i oportet locis viridibus (COLVM. 6, 37, 11. 7, 6, 1. *supplendum* OV. fast. 4, 749 sacro -vi). OV. met. 3, 408 neque pastores neque -stae monte capellae (6, 395 COLVM. 6, 37, 11. 7, 9, 6 *sus* et montibus et campis commode -itur *eqs.*). Pont. 4, 8, 41 gramine -sta Falisco victima (SEN. Ag. 844 Strymonii g. fluminis Hebrive ripis). VITR. 1, 4, 10 dextra ... et sinistra eius fluminis. COLVM. 6, 27, 1 ubere campo (7, 4, 4. *al.*). 7, 2, 3 pratis planisque novalibus. *al.* ⓘⓘ *per praepos.* in (*c. abl. praeter l. 18*): ACC. trag. 178 in celsis montibus pecua atque inter colles -unt Danai in Phrygiae terminis (TIB. 1, 2, 74). SENT. Minuc. (CIL I² 584) 33 in eo agro (LEX agr. [CIL I² 585] 19. 20. *al.* VARRO rust. 1, 2, 17 *in legibus colonicis* scribimus, colonus in agro surculario ne capra natum -at. 3, 1, 7 in eodem agro et serebant et -bant. *al.* FEST. p. 333 PLIN. nat. 28, 154. *al.*). LEX agr. (CIL. I² 585) 14 quei in agrum compascuum pequdes maiores non plus X -et *eqs.* VARRO rust. 1, 21 alienum pecus in suo fundo -at ac stabulet (VLP. dig. 33, 7, 12, 8). 2, 1, 16 in qua regione quamque *bestiam* potissimum -as et quando, *observandum est* (2, 2, 10). 2, 2, 9 in saltibus (2, 10, 6 VERG. georg. 3, 143 LIV. 32, 11, 2). *ibid.* longe ... et late in diversis locis (2, 10, 6 VITR. 1, 4, 9. 10, 2, 15. COLVM. 8, 11, 16 non debere alias gallinas ... in eodem loco -i). 2, 5, 11 in nemoribus. OV. fast. 4, 67 Aventinis ... in herbis (*cf.* VAL. FL. 2, 487 votivo in gramine). *al.* ⓘⓘⓘ *vario modo (notabiliora selecta)*: CATO agr. 47 si pecus -etur, ubi vitem serere voles. ACC. trag. 178 (*v. l. 12*) inter colles (PRISC. perieg. 949). VERG. ecl. 10, 18 ad flumina. georg. 3, 143 saltibus in vacuis -unt et ... secundum flumina. 3, 162 per herbas (SEN. benef. 7, 10, 5 provincias ac regna. NEMES. cyn. 262 arva). VITR. 1, 4, 10 proxime Gnoson ... ex altera parte proxime Gortynam. LEX Manc. (CIL VIII 25902) 3, 18 intra f(undum). *al.*

b *-unt loca, regiones sim. vel ipsa animalia* (SCHOL. Verg.): PANEG. in Mess. 186 cui ... pecus denso -bant agmine colles. OV. fast. 5, 640 -bat sparsas utraque ripa boves. SEN. Herc. f. 234 Cithaeron -vit ... pecus *Geryonis.* PLIN. nat. 8, 67 camelos inter armenta -it oriens (*nisi pertinet ad p. 594, 29, cum antecedat*: tigrim ... Indi ferunt). SIL. 6, 647 ingentem -ens Mevania taurum. MART. 7, 88, 8 -at et Hybla meas, -at Hymettos apes (*nisi pertinet ad p. 594, 29*). SCHOL. Verg. Bern. ecl. 5, 24 pecora ipsa non -bant se.

2 *in imagine et translate (praeter* VERG. *l. 45. 81, ubi -untur animalia aquatilia, legitur in scripturis sacris et apud Christianos, ubi gr. respondet* ποιμαίνω, *nisi aliud notavi)*: a *-unt animantes, sive custodiendo sive castigando sim. (fort. huc pertinet* ACC. *p. 591, 42)*: VERG. georg. 4, 395 *Proteus Neptuni* armenta et turpis -it sub gurgite phocas. ITALA II reg. 5, 2 (Ambr. off. 2, 7, 35 = VVLG.) dixit tibi, *David*, dominus: tu -es populum meum. II par. 10, 16 (Complut. = VVLG.) -e domum tuam, David, *non nos (gr.* βλέπε, *sed loco gemino III reg. 12, 16* βόσκε, *ubi Vulg.* vide). psalm. 22, 1 (Veron. *al.*) dominus -it me ..., in locum pascuae ibi me collocavit (*Vulg.* reget. *item -it deus*: 79, 2 [Aug. in psalm. 79, 2 *al.; aliae vers. et Vulg.* regis]. Is. 40, 11 [Hier. *ad l., sim.* VVLG.] populum. *al.*). 77, 71sq. (Sangerm. *al.* = VVLG.) *deus* sustulit eum *David* de gregibus ovium ... -ere Iacob ..., (72) et -vit eos (*Veron.* regere ... erexit). prov. 9, 12a (Cypr. sent. episc. 5 *al., om. Vulg.*) qui fidens est falsis, hic -it ventos (HIER. in eccles. 1, 17. VVLG. Os. 12, 1 [HIER. *ad l.*: id est: spe vana se decipere]. *al.; cf. p. 637, 10. 641, 45*). Ier. 3, 15 (Cypr. testim. 1, 14 *al., sim.* VVLG.) dabo vobis pastores ... et -ent vos -entes cum disciplina. Ezech. 34, 2 (Aug. serm. 46, 2, *sim. al. et* VVLG.) o pastores Israel, qui -unt se solos (34, 8 [Aug. serm. 46, 19, *sim.* VVLG.] se ipsos [*gr. utrobique* βοσκέω]. *al.*). Mich. 5, 4 (Aug. civ. 18, 30, *sim. al. et* VVLG.) *princeps Israel* -et gregem suum in virtute domini (*inde* Matth. 2, 6 [Tert. adv. Iud. 13, 2. *cf.* Hier. epist. 57, 8, 5]). 5, 6 (Hier. *ad l., sim.* VVLG.) septem pastores ... -ent Assur in gladio. 7, 14 (cod. 176 *al.* = VVLG.) -e populum tuum in virga tua. Ioh. 21, 15. 16. 17 (cod. c *al., cf.* VVLG.; *Iesus ad Petrum*) -e oves meas (*gr.* βόσκε ... ποίμαινε ... βόσκε. *hunc locum respiciunt saepissime ecclesiastici nec non tituli*: INSCR. christ. Diehl 988, 7. 1767, 6. *al.*). I Petr. 5, 2 (cod. h, *sim. al. et* VVLG.; *ad seniores*) -ite qui in vobis est gregem. apoc. 2, 27 (Tycon. in apoc. 36 B.) -et eas *gentes* in virga ferrea, ut vas figuli conminuentur ([*Vulg.* reget]. *sim.* 19, 15 [Cypr. testim. 2, 30, *Vulg.* reget]; *respicitur utroque loco* psalm. 2, 9, *ubi Veron. et Vulg.* reges, HIER. psalt. sec. Hebr. -es). TERT. praescr. 37 l. 15 (*ad haereticos*) quid hic ... seminatis et -itis? CYPR. epist. 61, 1 *deus episcopum reduxit*, ut -endo gregi pastor et gubernandae navi gubernator et plebi regendae rector redderetur. HIER. epist. 14, 8, 2 clerici oves -unt, ego *monachus* -or. 22, 25, 6 nisi oculos iuvenum fugeris, egredieris de thalamo meo et -es haedos, qui staturi sunt a sinistris (*iungitur* cant. 1, 7 *cum Matth. 25, 33*). VVLG. Ier. 6, 3 *ad Sion* venient pastores (*i. inimici*) et greges eorum ..., -et unusquisque eos, qui sub manu sua sunt. MAX. TAVR. serm. 30, 1 M. -o gregem Christi (*respicitur* I Cor. 9, 7). *al.* b *-unt res*: VERG. georg. 2, 199 *Mantumanu* campum -entem ... herboso flumine cycnos. HIER. psalt. sec. Hebr. 49(48), 15 quasi grex in inferno positi sunt, mors -et eos (*Itala* [*Veron. al.*] pastor est eis, *Vulg.* depascet eos). VVLG. Ier. 22, 22 omnes pastores tuos -et

[*Krömer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ventus, et amatores tui in captivitatem ibunt (*cf.* EVSEB. EMES. serm. 24, 36 flante vento -untur flatibus naves, ad caelum usque tolluntur).

B *quolibet modo*: **1** *proprie*: **a** *-untur animalia eorumve partes*: *α sensu latiore respicitur omnis cura animalibus praebita (huc vergunt p. 595, 8. 12)*: Ⓘ *non indicatur, ubi -antur*: CATO agr. 150, 2 porcos serarios in oves denas singulos -at *emptor fructus ovium.* dict. 63 (*apud* Cic. off. 2, 89, *alii aliter*) *a Catone* cum quaereretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit: 'bene -ere'; quid secundum: 'satis bene -ere'; ⌊quid tertium: 'male -ere'⌋ (*om. pars codd.*); quid quartum: 'arare' (*opponunt agriculturam etiam* VARRO rust. 2 praef. 5 COLVM. 6 praef. 4). or. frg. 62 tit. de agna musta -enda. VARRO rust. 1, 2, 17 (*de peculio*) *servis* domini dant, ut -ant. 2, 1, 12 *partes* in pecore parando necessariae quattuor, alterae in -endo totidem, *sc. pastio, fetura, nutricatus, sanitas* (*v. 2, 1, 16*). 2, 3, 3 oves ..., quas -imus, ortae sunt ab ovibus feris; sic quas alimus ⟨caprae⟩ *eqs.* 3, 3, 2 *leporaria* habent inclusa animālia, quae -antur. 3, 5, 8. *al.* VERG. georg. 3, 50 seu quis Olympiacae miratus praemia palmae -et equos seu quis fortis ad aratra iuvencos. Aen. 6, 655. GRATT. 169 -e tamen *hoc catulorum genus* (*vergit in notionem educandi ut*: NEMES. cyn. 129. 225). COLVM. 7, 9, 10 quas -it *custos suum.* 8, 15, 1. *al.* PETRON. 55, 6 vers. 2 tuo palato (*i. tibi*) clausus pavo -itur (nascitur *trad.*). STAT. Theb. 6, 77 *p. 597, 48. al.* (II) *indicatur, ubi -antur* (*cf. p. 594, 82*): VARRO rust. 2, 2, 7 providendum, ut totum annum recte -antur intus et foris *oves*: stabula idoneo loco ut sint *eqs.* 3, 2, 13 gallinae ac columbae et apes et cetera, quae in villa solent -i. *al.* PAVL. FEST. p. 222 passales et oves et gallinae appellantur, quod passim -untur. COLVM. 8, 8, 1 id *columbarum* genus minore tutela -itur longinquis regionibus, ubi liber egressus avibus permittitur. 8, 10, 1 *turdi* salubrius in eo *rure* -untur, in quo capti sunt. 8, 17, 7 *non* in vivario multitudinem mullorum -ere queamus. *al.* PLIN. nat. 8, 211 vivaria ... invenit Fulvius Lippinus: in Tarquiniensi feras -ere instituit. *al.*

β sensu artiore respicitur actio alendi, nutriendi: Ⓘ *generatim; -unt*: Ⓐ *homines, dei* (*aliter p. 594, 16 sqq.*): ① *indicatur pabulum* (*per abl. praeter p. 594, 21; exempla selecta inde a* COLVM.): VARRO rust. 1, 38, 3 *veterinae*, quae hordeo -untur. 2, 6, 4 *asini* commode -untur farre. 2, 7, 7 equinum pecus -endum in pratis potissimum herba, in stabulis ... faeno. 2, 8, 4 *asinos admissarios* -imus ... faeno atque hordeo. 2, 11, 2 arido et firmo cibo pecude -sta. *ibid.* a viridi -s⟨ta⟩ *pecus* (*item c. praepos.*: COLVM. 8, 17, 14 *pisces* satis ex his *salsamentis*, sed ex recentibus melius -untur [*sed bis var. l.* et]). 3, 6, 3 *pavones* -untur omne genus obiecto frumento. CAES. civ. 3, 44, 3 manu sata, quibus ... iumenta -ret *Pompeius.* VERG. georg. 3, 406 *canes* -e sero pingui. OV. epist. 9, 68 humana ... dape -vit equas *Diomedes* (*cf.* met. 8, 170 -stum sanguine monstrum [*sc. Minotaurum*]). PAVL. FEST. p. 100 herbilis anser herba -stus (*opp.* frumento altus). COLVM. 7, 3, 19 *agni* -endi sunt intra stabulum cytiso *eqs.* 7, 4, 2 singula capita ... recte -untur ad praesepia tribus hordei ... sextariis. SCRIB. LARG. 132 capra tantummodo hedera -sta. PLIN. nat. 18, 142 *columbas* -stas ea, *sc. cracca.* FRONTIN. strat. 3, 15, 5 *triticum* superesse eis, qui inde etiam pecora -rent (*cf.* LACT. inst. 6, 12, 39 unde feras -is, hinc pauperes ale [*sed dicitur de impensis*]). IVV. 7, 76 multa -endum carne leonem. SER. SAMM. 530 cocleas ... urtica aut furfure -i. *al.* ② *non indicatur pabulum*: VARRO rust. 2, 1, 16 -endi primus locus qui est (*i. pastio quaelibet, v. 2, 1, 17*). 2, 1, 17 qui (*i. quomodo*) ... quaeque pecudum -atur. 2, 4, 20 *porcos* domi ... secernunt a matribus ac seorsum -unt. 3, 10, 5 anseres -unt in umidis locis. 3, 17, 6 eos *pisces* (*v. p. 600, 24*). CIC. off. 2, 14 -ere eas *bestias* aut domare aut tueri aut ... fructus ex iis capere (*cf.* COLVM. 8, 2, 6 *gallinas* tutari [tueri *var. l.*] et -ere). MANIL. 5, 384 clausas ... culmine summo -ere aves Veneris. COLVM. 6, 3, 2 boves ... recte -endi non una ratio est. *al.* PETRON. 139 vers. 6 satiavit numinis iram Telephus et regnum Neptuni -vit Vlixes *sociis naufragis* (*e coniectura* [*?*] *pro* cavit; *alii vix recte* -vit *ad* pavere, pavescere *trahunt*). PLIN. nat. 9, 25 *delphinus* -stus ... e manu. STAT. Theb. 7, 574 manus obvia -it exceptantque cibos *tigres domitae.* MART. 6, 61 (60), 7 quam multi tineas -unt blattasque diserti (*sc. libris suis, cf. p. 594, 5*). QVINT. inst. 8, 3, 22 (*e declamatore quodam*) etiam canem -is. decl. 260, 15 animalia ... alere ac -ere. APVL. met. 6, 26, 1 quousque ... asellum ... frustra -emus? (*sim.* 7, 20, 3). 7, 16, 3 *equi* mares ... ob admissuram ... -sti satianter ac diu saginati. MIN. FEL. 28, 8 Apin bovem ... adoratis et -itis. ITALA Matth. 6, 26 (cod. a *al.* = VVLG.) pater ... caelestis -it illa *volatilia* (*gr.* τρέφει, *aliae vers.* alit). *al.*

Ⓑ *ipsa animalia* (*addidi* LVCAN. *et* TERT., *ubi animal corpus suum alens intellegas esse agens*): VARRO Men. 566 (*diciturne de ave, quae pullos peperit?*) quos non lacte (iacta *trad.*) novo levata -at (MART. 13, 41, 1 lacte mero -stum *porcellum* [APIC. 8, 7, 6]). rust. 3, 7, 10 eo ... *columbae* se et pullos -unt (COLVM. 8, 8, 2 *columbae mensibus* ceteris se ipsas -unt seminibus agrestibus. IVV. 14, 80 *adulti* volturis et se -entis. PALLAD. 1, 28, 1. PLIN. med. 1, 1, 6 cochleae matutino se -enti). LVCR. 2, 996 *p. 595, 22.* LVCAN. 6, 673 cervi -stae (-sti *var. l.*) serpente medullae (*ad rem cf. p. 600, 12*). PLIN. nat. 10, 30 *cornix* etiam volantes pullos aliquamdiu -it. 10, 99. 10, 165. 11, 74. STAT. Theb. 10, 825 *fetibus abreptis non sunt*, quibus *tigris* ubera -at. MART. 13, 97, 2 dum ... onager sola ... matre -itur. TERT. apol. 9, 11 caro *ursorum* -sta de homine (*nisi pertinet ad l. 33*).

Ⓒ *escae* (*l. 4. 13. 14 formis pass., sed ita ut esca agens esse videatur*): ① *variae*: VARRO rust. 3, 2, 12 hic aprum glas cum -it empticia, facit pinguem, illic gratuita exilem. VERG. georg. 3, 528 non illis *bubus* epulae nocuere ...: frondibus et victu -untur simplicis herbae, pocula sunt fontes. HOR. epist. 1, 20, 12 (*ad librum*) tineas -es (*cf. p. 593, 65*). SYMPH. 63 littera me -vit nec quid sit littera novi [*loq. tinea in aenigmate, quod ludit usu translato*]). VITR. 8 praef. 3 terrenus fructus ... alit et nutrit animales -endo continenter. COLVM. 2, 10, 22 *rapa* non hominem solum, verum etiam boves -unt. 7, 12, 10 *canes* hordeacea farina cum sero commode -it. 8, 4, 2 vinacea quamvis tolerabiliter -ant, dari non debent. *al.* LVCAN. 1, 329 *catulos tigris* caesorum -vit cruor armentorum. PLIN. nat. 18, 137 ut *vicia* Decembri mense -at. MART. 13, 49, 1 cum me *ficedulam* ficus alat, cum -ar ... uvis. IVV. 12, 105 (*de elephanto*) belua ... furva gente petita arboribus Rutulis et Turni -itur agro, Caesaris armentum. PRISC. periheg. 795 -unt quos *cygnos* herbae (*Dionys. periheg. 835* νέμονται ... ἐπὶ ποίης). ② *hominum corpora*: HOR. carm. 3, 27, 56 quaero -ere tigris. epist. 1, 16, 48 non -es in cruce corvos. TIB. 1, 3, 76 Tityos ... atro viscere -it aves (*de eiusdem poena*: OV. Ib. 194 SEN. Thy. 10. *ambigue de Diomede*: OV. Ib. 402 humano viscere -vit equos, *sc. et aliorum et suo corpore*). OV. ars 3, 36 quantum in te, Theseu, volucres Ariadna ... -vit ... sola relicta. met. 7, 765 exitio multi pecorumque suoque rurigenae -vere feram, *sc. vulpem Teumessiam.* SEN. Thy. 1033 -unt feras *filii vel filiorum reliquiae.* Tro. 567 peremptus -is Idaeas aves. LVCAN. 4, 810 -it aves nullo contectus Curio busto. PRVD. perist. 5, 444 *cadaver* squamosa -ens agmina. CLAVD. carm. min. 53, 21 volucrem vivo sub pectore -it *Prometheus.* PAVL. NOL. epist. 25a, 3 *p. 596, 54.* SALV. eccl. 3, 48 ulceribus canes -verat *Lazarus.*

Ⓓ *alia, sc. fere loca sim.* (*interdum vergit in notionem procreandi sim.*): LVCR. 2, 706 (*inter portenta*) Chimaeras -ere naturam per terras omniparentis. SEN. Herc. f. 1209 feras volucresque -ens Caucasi abruptum latus. OCTAVIA 515 -vere volucres et feras saevas diu tristes Philippi. COLVM. 8, 16, 8 harenosi gurgites ... pelagios *pisces* melius -unt. PLIN. nat. 9, 131 *purpurarum genus* vario soli genere -stum (*antea*: nutritum alga). SIL. 17, 448 fervent -stus harena ... serpens. MART. 10, 30, 21 piscina rhombum -it. 11, 18, 12 urucam male -it hortus *minimus* unam. IVV. 12, 105 *l. 13.* PRISC. periheg. 277 *Germania* -it volucres ... fulgentibus alis. 599.

(II) *speciatim, i. q. pinguem facere, saginare* (*dub.* VARRO, SEN., APIC.): VARRO rust. 3, 11, 4 *aves quaedam* neque propter fecunditatem neque propter suavitatem saginantur et sic (si *Ellis*) -endo fiunt pingues. HOR. sat. 2, 8, 88 pinguibus ... ficis -stum iecur anseris. SEN. epist. 110, 13 *animalia* diu -sta et coacta pinguescere. PLIN. nat. 10, 140 *ars* gallinaceos quoque -endi lacte madidis cibis (*antea*: gallinas saginare). MART. 13, 62, 1 sq. gallinae altiles: -itur et ... gallina farina, (2) -itur et tenebris. ITALA iud. 6, 25 (Lugd.) vitulum -stum patris (6, 28 [*ibid.*]. Luc. 15, 23. 27. 30 [cod. q, *aliae vers et Vulg.* saginatum]; *gr. semper* σιτευτόν). EDICT. imp. Diocl. 4, 21 L anser -stus (*gr.* τεθραμμένος). 4, 22 anser non -stus (*gr.* βοσκός) APIC. 7, 16, 1 cocleas lacte -stas: ... cum -stae fuerint, ut non possint se retrahere ...; similiter et pulte -i possunt (7, 16, 4 ubi -stae fuerint). ANTHIM. 22. *al.* *part. perf. fem. pro subst. i. q. avis (gallina?) saginata*: SCHOL. Iuv. 5, 115, 1 'altilis ...': -sta. SORAN. app. 8 adipes -ae ..., adipes anserinos (12. *cf.* 9 adipes de -sta).

b *-untur homines, dei sim. eorumve partes aut copiae*: *α generatim* (*interdum vergit in notiones curandi, vitam conservandi vel procreandi, educandi, in notionem habendi, possidendi maxime p. 595, 8. 13. 17 nec non l. 82*): Ⓘ *non plane indicatur esca*: Ⓐ *-untur quilibet* (*selecta post* LIV.): PLAVT. Merc. 59 convicium tot me, *sc. filium nequam*, annos iam ... -ere *patrem.* Most. 23 amicas emite, liberate, -ite parasitos, obsonate. Persa 56 quin parasitando -verint ventres suos (*cf. struct. reflex.*: SEN. epist. 20, 7 turba ista cum a te -i desierit, ipsa se -et [te *codd. vet.*]. VAL. dig. 34, 1, 22, 1 *bis.* VLP. dig. 24, 1, 21, 1 se mulier ... suosque homines. AVG. civ. 22, 8 p. 574, 5 D. sartoris se arte -bat. PALLAD. hist. mon. I 45 [*gr. p. 151, 11 B.* ἀποζῶντες]. *al.*). VARRO Men. 546 mammam lactis sugentem -ere [et] pupum. CIC. Mil. 3 quos P. Clodi furor rapinis et incendiis ... -vit. VERG. georg. 4, 152 *apes* Dictaeo caeli regem -vere sub antro (*item -unt animalia*: TERT. ieiun. 9 p. 285, 8 *corvi Eliam* [*sec.* III reg. 17, 4 *ut saepe al.*]). Aen. 7, 684 quos dives Anagnia -it (*sim. -it ager vel regio*: HOR. epist. 1, 17, 47. 2, 2, 160. MANIL. 5, 375 Numidarum -imur oris *eqs.* SEN. Phaedr. 538. epist. 60, 2 homo et terrā et mari -itur. PLIN. nat. 18, 15 nulla provinciarum -ente Italiam. SIL. 8, 431 MART. 10, 96, 7. GARG. MART. med. 30 [*e Catone?*]. EXPOS. mundi 30 Heliopolis ... mulieres speciosas -it. *al.*). AETNA 225 non oculis solum pecudum miranda tueri more nec effusos in humum grave -ere corpus. LIV. 24, 24, 2 regiis stipendiis -stus ... miles. 33, 47, 3 quos -verat ... publicus peculatus (*sim. -unt res, per quas victus paratur*: VAL. FL. 7, 52 *Argonautas* ratis ... sola rapinis saevaque -it hiems. SIL. 3, 390 vis raptaque. MART. 9, 63, 2 mentula [*cf.* IVV. 9, 136 -itur inguine venter]. IVV. 7, 93 [*versus spurius?*] *vatem* pulpita. *al.*). SEN. dial. 5, 17, 3 *Lysimachus suum quondam* amicum ... in cavea velut novum aliquod animal ... diu -vit. QVINT. decl. 260, 17 abdicatos. IVV. 12, 28 pictores quis nescit ab Iside -i. APVL. apol. 56, 5 dis ..., qui eum -unt ac vestiunt. TERT.

[Krömer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adv. Marc. 4, 21 p. 488, 14 *Christus* -it populum in solitudine. Itala gen. 48, 15 (Novatian. trin. 19, 16 D. *al.*, *sim.* Vulg.) *deus* -it me *Iacob* a iuventute (*gr.* τρέφων). 50, 20 (Ottob. *al.*) ut -retur populus multus *per Ioseph* (*gr.* διατροφῇ, *Vulg.* salvos faceret). Cod. Theod. 8, 4, 6 pr. primipilaribus, qui ad -endos milites ... destinantur (*cf.* CIL VI 2893 ex evokat(o), qui ... -vit leg. x). *al.* (B) *-untur servi, mercennarii sim.* (*milites et parasitos supra inseruimus, e. g. p. 594, 61. 77*): Hor. sat. 1, 6, 104 plures calones atque caballi -endi *forent.* 2, 6, 67 (*vix ad l. 20*). 2, 7, 18 mercede diurna conductum -vit. Sen. benef. 6, 12, 2 captivos suos, ut commodius veneant, -it et ... saginat. dial. 10, 12, 3 athletas ... -it. epist. 17, 3. 17, 4 paucos ventres (Petron. 57, 6 viginti v. -o et canem). Plin. nat. 18, 38. Quint. decl. 260, 14 noxiorum familias (*aliter p. 597, 1*). Iuv. 3, 141 quot -it servos? *al.* Plin. epist. 10, 31, 3 *damnatos* a re publica -i *eqs.* Epist. imp. Hadr. dig. 48, 15, 6, 1 Pompon. dig. 24, 1, 31, 10. Vlp. dig. 10, 4, 11, 1 -ere ... servum, vestire, curare. Apul. met. 1, 21, 7 neque praeter unicam -it ancillulam. Tert. anim. 13, 2 quantas animas -o, ait dives. Edict. imp. Diocl. 7, 2 L. lapidario structori -s⟨to⟩ *denarios tot* (*gr.* τρεφομένῳ. *sim. saepe ibid.*). *al.*

(II) *indicatur esca* (*potus l. 27. 30 sq.*): (A) *ablativo* (*ad p. 594, 58 sqq. fort. trahenda l. 26. 30*): Afran. com. 283 Gallum sagatum, pingui -stum taxea. Lucr. 2, 996 quibus *pabulis* omnes *animantes* corpora -unt. Cael. Cic. fam. 8, 15, 1 tibi nostri milites ... malis orbiculatis esse -sti videntur? Calv. carm. frg. 9 virgo infelix *Io*, herbis -eris amaris (*nisi ad p. 599, 83*). Verg. Aen. 3, 650 -unt radicibus herbae. Hor. epist. 1, 16, 2 fundus ... arvo -at erum. Eleg. in Maecen. 1, 119 -itur ... Tithonus nectare. Liv. 23, 5, 13 *milites* infandis -stos epulis, *sc. corporibus humanis.* Pers. 3, 55 iuventus ... -sta polentā. Plin. nat. 13, 106 exercitus -stos eo *fructu. al.* Sil. 3, 311 dulci -it lotos ... baca. Stat. silv. 4, 5, 36 fonte Iuturnae relictis uberibus ... esse -stum *Septimium* (*cf.* Vulg. III reg. 18, 4 -vit eos pane et aqua [*item* 18, 13]). Mart. 3, 58, 48. Iuv. 5, 150 poma ..., quorum solo -aris odore. Suet. Aug. 24, 2 cohortes ... decimatas hordeo -vit. Tert. carn. 6 l. 76 ut terrenis pabulis -sta sit *caro angelorum* (*respicitur gen. 18, 1 sqq.*). Hier. epist. 21, 26, 1 cotidie *salvatoris* carne -imur, cruore potamur (*respicitur eucharistia ut*: Prud. cath. 5, 108 -entes dapibus pectora mysticis. Sacr. Leon. 525. *al.*). *al.* (B) *per ipsum subi.* (*cf. l. 25. 29*): Hor. carm. 1, 31, 15 me -unt olivae *eqs.* epist. 1, 15, 14 populum frumenti copia. Colum. 2, 9, 14. 2, 10, 22 *p. 594, 8.* Mart. 6, 11, 5. 9, 2, 4. Itala (= Vulg.) sap. 16, 26 non ... fructus -unt homines, sed sermo tuus ... conservat (*gr.* τρέφουσιν). Prud. cath. 8, 78 animum ... -at ... cibus (Anthim. 75 c. iste -it). *al.*

β speciatim in conviviis (*cf.* Non. p. 240, 7 accipere -ere [*ad Ter. Eun. 1082, quod item explicant* Don. *et* Eugraph.; *v. etiam* Claud. Don. Aen. 3, 350 p. 315, 15]. Gloss. ἑστιῶ. περιδειπνίζει): (I) *cum acc. personae i. q. invitare, excipere* (*cf. p. 590, 72*): Cic. Att. 6, 1, 13 in ... splendidissimis canistris holusculis nos soles -ere. Plin. nat. 12, 63 benigne certo dierum numero deus hospites -it. Stat. silv. 1, 6, 37 (*ad Domitianum*) cum tot populos ... -as *in theatro* (*antea*: alis). Mart. 7, 86, 10 *v. p. 597, 50.* Porph. Hor. carm. 3, 21, 7 Messalam Corvinum -ere. Cypr. ad Donat. 16 magis carissimos -is, si *eqs.* Eutr. 4, 7, 3 legationes ... magnificentissime convivio -vit. Schol. Cic. Gron. D p. 309, 5 'quisquam vocaret': ... quis eum -ret. Aug. serm. coll. Morin p. 32, 13 ut dici solet: -am amicos. CIL X 5654, 10 sing(ulos) -vit et ded⟨it ei⟩s discumbentibus *eqs.* *al.* (II) *absolute i. q. convivium comparare* (*cf.* Apul. *p. 598, 38*): Porph. Hor. sat. 1, 4, 88 'aquam praebere' dicere pro '-ere'. Spart. Hadr. 17, 4 cum plurimis simmatibus -ret. Lampr. Alex. 41, 4 quando -bat. *ibid.* si -atur a praefectis absente imperatore. Schol. Hor. sat. 2, 8, 36 'parochi': -entis ..., id est pastoris illius, qui convivium praebebat. Ambr. Hel. 8, 24 (*verba obsonatoris*) -it ... dominus meus. Comm. instr. 2, 37, 1. 2. 6 Lux. anth. 326, 6. *al.*

2 *translate* (*hic illic imagine sublucente; imagines notabiliores v. sub 3; nonnumquam subesse videtur usus sub A descriptus, maxime l. 67 sqq. p. 596, 30 sqq.*): **a** *potius cum respectu satiandi, delectandi sim.; -untur*: α *sensus, imprimis oculi* (*gula l. 75, auditus p. 596, 1*): Ter. Phorm. 85 *amanti inopi* restabat aliud nihil nisi oculos -ere (*aspectu puellae ut*: Lucr. 1, 36 Mavors ... -it amore avidos ... visus. Ov. am. 3, 2, 6 tu cursus spectas, ego te: ... oculos -at uterque suos). Cic. Verr. II 5, 65 eius cruciatu atque supplicio -ere oculos animumque exsaturare (*aspectu cruciatus sim. ut*: Phil. 11, 8 in eius corpore lacerando [*dist.* animum satiare]. Ov. met. 14, 728 lumina. Tac. hist. 3, 39, 1 Suet. Vit. 14, 2. Hier. epist. 1, 4 -stis cruore luminibus). Lucr. 2, 419 *colores*, oculos qui -ere possunt. Manil. 5, 196 gulam Nereus ex aequore -it (Sen. nat. 3, 17, 3 *piscis* oculos ante quam gulam -vit). Sen. epist. 58, 25 quemadmodum ille caelator oculos ... fatigatos remittit atque avocat et, ut dici solet, -it, sic nos animum aliquando debemus relaxare et quibusdam oblectamentis reficere. Ambr. Abr. 2, 3, 11 oculi -untur primo diei lumine (*cf.* Aug. in euang. Ioh. 13, 5 fraudati oculi cibo suo — luce quippe -untur *eqs.*). Paul. Nol. epist. 13, 24 si -at oculos (*sc. agricola messem exspectans ut*: Ven. Fort. carm. 3, 12, 15 de messe futura). Cypr. Gall. Ios. 165 visum. Eustath. Basil. hex. 4, 1, 1 populi spectaculis ... oculos -endo reficiunt (*gr. p.* 77^{C} πόλεις ... ἑστιῶσαι τὰς ὄψεις). Ennod. epist. 9, 26, 2 p. 248, 5 agnoscant, quod -at auditum. *al.* *β affectus*: Prop. 4, 3, 22 *dignior Ocno qui apud inferos* tuam -at, aselle, famem (Ps. Quint. decl. 12, 3 fames se ipsa -vit. Consult. Zacch. 3, 8 p. 112, 32. *cf. p. 597, 42*). Val. Max. 4, 7 ext. 2 -vi invidiam quorundam optimi amici iactura. Sen. dial. 7, 17, 3 non sum sapiens et, ut malivolentiam tuam -am, nec ero. Sil. 12, 721 aspice, ... Iupiter ... quantis -at ... ignibus iras (Aug. epist. 91, 9). Apul. met. 9, 38, 2 fruere exitio totius ... familiae et sanguine ... insatiabilem tuam crudelitatem -e. Prud. c. Symm. 2, 673 Decius ... insanam -vit rabiem. Claud. 8, 251 cupido ... expleri -ique nequit (*cf.* Aug. serm. 352, 3, 9 cupiditatem [*postea*: impleam et saturem]). carm. min. 22, 22 furorem. Consult. Zacch. 3, 8 p. 112, 23 fauces hiantes avaritiae cruor -it (*cf.* Cod. Theod. 8, 5, 7 avaritiam).

γ animantes eorumque animus sim.: Publil. C 29 crudelis lacrimis -itur, non frangitur. Verg. georg. 2, 285 non animum modo uti -at prospectus inanem ([Serv.: delectet]. Aen. 1, 464 a. pictura -it inani *Aeneas* [Serv. auct.: delectat]. Liv. frg. 68 opere. Porph. Hor. epist. 2, 1, 102 ut diversis delectationibus animi hominum -rentur. *al.*). Lucan. 1, 172 populus, quem pax ... iuvaret, quem sua libertas immotis -ret armis. Cypr. ad Donat. 1 animam simul et auditus *sermonis* instruit et -it obtutus *arborum* (Hier. epist. 22, 37, 2. *al.*). Ambr. obit. Valent. 38 eum vestrae gratiae -bat affectus. *ibid.* -unt frequenter et lacrimae et mentem ablevant. Claud. 3, 165 illecebris capitur ... *et* avaro -itur aspectu *Rufinus*. 28, 116 -vit Iuleos inviso sanguine manes Augustus. Paul. Nol. epist. 13, 11 pulchro ... tanti operis tui spectaculo -or. Sacr. Leon. 477 quos beneficiis temporalibus refobis, -e divinis. Max. Taur. serm. 18, 2 M. avarus ... alieno se -it damno; ... est illi laetitia fletus alienus. Maxim. eleg. 4, 2 -ere corda ioco. *al.*

b *potius cum respectu conservandi, sustinendi vel corroborandi, augendi sim.*: α *corporaliter, sc. saepissime materia accepta, -untur*: (I) *sidera*: Lucr. 1, 231 unde aether sidera -it? (*cf.* Apul. mund. 2 *altitudo aetherea* divinas ... vivacitates ignium -ens). 5, 525 sive ipsi *siderum ignes* serpere possunt, quo cuiusque cibus vocat ... flammea per caelum -entis corpora passim. Verg. Aen. 1, 608 polus dum sidera -et. Lucan. 9, 313 *sol* ponto sua lumina -ens. Plin. nat. 2, 46 sidera ... umore terreno -i. 2, 171 sidera ... -ens *oceanus* (Rut. Nam. 1, 644 aquis). *inde in imag.*: Coripp. Iust. 3, 187 imitatur Olympum ... Augusta domus: ... regis -untur ab igne *cetera sidera*.
(II) *ignis sim.* (*cf. l. 31. 33 et p. 601, 77*): Verg. georg. 2, 432 taedas silva ... ministrat -unturque ignes nocturni et lumina fundunt. Aen. 11, 787 *Apollini* pineus ardor acervo -itur. Aetna 220 quae res incendia -it (*sc. e montibus erumpentia; cf.* 447 -ret ignes [posceret *trad.*]. 623. Sen. epist. 79, 2 *ignis* aliis -itur, in ipso monte non alimentum habet. Sil. 17, 593). Dirae 52 Vulcanus ... -stus Iovis ignibus. Ov. met. 14, 467 Danaas -verunt Pergama flammas. Sen. Herc. O. 577 ture flammas *sacrificii.* nat. 1, 15, 2 (*de fulgoribus*) ignem, quem propior terris diu -verat *aer spissus.* 7, 20, 2 quo *alimento* -bantur *ignes caelestes.* Lucan. 5, 525 scintillam ... -vit in ignes. Plin. nat. 2, 239 *natura* voracitatem *ignis* in toto mundo avidissimam sine damno sui -it. Val. Fl. 2, 450 ignem ... sulphure -it amico. 2, 658 ratibus qui -itur ignis. Sil. 9, 603 -stus ... ignis edax vento. 14, 421 *Corbulo* atros ... -stosque bitumine torquet ... ignes. Min. Fel. 35, 3 poenale illud incendium non damnis ardentium -itur, sed inexesa corporum laceratione nutritur. Lact. inst. 5, 10, 4 ignem *arae* cruore hominum tamquam oleo -ere (spargere *var. l.*). Paul. Nol. epist. 25a, 3 iuste nunc apud inferos ignes -it et vermes, qui apud superos non -verat indigentem. *al.* *inde in imag.*: Paul. Nol. epist. 4, 1 (*alloquitur Augustinum*) *lucerna* -stum oleo laetitiae lumen effundens. (III) *herbae sim.*: Verg. georg. 2, 189 *campus* filicem ... -it (*inde* Ambr. in psalm. 118 serm. 13, 26). Petron. 121 vers. 110 *Fortunae est cordi* sanguine -ere luxum (*cf. vers. 99* nutritas sanguine fruges). Plin. nat. 14, 13 *vitis quaedam* brevitate crassitudinem -ens. 17, 29 quasdam pruinis ac nebulis -i ... vites. 17, 90 *umbra alni* -ens sata. 17, 173 *viveradix resecta* vires ... concipit et intra se -it suffecturas oneri. 17, 211 utile toros futuri draconis -i. 19, 56 etiamne herba aliqua diviti tantum -itur? Carm. de mens. 2, 46 semina ... -it hiems. Ambr. in psalm. 118 serm. 4, 21, 1 *cypressus* comam -it (*cf. l. 70*). Prisc. rhet. 7, 23 p. 557, 11 *laudantur* arbores ... et a pastu, quo modo -untur; et si multa cura egent *eqs.* (*gr.* ἀπὸ τῆς τροφῆς, οἷον πῶς τρέφεται). (IV) *varia* (*cf. p. 597, 52. 598, 3*): Hor. sat. 2, 3, 35 me ... iussit sapientem -ere barbam (Schol. Verg. Veron. ecl. 8, 34. *cf.* Verg. Aen. 7, 391 sacrum tibi -ere crinem [Stat. Theb. 8, 492 ille genas Phoebo, c. hic -bat Iaccho. CE 1109, 37 Cens. 1, 10 Nemes. ecl. 2, 78. *al.*]. Stat. Theb. 6, 608 Triviae -bat ... munus. Heges. 4, 25, 2 comam. *sim. al.; huc fortasse* Dosith. gramm. VII 427, 13 squalorem -ens αὐχμὸν τρέφων). Ov. trist. 4, 4, 64 Taurica dira caede ... -itur (spargitur *var. l.*) ara deae (Val. Fl. 1, 678 plurimus aras -it honos). Manil. 1, 158 ut liquor exhalet ... auras aeraque ex ipso ducentem semina -at. Plin. nat. 17, 56 satis quibusdam ipsis -i terram dicit *Cato*: segetem stercorant fruges *eqs.* 34, 137 Servilia familia ... trientem ... -it auro, argento consumentem utrumque. Sil. 12, 230 *ebur* Tiburis aura -it, *sc. splendorem conservans vel restituens.* Stat. Theb. 11, 115 Notus et Boreas ..., hic nive Rhipaea, Libycis hic -stus harenis. Ach. 2, 144 imbribus adsiduis -stus nivibusque solutis Spercheos (*item de fluvio nivibus aucto*: Sidon. epist. 2, 9, 9 Alc. Avit. carm. 4, 441). Iuv. 6, 365^{21} oculos fuligine -it ... adulter (*v. vol. VI 1, 1523, 58 sqq.*).
[Krömer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TERT. apol. 44, 3 de vestris (*i. paganis*) ... munerarii noxiorum greges -unt. SPART. Hadr. 11, 1 ne quid otiosum vel emeret aliquando vel -ret. *al.*

β incorporaliter -untur: ⓘ *animantes eorumque animus sim.* (*huc fort. locus corruptus* VARRO Men. 462): LVCR. 3, 1003 animi ingratam naturam -ere semper atque explere bonis rebus satiareque numquam. OV. Pont. 1, 4, 21 otia corpus alunt, animus quoque -itur illis; immodicus contra carpit utrumque labor (VITA Hil. Arel. 32 l. 4 secreti amore a. quoque affectumque -visti). VAL. MAX. 7, 2 ext. 7 *iuvenes* profusa indulgentia -sti. INSCR. Année Epigr. 1968 n. 455 (*saec. III, e Thracia*) cupiunt ... parentes me nuvere viro et gloria -ere omnes. PACIAN. (?) sim. carn. p. 132, 29 animam ... lectoris -it rerum divinarum ... cognitio (AMBR. Isaac 4, 11 in illo *divino* confirmatur atque eo -itur. VITA Caes. Arel. 1, 61 de hoc alloquio. *al.*). AVG. gen. ad litt. 5, 3 p. 141, 26 *ut sacra scriptura* veritate magnos -at, affabilitate parvulos nutriat. c. Petil. 2, 32, 73 p. 61, 31 serm. 71, 7, 11. POMER. 3, 8, 3 his malis *superbae mentis* diabolus -stus exsultat. *al.* ⓘⓘ *affectus*: VERG. Aen. 10, 627 spes -is inanis. OV. rem. 749 non habet, unde suum paupertas -at amorem (met. 9, 749 spes est quae capiat, spes est, quae -it a. MAXIM. eleg. 3, 69). SEN. Herc. O. 351 quid ipsa flammas *odii ac doloris* -is et vastum foves ultro dolorem? (*cf.* 448 quidquid dolorem -it). dial. 6, 1, 7 haec ... misera et in se saevientia ipsa ... acerbitate -untur. SIL. 7, 497 -ere ... pravum ac nutrire furorem *Minucii* (favorem *trad.*). TERT. scorp. 12 p. 173, 26 martyrum animae ... patientiam (*respicitur apoc. 6, 9 sqq.*). AMBR. paenit. 1, 14, 76 -itur libido conviviis, nutritur deliciis, vino accenditur. FERRAND. epist. 12 non semper oculis corporalibus sancta caritas -itur. *al.* ⓘⓘⓘ *varia*: HOR. epist. 1, 18, 35 dormiet in lucem ..., nummos alienos -et (*huc fort. pertinet* SEN. epist. 2, 6 quid refert, quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat, quantum -at aut feneret?). SEN. Herc. O. 1319 (*Herc. ad Iunonem*) quid -is minas? 1398 longus tibi -vit cruentos forsitan morbos labor. SIL. 4, 9 docilis ... -ere rumorem ... pavor (*cf.* VAL. CEM. hom. 6, 3 p. 710^C dum fabulas [*i. rumorem*] -it, nescit cavere mendacium *genus hominum garrulorum*). 13, 359 talenta -ere longinquum non deficientia bellum. TERT. apol. 39, 3 fidem sanctis vocibus -imus. PRVD. c. Symm. 2, 954 annona ... *plebis* longa otia -it. CLAVD. 22, 115 Ambitio ... pretiis commercia -it honorum. AVG. catech. rud. 19, 10 *daemonia* se ... adorari ... laetantur, dum errores suos humanis erroribus -unt. *al.*

3 *in imagine, sc. lusu notionum* (*zeugma l. 49. 50. 66, cum acumine quodam dictum l. 42. 73; afferuntur notabiliora selecta*): OV. met. 4, 263 expers undaeque cibique rore mero lacrimisque suis ieiunia -vit *Clytie* (PAVL. NOL. carm. 27, 587 grata oculis i. -unt *contemplantes picturam sanctam*. ARATOR act. 1, 575 *animae* i. -i semper ab ore [*i. verbis*] decet). SEN. dial. 6, 22, 5 (*de Seiani satellitibus*) acerrimi canes, quos ille ... sanguine humano -bat. PETRON. 2, 8 ne carmen quidem sani coloris enituit, sed omnia quasi eodem cibo -sta *eqs.* 39, 6 *signo tauri* nascuntur et bubulci et qui se ipsi -unt. STAT. Theb. 6, 77 *pater* in nomen *filioli* -bat equos cinctusque sonantes armaque maiores expectatura lacertos. MART. 7, 86, 10 -is munera ..., non amicos. 10, 96, 7 -itur hic, ibi -it ager (*cf.* 10, 58, 9 dura suburbani ... iugera -imus agri vicinosque ... lares [*vix ad IIB*]). 12, 75, 3 -stas glande natis habet Secundus (*sensu obsceno*). TAC. Agr. 31, 2 nata ... mancipia ... a dominis aluntur; Britannia servitutem suam ... cotidie -it (*sc. frumento Romanis praebito*). APVL. met. 2, 11, 6 grandem ... istam lucerna⟨m⟩ Sibyllam -imus. TERT. ieiun. 6 p. 281, 6 Moysen deo -stum inediamque eius nomine saginatam. praescr. 36 l. 21 *ecclesia* potat fidem; eam ... sancto spiritu vestit, eucharistia -it. CYPR. eleem. 12 si putas quia, qui Christum -it, a Christo ipse non -itur (*respicitur* Matth. 25, 37 quando te ... -vimus *ut*: eleem. 22 in pauperibus. HIER. epist. 4, 1, 2. AVG. in psalm. 127, 16 l. 72 bene vivendo. *al.*). epist. 39, 2 animam ... nutrimentis spiritalibus deus -vit. LAMPR. Alex. 15, 3 imperatorem, qui ex visceribus provincialium homines non necessarios ... -ret (*cf.* AMM. 24, 4, 9 miles visceribus hostium -batur). HIL. in Matth. 22, 4 homines spiritales tamquam caelesti pane ad evolandum aves -stae. VEG. mil. 2, 19 *miles* veste et annona publica -batur. AMBR. Abr. 2, 8, 57 nares ... continuato quodam substantiam hominis cibo -unt. HIER. epist. 52, 6, 2 *ecclesia filios suos* genuit, nutrivit et -vit (*in sim. serie*: VAL. CEM. hom. 20, 2 p. 752^B *mala* cupiditas aut concipiat aut parturiat aut -at aut nutriat). AVG. in epist. Ioh. 3, 1 *Christus* lacte te nutrit, ut pane -at. HIL. AREL. vita Honorat. 9 l. 13 *certabatur, quis* affectu prius Christum quam advenam convivio -ret. VITA Hil. Arel. 14 l. 9 *praedicatione* epulis plebem spiritalibus saginabat, -endo esurire cogebat, esurientes nequaquam -ere desistebat. SACR. Leon. 832 *episcopi* greges sacros divino pane -entes. *al.*

II *i. q. depascere* (*cum obi. loci [herbae l. 80]; fere de actione pastorum [ipsorum vescentium, fruentium animalium p. 598, 1, hominum sub B]; huc p. 591, 81?*): **A** *proprie*: SENT. Minuc. (CIL I² 584) 40 ea prata ... niquis sicet nive -at nive fruatur (*cf.* LEX Quinctia [Frontin. aq. 129] 32 in eo loco -ere herbam, fenum secare [*vix post -ere interpungendum*]. PLIN. nat. 18, 12 frugem ... aratro quaesitam ... -visse ac secuisse ... XII tabulis capital erat). VERG. Aen. 11, 319 *Rutuli collium* asperrima -unt. TIB. 2, 3, 42 praedator cupit inmensos obsidere campos, ut ⌊multa innumera iugera -at ove⌋ (m. innumeram i. -at ovem *vel* multo innumeram iugere -at ovem *var. ll.*). 2, 5, 25 -bant herbosa Palatia vaccae. LIV. 25, 12, 10 (*carmen Marcii vatis*) *Apollo* exstinguet perduellis vestros, qui vestros campos -it placide (-unt *trad.* Macr. Sat. 1, 17, 28. *fortasse pertinet ad p. 596, 68*). PLIN. nat. 18, 258 utilissimum ..., *prata* nec primo anno rigari nec -i ante secunda fenisecia. AMBR. Abr. 2, 6, 27 *revocare* pecus ..., quo herbosa et non fructuosa -antur (*nisi est deponens*). **B** *translate* (*cf. p. 597, 52*): MART. 9, 80, 2 uxorem -it Gellius et futuit (*nisi de irrumatore, cf. p. 597, 52. item male tractatur femina*: VVLG. Iob 24, 21 *impius* -vit ... sterilem ... et viduae bene non fecit [*a Greg. M. al. ita explanatur, ut pertineat ad I*]).

III *i. q. comedere vel pabulum carpere, vesci. in imagine vel translate l. 30. 35. 51. al.; iuxta notionem sub I descriptam e. g. l. 42. 47. grammaticorum doctrinas v. supra p. 590, 66 sqq., adde* CHAR. gramm. p. 468, 23 B. GLOSS.^L I Ansil. PA 666 -itur: pabulum sumitur.

1 *usu sollemni*: **a** *de natura, habitu sim.* (*cf. Steier, RE III A 1628 sqq.*): α *respicitur salacitas* (*cf. p. 607, 12; v. Otto, Sprichw. n. 1352*): CIC. fin. 2, 75 voluptas, quae -bus omnibus nota est. PRIAP. 26, 5 *mulieres* vernis -bus salaciores. FEST. p. 313 strutheum . . . vocant obscenam partem virilem, ⟨a⟩ salacitate videlicet -is, qui gr⟨a⟩ece στρουθός dicitur. PLIN. nat. 10, 107 columbae et turtures octonis annis vivunt; contra -i minimum vitae, cui salacitas par. 30, 141 venerem concitant viris . . . -es in cibo vel ova eorum (*sim.* MARCELL. med. 33, 6). AVG. c. epist. fund. 32 p. 235, 5 -em parietinum, in cuius conparatione quivis admissarius *equus* frigidissimus invenitur. *inde comes est Veneris* (*sec. Sapph. 1, 10*): APVL. met. 6, 6, 3 currum deae *Veneris* prosequentes gannitu constrepenti lasciviunt -es, et ceterae . . . aves . . . adventum deae pronuntiant. β *exempla varia selecta*: SEN. contr. 10, 5, 28 aeque familiariter in templum volturios subire putavit quam -es aut columbas. PHAEDR. 1, 9, 4 (*exemplum stultae securitatis*) leporem obiurgabat -r (*postea*: ipsum *-em* accipiter . . . rapit). PLIN. nat. 10, 89 *halcyon* paulo amplior -e (*cf.* MART. 1, 7, 5 -e maior est columba. *item parvitatis causa memoratur*: AVG. conf. 7, 1, 2 in euang. Ioh. 6, 4 CASSIOD. in psalm. 101, 8. *al.; v. etiam l. 69 sq.*). 10, 111 ambulant aliquae *aves* . . ., saliunt aliae, ut -es, merulae. 18, 158 (*noxius milio ut*: 18, 160 *milio et panico*). MART. 9, 54, 8 arguto -e vernat ager (*item spectat ad vocem*: SVET. frg. 161 p. 254, 1 -um *est* titiare [*item* GLOSS. I p. 93]. APVL. met. 8, 20, 2 incantantem. AVG. in psalm. 83, 7 l. 15 querula vox -is. SIDON. epist. 9, 2, 2 improborum -um fringultientes susurros. *v. etiam l. 22*). ITALA psalm. 10, 2 (Veron. *al.* = VVLG.) transmigra in montes sicut -r (*Hier. psalt. sec. Hebr. 11, 2* avis). 83, 4 (Veron. *al.* = VVLG.) -r invenit sibi domum et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos (HIER. psalt. sec. Hebr. avis . . . -r). 101, 8 (Veron. *al.*) -r singularis (*gr.* μονάζον, VVLG. solitarius [*Hier. psalt. sec. Hebr.* avis solitaria; *de hoc epitheto v. Fehling, Philologus 113, 1969, 217 sqq.*], *aliae vers.* unicus, singillatim, in solitudine). 103, 17 (Veron. *al.* = VVLG.) *in cedris Libani* -es nidificabunt ([*Hier. psalt. sec. Hebr.* aves]. AVG. in euang. Ioh. 15, 7). Ier. 8, 7 (Cypr. testim. 1, 3) cognovit tempus suum turtur et hirundo, ruris -es custodierunt tempora introitus sui (*Vulg.* ciconia; *cf.* HIER. *ad l.* Aquila et Symmachus . . . 'agur' . . . LXX 'agri -es' [*ita etiam* Ambr. hex. 6, 4, 20 *et* EVSEB. EMES. serm. 18, 1]). Matth. 10, 29 (cod. c *al.* = VVLG.) nonne duo -es asse veneunt? (*sim.* Luc. 12, 6 [*ibid*]. *pendent multi, e. g.* TERT. castit. 1 l. 28 -r assis unius [*sim.* fug. 3, 4]. IVVENC. 2, 490. PRVD. psych. 620 modico venalibus asse). HIL. in psalm. 123, 9 -r, avis domestica et aedificiorum incola. AVG. serm. 90, 10 scitis istos -es et hirundines quemadmodum diligant coniuges, simul ova foveant, simul pullos nutriant *eqs.* CASSIOD. in psalm. 10, 2 -um . . . plura sunt genera: alii gaudent ad foramina parietum, alii valles . . . requirunt, nonnulli montes appetunt. 101, 8 -r est avis parva, sed nimia sagacitate sollicita, quae nec facile laqueis irretitur nec *eqs. al.*

b *de utilitate, commodis sim.*: α *observatur in auguratione* (*sc. Calchantis, cf. Hom. B 308 sqq.*): CIC. div. 1, 72 ex -um numero belli Troiani annos auguratus est *Calchas* (*sim.* 2, 63). 2, 65 quae . . . ista auguratio est ex -bus . . .? *ibid.* quid simile habet -r annis? MACR. Sat. 5, 14, 13 omen, quod Graecis . . . de serpente -um populatore contigerit. β *fit captivus, mansuetus* (*fere delectandi causa*): CATVLL. 2, 1 -r deliciae meae puellae, *eqs.* (*de eodem* -e 3, 3. 4. 15. 16, *alludunt ad eundem* MART. 1, 109, 1. 7, 14, 4 IVV. 6, 8; *spectat huc etiam p. 607, 15; de specie huius -is fusius a viris doctis tractatum est, cf. e. g. Fehling, loco l. 40 citato; de interpretatione symbolica v. Brenk, Latomus 39, 1980, 703 sqq.; obsceniora quaedam dissolvit Jocelyn, Am. Journ. Phil. 101, 1980, 421 sqq.*). MANIL. 5, 387 totam . . . per urbem qui gestant caveis volucres ad iussa paratas, quorum omnis parvo consistit -e census. FRONTO p. 171, 25 v. d. H. avicularum . . . cupidissimus est *puer*, pullis gallinarum columbarum -um oblectatur (*cf.* ITALA Iob 40, 24 [Ambr. paenit. 1, 13, 64] ludes eum *draconem* sicut avem, ligabis eum sicut -em puer [*cf.* Chromat. in Matth. 14, 5 E.-L. *et* HIER. interpr. Iob 40, 29; *Vulg. aliter*]. AVG. conf. 1, 19, 30 *inter oblectamenta puerorum*: nucibus et pilulis et -bus). APVL. met. 8, 15, 3 gerebamus pullos, -es, aedos, catellos (*v. Hijmans, 1985, ad l.*). γ *adhibetur in medicamentis vel cibis* (*cf. p. 607, 3. 42; huc fortasse spectat* CIL IV 8344 [*iuxta culinam inscriptum*]): PLIN. nat. 1, 30, 8–53 p. 103, 13 *quinque medicinae ex* -e. 30, 26 *fimo* -um cum oleo calefacto et . . . auriculae infuso (*cf.* ANTIDOT. Brux. 135 stercus -is parietarii). *ibid.* -is pullorum . . . cinerem ex aceto infricare (30, 94 -um c.). 30, 141 *v. l. 17 sq.* CAEL. AVR. chron. 3, 35 dabimus . . . -um pectora vel perdicum *eqs.* ANTHIM. 30 -is, qui in parietibus nutriunt, pullus ipsorum bene assus aut elixus. *affertur inter carnes venales*: EDICT. imp. Diocl.

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 37 L. (*ad textum v. Lauffer in suppl. p. 300; gr. στρουθοί, at Megar. π⟨υρ⟩γειτῶν*). δ *immolatur in sacrificiis*: VVLG. lev. 14, 4 ut offerat pro se duos -es vivos, quos vesci licitum est (*Itala Lugd.* pullos. *describitur immolatio* 14, 5–7 *et* 14, 49–52; *cf. quae explicat* HESYCH. *ad l.*).

2 *tropice*: a *in allocutione* (*sive per blanditiam sive per ludibrium*): PLAVT. Cas. 138 (*ad coniugem*) meus pullus -r, mea columba, mi lepus (*cf.* SCHOL. Pers. 3, 16 *pueros* nutrices blandientes columbos et pullos et -es vocant. APVL. met. 10, 22, 3 [*mulier delicata ad asinum*] meum palumbulum, meum -em). QVINT. inst. 6, 3, 93 (*debitori se parcissime vivere affirmanti*) -r, redde quod debes. IVV. 9, 54 dic, -r, *eqs.* (*ad pathicum, quem salacitatis causa sic appellatum putant vulgo*). b *per aenigma et lusum verborum*: PETRON. 56, 9 (*inter apophoreta*) -es et muscarium: uvam passam et mel Atticum. c *per metonymiam de carmine* (*aut Catulli ipsius aut Catullum imitante; cf. p. 606, 63*): MART. 1, 7, 3 Stellae ... columba (*sc. carmen in columbam scriptum*) vicit ... -em Catulli. 4, 14, 14 ausus est Catullus Magno mittere -em Maroni. 11, 6, 16 donabo tibi -em Catulli (*sc. talia carmina, qualia fecit Catullus*).

3 *allegorice de Christo vel de Christiano* (*cf.* EVCHER. form. 4 p. 24, 5 -r nonnumquam dominus aut vir sanctus [*affert* psalm. 83, 4 *et* 10, 2]; *exempla potiora*): HIER. tract. in psalm. I p. 88, 10 nemo transmigrat in montes (*qui sunt imago caeli*), nisi qui -r est *eqs.* PAVL. NOL. epist. 40, 8 *de Christo* (*passim in hoc capite; afferuntur* psalm. 101, 8. 83, 4 Matth. 10, 29). AVG. in psalm. 10, 1 oportet ... esse -em pennatum virtutibus et praeceptis dei. 101 serm. 1, 8 l. 52 pelicanus nascendo, nycticorax moriendo, -r resurgendo *Christus*. 103 serm. 3, 16 l. 7 minuta volatilia solent dici -es; sunt ergo quidam spiritales *eqs.* PS. AVG. serm. 54, 2 (*ad* psalm. 83, 4) in turture et -e salvator noster significatur *eqs.* PROSP. in psalm. 103, 17 hi ... qui elegerunt humilitatem. *al.* *pro interpretamento nominis hebr. q. e.* Sephora (*quod Hier. nom. hebr. 14, 25 explicat* 'avis'): RVFIN. Orig. in exod. 2, 1 p. 156, 14 'Sephora' ..., quae interpretatur -r (*allegorice explicatur* p. 156, 25. 157, 1).

B *de struthione, struthocamelo* (*ad rem fusius Steier, RE IVA 339sqq.; de* CIL X 3704, 7 *v. sub* 2. passivus): -r marinus (*i. transmarinus*): PLAVT. Persa 199 vola curriculo. :: istuc m. -r per circum solet. PAVL. FEST. p. 222 -r m., quem vocat vulgus struthocamelum. AVSON. 400, 5 p. 232, 1 P. (*vers.*) vinum ... parabo ..., ovum tu quoque -is m. (*i. poculum, cf. Souchay ad l.*). *addas fortasse locos sacrae script., ubi Vulg. sec. Hebr.* strutio, ITALA *sec. LXX στρουθός vertit* -r: ITALA lev. 11, 16 (*Lugd.; inter abominandos cibos Hebraeorum*) -em et glaucum et mergum et similia ei (*similiter* deut. 14, 15 [*ibid.*]. *explicat* NOVATIAN. cib. Iud. 3, 23 -em ... intemperantiam). Is. 43, 20 (Tert. adv. Marc. 3, 5) benedicent me bestiae agri, sirenes et filiae -um.

II *de pisce quodam plano* (*Leitner, Zool. Terminol. Plin., 1972, 190sq.*): HOR. sat. 2, 8, 29 cum -is atque ingustata mihi porrexerit ilia rhombi (SCHOL.: genus piscis). OV. hal. 125 (*inter pisces herbosa litora incolentes*) fulgentes soleae candore et concolor illis -r et ... rhombus (*v. Capponi, 1972, ad l.*). COLVM. 8, 16, 7 limosa regio planum educat piscem velut soleam, rhombum, -em. PLIN. nat. 9, 72 marinorum alii sunt plani ut rhombi, soleae ac -es (*ibid. describitur eorum differentia. inde* 1, 9, 36 rhomborum et -um differentia). 32, 150 (*enumerantur animalia maris*).

deriv.: passerarius, passeratim, passerculus, passerinus.
cf. Onom.

passerārius, -a, -um. *a* passer. *i. q. ad passerem pertinens, de genere quodam fici* (*cf. André, Lex. des termes de botan. 137 eiusdemque adnot. ad Plin. nat. 15, 69*): CAPITOL. Alb. 11, 3 quingentas ficus -as (*Madvig*, passarias *trad.*), quas Graeci callistruthias vocant, ... comedisse *Albinum*.

passerātim *adv.* *a* passer, *cf.* anseratim, bovatim *sim.* *fortasse i. q. more passerum* (*cf. Schaffner-Rimann, Die lat. Adv. auf -tim, 1958, 42*): CHAR. gramm. p. 235, 24 B. *adverbia*, quae per 'im' litteras terminantur, ut passer anser, -m anseratim.

passerculus, -ī *m.* (*f.* -a *v. infra*). *a* passer *deminutive*. *i. q. passer parvulus*: 1 *proprie*: VARRO Men. 274 (*contextu manco*) ut levis -us. CIC. div. 2, 65 cur ... de -is coniecturam facit *Calchas* (*cf. Hom. B 311 στρουθοῖο νεοσσοί, v. p. 606, 58*). ARNOB. nat. 7, 8 p. 350, 10 M. parvuli pusiones ... -os, pupulos, eculeos, panes accipiunt (*sc. ad ludendum*). 2 *transfertur ad homines* (*sc. in oratione blanda*): PLAVT. Asin. 666 dic me ... tuom -um, gallinam, coturnicem, agnellum *eqs.* (*sim. in serie* 694 aneticulam, columbam vel catellum ... -um putillum). 3 *transfertur ad versiculos* (*quos Plin. amico in castris versanti miserat*): PLIN. epist. 9, 25, 3 tu -is et columbulis nostris inter aquilas vestras dabis pennas *eqs.*

f. **passercula**, -ae *f.* (*cf. p. 605, 58*). *scribitur* pase-. *i. q. parvula passeris* (*per blanditiam transfertur ad puellam parvulam*): AVR. Fronto p. 63, 15 v. d. H. -am nostram Gratiam minusculam.

passerīnus, -a, -um. *a* passer, *cf.* anserinus *sim.* (*de suffixo agit* PRISC. gramm. II 80, 25). passar- PS. DIOSC.

i. q. ad passerem pertinens: 1 *adi.*: a *locutio* (*proverbialis? v. Otto, Sprichw. n. 1352, 2*) -um prandium *dicitur de homine tam parvo vel minuto, ut passeribus prandium esse possit* (*cf.* caninum prandium *vol. III 251, 79sq.*): POMPON. Atell. 178 verum illi valent, qui luctantur cum leonibus; eis te (*Frassinetti*, et te, ei te *codd.*) obiectes frustatim -um prandium? b *respicitur origo rei* (*sc. quae e passere venit*): CHIRON 769 nitrium et stercus -um bene conterito *eqs.* (*cf. Hippiatr. gr. I p. 88, 22 κόπρον στρουθῶν*). PLIN. phys. Bamb. 18, 2 -i ovi alborem cum melle attico inunctos acute videbis. GLOSS. III 576, 39 -a caro: στρούθ⟨ει⟩ον. c *respicitur color* (*dub., cf. Strecker, Zeitschr. wiss. Theol. 54, 1912, 76, qui locum refert ad gen. 15, 10* aves ... non divisit *Abraham*): PS. CYPR. cena 48 Zacharias albam, Abraham -am *vestem accepit*.

2 *f. pro subst., nomen herbae q. e. leucoion* (*cf. André, Les noms des plantes, 1985, 189*): PS. DIOSC. Vind. 3, 123 p. 134, 14 λευκόϊον· οἱ δὲ βασίλειον, Ῥωμαῖοι ... πασσαρῖνα (πασα- *A*).
cf. Onom.

passernicēs, -um *f.* *vox orig. inc., fortasse celtica.* *de lapide ad acuendum, poliendum sim. idoneo*: PLIN. nat. 36, 165 repertae sunt *cotes* ... nec non et trans Alpis, quas -es vocant. *Baer.*

***passibilis**, -e. *a* pati, passus. GRAMM. suppl. 75, 19 *inter verbalia nomina, quae ab infinitivo futuro derivantur* ut amatum ire amabilis. GLOSS. II 296, 14 ἐμπαθής: -is (*unde fort. corrigendum* II 318, 51 εὐπαθής: -is). *legitur inde a* TERT., ITALA, *maxime apud Christianos* (*in versibus* MAR. VICTORIN. hymn. 3, 83 L. PRVD. apoth. 6 COMM. apol. 414 DRAC. laud. dei 2, 81); *cf.* patibilis, *quod legitur inde a* CIC. [*e coni. incerta* CAEL. AVR. acut. 3, 7, 71 *pro* possibilis.]

I *usu communi* (*respiciuntur fere affectiones animi vel corporis, hic illic autem actio perpetiendi, sustinendi, e. g. l. 73. p. 609, 4, qui colores distingui vix possunt; gr. respondet παθητός, nisi aliud adnotavimus; accedit gen. obi. l. 34*): A *i. qui pati potest, passioni subiectus est vel passione demutatur* (-e esse *distinguitur a* patiendo *infra l. 78*):
1 *in neutram partem spectat ad affectiones*: a *quorumlibet animantium* (*rerum*): α *adi.*: TERT. anim. 7, 4 incorporalitas ... nihil patitur, non habens per quod pati possit; aut si habet, hoc erit corpus. in quantum enim omne corporale -e est, in tantum quod -e est corporale est. 12, 3 cum ... animam -em constet eorum quae sortita est pati *eqs.* (24, 2). resurr. 57 p. 118, 7 manebit ... caro ... post resurrectionem eatenus -is, qua *eqs.* (*opp.* impassibilis). IREN. 1, 4, 5 duae substantiae, una quidem mala ex passionibus, altera autem conversionis -is ([*gr.* ⟨ἐκ⟩ τῆς ἐπιστροφῆς ἐμπαθῆ. *cf. p. 623, 22*]. BOETH. c. Eut. 2, 25 alia *s. rationalis est* ... mutabilis atque -is). 2, 18, 2 non ... bonum erat, quod *Sophia aeon* vellet cognoscere patrem, et propter hoc ⌊esset -is⌋; sed quando suasa est, quoniam investigabilis esset pater, et convalescens (⌊ ⌋est et -e [*quod ad B pertineret*] *vel* esset -e *codd., emend. Lundström, Die Überlieferung der lat. Irenaeusübersetzung 1985, 132sq.*). NOVATIAN. trin. 25, 4 D. -is ... sit humana fragilitas (*opp.* impassibilis ... divinitas). ARNOB. nat. 7, 5 quicquid enim vexatur rei alicuius e motu, -e esse constat et fragile (*postea*: passioni ... subiectum). ZENO 2, 19 (1, 27, 2 L.) *hominis* vultus -is, omni conversioni subiectus ..., demutatur labore, aetate *eqs.* AMBR. epist. 31, 1 F. quod ... -e *erat*, ... motum et animam ... a creatore accipiens suo, deputavit huic mundo *Moyses* (*syn.* passionis receptabile, *opp.* inpassibile. *respicitur creatio ut*: hex. 2, 1, 2 operatoria inpassibilis dei virtus et -is materiae natura [*sim.* EVSTATH. Basil. hex. 2, 3, 2. *gr.* ἡ παθητικὴ φύσις]). *al.* *in versione pro gr. ὁμοιοπαθής*: ITALA act. 14, 14 (cod. g, *sim. al.*) nos similiter -es ut vos sumus homines (*Vulg.* mortales). Iac. 5, 17 (cod. 67 *al.* = VVLG.) Helias homo erat similis nobis -is. β *subst.*: LEO M. serm. 25, 1 *Christus* unus -ium, unus voluit esse mortalium. RVSTIC. Conc.[S] II 3, 1 p. 225, 9 -e ... est templum (*i. homo*), non ille qui -em vivificat deus (*gr. I 1, 7 p. 109, 5 ζωοποιὸς τοῦ πεπονθότος*). CASSIOD. hist. 8, 1, 32 humanam *scientiam* ... etiam -es suscipere poterunt (*opp.* inpassibiles. *Socrat. 4, 23 p. 520B τοὺς ἐμπαθεῖς*). *al.*

b *Christi, dei*: α *-is est Christi vel dei substantia, caro sim.*: TERT. adv. Iud. 14, 7 (= adv. Marc. 3, 7 p. 387, 22) carnis -is et mortalis indignitate *indutus* (FILASTR. 69, 6. 92, 3. 4 AMBR. incarn. 6, 50. *al.*). IREN. 1, 6, 1 ut et visibile et palpabile et -e fieret *corpus Christi* (CONC.[S] I 5 p. 322, 30 rec. B [= p. 323, 1 rec. Q]. *al.*). PS. AVG. serm. 118, 1 ut fieret, quod cogitari scelus est, divinitas ipsa -is (FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 9, 1. *al.*; *cf.* deitatem CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 64, 16 MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 47, 17). *sim. al.* β *-is est ipse Christus, deus*: TERT. adv. Iud. 14, 8 humanae formae et -is venit in humilitate (*vix gen., ut ad l. 62*). adv. Prax. 29 p. 286, 10sq. *pater* si compassibilis, utique -is; ... times dicere -em, quem dicis compassibilem. ITALA act. 26, 23 (cod. e *al.*, *sim.* VVLG.) si -is Christus, si primus ex resurrectione mortuorum lumen incipiet adnuntiari populo. IREN. 4, 7, 2 visibilis et ⌊-is⌋ factus est (⌊ ⌋ palpabilis *Rousseau sec. vers. armen.*). 4, 20, 8 impassibilem -em annuntiantes *prophetae*. CANDID. gen. div. 10 iste *filius* -is est, ille *pater* impassibilis. HIL. syn. 49 verbum ... non ... demutatum est passibilitate patiendi; nam pati potuit et -e esse non potuit: quia passibilitas naturae infirmis significatio est, passio autem est eorum, quae sint illata, perpessio. FAVSTIN. trin. 5, 1 per hoc quod homo factus est ... -is est. HIER. epist. 100, 11, 3 carne -is ([*opp.* impassibilis divinitatis ... maiestate. *respicitur I Petr. 3, 18, ubi Vulg.* mortificatus carne]. AVG. serm. 220. *al.*; *cf.* CONC.[S] I 5 p. 179, 21 secundum carnem). RVFIN. symb. 5 constat ... ex nativitate

[Kruse]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

carnis filium visibilem et -em factum. LEO M. epist. 35, 2 (Conc.S II 4 p. 7, 9) in sua virtute inviolabilis, in nostra infirmitate -is. *al.*
masc. pro subst.: IREN. 3, 18, 5 conantur vestigia assequi passionis domini, -is martyres facti. LEO M. serm. 30, 6 non nisi utroque salvamur, in nullo dividentes visibilem ab invisibili, corporeum ab incorporeo, -em ab inpassibili, palpabilem ab inpalpabili. 62, 2. CONC.S I 5 p. 164, 38 passiones -is propriae sunt (*cf.* p. 284, 14 eius qui est -is). CAPREOL. epist. 2, 4 passus est inpassibilis per -em quem suscepit. *al.*

2 *in malam partem spectat ad libidines, vitia sim.*: PELAG. in Eph. 4, 30 tristitia et ira ... in nobis passiones sunt, quia -es sumus, in deo vero dispensationes. RVFIN. Basil. hom. 2, 7 p. 1742D animae tuae pars quidem melior rationalis est, pars vero irrationalis et -is (*Migne gr. 31, 213C* παθητικόν). Clement. 5, 2, 3 *homines* sicut ex impietate -es facti sunt, ita per pietatem possunt esse inpassibiles. Orig. in num. 9, 7 p. 64, 1 donec sumus in corpore isto corruptibili et -i. LEO M. serm. 18, 1 *hominis natura* in quantum est -is, in tantum est ad deteriora proclivis. AVELL. p. 360, 3 *Adam et Eva* semet ipsos -es et corruptibiles reddiderunt. OP. imperf. in Matth. 13 p. 702 numquam ... anima -em regeret carnem, si ipsa passionibus esset subiecta (*postea: anima* quae non concupiscere potest). CASSIOD. Didym. in Iac. 4, 4 p. 8, 27 *mundus* amatores concupiscentiae ... -es ... facit (*gr.* ἐμπαθεῖς). GREG. M. moral. 20, 69 -es quippe mortalesque nos repperit *Christus* (*postea: revocat nos* a passione). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 8 p. 357D exprobrat eis studium voluptariae vitae atque -is (*Migne gr. 44, 148A* τὸ ... ἐμπαθές). 31 p. 407A communio quae ad -em animalemque generationem nobis accessit (*gr. ibid. p. 256A* ἐμπαθῆ). POLYCARP. ad Philipp. 11, 4 *peccatores* sicut -ia membra et errantia ... revocate. *al.*

B *i. qui pati, sentire facit* (IREN. 2, 18, 2 *v. sub A1a; ceterum cf. p. 616, 84sqq.*): MART. CAP. 4, 368 *qualitates* quas ... -es dixerimus ut 'dulce' atque 'amarum', 'calidum' vel 'frigidum', non quod ex his eaedem substantiae aliquid patiantur, sed quod sensus nostros aliquid pati cogant (*de eisdem* BOETH. categ. Arist. lat. 9a28. *et saepius postea* [*gr. respondet* παθητικαί]).

C *i. q. ad passionem pertinens* (*maxime de affectibus*): CHRYSOST. repar. laps. 4 l. 11 si ira dei -is esset affectus (*gr.* εἰ ... πάθος ἦν ἡ ὀργή). *ibid.* l. 16 *deus peccatores punit* non cum ira -i (*gr.* μετ' ὀργῆς. *cf.* PELAG. *sub A2*). RVFIN. Basil. reg. 8 p. 500A quae per -em concupiscentiam requiruntur. Orig. in cant. prol. p. 62, 2 puerilis aetas non movetur ad amorem -em. 3 p. 195, 27 descriptio est quidem amatorii dramatis ...; sed ... non te rapiat carnalis et -is sensus.

II *usu deflexo (sc. ab IA derivando):* ? A *fere i. q. corporalis* (*cf. e. g.* TERT. anim. 7, 4 *sub IA1a; an gen. sing. pro subst. masc. intellegendum, ita ut ad p. 608, 56?*): EVSEB. EMES. serm. 25, 11 (*antea*: 'manus sola ingressa scribebat in pariete' [*Dan. 5, 5*]; ista manus deus est, aut angeli incisio est?) incisio erat -is? (*cf. postea*: illa manus corpus erat, aut non corpus?). B *fere i. q. aegrotus* (*cf.* passio *IB*): CASSIOD. var. 10, 29, 3 (*de podagra*) haec passio insanabilis et sanitas -is.

n. sg. passibile, -is *pro subst.* *fere i. q. passibilitas vel perpessio* (*iuxta pron. vel adi. neutr. praeter l. 57*): HIL. psalm. 131, 8 ne ... quicquam humile atque -e impassibilem ... dei substantiam perpessam existimaremus in ... morte. PS. AVG. serm. 236, 5 ita ... susceptum a dei filio -e nostrum, ut deus tamen impassibilis permaneret. LEO M. serm. 71, 4 nihil in ea *carne Christi* -e, nihil remansit infirmum. CONC.S I 5 p. 140, 7sq. *bis* (*gr. I 1, 7 p. 62, 5sq.* τὸ ... ἐμπαθές, τῷ παθητῷ). FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 7, 2 *Christus* impassibile habens ..., -e suscipiens. *al.*

adv. **passibiliter.** *i. q. modo passibili; respiciuntur motus, affectus sim.*: 1 *hominum*: TERT. anim. 45, 4 oblectamur et contristamur et conterremur in somniis quam affecte et anxie, -r. CHRYSOST. repar. laps. 10 l. 66 cum in eis *deliciis* -r tenearis, delirare nos credes, si dona libidinis ... aspera asseramus (*Migne gr. 47, 290* ἐνεχόμενος τῷ πάθει). RVFIN. hist. mon. 13 p. 432D affectus animae -r et vitiose ... moveri. EVSEB. EMES. serm. 5, 9 *humani* patres ... ex concupiscentiis -r moventur (*opp.* generat ... impassibiliter *deus pater filium*). CASSIOD. Didym. in I Ioh. 2, 15–17 p. 48, 28 qui habent in eius *mundi* amore vivendi propositum, -r in rebus sensibilibus habitare contendunt (*gr.* παθητικῶς). 2 *dei* (*qui negatur passibilis esse*): MAR. VICTORIN. hymn. 3, 82 L. inpassibilis -r, passibilis inpassibiliter, o beata trinitas. AVG. c. Arian. 28, 26 quasi nos *deus* pater mobiliter et -r invitus genuerit. PS. AVG. c. Felician. 9 humiliatus in filio deus pater -r *non* creditur. CASSIAN. conl. 11, 6, 3 *deus non potest* iniquitatibus hominum -r permoveri. FAVST. REI. epist. 3 p. 171, 14 his *affectibus* non -r afficitur (*locum laudat* CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 26, 20sq.).
deriv.: passibilitas.
compos.: impassibilis; *cf.* compassibilis.

passibilitās, -ātis *f.* *a* passibilis. *legitur inde ab* ARNOB. nat. *apud Christianos tantum* (*plur. non nisi p. 610, 34*).

1 *usu strictiore i. q. facultas vel status patiendi* (*acced. gen. obi. l. 84. p. 610, 10, pron. poss. p. 610, 19*): a *generatim* (*adde p. 610, 11*): ARNOB. nat. 2, 26 p. 98, 6 M. quod ... est promptum atque expositum passioni, corruptibile esse ipsa -e interveniente denuntiat. ZENO 1, 8, 1 (2, 2, 2 L.; *post varias causas timoris enumeratas*) inter haec omnia deterior est conscientiae timor, quia quae diximus ... cum -e sui transeunt, timor conscientiae non deletur. PS. AVG. quaest. test. I 109, 9 *homo non* perpetuo securus -e naturae *suae*. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31 p. 408B quae (*sc. animae officia sim. cum animalibus communia*) ... nobis ... propter communionem -is accessisse cognoscimus (*Migne gr. 44, 256B* τὸ ἐμπαθές). b *speciatim respicitur Christus homo factus*: HIL. syn. 38 p. 510C (= 48 p. 516B) si quis ... dealitatem eius *Christi* corruptionem vel -em aut demutationem ... sustinuisse dicat, anathema sit (*nisi ad 2 coll. gr. Socrat. 2, 30 p. 281C* πάθος). 49 verbum ... licet se passioni subdiderit, non tamen demutatum est -e patiendi; nam pati potuit et passibile esse non potuit: quia -s naturae infirmis significatio est, passio autem est eorum, quae sint illata, perpessio; quae, quia indemutabilis deus est ..., habuerunt in eo passionis materiam sine -is infirmitate (FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 26, 2 infirmitas -is humanae [*opp.* divinae virtutis impassibilitate]. *cf.* 3, 1, 3 divinae infirmitatis -e). EPIST. pontif. 670 Schwartz p. 95, 13 *deitas* adunatione particeps, sed sine -e compatiens. p. 95, 21 cum ... divinitas non -e, non cruciatione, non afflictione, non vulneratione passibilis sit. p. 95, 23. CONC.S I 5 p. 140, 3 *passio* quae impassibilem naturam in suam -em transtulit (*gr. I 1, 7 p. 62, 1* τὴν αὐτοῦ ἐμπάθειαν). p. 171, 19 anathematizantes eos, qui ... confusionem praedicant et deitatem Christi in -e venerantur (*antea*: deitati passiones adiungere. *cf. vers. alteram turbatam* RVSTIC. Conc.S I 4 p. 166, 10). MAR. MERC. Conc.S I 5 p. 53, 17 verbum ... ⌊-is capax⌋ esse potuisse (⌊ ⌋ *gr. I 1, 1 p. 110, 25* παθητός). CONC.S II 5 p. 155, 13 (= AVELL. p. 218, 8) dei -em. ARNOB. confl. 2, 12 p. 288B humana ... -s ab eo qui impassibilis permanet ... suscepta est. AGNELL. epist. p. 385A. GREG. M. in I reg. 1, 44 *Christus* -is nostrae tenebras superans.

2 *usu laxiore dicitur potius de singulis affectibus* (*in malam partem de libidinibus* PS. CYPR., PS. ATHAN.; *huc fortasse l. 7; accedit gen. epexeget.* MART. BRAC.): PS. CYPR. singul. cler. 45 si quis ... hospitatur, ubi mulieres intersunt, omnino se artet, ne -e aliqua vitietur. PS. ATHAN. ad mon. 1 p. 72A abstinentia ... continentiae nutrix est, qua innupta sive nupta facilius -is frenos patitur. ARNOB. in psalm. 11 p. 339B (*ad 11, 6*) 'fiducialiter', id est -e carens, nulli timori succumbens. 15 p. 342B *Christus* -bus subiacebat: et timore enim et maestitia agebatur. MART. BRAC. ira 1 ut de -e irae ... aliqua ... digererem.

passibiliter *v.* passibilis.

***passim** *adv.* *a* pandere, passum. *formam* passi *reprobat* PROB. app. gramm. IV 199, 14. NOT. Tir. 54, 34 -m. 54, 35 palam -m. *deest nimirum gradatio, sed cf.* tam -m TRACT. Pelag. 1, 3 p. 9. 1, 5 p. 12, ita -m *p. 614, 62* (*an etiam* sic -m *p. 614, 10 et 50?*).
de notione et differentiis: SYNON. Cic. p. 437, 30 -m. indiscrete. vulgo. promiscue. confuse. PORPH. Hor. carm. 1, 12, 7sq. quid est 'temere'? ... inordinate et -m atque confuse. AGROEC. gramm. VII 122, 2 *distinguitur* affatim, *v. vol. I 1172, 32.* DIFF. ed. Beck p. 75, 5 '-m' extra conspectum est, 'ubique' vero in omni loco. GLOSS. πανταχοῦ, σποράδην, ἀνέδην, λελυμένως, ἀθρόως, χυδήν. sine ordine seu promiscue, ubique, leviter. *et sim. al.* *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, CATONE, ACC. (*sc. singulis locis*) *per totam latinitatem, frequentatur a* LVCR. (*18ies*), LIV. (*fere 185ies*), SIL. (*37ies*), TAC. (*28ies*), APVL. (*27ies*). [*falso trad. e. g.* LIV. 2, 17, 6 (*pro* passi, *ut saepius in var. ll.; v. etiam supra l. 39*), 42, 7, 9 (*delendum*), SIL. 11, 431 (pariter *Thilo*); *vix recte coniciebatur olim* SISENNA hist. 87 LVCR. 6, 16. *al.; de* STAT. silv. 4, 5, 58 *v. p. 626, 76.*]

i. q. ratione pandendo effecta (*notione originaria apponitur fere verbis [conexu artiore p. 611, 80], nominibus raro, e. g. p. 611, 54. 612, 4 vi autem locali et usu inde derivando liberius adhibetur, v. quae ad IIA monuimus*): I *proprie et vi locali* (*hic illic respiciuntur loca incorporea, e. g. p. 611, 11. 52. 60; vi temporali p. 612, 62*); *pertinet potius ad*: A *extendendum, spargendum, fere i. q. effuse, disperse; inde adhibetur de iis, quae multis simul locis et directionibus sunt vel fiunt, ut vergat in vim q. e. ubique, undique, quoquoversus quae praevalet nimirum infra sub 2, sed etiam sub 1 haud raro immisceri videtur* [*cf. adi.* totus, omnis *in contextu posita e. g. l. 79. p. 611, 44sqq.; contra notio originaria illustratur contextu imprimis p. 611, 82sqq.*]):
1 *strictius respicitur*: a *multitudo sparsa* (*maxime animantium idque saepe fere technice in re militari [cf. p. 611, 82sqq.], rerum e. g. l. 71. 74. p. 611, 32. 55*): α *iuxta alias determinationes locales*:
① per: PLAVT. Trin. 834 *nisi Neptunus propitius fuisset, venti* distraxissent ... me ... bonaque omnia ⟨mea⟩ ... -m caeruleos per campos (VERG. Aen. 6, 652 -m ... soluti per campum pascuntur equi. LIV. 30, 35, 2 per patentem ... c. fuga sparsi ... -m interierunt. 37, 20, 13). LVCR. 5, 521 ignes -m per caeli ... templa *volvere* (*cf.* 5, 525 per caelum). 6, 1267 per populi -m loca prompta viasque ... videres ... perire *aegros* (VERG. Aen. 2, 364 perque v. sternuntur ... -m corpora perque domos *eqs.* Ov. met. 4, 779 LIV. 2, 23, 8). BELL. Afr. 47, 6 per castra -m vagabantur *milites* (LIV. 39, 31, 13 caeduntur -m Hispani per tota c. *cf.* 37, 33, 3 qui -m per omnia ... castella ... relicti erant). VERG. Aen. 4, 162 -m ... diversa per agros tecta ... petiere (Ov. met. 4, 779. LIV. 3, 63, 4 fusi [*cf.* STAT. Theb. 2, 75 effusi]. 4, 46, 7 palati [22, 52, 4. 27, 31, 2. *al.*]. 21, 56, 5 fuga sparsi. *et saepe*). 5, 676 diversa ... per litora -m diffugiunt (SIL. 2, 15). 9, 316 -m somno vinoque per herbam corpora fusa vident ([CLAVD. DON. *ad l.* p. 230, 29
[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-m dixit non more dormientium cum ordinatione aliqua, sed uti quisque superatus ebrietate conciderat]. Ov. fast. 3, 525 plebs ... -m disiecta per h. HOMER. 501). LIV. 22, 7, 9 fuga -m per Etruriam sparsos. *al.* (ii) in: *c. abl.*: ENN. ann. 369 *victores ebrios* somnus repente in campo -m ... perculit. CIC. inv. 1, 2 in agris homines -m ... vagabantur (LIV. 26, 39, 20. 42, 54, 9). Pis. 90 diplomata tota in provincia -m data (*nisi ad IIA1, sed cf. l. 44*). LVCR. 1, 823 (= 2, 688) -m nostris in versibus ipsis multa elementa vides multis communia verbis. 5, 824 *animal* omne quod in magni‹s› bacchatur montibus -m (PLIN. nat. 19, 145 corruda -m etiam in m. nascens). 6, 29 quid ... mali foret in rebus mortalibus -m. 6, 629 nubes umorem ... -m toto terrarum spargere in orbi. BELL. Afr. 62, 4 remigibus -m ... in litore vagantibus (VERG. Aen. 3, 510 -m ... in l. sicco corpora curamus [SERV.: prout quis voluit]). CVLEX 356 -m vaga praeda ... in aequoreo fluitat ... fluctu. Ov. met. 2, 193 sparsa ... in vario -m miracula caelo (MANIL. 5, 26 *signa* in toto -m labentia c.). CVRT. 7, 11, 18 stratis -m corporibus in inviis et asperis saxorum. *al.* *c. acc.*: BELL. Afr. 23, 2 perterritos ... Pompeianos in mare navesque -m compulerunt. PANEG. in Mess. 109 Pannonius ... -m disiectus in Alpes. LIV. 2, 34, 3 dimissis -m ad frumentum coemendum ... in Etruriam *eqs.* 21, 5, 12 -m sine ullius imperio, qua cuique proximum est, in amnem ruunt (*Polyb. 3, 14, 6 κατὰ πλείους τόπους*). 21, 28, 4 in vicos -m suos diffugiunt (33, 36, 8 in castella sua vicosque -m dilapsi [*item fere* 40, 17, 6]). 25, 41, 7 -m in civitates proxumas dilapsi *sunt* (28, 2, 16. 41, 5, 12. 41, 10, 4). 40, 32, 6 in omnes -m partes capessunt fugam. *al.* SIL. 12, 741 -m ... in Capitolia pergunt (SVET. Cal. 6, 1). APVL. met. 4, 1, 4 *iumenta* in pratum proximum -m libero pastui tradidere. (iii) *varias*: ACC. trag. 271 -m ... praeda‹m› pecua vellebant agris (vall- *var. l.*, avellebant *Bücheler. item cum abl. loci*: BELL. Afr. 60, 5 varie -mque locis certis. VERG. Aen. 3, 220 -m campis armenta videmus. 8, 360 Romano ... foro. PROP. 2, 15, 52 calathis. MANIL. 2, 26 caelo. *al.; v. et l. 44sqq.*). CATVLL. 64, 66 *vestimenta* delapsa e corpore -m ipsius ante pedes fluctus salis adludebant. 64, 277 ad se quisque vago -m pede discedebant (BELL. Afr. 70, 4 ad aciem. LIV. 27, 28, 17 ad mare ac naves). CIC. div. 2, 80 volucris huc et illuc -m vagantis (LACT. inst. 2, 5, 13. *cf. p. 612, 61*). CAEL. or. frg. (17 M.) Quint. inst. 4, 2, 123 praeclaras ... contubernales ab omnibus spondis transversas incubare et reliquas circum iacere -m (*cf.* circa: CVLEX 154 c. -m ... cubuere capellae ... subter dumis. Ov. met. 11, 613 hunc *Somnum* c. -m ... Somnia ... iacent [*praepos. ut*: LIV. 9, 25, 2 FRONTIN. strat. 1, 6, 3]). VERG. ecl. 7, 54 strata iacent -m sua quaeque sub arbore poma (SERV. auct. abundanter). MORET. 93 *coria* -m spargit humi. HOR. sat. 2, 3, 48 silvis, ubi -m palantis error certo de tramite pellit: ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit. *al.* *forma* -m toto campo (*cf. l. 6*): CIC. Font. 33 *Galli* vagantur ... -m toto foro. BELL. Afr. 85, 3 *copiis* -m ... toto campo fugientibus (LIV. 27, 41, 10 t. -m c. [*eodem ordine*: 37, 20, 5. 37, 43, 8. 40, 33, 7 MANIL. 4, 738 SEN. Tro. 894]). VERG. Aen. 6, 886 tota -m regione vagantur. *al.* (*cf.* -m ... omnibus rivis CVRT. 4, 16, 12).

β *exempla cetera*: (i) *vario usu*: CATO or. frg. 63 (190 M.) remiges scripti cives ... veniere -m. SISENNA hist. 134 tanto plures -m dispalantur (*cf.* palari: LVCR. 2, 1031 palantia sidera -m. Ov. met. 15, 150 [*in imag.*] palantes ... homines -m et rationis egentes. LIV. 2, 50, 6. *al.*). CIC. Tull. 19 -m vagabantur armati (TIB. 1, 3, 59 aves. Ov. met. 12, 54 LIV. 3, 38, 3. *et saepe. cf.* SEN. Thy. 631 vagi -m Scythae [MELA 1, 23]). Sull. 42 *tabulas descriptas* dividi -m et pervolgari. de orat. 1, 191 -m ... carpentem et colligentem undique *membra scientiae dispersa* (SEN. epist. 108, 2 *non* -m carpenda sunt ... universa, *quae quis discere velit*). 2, 23 *aves* -m ac libere solutas opere volitare. CATVLL. 64, 254 *bacchantes* -m lymphata mente furebant. LVCR. 2, 9 (*in imag.*) *homines* -m ... errare atque viam palantis quaerere vitae (CVRT. 5, 6, 15 SIL. 12, 546). *al.* CAES. Gall. 4, 14, 5 reliqua multitudo ... -m fugere coepit (LIV. 22, 48, 5. 26, 39, 18 TAC. hist. 2, 44, 1. *cf.* HIRT. Gall. 8, 29, 2 magno clamore discursuque -m fugae se mandant. *sim. al.*). VERG. georg. 4, 181 *apes* pascuntur ... arbuta -m. Aen. 2, 384 ignaros ... loci -m ... sternimus (*caedendo ut*: LIV. 23, 36, 4. *al.; aliter*: LIV. 3, 7, 8 stratae -m matres *supplicantes*. 9, 37, 9 somno. 27, 18, 12 saxa ... strata -m. *al.*). Ov. met. 15, 365 de putri viscere -m ... nascuntur apes (MELA 3, 91 frugum -m nascentium. PLIN. nat. 13, 138 vitis ... -m nascitur. 21, 179. 26, 125 -m et in quacumque parte n. *furunculi*). LIV. 2, 22, 4 legatos ... ad sollicitandum Latium -m dimittunt (3, 60, 7. 21, 61, 2. 22, 19, 9). 22, 17, 3 hominum -m discurrentium (25, 10, 10. 37, 32, 12 SEN. benef. 3, 23, 2. dial. 9, 2, 2 [*in imag.*]). 22, 51, 6 iacebant tot ... milia, pedites -m equitesque, ut quem cuique ... pugna iunxerat (36, 16, 2 ex multa copia -m iacentium lapidum. SEN. dial. 11[12], 10, 5 [*syn.* omnibus locis]. epist. 33, 6 ingens eorum [*sc. sententiarum illustrium sim.*] turba est -m iacentium. MELA 2, 78 -m et late. SIL. 2, 681 semiambusta iacet nullo discrimine -m ... turba. 6, 8. *al.*). 34, 28, 11 dispersos -m fuga (PLIN. nat. 34, 53 insignes *artifices* raptim transcurram reliqua multitudine -m dispersa [*sim. in libro p. 612, 52*]. TAC. ann. 6, 50, 5). *al.* *conexu artiore* dare -m *fere pro* pandere: STAT. Theb. 9, 572 *Atalante* crine dato -m plantisque ... solutis ... ibat. (ii) *ordo in eundo vel considendo situque neglectus illustratur contextu* (*exempla potiora; in re militari praeter* TAC., PANEG.): ASELL. hist. 14 sive pilatim sive -m iter facere. CAES. civ. 2, 38, 4 Numidae ... nullis ordinibus -m consederant (LIV. 30, 3, 9 habitabant. STAT. Theb. 10, 358 scrutari campum). BRVT. Cic. fam. 11, 13, 2 *Antonius* iit -m, ego ordinatim. LIV. 3, 2, 13 multas -m manus (*opp.* molem unius exercitus). 6, 3, 6 *Etrusci praedantes* -m trucidantur ... neque se conglobandi ... datur spatium. 42, 59, 6 nec regii sparsi iam ipsi -m sequendo cum ordinatis ... manus conserere audebant. STAT. Theb. 11, 759 nulli sua signa suusque ductor: eunt taciti -m. TAC. ann. 15, 43, 1 *aedificia* non ... nulla distinctione nec -m erecta, sed dimensis vicorum ordinibus. PANEG. 2, 36, 2 prona supinaque corpora -m vel in acervo iacere. CLAVD. DON. Aen. 11, 445 p. 483, 6 non iam -m aut confuse, sed structa acie atque ordinibus. *al.*

b *totum quoddam, singula, quae sive discerpuntur (in duas partes diducuntur l. 16) sive diffunduntur, sese extendunt*: TRAG. inc. 168 (*Accii?*) *Medea* per ... agros -m dispergit corpus *pueri obtruncati* (*cf.* LIV. 1, 28, 9 *Metti Fufeti*, ut ... animum ... ancipitem gessisti, ita iam corpus -m distrahendum *quadrigis* dabis. SEN. Phoen. 448 in me arma ... vertite ...; haec membra -m [sparsim *var. l.*] spargite ac divellite. SIL. 1, 171 verbera -m ... scindentia corpus). CATVLL. 64, 358 unda Scamandri, quae -m rapido diffunditur Hellesponto. LVCR. 1, 1006 (*de spatio immenso*) -m patet ingens copia rebus finibus exemptis in cunctas undique partis. 5, 609 segetes ... videmus accidere ex una scintilla incendia -m. VERG. ecl. 4, 19 errantis hederas -m (*cf.* Ov. met. 14, 629 *arborum* spatiantia -m [contra *var. l.*] bracchia). Aen. 4, 195 haec -m *Fama* ... virum diffundit in ora (*cf.* LIV. 25, 34, 12 ea pervagata -m vox. 41, 2, 7 id ... ab uno exclamatum totis -m personabat castris. SIL. 13, 283 vox ... -m diffusa per auras. *sim. al.*). DIRAE 69 *in agros* incurrant amnes -m rimantibus undis (*nisi ad 2*). PANEG. in Mess. 22 *qualis* -m fluat igneus aether. *al.*

2 *laxius, sc. evanescente respectu pandendi ut praevaleat vis localis supra p. 610, 61 illustrata* (*selecta inde a* LIV.): CIC. S. Rosc. 135 quem ad modum ... -m per forum volitet *Chrysogonus* cum magna caterva togatorum (*cf.* DECL. in Catil. 39 in foro ... -m obvolitare). LVCR. 6, 270 -m ... fulgura fiunt. 6, 531 mora quae fluvios -m refrenat aventis. VARRO rust. 2, 10, 7 *mulieres* in opere ... non cedunt viris, ut in Illyrico -m videre licet. SALL. Iug. 98, 1 Marius ... cum turma sua ... vagari -m ac ... laborantibus suis succurrere (SEN. dial. 7, 1, 2 [*in imag.*]). VERG. Aen. 2, 570 *Aeneae* erranti -mque oculos per cuncta ferenti. 11, 385 -m ... tropaeis *agros insignire*. TIB. 2, 3, 69 veteres ... -m semper amarunt (*sc. non secreto, sed ubique et palam; cf.* Ov. ars 2, 615 in medio -mque coit pecus. HIER. epist. 64, 21, 4 qui -m in morem ... animalium libidini expositi sunt. DRAC. laud. dei 1, 444 *Adam et Eva* publica iungebant ... oscula -m). Ov. ars 1, 41 dum licet et loris -m potes ire solutis. met. 14, 680 nec -m toto vagus errat in orbe *Vertumnus*. LIV. 4, 28, 7 multa utrimque vulnera, multa -m caedes est (31, 36, 10. 40, 28, 4. *cf.* 25, 9, 17 itinera ... occupari iubet, Romanos -m caedi, oppidanis parci. 43, 5, 4 caedes -m rapinasque et incendia facta. *talia et similia saepius; aliter, si recte distinximus, p. 613, 11sqq.*). 5, 42, 2 nequaquam ... aut -m aut late vagatus est ignis (*vix ad l. 22*). 39, 17, 4 -m per totam Italiam ... trepidari coeptum est (SIL. 17, 508 late ... -m trepidatur). VITR. 7, 5, 8 *antiqui usi sunt* minio parce ...; at nunc -m plerumque toti parietes inducuntur. SEN. epist. 6, 5 mittam ... tibi libros et ne multum operae inpendas, dum -m profutura sectaris, inponam notas *locis probandis* (*item in scriptis*: BASS. gramm. VI 256, 10 Pindarus et Simonides usi sunt eo *versu Archebuleo*, sed -m et promiscue [*opp.* Archebulus ... carmen ex hoc uno genere composuit]. TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 459, 16 -m, prout incidit, res petenda est [*sc. testimonia vet. testamenti*]. *cf. p. 611, 6 et 79*). PERS. 3, 61 est aliquid quo tendis ..., an -m sequeris corvos? SVET. Tib. 43, 2 in silvis ... -m Venerios locos commentus est. APVL. met. 11, 18, 1 *Fama* meam ... fortunam ... narraverat -m. ARNOB. nat. 5, 24 p. 279, 26 M. *cum Proserpinam flores carpentem* huc atque illuc -m lectionis cupiditas avocaret. *al.* *accedente vel praevalente respectu temporis, i. q. qualibet occasione, saepe sim.* (*exempla certiora; cf. e. g. l. 35. 54*): QVINT. inst. 4, 1, 70 non tamen haec, quia possunt bene aliquando fieri, -m facienda sunt, sed quotiens praeceptum vicerit ratio. 8, 5, 7 ne crebrae sint (*sc. γνῶμαι sim.*) ... et ne -m et a quocumque dicantur. TERT. ieiun. 15 p. 294, 13 ad tuam libidinem *ieiunia fugientem* interpretaris -m manducantem *dominum*. AVG. serm. 180, 9, 10 iuravimus et nos -m, habuimus istam ... consuetudinem. LEO M. epist. 9, 1 ut non -m diebus omnibus sacerdotalis ... ordinatio celebretur (10, 6 non -m, sed die legitimo).

B *aperiendum, recludendum, fere i. q. aditu patente, aperte, late*: SIL. 13, 560 hac -m nigrum pandens Mors lurida rictum itque reditque (*nisi* -m *cum* itque *iungendum, cf. 2, 548* Mors graditur vasto cava pandens guttura rictu. *sim. de rictu cachinnantis*: EVSTATH. Basil. hex. 1, 4, 4 ut -m de nobis rideant [*gr.* πλατὺν γέλωτα καταχέουσιν]). FLOR. epit. 1, 13, 14 patentis -m domos adeunt *Galli Romam invadentes*. APVL. met. 3, 28, 4 *latrones* horreum ... validis claustris obseptum ... securibus ... adgressi diffindunt; quo -m recluso totas opes vehunt (caesim *Blümner*). 4, 18, 2 ibi (*in monumento abdito*) capulos ... -m ad futurae praedae receptacula reseramus (*vix ad A2*). COMM. apol. 690 aperiunt valvas -m.

II *transfertur ad*: **A** *condicionem fere in omnes (omnia) extentam, ad plurimos (plurima) pertinentem, ut significet i. q. com-*

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

muniter, vulgo, sine discrimine, omni ratione sim. (-m *illustrat quodam modo varias partes orationis, ita ut saepe fere substitui putes in locum adi.* omnes *sim. coniungendi cum [vel ponendi pro] subi., ut l. 19 sqq., vel obi., ut l. 11. 19, vel ceteris partibus, ut l. 27. 31*): 1 *vario usu* (*exempla selecta inde a* PLIN. nat.; *hucine* CIC. *p. 611, 6?*): Q. CIC. pet. 44 *ut convivia* concelebrentur et -m et tributim (*cf. Cic. Mur. 67* prandia ... volgo ... data [*antea*: tributim]; *vix recte trad. ibid.* 73 volgo ⌊-m⌋ [*del. Beck*]). CIRIS 78 *cum Scylla* quaestu -m popularet amantes (*item respiciuntur meretrices*: VLP. dig. 23, 2, 43, 1 ['palam quaestum facere'] palam ... accipimus -m, hoc est sine dilectu. COD. Iust. 9, 9, 22 [*a. 290*] *syn.* vulgo). LIV. 2, 16, 9 captos -m trucidaverunt; ne ab obsidibus quidem ... ira ... abstinuit (TAC. hist. 4, 1, 1 -m trucidatis, ut quemque fors obtulerat. ann. 2, 17, 6. *sed possis etiam de vi locali cogitare; simili ambiguitate e. g.* LIV. 28, 3, 10 *ne* sine discrimine ... obvii -m caederentur. *ceterum cf. p. 612, 20. 44*). 4, 29, 4 abici -m arma ac dedi hostes coepti (*sim.* 6, 3, 9 iactare -m arma [6, 13, 4. *al.*]; *sed locos etiam ad I trahere possis*). PLIN. nat. 8, 154 *Bucephalas* neminem ... alium quam Alexandrum regio instratu ornatus recepit in sedem, alias -m recipiens. 14, 6 -m ... etiam egregii aliena vitia ... colere malle (*antea*: alius alio modo). 33, 33 *ut* -m ... ad ornamenta ea (*sc. anulos equestres*) etiam servitute liberati transiliant. SIL. 5, 101 talia Corvinus *dixit* primoresque addere -m orantum verba. QVINT. inst. 3, 8, 19 cum milites *metu expeditionis* -m testamenta facerent (*cf.* FLOR. epit. 3, 10, 12 ut testamenta -m etiam in principiis scriberentur). TAC. ann. 14, 15, 1 instituit ludos Iuvenalium vocabulo, in quos -m nomina data. 15, 46, 2 Cumanis litoribus impacti triremium plerasque et minora navigia -m amiserunt. SVET. Claud. 15, 3 ut -m ac propalam contemptui esset. Vit. 10, 3 *vinum* -m divisit (*item* CIL V 7904, 8). APVL. met. 4, 28, 4 -m tributa venia. EPIST. impp. Sev. et Carac. Vlp. dig. 1, 16, 6, 3 inhumanum est *xenia* a nemine accipere, sed -m vilissimum est et omnia avarissimum. VLP. dig. 3, 1, 1 pr. ne sine delectu -m apud se (*i. praetorem*) postuletur. *al.* ? *attributive* -m sepultura *fere pro* communis sepultura (*nisi locum ad l. 61 vel p. 614, 36 trahas*): DIONYS. EXIG. inv. cap. Ioh. p. 421^{A} *Herodias caput* non -m tradidit sepulturae, sed intra saepta suae domus infodit (*gr.* τῇ τυχούσῃ ταφῇ).

2 *respectus universitatis illustratur contextu* (*sc. abundantia quadam, nisi locos quosdam ad B1 trahere malis*): a *exempla varia*: SALL. Iug. 18, 3 exercitus ... -m multis sibi quisque imperium petentibus ... dilabitur. HOR. epist. 2, 1, 117 scribimus indocti doctique poemata -m (*item enumerantur partes*: LIV. 1, 29, 6 Romanus -m publica privataque omnia tecta adaequat solo. 5, 13, 7 notos ignotosque -m advenas in hospitium ductos. *al.* SEN. contr. 10 praef. 5 -m ordines hominesque laniabat *Labienus.* COLVM. 6, 27, 3. *al.*). LIV. 4, 46, 1 dilectum haberi non ex toto -m populo placuit: decem tribus sorte ductae sunt. 25, 19, 17 *pauci evaserunt*, ceteri -m alii alia peste absumpti sunt. VITR. 1, 1, 18 non -m cunctis gentibus, sed paucis viris (APVL. met. 4, 3, 6). SIL. 13, 98 prensans -m, cuicumque est nomen in armis (VEG. mil. 1, 7 p. 11, 10). QVINT. inst. 1 prooem. 16 quae velut propria philosophiae adseruntur, -m tractamus omnes (GAIVS dig. 3, 4, 1 pr. -m omnibus ... conceditur. MIN. FEL. 9, 6 TERT. resurr. 51 p. 105, 3. *et saepius; cf. l. 41*). *al.* b *in sententiis negativis, ut vis negationis augeri videatur, fere pro omnino* (*exempla certiora; aliter l. 44*): ARNOB. nat. 7, 27 p. 377, 1 M. cuiuslibet arboris viscum sine ulla -m differitate conburere (7, 43 p. 398, 15 s. u. -m ratione saevire [*nisi cum verbo iungas*]). AVG. serm. dub. 392, 6 nemo sit -m isto tempore separator *spicarum et zizaniae* (*ad Matth. 13, 28 sq.; item* nemo *l. 58*). ROMVL. fab. 65, 5 rec. Gall. (*loq. canis*) sum custos ...; nullus -m ingreditur ([rec. W nemo -m, *rec. vet.* non ... quisquam]. VITA Melaniae [BHL 5885] 36 ⌊nulli -m apparens nec cito procedens⌋ [*gr.* μὴ ταχέως τινὶ συντυγχάνουσα]). NOVELL. Valent. 13, 6 ne cuiquam -m ... fas sit. FERRAND. canon. 42 ut episcopi non -m ad comitatum pergant ([*sim.* CANON. Turner I 2 p. 450 rec. VII 8, *cf. ibid. p. 451 rec. VIII 19* minime]. BENED. reg. 70 tit. ut non praesumat -m aliquis c(a)edere [*inde* GLOSS. V 414, 22 -m: huc atque illuc vel leviter]. *hucine l. 34?*).

B *modum actionis, sc.*: 1 *incompositum, non ordinatum, confusum*: a *usu communi fere i. q. promiscue, indiscrete, generaliter sim.* (*v. quae ad A2 monuimus*): OV. met. 1, 57 his *ventis* ... non -m mundi fabricator habendum aëra permisit (*opp. 59* cum sua quisque regant diverso flamina tractu. *cf., nisi ad I trahas,* LIV. 42, 19, 1 quem *agrum Campanum* privati sine discrimine -m possederant [cons- *trad.*]). LIV. 2, 45, 11 non iam sensim ... per centurionum principes postulant, sed -m omnes clamoribus agunt (*cf.* STAT. Theb. 1, 450 *Tydeus et Polynices* incipiunt una: '...'; haec -m turbatis ... confudere sonis, inde orsus in ordine Tydeus continuat *eqs.* CYPR. domin. orat. 4 p. 269, 4 disciplinae memores esse debemus, non -m ventilare preces ... inconditis vocibus). 41, 18, 3 pecora in fanis trucidant verius -m quam rite sacrificant. SEN. nat. 2, 48, 2 quae inspicienda sint in fulgure, -m et vage dicunt, cum possint sic dividere *eqs.* (*cf.* QVINT. inst. 7, 10, 6 *qui in dicendo* -m et ut quidque in mentem veniet miscuerit). COLVM. 3, 21, 2 delectant impensius ea, quae propriis generibus distinguuntur, quam quae -m velut abiecta et quodam acervo confusa sunt. MELA 1, 45 qui tam confuso parentium coitu -m incertique nascuntur (*antea*: nulli certa uxor est *apud Garamantas. de eisdem*: PLIN. nat. 5, 45 -m cum feminis degunt. *cf.* MIN. FEL. 31, 4 dum Venerem promiscue spargitis, dum -m liberos seritis). SIL. 10, 405 hic Piso et ... Curio deflentur ..., illic Scaevola ...; hos -m, at (ac *codd.*) Pauli pariter ceu dira parentis fata gemunt. QVINT. inst. 2, 12, 11 *qui oratores imperiti in agendo* omissa ratione, ut tulit impetus, -m tumultuentur. TERT. adv. Marc. 2, 14 p. 354, 6 amplexi ... vocabuli *q. e.* '*malum*' communionem ... -m volunt eum *deum* conditorem intellegi malorum ..., nos autem adhibita distinctione ... suum cuique parti definimus auctorem (*item respicitur verbum notione generali adhibitum*: 5, 8 p. 598, 24 'filiis hominum' ait, non -m 'hominibus'. PS. VIGIL. THAPS. trin. 6, 2 rec. II sic -m deum tantum confiteri [*rec. I* confuse]). praescr. 26 l. 2 euangelii administrationem non -m nec inconsiderate administrandam (-um *var. l.*) ... secundum dominicam vocem, ne margaritam porcis ... iactaret (*Matth. 7, 6. cf.* AMBROSIAST. in Rom. 12, 11 -m et inportune [*seq.* aptis et locis et personis et apto tempore]). CYPR. epist. 55, 12 -m communicare sacrificatis Cornelius tibi nuntiatus est. *al.*

b *praevalente respectu temeritatis* (*cf. syn.* temere *l. 43. 47. al.*); *significatur fere i. q.*: α *sine iusta causa, fortuito, casu*: PS. QVINT. decl. 4, 13 *sidera* ista credis -m fortuitoque disposita? (*antea*: casu fortuitoque). CONC. Cirt. a. 303 (Aug. c. Cresc. 3, 27, 30 p. 347, 2) quomodo te liberasti ab ipsis *persecutoribus*? ... nam non te dimittebant -m. ARNOB. nat. 2, 5 p. 70, 10 M. *persecutione augetur numerus fidelium*; an ... haec fieri -m et inaniter creditis? (*postea*: fortuitis incursibus). LACT. inst. 7, 3, 23 *Democritus mundum* sua sponte natum esse dixit, seminibus inter se -m coeuntibus (*cf.* ira 10, 27 concursu atomorum -m cohaerentium). PALLAD. c. Ambr. fol. 343^{v}, 4 *ut non meritorum causa,* sed amicali gratia ... -m creareris indigne (*cf.* AVELL. p. 595, 17 -m ... accepisse titulos [*opp.* meruisse]). RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 5, 1 utrumne universitatis ipsius motus -m et fortuito ... incitatur et velut nullo rectore casu haec fiunt ..., an ratione aliqua et ordine *eqs.* (*Migne gr. 35, 940^{B}* κίνησις ... ἄτακτος καὶ ἀνώμαλος). AVG. serm. 8, 10 -m putantur fieri *imbres, grando sim.* et quasi ad divinam providentiam non pertinere. MACR. Sat. 7, 15, 11 nequid ... in pulmonem spiritu -m trahente labatur (*dub. huc traxi coll. loco gemino 7, 15, 9* si quando casu aliquid ... deciderit). *al.* β *sine consilio, inconsiderate*: VLP. dig. 3, 3, 13 haec neque -m admittenda sunt neque destricte deneganda, sed a praetore causa cognita temperanda (*item opp.*: 4, 4, 11, 3. *cf.* 4, 3, 9, 5 merito causae cognitionem praetor inseruit: neque enim -m haec actio indulgenda est. *sim. al.*). PS. CYPR. singul. cler. 17 p. 192, 13 non bene succedit, quicquid agitur -m. LACT. inst. 3, 9, 5 *Anaxagoran* non invenientem quid responderet, effudisse hoc -m (*postea*: ex tempore dictum). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 54, 8 non -m nec temere accusatoribus credunt (TRACT. Pelag. 1, 3 p. 9. FAVST. Aug. c. Faust. 18, 3 p. 492, 3 [*p. 492, 10* temere]. *al.*). PS. HIER. epist. 7, 3 p. 108^{A} nullo ... modo -m nos nostro iudicio committamus. AVG. gest. Pelag. 6, 18 p. 70, 24 quicquid ... non statuto dogmate, sed -m, ut ad tempus occurrerit, ... profertur (*antea*: temere indicant). in psalm. 7, 13 non -m verborum tempora (*sc.* vibrabit, tetendit) praetereunda sunt (51, 1 l. 4. PS. AVG. quaest. test. I 72 p. 124, 6 non sic -m praetereundum est, sed considerandum *eqs.*). quaest. euang. 2, 36 quod ait '...', non sine consideratione distinguenda sunt; non enim -m aut quasi temere dicta sunt (CAPREOL. epist. 2, 12 p. 858^{B} non permixte nec -m). COMM. apol. 46 nemo scibat dominum -mque viventes *erant*. DRAC. Romul. 10, 313 *Medeam* ignoto -m nupsisse marito (*huc traxit Vollmer in indice ed. mai.; an -m vi locali cum adi. iungendum?*). VITA Melaniae (BHL 5885) 4 non -m huiusmodi vestimentum (*sc. genus cilicii*) indui oportere (*si recte huc traximus sec. gr.* προπετῶς). *al.*

2 *effusum, non restrictum; respicitur potius*: a *impetus sim. actionis, fere i. q. effrenate, immoderate sim.*: SVET. Iul. 67, 1 *militibus* licentiam omnem -m lasciviendi permittebat. RVFIN. hist. 1, 1, 2 *haeretici* -m velut lupi graves gregem Christi lacerantes (*gr.* ἀφειδῶς *ut*: IVLIAN. epit. in psalm. 73, 6^{a} ita -m ac viliter urbs excisa est, ita ... victorum iram nulla lenitas temperavit, ut *eqs.* DIONYS. EXIG. vita Pachom. 43 l. 33 C. -m labores vestros incendio concremavi). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 19 p. 691 substantias caesorum -m diripiebat (*gr. 2, 464* ἀδεῶς). CYPR. GALL. iud. 207 vincuntur Solymi -m grassante Chanano (*si recte huc traximus coll. Itala iud. 4, 3* [*Lugd.*] tribulabat ... per potentiam). DRAC. Orest. 811 scelus est, -m rapiatur adulta sponsa toris promissa meis? (*huc traxisse videtur Rapisarda, 1951, ad l.; i. q. temere intellexit e. g. Vollmer in indice ed. mai.*). b *mensura, fere i. q. abundanter, large* (*pro vi locali sec.* SERV. auct. *p. 611, 42 hunc colorem etiam alibi intellegere possis, e. g.* MELA 3, 87 *alimenta* -m adposita): APVL. met. 7, 14, 1 praesepium ... hordeo -m repleri iubet. 10, 15, 5 *asinum* -m expositis epulis inhaerentem (*cf. 10, 13, 6* multas numero partes, *10, 14, 1* de tam multis). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 20 p. 651 *Antipatro* sumptum -m mea pecunia subministravi (*gr. 1, 625* ἀνέδην). MACR. Sat. 2, 8, 5 an Platonem aestimas haurienda -m vina suasisse? (*opp.* minuta pocula; *antea*: vino indulgeamus). EVSTATH. Basil. hex. 8, 2, 6 quare ... -m currente sermone subito ... conticuerim (*gr.* ἀθρόως).

? **passimōnia:** instituta GLOSS.^{L} I Ansil. PA 690 (parsimonia *ed. dubitanter*).

*****passio,** -ōnis *f.* a pati *sec. gr.* πάθος. *de origine et notione v. maxime p. 615, 19. 35. 58. 616, 50. 619, 24, ceterum e. g.* PRISC. gramm. III

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

505, 12 a patior (*non a 'pando'*). *scriptura* pasi⟨o⟩ *vix recte exhibetur* INSCR. christ. Diehl 2041, *v. enim* INSCR. christ. Karth. Ennabli II 1 pas(si) n⟨onas Martias⟩. *exempla, ubi -o sec. gr. excipitur per adi. vel pron. neutr., collegit Lundström, Lex. errorum interpretum Lat., 1983, 126. legitur vix iam apud* VARRONEM, *v. l. 20sqq., sed inde ab* APVL. (*philos., sexies*), TERT. (*fere 70ies*), *primitus sec. t. t. gr.* πάθος. [*dub. trad.* FVLG. myth. 2, 12 p. 53, 9 vini -o liberas mentes facit (*vix ad p. 616, 3*; potio *Zink*).]

significatur status quo quis (quid) patitur, i. q. πάθος (*quod gr. respondere solet et infra fere neglexímus. usu dicendi neglegentiore respicitur actio tribulandi p. 619, 56; metonymias v. maxime sub IIB1b et 2b, ceterum e. g. p. 617, 21; accedit passim gen. vel adi. pro gen., e. g. p. 616, 3sqq. 618, 24sqq. 619, 74sqq., ? appositio p. 618, 35, praepos.* in *p. 619, 5,* inter *p. 618, 72sqq.,* pro *p. 620, 13*): I *patitur potius is, qui (id quod) aliqua re afficitur, cui aliquid contingit sim.*: A *in philosophia* (*in arithmetica p. 617, 28*) *et inde in sermone communi respicitur*: 1 *perturbatio animi* (*fere de affectibus mutabilibus, sed de habitu animi perpetuo l. 73sq. generaliter de facultate, qua quis motibus animi affici potest l. 43*). *praemonenda ad usum et originem: vox non ante* APVL. *in usu fuisse videtur, nam* VARRO frg. (40 F.) Char. gramm. p. 315, 10 B. generat animi -em (*v. vol. X 2, 434, 70sqq.*) *cave collatis l. 62sq. ad verbum afferri putes, cum Varro ut Cic. utatur locutionibus* motus animi *ling. 6, 48,* perturbatio animi *frg. Non. p. 363, 15 et usus vocis recentiori aetati tribui vituperarique quodammodo videatur locis sequentibus*: HIER. in Dan. 13, 8b quod Graeci vocant πάθος, nos perturbationem — magis quam -em — rectius interpretamur (in Ioel 1, 4 l. 176 quas nos p. interpretati sumus, Graeci πάθη appellant, quae si κακοζήλως in -es vertamus, verbum magis quam sensum verbi expresserimus [*sim.* in Zach. 1, 18—21 l. 493]. AVG. civ. 9, 4 p. 371, 12 D. *animi motus auctores* quidam ... p., quidam affectiones vel affectus, quidam vero sicut iste *Apuleius,* de graeco expressius -es vocant. *al.*).

a *in neutram vel in malam partem* (*apud Christianos saepe de libidinum aestu, peccatis sim., v. maxime sub β; cf.* HIER. in Matth. 5, 28 inter -em et propassionem hoc interest, quod -o reputatur in vitio, propassio, licet initii culpam habeat, tamen non tenetur in crimine. *pro syn.* vitium *l. 68; aliter* AVG. *p. 616, 11*): α *exempla notionem illustrantia*: APVL. Plat. 2, 17 p. 244 iniuriam inordinatam -em et aegritudinem mentis esse (*cf.* AVG. civ. 14, 9 p. 22, 17 D. cum rectam rationem sequantur istae affectiones, ... quis eas tunc morbos seu vitiosas -es audeat dicere?). Socr. 12 p. 147 debet deus nullam perpeti vel odii vel amoris temporalem perfunctionem ..., sed ab omnibus animi -bus liber nec dolere ... nec *eqs.* (*cf.* TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 356, 24 *ut perperam,* quoniam in homine corruptoriae condicionis habentur huiusmodi -es, idcirco et in deo eiusdem status existimentur. HIL. in psalm. 2, 13 ne aliquas demutationes -um perturbationesque motuum cadere in deum credant. *sim. al.; cf. l. 54. p. 617, 36sqq.*). 13 p. 147 *daemones* habentes communem ... cum inferis, *i. hominibus,* -em (*cf. ibid.* p. 148 *d.* differunt ab his *deis* -e [*postea*: turbationibus mentis]. CHALC. comm. 131. 135. *sim. al.*). TERT. anim. 58, 4 semper ... exspectat anima corpus ut doleat aut gaudeat? nonne et de suo sufficit sibi ad utrumque titulum -is? spect. 15 p. 17, 8 *spectator* non ... immobilis animi est et sine tacita spiritus -e; nemo ad voluptatem venit sine affectu *eqs.* (*cf.* ARNOB. nat. 1, 18 *deus non irascitur*; ubi enim est ullus ... adfectus, ibi esse necesse est -em; ubi -o sita est, perturbationem consentaneum est consequi *eqs.*). ITALA Gal. 5, 24 (cod. d *al.*) qui ... Christi *sunt,* carnem crucifixerunt cum -bus et concupiscentiis (*Vulg.* vitiis; *cf.* HIER. *ad l.* p. 422B quia -o potest et dolorem et ceteras necessitates significare corpusculi, caute apostolus intulit 'desideria', ut non naturam corporis videretur ... negare, sed vitia). IREN. 1, 2, 2 *Sophia* passa est -em sine complexu coniugis *et peperit*; ... -em autem esse exquisitionem patris (*item in eadem re sc. pellucente respectu rei veneriae* [*cf. e. g. p. 617, 80*]: 2, 12, 3. *al.*). SERV. Aen. 6, 733 Varro et omnes philosophi dicunt quattuor esse -es, duas a bonis opinatis et duas a malis opinatis rebus: ... dolere et timere, ... gaudere et cupere (*sim.* georg. 2, 499. *cf. e. g. Cic. Tusc. 4, 14* omnes perturbationes ... fieri ... opinione *eqs.*). HIER. hom. Orig. in Ezech. 6, 7 p. 385, 11 *propheta* describit ... -es nostras et humana vitia et ... pravitates (hom. Orig. in Luc. 37 p. 211, 4 multis sumus -bus v. que subiecti [*pro una voce gr.* πάθος *ut* RVFIN. hist. mon. 13 p. 432D]. ARNOB. in psalm. 101 p. 470B renuntiemus ... v. et -bus. *al.*). AVG. civ. 8, 17 p. 346, 21 D. quia verbum de verbo πάθος -o diceretur motus animi contra rationem. BOETH. anal. pr. Arist. lat. (rec. Flor.) 70b15 si est ... specialiter alicui generi individuo existens -o, ut leonibus fortitudo (*sim. al. in eodem capite de physiognomonia*). *et saepe.*

β *iuncturae potiores* (*iterantur nonnulla supra allata*): ① *cum adi.*: APVL. Plat. 2, 17 p. 244 inordinatam -em. TERT. cult. fem. 1, 9 l. 15 vitiosa animi -o (AVG. civ. 14, 9 p. 22, 17 D.). adv. Iud. 3, 13 humanis -bus contaminatus (test. anim. 1 p. 134, 20. *quae potius ad affectionem corporis spectant v. p. 617, 37*). AMBR. Noe 27, 102 diluvium corporalium -um (VITAE patr. 6, 4, 27 CASSIOD. Didym. in I Petr. 2, 11 p. 23, 29. *al.; cf.* PALLAD. hist. mon. I 2 p. 262C hominem qui sic superavit corporeas -es [*gr. p. 34, 12 B.* ἀπαθέστερον ... ἄνθρωπον]). RVFIN. Orig. in cant. prol. 69, 5 indecora. CASSIAN. inst. 1, 7 petulantia carnalium -um (8, 2 conl. 5, 4, 5). FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 14, 14 obscenae -is iniuria. ORIG. in Matth. 13, 16 p. 220, 11 muliebres -es (*gr.* τὰ ἀφροδίσια). *al.* ⓘⓘ *cum subst.*: *accedit gen.*: APVL. Socr. 12 p. 147 ab ... animi -bus liber (TERT. cult. fem. 1, 9 l. 15 paenit. 1, 1 SACERD. gramm. VI 447, 3. CHALC. comm. 308 -bus commotionibusque animorum nostrorum. *et saepe*). ITALA Rom. 7, 5 (cod. d = VVLG.) -es peccatorum ... operabantur in membris nostris (Tert. monog. 13, 4 -es delictorum, *Ambrosiast. ad l.* vitia peccatorum, *gr.* παθήματα). I Thess. 4, 5 (cod. d *al.* = VVLG.) in -e desiderii (*Tert. pudic. 17* in libidine concupiscentiae, *Aug. civ. 14, 16* in morbo d.; *versionem* in -e d. *reicit* AVG. nupt. et concup. 2, 33, 55 -o in latina lingua, maxime usu loquendi ecclesiastico [*cf. infra IIB*], non ad vituperationem consuevit intellegi. *ceterum iunctura exstat*: Ps. TERT. haer. 4 p. 220, 15). CHALC. comm. 135 -i affectus accommodatior *est daemon.* HEGES. 4, 25, 2 inlicitarum libidinum -es (AVG. pecc. orig. 36, 41). HIER. hom. Orig. in Ier. 2, 2 p. 292, 12 confusam habetis animam a variorum -e vitiorum (in Is. 5, 22). PELAG. in Rom. 7, 5 -o concupiscentiae (CASSIAN. inst. 8, 8, 2 voluptuosam c. -em. ORIG. in Matth. 15, 1 p. 350,5 [*gr.* τὸ τῶν τοιούτων ἐπιθυμητικόν]). RVFIN. Basil. hom. 1, 5 p. 1730C cogitationes malae ex -bus carnis atque animae motibus generatae (OP. imperf. in Matth. 1 p. 631 ut ex -e c. et sanguinis ... succedente humore homo corruptibilis nasceretur. CASSIOD. Didym. in I Petr. 2, 11 p. 23, 33. *aliter e. g. p. 617, 44*). *al.* *gen.* -is *pendet e subst.*: HIL. frg. min. B I 2 p. 230, 8 conluctantium adversus nos -um concertatione (*antea*: vitiorum. *cf.* HIER. hom. Orig. in Ier. 2, 1 p. 290, 15 bella ... -um). RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 229, 24 -um fluctibus ... et vitiorum procellis (*cf. p. 615, 80.* AVG. civ. 9, 3 p. 370, 26 D. -um tempestate). Orig. princ. 2, 10, 5 ex his -um vitiis (AVG. civ. 9, 6 p. 376, 29 D.). *al.*

b *in bonam partem, sc. amor, pietas, devotio sim.*: Ps. HIL. libell. 11 p. 85, 8 omni continentia et -e devota viris iustissimis coaequatur *femina Christiana.* HEGES. 1, 1, 7 *militari* conpressu ... superior factus iustae -is adfectu superabatur *matris miseritus* (*antea*: pietatis officia; *gr. 1, 57* δικαίου πάθους, *sed Ps. Rufin. 1, 2 p. 598* iusto ... dolori). 1, 17, 1 p. 27, 24 *cultus sacri observantiam* si quis periculi metu deserat, sacrilegium est, si quis impleat, sacrificium et piae -is victoria. 5, 2, 1 p. 298, 14 ubi est illa Macchabaeorum fides ...? ubi est illa devotio patrum, pulcherrima -um omnium, qua se ... pro templo dei morti offerebant? 5, 40, 2 p. 384, 19 (*loq. mater quae infantem comedit*) et me tenebat -o, sed vicit necessitas (*1 p. 383, 8* fecimus quod pietatis fuit, faciamus quod suadet fames). 5, 53, 2 p. 416, 25 conpresso viriliter affectu -em excluserunt, caedem implebant *Iudaei uxores interficientes.* EVSEB. EMES. serm. 26, 11 p. 181, 8 -o illa in homine, de qua dictum est (*deut. 6, 5*): diliges dominum deum tuum *eqs.* RVRIC. epist. 1, 3 p. 355, 26 quid dilectio ... sibi vindicet, conscium mutuae -is pectus agnoscit. PRISC. rhet. 9, 28 p. 558, 15 *allocutiones* passionales sunt, in quibus -o, id est commiseratio perpetua, inducitur, ut quibus verbis uti potuisset Andromache mortuo Hectore. FACVND. defens. 2, 4, 16 *Isidorus Pelusiota* arguit illum velut animi -e et aemulatione caecatum (*in epist. allata 2, 4, 14, ubi* compassio; *Migne gr. 78, 361C* προσπάθεια, *Conc.S I 4 p. 9, 19* assentatio). RVSTIC. c. aceph. p. 1209C -o non solum ... malorum ... dicitur, sed et ... bonorum, ita ut et ipsa beatitudo creaturarum -o nominetur. PASS. Theclae A 31 p. 86, 3 *Trifena* quae habuit in ancillam tuam condolentem -em, quae me castam servavit (*aliae rec. fere*: condoluit, *gr.* συμπαθησάσῃ). *al.*

2 *quaelibet affectio* (*sc. mutationes, corruptiones sim. et quaecumque cui contingunt vel fortuito adhaerent; usu laxiore de quolibet eventu v. p. 618, 6*): a *usu generali vel indefinito*: α *exempla varia*: TERT. adv. Hermog. 36, 4 si qua incorporalia eis *substantiis* adsunt, aut actus aut -es aut officia aut libidines, non portiones deputamus. adv. Marc. 4, 4 p. 429, 2 prior erit res -e et materia aemulatione. ARNOB. nat. 2, 26 p. 98, 5 M. quicquid ... causa ingruente ... mutatur ..., id ... natura ... passivum *est*; quod autem est ... expositum -i, corruptibile *est* (*sim.* 7, 5 p. 348, 9). CHALC. comm. 76 generatio ..., mors ..., incrementa ..., imminutiones ..., commutatio transitioque ...: quae cunctae -es originem trahunt ex motu planetum. 226 proprium essentiae fore, suscipere contrarias -es vicissim *eqs.* (319. *loci spectant ad Arist. categ. 4a11* τῶν ἐναντίων εἶναι δεκτικόν). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 32 p. 1065C motio enim -o et motione -o; ... statum ... esse in motione -o est, et in motione esse a statu est -o. HIL. syn. 44 contrahi et dilatari corporalis est -o (*postea*: per deminutionem substantiae. *cf.* EVSEB. EMES. serm. 2, 1 divisiones ... et scissiones corporum sunt -es. *sim. al.*). *al.* β -o *categoria est Aristotelica* τὸ πάσχειν (pati *appellatur e. g. Cassiod. inst. 2, 3, 10*): CHALC. comm. 319 silvae detrahimus haec omnia *quae categoriis praedicantur,* quando -em ... ipsam, quae propria eius *silvae* videtur, adimimus ideo, quod ... aliis (id est corporibus) intra eam perpetientibus illa concors perpessionis putetur; denique -o ⟨eius⟩ eiusmodi est, ut ipsa quidem in nihil aliud convertatur, sed, quia recipit ea quae mutantur, pati aliquid falso putatur. AVG. trin. 5, 4, 6 omnia ... accidunt eis *rebus creatis,* ... et loca et tempora et opera atque -es. CLAVD. MAM. anim. 1, 19 p. 69, 13 *de deo dicimus* nec actum ... nec -em (*cf.* BOETH. trin. 4, 90 situm -emque requiri in deo non oportet). γ -o *species est qualitatis, categoriae Aristotelicae* (*sec. Arist. categ. 9a28sqq.* παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη *distinguuntur* passivae qualitates *apud* Ps. AVG., passi-

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

biles q. *apud* Mart. Cap. *et* Boeth.): Ps. Avg. categ. 12 (115 M.-P.) p. q. sive -es. *ibid.* (119) p. q. et -es quae sunt huiusmodi: austeritas, caloratio . . .; quae non idcirco p. dicuntur quod patiantur aliquid, sed quod faciunt -em; mel namque . . . dulcem gustantibus efficit -em. *ibid.* (122) *est* inter p. q. et -es ista discretio, quod -es ad tempus exortae facile commutantur, p. vero q., . . ., perpetuo perseverant. Mart. Cap. 4, 368 *dicuntur qualitates passibiles* quae nobis ex aliqua -e naturae inoleverint, secundum quas 'pallidus' quisque . . . dicitur; non tamen ita ut quis aliqua repentina causa . . . pallet . . ., nam ipsae -es rectius, non qualitates appellantur. Boeth. categ. Arist. lat. 9a29sqq. (*sim. ac* Ps. Avg. *supra*).

b *usu magis definito patiuntur*: *α res naturales* (*numeri* Boeth.): Apvl. mund. 10 haec sat erit de iis, quae udis elementis aquosisque contingunt; verum aliae sunt -es, cum . . . venti generantur *eqs.* 18 his -bus contingit, ut quaedam terrae exspirent halitus, aliae vomant saxa *eqs.* Ambr. hex. 1, 3, 11 *mundus aeternus non est*, quoniam cuius partes corruptioni et mutabilitati subiacent, huius necesse est universitatem isdem -bus . . . subiacere (*Basil. hex. 1, 3 p. 12A παθήματα, Eustath. 1, 3, 7* casibus). Heges. 1, 32, 6 p. 62, 27 -es elementorum (*antea*: insensibilium commotiones . . ., terrarum motus). Evstath. Basil. hex. 2, 3, 4 (*metonymice; explic. gen. 1, 1* fecit deus caelum et terram) plura reticuit, id est ignem, aquam, aerem, quae utique -es quaedam de illis principalibus procreatae sunt. 6, 3, 6 de lunae . . . -bus (*sc. de incrementis et defectionibus*). Evseb. Emes. serm. 21, 5 p. 105, 20 (*21, 4* aer . . . per aquas penetrat) istam . . . -em quam aquae ab aere patiuntur. Cassiod. Ios. antiq. 1, 156 per terrae -em et maris et ea quae contingunt circa solem et lunam (*gr. παθήμασι*). *al.* *in arithmetica*: Boeth. arithm. 1, 4 p. 13, 23 par numerus est, qui sub eadem divisione potest in maxima parvissimaque dividi, maxima spatio, parvissima quantitate ⌊secundum duorum istorum generum contrarias -es⌋ (*iteratur* p. 14, 13, *ubi explicatur*: praedocuimus enim quantitates in infinitas pluralitates adcrescere *eqs.* . . .; hic contra evenit. *Nicom. arithm. 1, 7, 3 ἀντιπεπόνθησιν*).

β animantes eorumque partes: Ⓘ *strictius de -e affectionum, sc. quibus quis tangitur, mutatur, corrumpitur sim.*: Ⓐ *quaeritur utrum deus vel Christus -i obnoxius sit necne* (*quae ad solas animi perturbationes spectant v. p. 615, 43sqq.*): Tert. nat. 1, 10, 38 *Homerus* casibus et -bus humanis deos imbuens; . . . Venerem sauciat sagitta *eqs.* (adv. Marc. 2, 27 p. 373, 10 Christum h. -bus obiectum . . . esse. adv. Prax. 16 p. 257, 14 *Christus* -es h. et sitim et esuriem et lacrimas et ipsam nativitatem ipsamque mortem erat subiturus. Iren. 2, 13, 10 [*antea*: quae accidunt hominibus]. *al.; cf. p. 615, 79*). adv. Marc. 3, 8 p. 390, 1 si caro eius *Christi* negatur, quomodo mors eius adseveratur, quae propria carnis est -o? (*cf.* Avg. civ. 17, 18 p. 244, 29 D. *Messiam* alienum a mortis -e confingunt *Iudaei.* Chromat. in Matth. 38, 4 E.-L. corpus solummodo mortis -em suscepit. *al.*). Lact. inst. 4, 22, 3 *ut deus se* infirmitate carnis oneraret, ut -bus, ut dolori, ut morti se ipse subiceret (*nisi ad 1*). Mar. Victorin. homous. 3 *apud deum* generatio *non est* immutatione generatio, neque ulla -o ibi vel fantasia aliqua -is (*item in generatione filii*: Hil. syn. 17 creantis . . . opus non habet -em [*antea*: sine imminutione . . . ac demutatione sui . . . genuit]. 20 per emanationem aut aliquam -em . . . filium subsistentem *putant haeretici.* 23 sine -e [*Epiphan. haer. 73, 11, 6 ἀπαθῶς*]. Rvfin. Orig. princ. 4, 4, 1 absque ulla corporali -e. *et saepius*). Hil. trin. 4, 2 -bus nostris spiritalia comparare. *al.* Ⓑ *respicitur actio sentiendi* (*facultas potius l. 63*): Tert. anim. 12, 4 et sensus -es facit Aristoteles (*e. g. anim. 424a1*), . . . et sentire enim pati est. 12, 5 alterius, *sc. animi*, erit et -o et sensus et sapor omnis et actus et motus, alterius, *sc. animae*, autem otium et quies et stupor. 25, 3 respondete matres: . . . vestrae -is fides convenitur, an aliquam in fetu sentiatis vivacitatem. resurr. 17 p. 47, 21 carnem . . . idcirco repraesentandam esse iudicio *dei*, quia aliter anima non capiat -em tormenti seu refrigerii. test. anim. 4 p. 139, 10 si nihil -is est tibi post mortem, si nulla sensus perseverantia. Chalc. comm. 194 est . . . sensus -o corporis quibusdam extra positis et pulsantibus varie eadem -e usque ad animae sedem commeante; quae -o cum est lenis . . . voluptas cognominatur; porro si asperitate quadam praedita -o, doloris nomen accipiet (*sim.* Avg. civ. 14, 15 p. 37, 11sqq. D. aliquid animae, quod carnis afficit -o vel aspera . . . vel lenis). 220 (*e Chrysippo, v. Stoic. vet. frg. II 879*) cuiusque sensus intellegere -em (Favst. Rei. epist. 9 p. 213, 26 quinque sensuum -es). Ambr. hex. 4, 6, 26 *obtutu nostro* species minuitur *solis lunaeque*, non magnitudo detrahitur; neque enim infirmitatem nostrae -is -i luminarium debemus ascribere (*Basil. hex. 6, 9 p. 140B ἡ ὄψις ἡμῶν . . . τὸ οἰκεῖον πάθος τοῖς ὁρατοῖς ἐπιφέρουσα, Eustath. 6, 9, 8* inbecillitatem). Avg. mus. 6, 2, 3 in ipsa -e aurium cum aliquid auditur (6, 4, 7). Boeth. cons. 5 carm. 4, 32 -o, cum lux oculos ferit. *al.* Ⓒ *vario usu*: Tert. anim. 5, 5 (*sec. Cleanth. Stoic. vet. frg. I 518*) corporalium et incorporalium -es inter se non communicare; porro et animam compati corpori; . . . igitur anima corpus ex corporalium -um communione. carn. 20 l. 42 an . . . manare soleant *ubera* sine vulvae genitali -e ([*postea*: vulva . . . nihil passa]. 23 l. 32 adapertae v. nuptialem -em). resurr. 40 p. 84, 18 cuius *carnis* est proprie -bus corrumpi. 57 p. 116, 22 vitiatio corporum accidens res est; . . . etiam si in utero vexemur (vitiemur *var. l.*), iam hominis est -o; prius est genus quam casus. Clavd. Don. Aen. 2, 210 p. 177, 11 si metus intervenerit, qui frigore non caret, excluditur *calor e corpore* perindeque convalescente gelida -e consumitur quod calebat. Hier. hom. Orig. in Luc. 25 p. 149, 18 *anima* per totum diffusa corpus -bus illius subiacet (*cf.* Avg. anim. 2, 6, 10 animam . . . vindicare a -bus c. *sim. al.*). *al.*

(II) *laxius de -e quorumlibet eventuum, sc. quos quis experitur, transit sim.* (*nisi quaedam potius sec. usum sub IIA illustratum explices*): Tert. resurr. 33 p. 73, 4 quae ad dispositionem et transactionem et -em regni ⟨et⟩ iudicii et resurrectionis praedicantur (*v. Evans, 1960, ad l.; minus probabiliter* regni Iudaici et resurrectionem *Borleffs c. cod. T*). virg. vel. 11, 9 post . . . nuptiarum -em (*cf. p. 617, 81*). Chalc. comm. 222 quod *corpus* potest . . . iuxta . . . *animae* patrocinium motus . . . vitales exercere in agendo, vitae quoque -es experiri. Cassiod. hist. 12, 9, 1 multi . . . Christiani sunt facti propter huiusmodi -em (*seq. narratio rei gestae, quae concluditur* 12, 9, 7 pro hac . . . -e conversi sunt). Ios. antiq. 1, 80 (*de diluvio*) contigit . . . haec -o sexcentesimo anno nativitatis Noe (4, 222 [*respicitur deut. 21, 8*] numquam tam malam -em [*sc. homicidium*] in illa terra contingere).

B *in medicina de affectionibus corporis aegri* (*animi e. g. l. 46; immisceri notionem sub II illustratam vix mireris, cf.* Gloss. II 391, 50 *πάθος ἐπὶ νόσου*: -o, vitium. *apud medicos recentiores, maxime* Cael. Avr. *et* Cass. Fel., *substituitur fere in locum vocis q. e.* morbus, *v. Wölfflin, Ausgew. Schr., 1933, 199*): 1 *accedunt determinationes*: **a** *subst.* (*gen. praeter l. 33*) *indicantia: partem corporis aegram vel ipsum aegrotum*: Tert. anim. 25, 4 si livor ac rubor sanguinis -o est. Iren. 4 praef. 2 (*in imag.*) qui ignorat -em eorum, qui male valent. Arnob. nat. 1, 47 debilitates et corporum -es, surdi manci et muti. Chalc. comm. 224 cardiacam -em . . . -em non cordis esse, sed stomachi (*cf. Alex. Aphr. anim. p. 98, 23 Br. ubi respondet καρδιακὴ νόσος . . . καρδίας πάθος ἐστίν*). Pelagon. 183, 1 -es equorum. Veg. mulom. 2, 5, 1 -o thoracis (*Chiron 260* ratio). Ps. Hippocr. epist. 5 hinc sciae -o erit dolorque coxarum. Cass. Fel. 1 p. 2, 7 capitis (2 p. 10, 12. 24 p. 40, 21. *al.*). *al.* *morbum*: Pelagon. 183, 1 roboris. Veg. mulom. 1, 16, 4 elephantiasi morbo et omnibus malei -bus. Vindic. med. 33 bulimi. Theod. Prisc. log. 37 cholera -o molesta (*nisi -o pro praedicativo*; colerica *var. l.*). Cassian. conl. 24, 15, 2 cefalargiae . . . -em, . . . otalgicum morbum. *al.* **b** *adi. fere genus morbi indicantia*: Iren. 1, 16, 3 hi qui in phreneticam -em inciderunt ([*gr. διάθεσιν*]. Vindic. med. 44 Cael. Avr. acut. 2, 1, 3 Cass. Fel. 30 p. 60, 4. *al.*). Arnob. nat. 2, 11 p. 77, 17 annosas dissolvere -es (*cf.* chronica *vel* chronia -o *vol. III 1030, 61sqq. 84sq. nec non* Cass. Fel. 1 p. 2, 7 inveterata -o quam Graeci chronias diathesis vocant). Pallad. 3, 31, 2 limum dysintericae -is. Chalc. comm. 224 cardiacam -em ([*gr. v. l. 29*]. Schol. Hor. gloss. *Γ* sat. 2, 3, 30 ['lethargicus']. Cael. Avr. acut. 2, 34, 180. 2, 35, 187. *al.*). Schol. Hor. epist. 1, 8, 1 quae -o vocatur lethargica sive accidia ([*antea*: aegritudine animi]. *al. v. vol. VII 2, 1186, 79sqq.*). Veg. mulom. 1, 6, 1 erratica est (*antea*: articularis . . . morbus). 1, 14, 2 contagiosa. 2, 88, 1 roborosa. Hippocr. num. sept. 27, 50 pleuritica -o (Vindic. med. 37). Ps. Soran. quaest. med. 8 in acutis -bus (85 oxea dicuntur a. -es. Theod. Prisc. log. 24 acuta . . . et temporalis. 39 [*postea*: aegritudinum]. *al.; cf.* celer *vol. III 752, 78sqq., ubi addere possis* Cael. Avr. acut. 1, 17, 178 celerrimis vel acutis. *al.*). Ps. Apvl. herb. interpol. 110 l. 22 synanchica -o (Cass. Fel. 37 p. 81, 4. 11. *al.*). *al.*

2 *exempla varia*: Iren. 2, 23, 2 quidam sanatur a domino xxxviii annos habens in sua -e (*sec. Ioh. 5, 5* in infirmitate, *gr. ἀσθενείᾳ*). Fortvn. gramm. VI 283, 12 (*in comparatione*) *metra quaedam* sumunt . . . nomina . . . a -bus, ut coluros et scazontas *versus dicimus.* Pelagon. 140, 2 -o ipsa (*sc. dysuria*) anorectos facit (*sc. equos*). 141, 1 evenit . . . suprascripta -o nimio cursu. 183, 2 in his tam similibus signis -um (Veg. mulom. 1, 29, 2 s. causasque [*item* 1, 38, 5]. 1, 44, 1. *al.*). 269, 4 in ipsa . . . necessitate -is sanguinem detrahere (Veg. mulom. 1, 56, 34). 448, 2 optandum est, ut potius priora equi ab . . . -e teneantur. Chiron 210 quae -o doloris enfragma dicitur (230 ad sanandum omnem -em d.). Veg. mulom 1, 9, 3 quae -o pullis . . . perniciem consuevit inferre (*Chiron 195* morbus). 2, 17, 1 quodsi vis -is intulerit hypochysin (*cf.* Cael. Avr. acut. 2, 19, 124 vehementiam -is [*ibid.* in declinatione -is]). *et saepe.*

C *in arte grammatica et metrica* (*v. etiam l. 58; ad rhetoricam cf. p. 615, 21. 616, 46*): 1 *vario usu*: Mar. Victorin. gramm. VI 93, 22 (*in metro ionico pes uno tempore deficiens completur sequenti pede*) huius modi . . . inter se *συζυγίας* -em sive communionem musici *ἀνάκλασιν* vocant (*sim. 94, 19* inter syzigias -o). 102, 27 per *ἀντιπάθειαν* . . ., id est per contrarium adfectum seu -em, iunguntur *contraria metrorum genera.* Prisc. gramm. III 110, 10 contrariae similiter -es per defectionem fiunt litterae et syllabae et dictionis et orationis, *ut 'siit' pro 'sivit' eqs.* 460, 15 commata (*i. caesurae*) . . . sunt tria: tertia trochaica, semiquinaria et semiseptenaria; quarta enim bucolica magis ⌊-o⌋ est, sicut hemiepes . . . et quae inveniuntur per singulos pedes (⌊ ⌋ *sc. quae casu, non lege quadam fit; bucolicam diaeresin fere contemni docet e. g. Fortun. gramm. VI 292, 21*). 2 *respiciuntur partes orationis* (*maxime verba*), *quae quem* (*quid*) *pati significant*: Char. gramm. p. 213, 16 B. cum omnia verba aut actione activa aut -e passiva . . . dicantur (*cf.* Boeth. herm. pr. 1, 3 p. 56, 9 *verbum* aut -em aut actum designat. *al.*).

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Serv. Aen. 10, 341 'vitabundus' (*Sall. Iug. 38, 1*) quia nomen est *nec verbum*, ideo significat similitudinem, non -em (*sim. ibid. iterum*). Hier. epist. 55, 2, 6 aliud est peccare 'per corpus', aliud 'in corpore' (*cf. I Cor. 6, 18*); ... 'per' praepositio ministerium habet, 'in' autem in se -em. Macr. somn. 2, 15, 14 'secari' ... et 'teneri' -o est, ideo considerationem et facientis et patientis amplectitur; ... *sed cum medio-passive* 'moveri' dicitur, ... nulla potest suspicio -is intellegi. Consent. gramm. V 366, 4 *verborum* eorum ... quae actum significant, quaedam talia sunt, ut in alio actus, in alio -o constituta sit, ut cum dicimus 'seco', 'uro', necesse est, ut administrantem et patientem unius intellectus ratio conprehendat (*syn.* patientia). Prisc. gramm. II 394, 5 *'ruo', 'cado' sim.* absolute prolata reciprocam -em, id est ἰδιοπάθειαν, significant. III 17, 15 'sui' pronomen ... ad verbum ... ponitur reciprocum, id est sui -em significans (166, 30 reciprocationem, id est sui -em, fieri et eandem personam agere aliquid in se simul et a se pati. 167, 2 Graeci ... compositis utuntur pronominibus in sui -e, id est ἰδιοπαθείᾳ, ut ἐμαυτὸν διδάσκω. 276, 4 quae *verba* cum ... magis sui -em demonstrent, tamen, quia activam habent vocem, accusativo coniunguntur, ut 'trepido'. *al.*). 176, 19 Graeci ... composita invenerunt pronomina ... quae ἰδιοπαθῆ vocant ...; simplicia vero ἀλλοπαθῆ nominant, id est 'extrinsecus -em facientia' vel 'patientia', ut 'doceo te, doceor a te'. *al.*

II *patitur potius is, qui aliquid perpetitur, tolerat, cum dolore sustinet sim.* (*morbos sim. v. sub IB; cf.* Hil. syn. 49 passibilitas naturae infirmis significatio est, -o autem est eorum quae sint illata perpessio): **A** *usu communi* (*sive de perpessione singulorum malorum, iniuriarum sim. ut e. g. l. 29sqq., sive generaliter de labore, luctu, sorte misera sim.; cf. etiam p. 618, 6*): Ps. Apvl. Ascl. 28 incredibiles ... post delicta cogentur credere non verbis sed exemplis, nec minis sed ipsa -e poenarum (*cf. l. 35; item accedit gen. obi.*: Tert. test. anim. 4 p. 138, 18 *caro* meruit iudicii -em [*cf. p. 617, 61. 618, 9*]. virg. vel. 3, 7 publicatio virginis bonae stupri -o est [*postea*: vim carnis pati]. Pavl. Nol. epist. 14, 2 infirmitatum. Avg. serm. 46, 11 flagellorum. *al.*). Tert. adv. Marc. 2, 18 p. 359, 23 facilior timor talionis per eiusdem saporem -is (*postea*: id ipsum pati, quod feceris aliis). 2, 24 p. 368, 26 poenam ipsam malitiam (*e. g. Itala Ion. 4, 2* [*ibid.*] paenitentem malitiarum *deum*) nominavit ex malo et merito -is ipsius. Itala gen. 27, 41 (Hier. epist. 36, 16, 5. *al.*). adpropient dies -is patris mei (*sec. var. l. gr.* πάθους *pro* πένθους, *Lugd.* mortis, *Vulg.* luctus). Arnob. nat. 2, 30 p. 102, 5 M. *in Tartaro nullum* sensum mortiferae -is adsumere. Ps. Hil. libell. 20 p. 92, 13 est ... patientia omnium iniuriarum et -um tolerantia. Schol. Cic. Bob. p. 125, 28 multa Ciceronem, vel iratum vel dolentem, de -bus suis ... exaggerare solitum (*cf.* p. 137, 18 significatio -is eius *Tullii* eluxit *ex Accii fabula praetexta*). Heges. 2, 18 p. 180, 1 Simonis -o acerba visu et auditu miseranda (*Ps. Rufin. 2, 19 p. 692* interitum). 2, 18 p. 181, 13 *parentes, uxorem liberosque interfecit* et tamquam triumphatis (-tus *var. l.*) domesticis -bus, quod neminem suorum alieno gladio vidit perire, *sibi mortem conscivit*. 5, 18, 3 p. 337, 6 *Iudaeorum* miseranda ... -o Tito videbatur tantarumque acerbitas calamitatum (*gr. 5, 450* πάθος *tantum, Ps. Rufin. 6, 12 p. 797* calamitas). Hier. tract. in Is. p. 99, 21 ut in more animalium ... *filios adultos* relinquerem -i et suo labori dimitterem. Petr. Chrys. serm. 117, 3 *Maria* nullas partus pertulit -es (*syn.* dolor). Novell. Iust. 30, 9 pr. qui suas ei *proconsuli* ... defleverit -es. Greg. M. moral. prol. 9 *in temptatione Iob diabolus* intuens quia per dolorem corporis pervenire nequiverit ad -em mentis. *respicitur magis -o, quae infertur alicui*: Hil. in psalm. 52, 16 cum fuerit iniquis ius -is in carnem, in aeternam tamen divinitatis et inpassibilem naturam nihil licuit -i. Cassiod. hist. 9, 30, 2 iusto furori inmensam permiscens crudelitatem iniustam operatus est -em.

B *usu christiano* (*cf. testimonium* Avg. *p. 616, 11*): **1** *patitur Christus generis humani redimendi causa* (*ad rem cf. e. g. l. 76; disting. -o Aeonis l. 80. p. 620, 25, alterius Christi p. 620, 38*): **a** *proprie*: **α** *sing.*: Ⓘ *iuxtaposita sollemniora*: Tert. bapt. 11 p. 210, 25 tinguebant discipuli *Christi* ... baptismo Iohannis ... nondum ... instructa efficacia lavacri per -em et resurrectionem (13 p. 212, 26sq. *al.* Hil. myst. 1, 1, 4 Filastr. 106, 4. Avg. in psalm. 138, 4 [*ad 138, 2* cognovisti sessionem meam et r.] intellege ... -em meam et r. [*inde* Itala Sangerm.; *rec. cett.* sessiones, *gr.* καθέδραν]. *al.*). Cypr. eleem. 17 p. 387, 9 cruce et -e eius redempta *mulier* (mortal. 14 p. 306, 4 patient. 6 p. 402, 6. 7 p. 402, 8 Hier. epist. 16, 2, 3. 47, 2, 2. *al.*). Demetr. 22 p. 367, 9 ad -em et sanguinem Christi (domin. orat. 13 p. 275, 26 eleem. 23 p. 391, 4. *al.; cf.* eleem. 22 p. 390, 9 pretio -is et cruoris). Avg. epist. 205, 2, 9 in contumelia -is mortisque (Fvlg. Rvsp. incarn. 5, 16. *al.*). Ⓘⓘ -o domini, dominica *sim.*: Tert. bapt. 19 p. 217, 2 *die paschae* -o domini ... adimpleta est (pudic. 11 p. 241, 14 a redemptione carnis, id est domini -e. *al.* Cypr. epist. 63, 7 Firmil. Cypr. epist. 75, 2. *et saepe*). adv. Iud. 10, 13 (= adv. Marc. 3, 19 p. 408, 24) vicesimus primus psalmus totam Christi continens -em (Ps. Tert. haer. 2 p. 218, 1. Iren. 2, 20, 3 C. -o similis *non* est -i Aeonis. Cypr. epist. 63, 15 Priscill. can. praef. p. 102, 6 Optat. 3, 7 p. 89, 23. *et saepe*). adv. Marc. 3, 7 p. 388, 6 notatus insignibus dominicae -is (praescr. 36 l. 12 Petrus -i d. adaequatur. *al.* Cypr. domin. orat. 24 patient. 16 epist. 63, 3. *et saepe*). Lvcif. epist. 7 l. 17 D. -em salvatoris (Ambrosiast. in I Cor. 1, 27, 2 rec. γ *al.*). Priscill. tract. 6, 108 p. 79, 24 divinae -is (Pallad. c. Ambr. fol. 340ᵛ, 40). *al.* Ⓘⓘⓘ *gen. -is pendet e subst.*: Tert. fug. 8, 4 (*sec. Matth. 26, 39*) postulavit ... a patre ..., transiret ab illo calix -is (Priscill. tract. 6, 99 Hier. in Matth. 26, 39. *cf.* Qvodv. prom. 1, 38, 55 -is poculum). adv. Iud. 10, 5 sacramentum -is ... figurari in praedicationibus oportuerat (Cypr. epist. 63, 14 p. 713, 8 testim. 2 capp. 15. *al.; cf.* Ps. Hier. epist. 7, 7 p. 113ᴬ si ... omnes qui credimus, s. in baptismo -is accipimus). 10, 6 (= adv. Marc. 3, 18 p. 406, 14) lignum -is (*al. v. vol. VII 2, 1389, 21sqq., addas e. g.* Ps. Cypr. mont. 9 p. 114, 7. 17). Cypr. domin. orat. 26 p. 286, 20 tempore -is (epist. 14, 2 p. 511, 12. 59, 4 p. 671, 5. *al.; cf.* epist. 3, 2 p. 471, 2 ad -is diem [63, 9 p. 708, 1. *al.*]). epist. 63, 17 p. 714, 24 calicem in commemorationem ... -is eius offerimus (*sim.* memoriam: Avg. trin. 3, 4, 10 quod ... consecratum ... sumimus ... in memoriam pro nobis dominicae -is. Hesych. in lev. 2, 5/6 p. 808ᴮ. *al.*). Zeno 2, 52 (1, 26 L.) -is resurrectionisque ... celebrare mysteria (*al. v. vol. VIII 1754, 57sqq.*). *al.* Ⓘⓥ *varia*: Tert. bapt. 9 p. 208, 27 perseverat testimonium baptismi usque ad -em (*mentione aquae Matth. 27, 24 Ioh. 19, 34*). adv. Iud. 10, 1 (*item fere* adv. Marc. 3, 18 p. 406, 1) -em crucis in Christum praedicatam *esse* (10, 14 Cypr. testim. 2 capp. 21 Ps. Cypr. mont. 9 p. 114, 16. *al.; cf.* -o ligni *vol. VII 2, 1389, 20sq.*). adv. Prax. 30 p. 287, 8 exclamantem in -e (*Matth. 27, 46*): 'deus meus *eqs.*' (pudic. 22 p. 272, 4 in ipsa -e liberavit latronem. Cypr. epist. 63, 8 p. 706, 20. testim. 2 capp. 23 quod medio die in -e eius tenebrae futurae essent. Qvodv. grat. 2, 7, 15 Petrum, quem in sua -e demonstravit ter negantem. *al.*). Iren. 2, 20, 3 Aeon ... passus est -em dissolutionis (*cf. p. 615, 61*) ..., ita ut periclitaretur ... corrumpi, dominus autem ... passus est -em validam *eqs.* Gavdent. serm. 6, 16 G. salutarem domini -em (Drac. laud. dei 2, 527. *cf.* Filastr. 82, 6 saluberrima). Ambr. c. Aux. 13 carnem -e susceptae mortis exuerat. Symb. Corp. Christ. 69, 275 passus est -e sub Pontio Pilato. *al.*

β *plur.* (*sc. respiciuntur magis singula quaeque quae passus est, sed -es utriusque Christi l. 38*): Tert. carn. 5 l. 2 contumelias et -es dei (9 l. 32sq. ipsae -es ipsaeque contumeliae loquuntur, -es quidem humanam carnem, contumeliae vero inhonestam. *cf.* Alc. Avit. epist. 30 p. 61, 13 inter -um contumelias). 5 l. 48 virtutes spiritus dei deum, -es carnem hominis probaverunt (*sim.* l. 50 *bis*. Novatian. trin. 11, 4 D. -es ostendunt in illo humanam fragilitatem. *al., cf. etiam supra l. 33*). adv. Marc. 3, 19 p. 409, 11 ut diversitas -um ac per hoc etiam personarum (*a creatore vel a bono deo missarum*) ex diversitate praedicationum vindicetur. 4, 21 p. 489, 24 obeundarum -um necessitatem. Itala II Cor. 1, 5 (cod. 78 *al.* = Vvlg.) abundant -es Christi in nobis (*gr.* παθήματα, *ut locis sacr. script. sequentibus. cf.* Phil. 3, 10 [*ibid.*] societatem -um illius. I Petr. 4, 13 [Cypr. epist. 58, 2 *al., sim.* Vvlg.] quotienscumque communicatis Christi -bus). I Petr. 5, 1 (Ps. Aug. spec. 47, *sim.* Vvlg.) ego testis Iesu Christi -um. Priscill. tract. 6, 99 relictum se in -bus a deo tamquam homo queritur. Hier. epist. 65, 8, 2 -bus crucis. *al.*

b *fere metonymice transfertur ad*: **α** *cenam dominicam et sacramentum inde ortum* (*nomine -is comprehenditur etiam cena supra l. 12sqq. et e. g.* Cypr. epist. 63, 5 ut adpareat in -e dominica id esse gestum, quod fuerat ante praedicatum [*prov. 9, 2sqq.* miscuit vinum; *de eodem loco*: testim. 2 capp. 2 de sacramento concarnationis eius et -is et calicis et altaris]): Cypr. epist. 63, 9 unde (*Matth. 26, 27sqq.*) apparet sanguinem Christi non offerri, si desit vinum calici, nec sacrificium dominicum legitima sanctificatione celebrari, nisi oblatio et sacrificium nostrum responderit -i. 63, 17 quia -is eius mentionem in sacrificiis omnibus facimus, -o est enim domini sacrificium, quod offerimus, nihil aliud quam quod ille fecit facere debemus. Hier. epist. 114, 2 calices et ... velamina et cetera, quae ad cultum dominicae pertinent -is. **β** *habitum Christi crucifixi, sc. formam crucis* (*cf. e. g. p. 619, 81*): Cypr. Fort. 11 p. 339, 19 *tertius Maccabaeorum*, cui contigit extensis ad poenam manibus (*II Macc. 7, 10*) -is dominicae instar imitari. Novatian. trin. 19, 19 D. formam futurae -is ostendens *Iacob transversis manibus* (*gen. 48, 14*). Lact. inst. 4, 27, 2 (*sim.* epit. 46, 7) spiritus inquinatos de hominibus ... signo -is excludunt (Avg. catech. rud. 20, 4 *Christus* cuius -is et crucis s. in fronte ... Christiani signantur). Prvd. apoth. 357sq. -o vera, -o, quae nostram defendit sanguine frontem corporeamque domum signato conlinit ore. **γ** *memoriam -is celebrandam vel eius festivitatem* (*cf. 2ba. fortasse potius de tota serie quindecim dierum pascha praecedentium l. 77. p. 621, 2* [*cf. Amalar. off. 4, 20, 1* dies -is domini computantur duabus ebdomadibus ante pascha domini]); *adhibetur ad appellandum diem*: *parasceues* (parasceue -is dominicae *v. p. 315, 28. 31*): Avg. epist. 54, 1, 1 p. 159, 19 domini -o et resurrectio et ascensio in caelum ... anniversaria sollemnitate celebrantur (55, 1, 2 p. 170, 4 cur anniversarius dies celebrandae dominicae -is non ad eundem redeat anni diem. in psalm. 21 enarr. 2, 1 -o domini celebratur: tempus gemendi est [*nisi generaliter de tempore quod pascha praecedit*]. *al.*). Sacr. Gelas. 395 M. tit. incipit ordo de feria VI, -e domini. Caes. Arel. serm. 202, 5 in -e domini, id est in parasceuen (*et bis ibid.*). Cassiod. hist. 10, 33, 11 -is salutaris die ... destruxit ecclesias *Diocletianus* (*in eadem re: Hier. chron. a. Abr. 2320* in diebus paschae). *dominicae in palmis*: Sacr. Gelas. 329 M. tit. dominica in palmas de -e domini. *dominicae de -e*: Sacr. Greg. 66 tit. die dominico de -e (*de eodem die: Sacr. Gelas. 254 M. tit.*

[*Kruse*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quinta dominica, *sc. quadragesimae*). GREG. M. in euang. 18 tit. (*additamentum codd. quorundam*) *homilia* habita ad populum ... dominica in -e. *δ narrationem -is euangeliis conditam* (*cf. 2bβ; ceterum v. e. g. p. 619, 78*): AVG. serm. 218, 1, 1 sollemniter legitur -o, sollemniter celebratur (232, 1, 1 secundum Matthaeum. SACR. Gelas. 399 M. legitur -o domini; ipsa expleta *orationes dicuntur. al.*). 232, 1, 1 (*nisi ad a*) -o ipsius ab omnibus euangelistis conscripta est. ALC. AVIT. hom. 11, 2 p. 121, 22 sicut in -e euangelista Iohannes enarrat. LVP. EVPHRON. epist. (Corp. Christ. 148, 140) l. 8 lectiones legendae sunt ... -is.

2 *patiuntur quicumque fidei causa persecutione vexantur* (*respiciuntur sive quilibet labores et poenae, ut l. 25. 31 sq. 45 nec non 72 sive strictius ipsa mors, ut l. 27. 40 sqq. 47 sqq. et 55 sq.*): **a** *proprie respiciuntur*: *α martyres christiani*: TERT. coron. 11 l. 50 potior est necessitas ... obeundi martyrii quam evadendae -is et implendi officii *thurificandi* (*item iuxtaponitur* martyrium: scorp. 13 p. 177, 4 CYPR. epist. 37, 2 p. 578, 2. 76, 1 p. 828, 23 mortal. 17 p. 307, 20. *al.*; *iunctura* -o martyrii: AMBR. epist. 23, 4 F. peto mihi -em m. RVFIN. Orig. in num. 10, 2 p. 72, 12 per -em m. remissionem fieri peccatorum. CHROMAT. in Matth. 25, 1, 5 E.-L. *al.*). fug. 7, 2 devito -em, confundo⟨r⟩ confessionem (scorp. 10 p. 168, 26. CYPR. domin. orat. 26 p. 286, 25 confessionis aut -is gloriam. epist. 10, 1 p. 490, 8. *al.*). adv. Marc. 4, 39 p. 553, 10 persecutiones ... et -es eventuras *esse*, in martyrium utique et in salutem (CYPR. eleem. 26 p. 394, 29. Fort. praef. 5 p. 319, 16 proelium persecutionis et -is. 12 p. 345, 1. *al.*). scorp. 13 p. 175, 15 Corinthiis -es suas enumerans patiendum utique praefinivit (*II Cor. 11, 23 sqq.*). p. 176, 21 'superest corona ...' (*II Tim. 4, 8*), scilicet -is (*item gen.* -is: CYPR. epist. 60, 2 p. 693, 19. 73, 21 p. 795, 1 AVELL. p. 22, 27. *al.*; *ceterum cf. e. g.* CYPR. epist. 10, 5 p. 495, 5 coronas ... de -e purpureas. 39, 3 p. 583, 10 palmas domini et coronas ... -e meruerunt). ITALA Rom. 8, 18 (cod. d *al.*, *sim.* VVLG.) indignae sunt -es huius temporis ad futuram gloriam (*gr. παθήματα ut loco sequenti; cf. 8, 17* conpatimur *cum Christo*). II Cor. 1, 6 (cod. 78 *al.* = VVLG.) in tolerantia earundem -um, quas et nos patimur ([cod. d *al.* in sustentationem e. -um; *ad rem cf. p. 620, 41 sqq.*]. CYPR. epist. 6, 2 p. 481, 6 nos ad t. -is spiritus sanctus ... animavit. 37, 2 p. 578, 2. 80, 1 p. 840, 8 LVCIF. moriend. 2 l. 62 D. *al.*). CYPR. epist. 38, 1 p. 580, 7 victor in proelio -is *martyr* (Fort. praef. 5 p. 319, 16 PASS. Mar. Iac. 3, 4). 55, 20 p. 638, 21 peccata omnia -e purgasse (*cf. l. 18. 42*). 73, 21 p. 794, 18 numquid potest vis baptismi esse maior ... quam confessio, quam -o, ut quis ... sanguine suo baptizetur? (*in eadem re*: 73, 22 p. 796, 3 sanguine ... suo baptizatos et -e sanctificatos. AVG. epist. 265, 4. ORIG. in Matth. 16, 6 p. 484, 8 quod ... quis in -e remissionem accipit peccatorum, baptismum est [*gr. ὁ ὑπομείνας*]. *al.*). 76, 1 p. 828, 3 (*ad martyras in metallo constitutos*) participem me conputans vobis, etsi non -e corporis, consortio caritatis (HEGES. 3, 2 p. 186, 12). HIL. c. Const. 11 Paulinum beatae -is (confessionis *var. l.*) virum ... relegasti. GAVDENT. serm. 20, 4 G. Petrus et Paulus quorum -is natalem hodie ... ecclesiae concelebrant (*cf.* SACR. Leon. 308 diem gloriosae -is eorum ... veneramur. INSCR. christ. Diehl 1851 subscr. Vitalis martyris -is n⟨a⟩talis die. *sim. al.*). RVFIN. hist. 3, 30, 2 uxorem suam duci ad -em (*gr. ἐπὶ θανάτῳ*). EVCHER. pass. Acaun. 7 martyrum corpora post multos -is annos ... episcopo ... traduntur. PASS. Paul. 14 cum ... ad locum pergerent -is (16). *et saepe.* *β iusti quilibet, prophetae, patriarchae sim.* (*quasi praecursores martyrum vel Christi; cf. bε*): TERT. scorp. 8 p. 161, 26 o martyrium et sine -e perfectum (*adulescentium in fornace ut*: CYPR. epist. 6, 3 p. 483, 22 ne minor esset confessionis virtus sine testimonio -is. ZENO 2, 74 [1, 53, 1 L.]). CYPR. epist. 58, 6 p. 661, 18 nos ad martyrii triumphum suis -bus adhortantur Maccabaei (Fort. 11 p. 338, 17. 340, 20 AVG. civ. 18, 36 p. 311, 21 D. *al.*). patient. 10 p. 403, 27 Abel originem martyrii et -em iusti initians. HIL. in Matth. 20, 11 post -em Iohannis *baptistae* (*idem respicitur* AMBR. off. 3, 14, 89. *al.*). in psalm. 68, 5 sancto ... Iob post illum universarum -um ... bellum *fit revelatio* (PS. PHILO antiq. 8, 8 antequam percuteretur in -e. FVLG. aet. mund. p. 146, 12. *al.*). HIER. epist. 18A, 11, 1 Esaiae ... -em, qua sub Manasse interfectus est rege (in Is. 57, 1 sq. l. 56). AVG. civ. 18, 30 p. 297, 11 D. Ionas ... non tam sermone Christum, quam sua quadam -e prophetavit. *al.*

b *fere metonymice transfertur ad*: *α memoriam -is vel ipsam festivitatem martyris cuiusdam* (*cf. l. 47 sqq. et 1bγ*): CYPR. epist. 39, 3 quotiens martyrum -es et dies anniversaria commemoratione celebramus (AVG. serm. 37, 23 cuius *martyris* ... celebramus hodie -em. FVLG. RVSP. serm. 3, 1 F. *al.*). PRVD. perist. 11, 196 cum se renovat decursis mensibus annus natalemque diem -o festa refert. ALC. AVIT. hom. 25 tit. *homilia* dicta in basilica sanctorum Acaunensium in ... -e martyrum. *al.* *β narrationem -is libris conditam* (*addas fortasse titulos librorum inde a* PASS. Perp. [*ubi gr. respondet μαρτύριον*]. *adiungitur saepe gen.* martyrum. *cf. 1bδ*): PS. DAMAS. epigr. 77, 10 *martyrum* virtutes quem -o lecta docebit (CONC. Carth. a. 397 [Corp. Christ. 149] p. 43 l. 207 liceat ... legi -es martyrum, cum anniversari dies eorum celebrantur. VITA Melaniae [BHL 5885] 64 sancti Stephani [*gr. τὴν κοίμησιν*]. *al.*). HIER. chron. a. Abr. 2183 *Polycarpus et Pionius*, quorum scriptae ... -es feruntur. AVG. serm. 37, 1 in recitatione -is martyrum. SVLP. SEV. chron. 2, 32, 6 extant ... mandatae litteris ... martyrum -es. *al.* *γ locum -is eiusque monumentum* (*cf. l. 53*): PRVD. perist. 2, 550 *Romani visitant aedem Laurentii (527 sqq.); nos qui* sanguinis vestigia videre coram *non* possumus, caelum intuemur eminus: sic, sancte Laurenti, tuam nos -em quaerimus: est aula nam duplex tibi, hic corporis, mentis polo. ENNOD. opusc. 2, 91 p. 315, 20 si reverendae -is penetralia contigisset *visitator basilicae Petri* (*antea*: loca ..., de quibus ad superna transitur). *δ instrumentum -is, tormentum sim.*: INSCR. christ. Diehl 976, 6 (*describitur opus musivum*) sub pedibus ... iacet -o cuique *martyri* sua: ferrum flamma ferae fluvius saevumque venenum. *ε martyres*: VEN. FORT. carm. app. 1, 279 p. 378 Bethlemitica -o lactans (*sc. infantes innocentes, Matth. 2, 16*).

deriv.: passionabilis, passionalis, *?* passionicus, *?* passionista.

compos.: ante-, propassio.

passiolus *v.* phaseolus.

passiōnābilis, -e. *a* passio. *i. q. passioni subiectus*: CONC.[S] II 4 p. 147, 21 unam profitemur naturam et impassionabilis deitatis et -is carnis (*item* p. 150, 26 [*altera vers. II 2, 1 p. 36, 27* passibilis]).

compos.: impassionabilis.

passiōnālis, -e. *a* passio. 1 *i. q. passioni subiectus vel passionis capax; spectat ad affectiones*: *animi*: TERT. test. anim. 2 p. 136, 28 si deus ... irascitur, corruptibilis et -is est. adv. Val. 16 p. 196, 11 ut duplex substantiarum condicio ordinaretur, de vitiis pessima, de conversione -is (*cf. p. 608, 38*). *sensuum*: TERT. test. anim. 4 p. 138, 17 nihil mali ac boni sentire possis sine carnis -is facultate. 2 *i. q. pertinens ad passionem*: *in re medica, sc. ad morbum*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 83 -es coenotetes argui videbuntur, si utrum *phlebotomia* passioni conveniat, fuerit dubitatum. *in rhetorica, sc. ad affectum*: PRISC. rhet. 9, 28 p. 558, 14 sq. sunt ... quaedam adlocutiones morales, quaedam -es, quaedam mixtae: -es sunt, in quibus passio, id est commiseratio perpetua, inducitur, ut quibus verbis uti potuisset Andromache mortuo Hectore (*Hermog. progymn. 9, 46 παθητικαί bis*).

*?***passiōnicus**, -a, -um. *a* passio. *i. q. ad passionem pertinens*: GLOSS. IV 418, 23 pathologiam: -am rationem (*var. l.* ratio passionis *fortasse praeferenda, v. sub* pathologia).

*?***passiōnista** *nomen haeretici a* passio *derivatum, idem significans quod* patripassianus, *coni. Svennung, Orosiana, 1922, 191* PS. OROS. epist. Migne suppl. 2, 330 -as (Polionistas *trad.*).

passiphea *v. Onom.* (Pasiphae).

sturnorum **passitāre** *est vox* SVET. frg. 161 p. 253, 1 (*traditur etiam* parsi-, parri-, pardare).

passīvē *v.* 1. *et* 2. passivus.

